
FORMVLARIVM INSTRVMENTORVM, ET VARIORVM PROCESSVVM,

QVAM PLVRIMIS OMNIVM GENERVM *Instrumentorum Formulis, nusquam ante hac impressis, auctum et locupletatum.*



QVIBVS VELVTI PROEMII LOCO ACCESSE- *runt D. D. Iustiniani, & Maximiliani Imperatorum De Officio Tabellionum nouellæ Constit.*

ITEM D. ANTONII MASSAE DE GALLESIO, Ad formulam Cameralis obligationis tractatus, Necnon Constitutiones quæ annis singulis kl. Octob. in sacro Rotæ Auditorio leguntur, nunc primum in lucem editæ.








ROMAE

Apud Antonium Bladũ Impressorẽ Cameralem, Cũ priuilegio 1561.




REVERENDISS. ET ILLVSTRISS.

IN CHRISTO PATRI, ET DOMINO D. IOANNI BAPTISTAE CICADAE,

S. R. E. tt. S. Clementis, Presbytero, Cardinali,

Antonius Bladus S. P. D.





Ta semper à natura institutus fui, ut nihil mihi antiquius esset, quàm eorum hominum, qui liberales disciplinas, idest rectam uiuendi rationem amplecterentur, tum utilitati, tum commodo, quantum in me esset, inseruire, hanc meam ad bene merendum propensionem superiore mea uita ut declararem, enixissime contendi; in quo & si arbitrer, inueniri posse, qui me non ita inclyta præclara præstitisse dicat, neminem tamen fore existimo, qui non mihi de eo, quod præstitit, aliquas gratias, dicam etiam aliquam laudem, & deberi, & persoluendum esse fateatur. Quod si rectius agendi non ea in me facultas fuit, quæ uoluntas, certè, quod non potui quantum uolueram, huius rei culpa fortunæ ascribenda est: quod autem quantum poteram, aut ēt plus quàm poteram, uolui, studium in optima re meum ab ijs, qui grati esse uolunt, commendetur necesse est. Quanquàm, quod rectè ago, non ulla ambitione, aut laudis cupiditate ago, sed ꝙ ipsum per se officium, ita me iuuat, et delectat, ut ab eo diuelli non modo nullis minis, sed ne ullis quidem præmijs ualeam. Cum autem non pauca sint quæ id quod dico, testificari possunt, hoc Formularium qd nuper impressimus, clarius præ cæteris illustriusq; ostendet. Quanto enim commodius sit, & utilius, quàm omnia antea ædita, unicuiq; patebit: in alijs enim crebra commutatio, in hoc diuturna series, publ. præterea Cameræ Apostolicæ, Rotæ XII. uirorum, Almæ vrbis Gubernatoris, Capitolij, & cuiusuis Magistratus Vrbani Scribis seu Notarijs adeo commodè usui est, ut nihil utilius excogitari posit, adhæc ita breuis, ut magnitudine uix alios superet: adde quod memoriæ facilius commendabitur, cum eadem sepe repetantur summa cum iucunditate, & utilitate legentium. Quæ omnia D. Alexandro Sculteto, magna ex parte accepta, referenda sunt, qui hunc ordinem, & ingeniose excogitauit, & diligenter perfecit, id quod dominatio tua Reuerend. non obscure perspiciet, sub cuius sacratiss. numine opus ipsum à me emittitur, non solum ut meæ ueteris erga illam obseruantiæ aliquod aliquando argumentum præbeam, sed ut omnes boni id, quod sciunt, magis ex hoc officio meo intelligant, neminem esse, qui probitatē, omnesq; uirtutes studiosius & amplectatur, & foueat. Vale & me tuæ amplitudinis studiosissimum in eorum, qui te colunt, numerum adscribere ne dedigneris.


AD REVEREN. IN CHRISTO PA=
trem Dominum D. Franciscum Bacodium
Episcopum Gebeneñ.
PAVLI III. PONT. MAX.
A LIBELLIS.



Antonius Bladus, S. P. D.



Existimaui, amplissimè Pater, gratum admodum fore, tum ijs, qui causas agunt, tum ijs, qui testamentis, & rerum contractarum tabulis, ac litium actis conscribendis adhiberi solent, quod hominum genus, pro negociorum, & causarum multitudine in hac Vrbe frequens semper fuit, si harum rerum Formulæ quædam colligerentur, eæq; sub uno aspectu ponerentur. Itaq; earum rerum Formulas quàm rectissimas, magno labore, diligentiaq; conquisitas collegi, multaq; præterea addidi, quæ nec ad legendum iniucunda, & ad cognoscendum utilia fore arbitratus sum, opusq; confeci uarium sanè, & multiplex, atq; ut quàm emendatissimum exiret (quæ præcipuè meæ partes sunt) multum in eo corrigendo laboris operæq; consumpsi. Quod opus, in tuo potissimum nomine, edendum putaui. Neque enim laborem hunc, atque hasce uigilias, cuiquam mittere poteram; quem multis iustisq; de causis, maiore quàm te obseruantia colerem; neq; cui res omnes, quæ hoc libro continentur, diuturno usu, ac tractatione notiores essent. Ea præterea est apud Pontificem hunc Maximum gratia, ea omnes apud alios auctoritas tua, ut tuum illi nomen, magnam apud omnes commendationem allaturum esse uideatur. Ob has causas, hic tibi liber à me iure optimo missus est; quem, ut libenter, tanquam mei summi in te studij & obseruantiæ pignus atque indicium quoddam accipias, à te etiam, atque etiam peto; quemadmodum te, pro tua humanitate, facturum esse confido. Vale.



DD. IVSTINIANI ET MAXIMILIANI IMPERATORVM DE OFFICIO TABELLIONVM NOVELLAE.

Constitutiones.



IMP. IVSTINIANVS A. IOANNI *præfecto, iterum exconsule & patritio.*



RAESENTI legi lis quædam quam paulo ante audiuimus, occasionem præbuit. Proferebatur enim a persona muliebri instrumentũ, qđ tametsi literas eius non habebat (erat enim literarum imperita) absolutum tamen a tabellione & tabulario, continebat subscriptionem eius, & testium præ se ferebat præsentiam. Cumq; de eo ipso forte nonnihil oriretur controuersiæ, muliere dicente, non de mandata esse à se ea, q̃ charta diceret: quæ rebatis, qui causæ accommodarat audientiam, rei veritatem à tabellione perdiscere. At is literas quidem se completionis instrumenti dicebat agnoscere, nescire autem, quæ vndiq; consecuta essent, neq; enim omnino id se principio composuisse, sed confectionem eius demandasse cuidam è suis, neq; postmodum cũ compleretur, se inter fuisse, sed rursum alteri id munus delegasse. Inde cũ is, qui completioni adhibitus erat, venisset, dixit & ipse nihil se scire: nam neq; is instrumentum conscripserat, atq; vnum hoc docuit, se præsente absolutum fuisse: neq; sanè, cui id minus initio fuerat delegatum inuentus fuit. Vnde nisi per testes iudex causæ valuisset insistere: planè periculũ fuisset, ne omnino totius negotii notitia intercidisset. Atq; illud quidem quo conuenit modo tam examinationem, quàm iudicationem meruit. Verum nos toti vniuersitati ex eo opem ferendam, & in commune legem ad omnia pertinentem perficiendam esse putauimus: vt tabelliones, qui ei officio præsident, ipsi per se omnibus modis & instrumenti conficiendi mandatum accipiant, & cum absoluitur, intersint: neq; aliter summa chartæ manus imposita intelligatur, nisi hæc ita cõfecta sint, quo magis ipsi de facto aliquam habeant notitiam, possintq; aliquando à iudicibus interrogati & recogitare ea, quæ, vndiq; consecuta sint, & respondere: & maximè, si literarum imperiti sunt, qui de hoc mandatum dant, quibus promptum est & citra redargutionẽ negare ea, quæ reuera sunt consecuta. Vt ergo hæc omnia prohibeamus: propterea & præsentem legem describimus, & prorsus obseruari eam à tabellionibus volumus, siue in alma hac vrbe, siue in prouinciis sint: cõpertum habentibus, q; si hæc contra quid fecerint, penitus stationibus (quas vocant) excident, & ab ipso missus, vt instrumentum iniungeretur, adhibitusq;, ipse dominus & cum authoritate in statione erit: & res talem commutationem patietur, vt iste quidem de cætero in statione cum locum obtineat, quem prius, is q primatum in illa gessit, habebat: hic vero eam amittat, vt vnus sit ex illius amanuensibus. Ex quo enim ipse id facere dedignatus est, quod eius curæ erat com

missum,ille vero ex eius sententia hoc confecit: propterea & nos hanc eis poenā inducimus,vt huius metu iustiores & certiores circa instrumenta se præbeant, neq; dissolutis delicatisq; moribus suis aliorum substantias subuertant. Si vero is cui post præsentem legem contra nostra constituta instrumentum iniungitur,dignus fortè non sit,vt cum authoritate stationem suscipiat,nihilominus tamen tabellio quidem omnibus modis hac excidito,alius vero in eius locum promouetor:neutiquàm stationis domino (si extraneus aliquis nō ipse tabellio sit) ex ea causa mulctando,aut illinc prouenientibus excidente lucris,sed solo venustulo illo,& qui exequi officium suum dedignatus est,præsidentiam amittente: omni alio iure,quod per causam stationis dominis ipsis competit, circa Tabelliones talia perpetrantes illibato conseruando. Neq; Tabelliones prætextus fingunto,quasi propter morbum fortè aut alia eiusmodi negotia secedant. Nam si quid tale existat:integrum illis eos erit accersere,qui ista iniungant,vt per se ipsos rem expediant:cum alias,tum vero maximè, q̄ vniuersalibus impedimentū non pariant ea quæ raro accidunt:quando nihil in rebus humanis fit vsq; adeo semotum ab omni controuersia, tametsi maximam cum iustitia coniunctionem habeat, q̄ dubitationem & controuersiam non recipiat, si subtiliter animi curas intendas. Neq; causa est,cur propter iniungentium continuitatem ac frequentiam census in hoc sibi prætendant deminui,cū multo præclarius sit, pauca elaborare absq; frustratione,quàm in multis versari cum periculo. Ne tamen eis vltra modum dura lex esse videatur,non intentis in humanam naturam oculis, conformes illi & commensuratas nostras etiam leges proponimus. Propter huiusmodi enim ipsorum ex æquo controuersias, vnicuiq; licentiam damus,vt vnū aliquem ad hoc subactorum monumentis apud clarissimum magistrum census huius almæ vrbis more solito conficiendis promoueant: qui plenam potestatē habeat,vt conscribendorum instrumentorum mandata à contrahentibus in statione ipsorum suscipiat:cumq; ea absoluuntur,intersit: neq; vlli alii eorum omnino qui in ea statione consistunt,licentia sit,vt vel initio conscribendorum mādata in se recipiat,vel absoluendis inter sit,præter Tabellionem, qui summam in statione authoritatem habet,aut eum,qui ab ipso ad hoc promotus est. Quòd si quid hæc contra fiat,& alius ad hoc mandata accipiat: tunc Tabellio,qui cū authoritate stationem obtinet,in poenam ante à nobis definitam incidito: ipsis tamen instrumentis propter vtilitatem contrahentium non infirmandis. Scimus autem, q̄ metu legis in posterum tam ipsi,quæ a nobis sancita sunt, custodient,quàm instrumenta collocabuntur in tuto.

¶ILLVD præterea præsenti legi apponimus ne Tabelliones in aliam chartā mundam instrumenta conscribant,quàm quæ præpositum (vt vocant) prothocollum recipit,præferens gloriosissimi pro tempore comitis sacrarum nostrarum largitionum appellationem,& tempus,quo ea charta præparata est,& quæcūq; in talibus prænotari solent:neq; id prothocollum abscindant,sed chartis insertum relinquant. Multas enim ex einsmodi chartis falsitates refutatas nouim', cum olim,tum etiam hoc tempore. Vnde & si charta aliqua (si quidem & hoc modo vidimus) prothocolli loco sit,non ita perscripta,sed aliam quandā scripturam continens,neq; illum aut illum præparasse,proiiciūto eam tanquā adulteri nam,& ad huiusmodi parum idoneam: sed in id genus tantummodo chartam,qualem prædiximus,instrumenta conscribunto. Hæc autem,quæ de chartarum qualitate à nobis definita sunt,& de abscissione (vt vocant) prothocollorum,in gloriosissima hac vrbe valere volumus, vbi & ingens contrahentium multitudo & magna chartarū existit copia, & in manu est legibus recepto modo rebus vti,neq; ansam aliquibus porrigere,vt falsi crimen cōmittant,quo semper se obnoxios fore ostendent,si quid contra hæc facere præsumpserint. Quæ igitur nobis placuerunt,& per hanc sacram exprimuntur legem, ea studeto excellentia tua effectu & tiui tradere.

DIVI IMPERATORIS MAXIMILIANI SVPER OFFICII NOTARIATVS EXERCITIO CONSTITVTIO.





AXI MILIANVS diuina fauente clemētia electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hūgariæ, Dalmaciæ, Croaciæ &c. Rex, Archidux Austriæ Dux Burgundiæ, Lothoringiæ, Barbantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Limburgiæ, Lucēburgiæ, & Geldriæ Lādgrauius Alsaciæ. Princeps Sueuiæ, Palatinus in Habspurg. & Hānoniæ. Princeps & Comes Burgundiæ, Flandriæ, Tirolis, Goritiæ, Arthesij, Holādiæ, Selandiæ, Sorretis in Kiburg, Namurcii, & Dusburgii, Marchio Sacri Romani imperii super Amasum & Burgoniæ. Dominus Phrisiæ, Marchiæ Sclauonicæ, Mecliniæ Potiusuaonis & Salinarum. Gloria Reipublicæ, decusq́ totius Romani imperii, & Subditorum vtilitas: in quorum prosperitate vtiq́ prosperamur, Nos, qui superna prouisione, & non nostris meritis, ad culmen Imperialis seu Cæsareæ dignitatis, & plenitudinem potestatis sublimati sumus, inducunt, vt non solum ad ea, quæ ad augmentum & sublimationem Imperii, sed & ad ea quæ ad reformationem deformitatum, correctionem errorum, & defectuum emendationem pertinent, ac periculorum submotionem, quæ in republica aliquando contingunt, & subditis quotidie imminent, aciem nostræ considerationis dirigamus. Hinc in initio regiminis nostri, & susceptæ administrationis in Imperio, pro iustitia & pace conseruanda, quæ tunc quodāmodo in finibus imperii exulauerunt, ceitas, per quas celerius causæ in iustitia expediantur: & illi qui pacem turbare conantur, arctius quàm antè coërceantur, & comprimantur, edidimus ordinationes. Verum quia nedum pro iustitia & pace manutenenda: sed etiam aliis, quæ quotidie in republica & subditis occurrunt, Tabellionatus seu tabellionum officium perutile & necessarium existat, per quod placita, vota & gesta hominum (ne memoriæ labilitati seu obliuioni subdantur) per scripturæ ministerium, certæ & perpetuæ memoriæ traduntur, publicisq́ firmantur, documentis. Et quàm plurimi Notarii seu Tabelliones, & se saltem officio Notariatus ingerentes in Imperio (vt per experientiam didicimus, multorumq́ accipimus clamore) defectuosi & indigni inueniantur: tum ratione cōditionis & qualitatis personæ, cū ratione defectus etiam scientiæ & morum: ac qui alias multipliciter inutiles existunt, vt puta, aliqui seruili conditioni astricti: alii de falsi, præsertim etiam circa tale officium Notariatus commissi: aut etiam aliis criminibus irretiti, seu publicè diffamati, alii negligentes, nonnulli indocti & imperiti, ex quorum imperitia, negligentia & malitia innumeros homines defraudari, negligi & grauari non est dubium. Ad obuiandum igitur huiusmodi periculis & defectibus, necessarium etiam putamus desuper fieri prouisionem, virisq́ doctrina & harum rerum experientia suffultis mādauimus: qui nostra authoritate præsentem ordinationem compilauerunt. Quā cum nobis obtulissent, eamq́ diligenti studio perlegissemus, animaduertissemusque, multiplicem eius fructum & vtilitatem ipsam nostra Imperiali authoritate, de nostrorum, ac sacri Romani Imperii electorum Principumque, & statuum aliorum consilio confirmamus, approbamus, eique plenissimum robur attribuimus, atq́ per vniuersum Romanum Imperium diuulgari præcipimus.

¶Hanc igitur ſaluberrimam reformationem & ordinationem ſtudeant Notarii publici, ad quos præcipuè pro Notariatus officiorum exercitio & practica, ipſa porrigitur, humili deuotione ampleſti, ſummaq; diligentia ſeruare, ac iuxta eandem, & alia quæ ſuis in iuramentis ſuper huiuſmodi præſtitis, vel etiā à iure cōmuni, vel locorum laudabilibus conſuetudinibus tradita introductaq; ſunt, officia ſua legaliter, fideliter & ſincerè exercere, pro vt vltra damna & intereſſe, atq; aliàs partibus à ſe neglectis, vel defraudatis, tenebuntur, noſtræ imperialis Maieſtatis ſeueram euitare velint correctionem.

¶In primis igitur ordinamus: Quòd circa perſonas approbandorum vel denuo inſtituendorum, habeatur ratio conditionum & qualitatem earūdem, ne approbentur, vel inſtituantur prohibiti: vtpote infideles, ſerui, infames, præſentis, & aliorū requiſitorū non informati: Itē vel excōicatione maioris ordnationis, vel Imperialis Banni cenſuris innodati. Et in ſumma, qui à teſtimonio iure repelluntur, cum teſtium vice fungantur. Et cum ſit de iure, communiq; vſu, practica & conſuetudine introductum, vt ſeruetur circa publica inſtrumenta, eorumq; ſolemnitates, talis forma: vt videlicet, à principio inuocato diuino nomine, à quo cuncta bona progrediuntur, imponatur Annus ſalutis, Indictio, Nomen ac annus principis, dehinc Menſis, dies, hora, locus, loci locus, deinde facti ſeu actus geſti ſeries, hinc teſtium adhibito, quorū ſingulorū nomina & cognomina clare deſignentur, & finaliter Signetum, ſubſcriptioq; notarii, cui ſemper debet de hoc rogari ſeu requiri, & derogatu ſuo atteſtari.

¶Mandamus ergo, præcipimus & ordinamus huiuſmodi formam vlterius ſeruari, ſaluis non minus aliis de cuiuſuis loci conſuetudine ſeruandis: Ita tamen vt ſaltem in terris ſacris Romani Imperii, Nomen & Annus regiminis, ſeu Imperii, Romanorum Imperatoris, vel regis pro tēpore exiſtētis, nullo modo, ſicut hactenus à nonnullis, & malè, neglectum eſt, deceтero omittantur.

¶Deinde mandamus, vt quiuis notarius ſtudeat omni modo habere, & quidem ſumma cum cuſtodia conſeruare, ac poſt ſe relinquere: Vnum Prothocollum, in quo per ſe ipſum, non alium, ſinguli actus coram ſe geſti, & de quibus rogatur ordine inſcripti, redigantur, Inſtrumentorumq;, quæ inde ædita fuerint, Copias, de verbo ad verbum concordañ. regiſtratas retineat & conſeruet, vt de perditis antea æditis inſtrumentis, ſiue ante ſiue poſt mortem ſuam, quando & quotiens alia inſtrā de nouo fuerint ædenda vel ptextu æditorum ſuſpicio, error, dubiū, vel altercatio occurrat, ad tale prothocollum regiſtrūq; poſſit haberi recurſus: hoc autem vſq; adeo ſeruetur, vt huiuſmodi Prothocollata, etiam partibus, quæ contraxerunt, vel egerunt conſentień, vel pro infectis nulliſq; haberi volētibus, ſeu deleri ex libro, vel cancellari peteń. non ſaltem pro tanto deleantur ſeu cancellentur quin non minus legibilia maneant & retineantur. Quid enim ſi alterius tertii ſiue Fiſci, ſiue priuati interſit, ſeu intereſſe cœperit rem ſic eſſe geſtam, & ex prothocollo veritatem apparere poſſe?

¶Caueant etiam Notarii: Nequis an quantumcunq; fide dignam relationem quicquam aliud plus vel minus, quàm quod coram ſe & teſtibus ad hoc adhibitis, actum geſtumve, atq; de quibus tempore actus huiuſmodi non antea vel poſt ex interuallo rogatus fuerit, atq; etiā quod corporeis ſenſibus perceperit, eo qđ officium ſeu authoritas ſua, ad alia ſe non extendat, in prothocollo ſuo ſcribat, vt deſuper Inſtrumentum ædat.

¶Sed in his ſenſibus eſt habenda diſtinctio: nam & in viſu & auditu ſufficit notarius in præſentia teſtium videat & audiat, in aliis vero, vt guſtu, tactu vel odoratu requiritur ꝙ teſtes coram ſe guſtent, tangant vel odorent, & de qualitatibus eorum, quæ per huiuſmodi ſenſus perceperint, coram partibus & teſtibus, & ſe notario atteſtentur, de eiſdem enim ſic atteſtatis, non autem de proprio ſuo guſtu, tactu, vel odoratu, notarius efficaciter poteſt teſtificari. Si tñ notarius ſe ſimiliter guſtaſſe, tetigiſſe, vel odoraſſe atq; pcepiſſe addiderit, nō modicū fidei facit.

¶Poteſt

¶ Poteſt autem & Notarius rogare de actu muti,& ſcribere ſigna,ſeu mutus eſt,
vtpote ſic:cum talis propter accidens loqui non potuerit, interrogatus à me,hu
meris,vel capite innuendo conſenſit,& ſimilia.
¶ Et licet ex conſuetudine notarius toleretur per alium fidelem , quãdo eſt aliis
impeditus,facere ad mundum ſcribere Inſtrumentum à ſe dictatum & comple
tum,poſtea per ipſum ſubſcribendum & ſignandum:tamen prothocollum ſuum
ſeu extenſionem eius per ſeipſum,non per alium facere,vel ſi ex aliquo acciden
ti protunc ſcribere non poſſit,ea vice alteri extendendum de verbo ad verbum
pronuntiare,& in ſubſcriptione de huiuſmodi impotentia, & alterius ingroſſatu
ra atteſtari debet.
¶ Et quáuis nõ requiratur plena & attẽta extẽſio ꝓthocolli,ſicut inſtrĩ inde ex-
tracti,tñ Notarii debẽt ſaltẽ breuib.& sũmariis verbis ſubſtãtiale s clauſulas ip-
ſius actus,etiam iuxta cuiuſq; contractus,ſeu actus naturam, vel loci conſuetudi
nem ſolitas & ſignanter clauſulas renuntiationum præiudicialium attingere .
¶ Nam cum conſenſus & intentio contrahentis vel agentis ſit de ſubſtantia con
tractus,ſeu actus celebrati,ſingulorũq; de qb.cõuenerunt partes , ẽt ſi ſolita ſint
apponi,neq; talis cõſenſus porrigat ad ea,q̃ qs ignorat,reqrit ꝙ notari9 corá ſe,
& teſtib.ſaltẽ sũmariè recitet ac legat partib.pacta,renũtiatiões & clauſulas ſin
gulas,ſup qb.fundatur vis ipſius corá ſe geſti,ac cõſenſu3 deſup exprimi curet.
Licet.n.ius pſumat,cõtrahentes ſingulis,q̃ ſcd͂m cõtract9 naturá vel loci cõſue
tudinẽ ſolẽt apponi,cõſenſiſſe,ẽt ſi ex ꝓthocollo nõ appareát,neq; à partib. ex-
primátur,nõnulliq; velint à notario hoc nõ reqri,tñ tuti9& æqui9 ẽ ſic obſerua-
ri,pp multa:pterea iudicis ẽ nõ notarii,ad pſumptionẽ ſcriber:ſed de his ſolis q̃
corporeis ſenſib.ꝑcipiũt,vt ſuprà dr̃,cũ ad inſtar teſtis notari9 ſcribere debeat.
¶ Maximè aũt iſta ſunt ſeruáda in Cõtractibus & actib.in quib.ſcriptura eſt de
ſubſtantia.imo extũc requiritur,vt corá cõtrahentib.& teſtib.de verbo ad verbũ
ſingula relegátur,quia ãnquã ſcriptura compleatur,& à partibus ꝓ cõpleta ha
beatur,Contractus nõ cẽſetur perfectus,vel efficax:poſtea vero quicquam ad-
di,dettahi,vel mutari,etiam de partium conſenſu non poteſt.
¶ Poterit tñ notari9 de his,q̃ partes mutare,addere vel detrahere vellẽt, denuo
rogari,& deſup facere inſtr̃m priorib.geſtis manentib.in ꝓthocollis. Præcipuè
aũt ſint cauti Notarii a fraudib.& fallaciis aliquorũ, ſiue corá eis cõtrahentiũ,
ſiue aliorũ,qui ſimulátes ſe notarios à laborũ ꝓlixitate releuare velle ꝑ ſe, vel
alios ſubordinatos dictát inſtr̃a ex imbreuiatura ipſis edẽda,& ad mundũ ſcribi
faciũt,ac poſtea offerũt Notariis ſubſcribẽda & ſignáda:in eis.n.ſæpe doloſè,&
in pĩudiciũ aliorũ,ſecũ cõtrahentium regi geſtæ detrahũt vel addũt , q̃ ſenſum
vel ſubſtantiá immutát,qd facilè qñq; vno verbo,vna ſyllaba, imo interdũ vna
litera fieri põt,& tá inaduertẽter & ſubtiliter,ꝙ vel notarii vel alii ſecũ cõtrahẽ
tes,vix vel nullo mõ ſentire poſſunt,ex quo ipſi notarii intelligant,ꝙ periculoſũ
eſſet prothocolla,ſeu Imbreuiaturas ſuas ꝑ alios,maximè alteri parti ſuſpectos,
vel qui actibus prothocollatis non interfuerunt,extendi facere.
¶ Secus tñ eẽt,ſi ãnquá cõtractus,ſeu actus abſolueretur,ſeu cõcluderetur,talis
extentio ſiue ab ambob . cõtrahentib.ſiue altero eorũ fieret, & poſtea corá ipſis
& notario,& teſtib.legeret,& vbi ſic cõtrahentib9 placeret ex tũc notari9 rogare
tur,Poſſet.n.tunc notarius ſecurè ſcribere,partes iuxta iſtam extenſam formam
ipſis lectam,& approbatam coram ſe,& teſtibus requiſitis contraxiſſe , & egiſſe
ac cæteris prothocollis ſuis adiungere,atq; poſtea publicare.
¶ In sũma maximo ſtudio aduertát notarii,nec circa ꝓthocollorũ ſeu abbreuia
turarũ impoſitionẽ feſtinẽt,ſeu pcipitáter agát.Sed cũ diligẽtia & cõſideratiõe
clauſulas quaſuis ꝓthocollẽt.Ná tota officiorũ iuramentorũq; ſuorũ deſup p-
ſtitorũ vis & ſubſtãtia in hoc cõſiſtit, vt bñ diligẽterq; aduertát & intelligát co-
rá ſe geſta,& de quib.rogátur,& ea q̃ viſu audituq; ꝓpriis in teſtib ſimiliter ani-
maduertentiũ in pñtia ꝑceperint,ꝓthocollẽt,& publicẽt ſincerè ac fideliter,ſine
vel

vel veritatis occultatione, vel falsitatis admictione quauis, adhibitis solennitatibus à iure, vel locorum, in quibus instrumenta facient, consuetudinibus introductis. vt supra dicitur.

℄ Notarius aũt seu Tabellio cũ sit reipublicæ seruiẽs, virtute sui officii tenetur & sup his, de quib. saltẽ cũ mercedis ꝓstatione rogatur, dũmõ alias sint licita & nõ ꝓhibita facere instr̃a, nisi sit factus doctor, decurio, Monachus vel Clericus. Verumtñ iidẽ si se rogari ꝑmiserint, tenentur Imbreuiaturas suas publicare, veanque Instrumenta eorum. Possunt tamen pro his, quibus vltro se ingerunt, tanquam prohitioni contrafacientes puniri.

℄ Sciãt ẽt Notarii eoꝝ nullũ posse officio suo renũciare, nisi in manus principis, cuius authoritate est creatus vel signetũ suũ cõsuetum, saltẽ siue iudicis authoritate, causaq; rationabili mutare, aut instrumentum alieno signo signare.

℄ Et quãuis notarius ꝓthocollũ siue abbreuiaturã suã extẽdere, & omnia ponere, q̃ declarãt mentẽ cõtrahentiũ vel testatoꝝ, citra substãtiæ mutationẽ possit, tñ alterius siue viuẽtis siue mortui ꝓthocollũ seu abbreuiaturã ẽt sibi legatã, extendere, seu huic quicq̃ addere, vel detrahere, seu alter ꝙ de verbo ad verbũ in publicã formã redigere sine authoritate iudicis, nõ põt nec d3 : eã extẽsio & quid sub signo &c. vel aliis defectuosis vel abbreuiatis verbis fortè inibi positis cõprehendi intelligatur, ad iudicis non Notarii æstimationem spectet.

℄ Aduertãt ẽt Notarii, Quòd qñ in extensione & ingrossatione instr̃oꝝ rasura maximè notabiles, & in locis suspectis, in vna vel plurib. rigis faciũt, vel ỽba interlinealia, seu ad margines apponũt, a quib. q̃tũ põt cauendum est, ꝙ extunc in corpore instr̃i vel saltem subscriptione de his faciant mentionem & approbationem. Et hoc maximè quando talis interlineatura est scripta ad marginem facta, non est manus propria ipsius, qui instrumenti tenorem ingrossauit.

℄ Item Notarii caueãt, quia pñti ordinatione ꝓhibentur scribere instr̃a sua nimis abbreuiata vel obscura, vel ambigua verba, q̃ vitiant instr̃a, nec per zifferas, signa vel notas maximè non communiter omnibus cognitas cum facilè possint mutari & corrumpi, sed scribant per literas integras, cõmunes, legibiles & cognitas in pergameno non papyro, in latina vel nostra Alemanica lingua.

℄ Si casu amittatur alicuius Notarii ꝓthocollũ, & de hoc doceatur, poterit notarius agere cõtra detinentẽ instr̃a prius inde extracta, vel si haberi nõ possunt, examinari facere testes, qui interfuerũt, & inde nouũ facere Prothocollum.

℄ Sint ẽt Notarii circa instr̃oꝝ æditionem & publicationẽ diligentes & cauti, nec cõmittãt errores, cũ partes inde ad plures incõmoditates, picula & expẽsas sepè deducãtur, quas sine dubio ipsi errãtes refundere tenebũtur. Qđ si ỽo siue ꝓbabiliter, siue improbabiliter cõtigerit aliquem incidere errorẽ, siue in solemnitatib. siue nominibus locis, temporib. substantia, siue aliis, tutius est vt saltẽ post æditionem, cũ Notarii postea videantur functi suo officio, ad euitandas ambiguitates disputationum & altercationes varias, non sua, sed iudicis de sup aditi authoritate errores huiusmodi emendentur.

℄ Possũt ẽt Notarii actuũ coram se gestoꝝ, dũmõ tñ ab eo vel his de cuius vel quoꝝ volũtate dependent actus hmõi, desup tpe eorũdemq; actuum rogati fuerint sine trepidatione, alteriusq; authoritate, imo tenentur sub pœna in iure expssa, ædere instr̃a eis qui rogarunt, seu eoꝝ ꝓcuratorib. hæredib. successorib. vniuersitatib. vel singularib. saltem semel. Sed qñ sæpe eisdem vel aliis petentibus & ꝓtendentibus sua interesse, maximè vbi qõ seu dubium de sup esset vel timeretur, aut aliis piculũ seu ꝓiudiciũ ex tali æditione verisimiliter immineret, tutius ac cõsultius est pp varias in hoc opiniones, vt notarii faciãt se citari corã iudice, cuius authoritate vocatis vocãdis æditionem hmõi faciant vel denegent.

℄ Notarii autem sciant se non de nocte nisi ex vrgente causa, quam exprimant vel in locis occultis, seu clàm rogari vel instrumentari debere, cum hoc non sine suspicione procederet.

¶ Debent aūt Notarii pcipuè esse soliciti, & diligentes circa testm̄toℝ & aliaℝ vltimaℝ volūtatū cōfectiones: pp magna ex eis imminentia piudicia. Sēt.n. secundū sacratissimas leges testm̄toℝ gn̄a duo, alteℝ qđ fit in scriptis sed mediāte scriptura clausa, seu inuoluta; alteℝ vero & cōius, qđ p solā nūcupationem sine scriptura, vl' aliq̄ lrali solennitate fieri solet. Et ideo nūcupatiuū dr̄, neq; scripturā de sui essentia reqrit. Item pōt & tertiū genus adhiberi, qđ fit à Cæco cæcave p nūcupationem, tn̄ nō sine scriptura vtpote tā a Notario q̄ testib. adhibitis, & rogatis ppriis manibus subscripta, singulorumq; solitis Signetis signata.

¶ Et aduertāt ipsi Notarii, Quòd ad singuloℝ testm̄toℝ pmissoℝ gn̄a cōficienda requiruntur scđm Leges, testes ad minus septem, incluso ipso notario. In Codicillis āt, in quib. legata & fideicōmissa relinquūtur, sine hæredis alicuius institutiōe, vel in donationib. cā mortis, & in rure, vbi rustici testātur & plures hr̄i nō pn̄t testes, ad minus quinq;. In parentū āt inter liberos. Vbi nullū aliud testm̄ p cedit, qđ infirmādum sit, & in militū, in castris nō aūt bellicis expeditionib. existentium testamentis, remittitur numerus testium vsq; ad duos.

¶ Milites autem in expeditionibus bellicis existentes, etiam sine omni solennitate vel teste, quocunq; modo velint testari possunt, non autem existentes in talibus expeditionibus seu Castris, iure communi testantur.

¶ Requiritur etiam. Quòd in testamentis vt non solum rogentur testes: sed specialiter ad actus huiusmodi testādum vocentur & adhibeantur, vel saltem si casu illinc sint, ad hoc premoneantur.

¶ Item requiritur in omni testamento, q testator testatrixve verbis intelligibilibus loqui aut scribere sciat, nam neutrum eorum sciens, mortuo similis in hoc reputatur, & testari non potest.

¶ Præterea etiam requiritur in omni testamento, etiam nuncupatiuo vt singula gesta in notam iam recepta, relegantur coram testatore testibusque antequam abinuicem recesserint.

¶ Caueāt ego Notarii se ab his qui neq; articulatim & intelligibiliter loqui, neque scribere possunt, cum sint intestabiles.

¶ Videāt autem Notarii testamentis adhibiti, & etiam testari volentes, quos adhibeāt testes, quia multi prohibentur adhiberi, vt regulariter omnes qui sunt actiuè vel passiuè intestabiles, & præterea mulier, hermafrodite, in quibus muliebria præcellunt, in potestate testantis existens hæres scriptus, & cū eodem in eadem existens potestate, vnde consolitur vt ad requisitum numeℝ testes alii recipiantur, ne propter aliquorum inhabilitatem testamenta irritentur.

¶ Testamenti autem in scriptis, q magno in vsu amplius nō est, sed ab eo fit, qui in eius vita neminem suæ vltimæ voluntatis conscium esse vult, talis est forma: Producit testari volens in medium coram testibus septem, ad id specialiter corā vocatis seu præmōitis & rogatis viris, liberis, puberibus, omnibus simul præsentibus, scripturam consignatam vel ligatam, vel tantum clausam vel inuolutam siue ipsius testatoris siue alteris cuiuslibet manu scriptam, offertq; illam istis testibus, a singulis eorum scribendam, & signetis suis solitis signandam, dummodo tamen apertè dixerit suum esse testamentum, quod offertur, ibiq; coram testibus sua manu propria subscripserit, vel si ipse scribere nesciat, vel tunc non possit, alterius octaui testis manu nomine & iussu suo in reliqua parte testamenti subscribi faciat, tunc eodem die & tempore nullo interuallo, vel etiam actu extraneo, nisi fortè necessitatis causa & modico interrumpente, p singulos septem testes propriis suis manibus subscribitur, & sigillis suis, seu signetis solitis signatur.

¶ Testamenti autem Nuncupatiui forma est. Quia testari volens eius vel eorū, quem seu quos hæredem seu hæredes suos esse velit legatariorumq; nomina, & ea quæ in eo contineri vult, coram septem testibus ad hoc vocatis & rogatis, palàm & dilucidè nuncupat & exprimit.

¶ In Cæci

¶ In qua Cæci autem Testamento requiruntur subscripta, Primo q tam Notarius quàm testes septem ad hoc vocentur,& cuius causa vocati sint certificetur, Secundo q testator hæredem seu hæredes a se instituendos,& nedum nomē seu nomina,sed & dignitates seu conditiones alias eorundem pro tanto quod propter solam nominis seu nominum expressionem non oriri possit ambiguitas. Et propterea aliam suam voluntatem tam circa eorundem hæredum institutiones quàm substitutiones,fideicommissa atq; legata, coram ipsis Notario & testibus clarè exprimat.

¶ Tertio q Tabellio vel si is haberi tunc non possit, octauus testis vocatus vice eiusdem,atq; testes singuli per testatorem ad hoc rogati, vno & eodem tempore, loco,& nullo interuallo seu actu extraneo,nisi fortè modico & necessitate naturæ interueniente,sese in fine,vtpote in margine instrumenti inferiori sub scribāt, simulq; consignent. Potest autem testari volens vel in ipso actu coram testibus, vel si magis placet,antea, per alium quencunq; voluntatem vel testamentū suū dictari & scribi facere,& postea coram testibus & Tabellario prius pate facta cuius causa vocati sint,chartulam ipsam coram se & testibus recitare,& vbi tenor eius omnibus notus fuerit,profiteatur testator,elogium suum id esse, & ex animi sui,quæ lecta sunt,dispofuisse sententia:& in fine sequantur subscriptiones atq; signacula,tam testium,vt præ dicitur singulorum quàm Tabellarii:potest etiam vnus vel plures si propriis siuetis carerent, alterius seu aliorum signo vel signis in hoc vti. Istam autem formam non solum in testamenti Cæci,sed codicillorum vel aliarum vltimarum voluntatum confectione obseruari necesse est.

¶ Sciturus omnibus Notariis: Quòd præfatas Testamentorum formas à lege traditas diligenter obseruare negligentes,præter hoc quòd testamenta aliter facta,de iure ciuili non subsistunt,etiam iuris pœnas non euitabunt.

FINIS.



ABSOLVTIO SIMPLICITER, VEL ad cautelam, vigore cõmiſſionis Apoſtolicæ, ab excõiatione lata, ob non ſolutionẽ pecuniarum.



FRANCISCVS Albericus de Rachaneto prothonotarius Apoſtolicus .S. D. N. Papæ, eiuſq; Camerarij: Necnon, Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ, generalis Auditor: Romanæq; Curiæ Iudex ordinarius, Sententiarumq; & Cenſurarum, in eadem Roman. Curia latarũ, ac literarum Apoſtolicarũ, vniuerſalis executor, vnicus, ad infraſcripta, à S.D.N. Papa, ſpecialiter deputatus. VNIVERSIS & ſingulis Dominis Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, Scholaſticis, Cantoribus, Cuſtodibus, Theſaurarijs, Sacriſtis, tam Cathedraliũ, quàm Collegiatarum Eccleſiarum Canonicis, parrochialiumq; Eccleſiarum Rectoribus ſeu Locatenen. eorundem, Plebanis, Viceplebanis, Capellanis, curatis, & non curatis, Vicarijs perpetuis, Altariſtis, cæteriſq; Presbyteris, Clericis, Notarijs & Tabellionibus publicis quibuſcunq;, per Almam Vrbem & eius diſtrictum, Romanamq; Curiam, ac alijs vbilibet conſtitutis, & eorum cuilibet inſolidum: illi q; vel illis, ad quem vel ad quos, præſentes noſtræ literæ peruenerint: Salutem in Domino, & præſentibus fidem indubiam adhibere: noſtriſq; huiuſmodi, immo uerius Apoſtolicis, firmiter obedire mandatis. Noueritis q; nuper Sanctiſſimus in Chriſto pater, & D. N. D. Pius, diuina prouidentia Papa IIII. quandam commiſſionis, ſiue ſupplicationis papyri cedulã nobis, per quendam ſuum Curſorem præſentari fecit. Quam nos, cum ea qua decuit reuerentia, recepimus, huiuſmodi ſub tenore. ¶ Dignetur Sanctitas veſtra, &c. In fine vero dictæ commiſſionis, ſiue ſupplicationis cedulæ, ſcripta erant de alterius manus litera ſuperiori literæ ipſius cedulæ penitus & omnino diſſimili, & diuerſa hæc verba; videlicet. ¶ De mandato. S. D. N. Papæ, &c. ¶ Poſt cuius quidem commiſſionis, ſeu ſupplicationis cedulæ, præſentationem & receptionem, nobis & per nos, vt præmittitur, factas: conſtitutus coram nobis venerabilis vir, Dñs Ioannes N. de N. principalis, principaliter pro ſeipſo, citra tamen, quorũcunq; procuratorum ſuorum, per eum hactenus quomodolibet conſtitutorum, reuocationem: Et ſe à quibuſcunque ſententijs, & cenſuris Eccleſiaſticis, in eum, per Reuerendum patrem Dñum. N. Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopum N. Curiæq; cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generalem Auditorem, ſiue ipſius Locumtenen. Ad honorabilium virorum. N. de N. & Sociorum mercatorum Ro Cu. ſequen. inſtan. ob non ſolutionem certæ pecuniarum ſummæ, per ipſum Dñm Ioannem principalem, ſuo proprio nomine debitæ, quomõlibet latis, & promulgatis, ſimpliciter, vel ad cautelam, iuxta & ſecundum præinſertæ nobis factæ & præſentatæ cõmiſſionis vim, formam, & tenorem, abſolui: Seq; cõmunioni fidelium, ac participationi Eccleſiaſticorũ ſacramentorũ & ſanctæ matris Eccleſiæ vnitati & gremio reſtitui, per nos, debita cũ inſtan. poſtulauit: Offerens nihilominus ſe paratum, de ſtando iuri, & ſanctæ Matris Eccleſiæ, noſtriſq;, immo uerius Apoſtolicis, parendo mandatis.

¶ NOS tunc Iudex & Commiſſarius præfatus, attenden. poſtulationem huiuſmodi fore iuſtam & conſonam rationi, quodq; ſancta mater Eccleſia nemini claudit gremium ad eam recurrenti, & veniam poſtulanti: Prænominatum dominum Ioannẽ principalem corã nobis, vt præmittitur, perſonaliter conſtitutũ inſtantem, & flexis genibus humiliter petentem: Ab omnibus & ſingulis excõmunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſq; ſententiis, & cenſuris Eccleſiaſti

cis,in eam,vt præmittitur,ad præfatorum N.& sociorum instantiam,quomodolibet latis & promulgatis,eorum vnanimi,& expresso ad hoc interueniente consensu,absoluendum duximus,& absoluimus in forma ecclesiæ cõsueta: Ipsumq; vnioni fidelium participationiq; ecclesiasticorũ sacramentorum,& sanctæ Matris Ecclesiæ vnitati,& gremio restituimus,prout absoluimus et restituimus eundem per præsentes,recepto tamen primitus ab eodem Dño Io.principali,ad mãdatum nostrum,et in nostris manibus, tactis per eum corporaliter scripturis sacrosanctis ad sancta Dei Euangelia, iuramento de stando iuri, et sanctæ Matris Ecclesiæ,atq; nostris,immouerius apostolicis,parendo mandatis: Iniuncta inde sibi pro modo culpæ pœnitentia salutari. ¶Quæ omnia et singula vobis omnibus et singulis supradictis,et vestrum cuilibet intimamus, insinuamus, et notificamus,ac ad vestram et cuiuslibet vestrum notitiam deducimus, et deduci volumus per præsentes. Vosq; nihilominus et vestrum quemlibet insolidum,auctoritate apostolica nobis cõmissa et qua fungimur in hac parte,tenore præsentium requirimus et monemus primo, secundo, tertio, et peremptorie,cõmuniter et diuisim,ac vobis et vestrum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ,et sub excõmunicationis pœna, quam in vos, et vestrum quemlibet, canonica monitione præmissa ferimus in his scriptis,nisi feceritis quæ vobis in hac parte committimus et mandamus,districte præcipiẽdo mandañ. quatenus statim receptis præsentibus,et postquam pro parte dicti Dñi Io. principalis desuper vigore præsentium fueritis requisiti,seu alter vestrum fuerit requisitus: Ita tamen quod in his exequendis vnus vestrum alterum non expectet, nec vnus pro alio, seu per alium se excuset, eundem Dñm Io. principalem, sic, vt præmittitur, per nos absolutum,singulis diebus dominicis et festiuis in vestris Ecclesiis, Monasteriis, et Capellis infra missarum, et aliarum diuinarum horarum solemnia, dum ibidem populi multitudo ad diuina audiendum,seu alias fuerit congregata, et alias, vbi, quando et quotiens expediens fuerit, ex parte nostra, immouerius apostolica, publice, alta et intelligibili voce absolutum, et restitutum nuncietis, et ab aliis, quantum in vobis fuerit, publice nunciari faciatis et mandatis: Quem nos etiam sic absolutum et restitutum nunciamus per præsentes,¶Absolutionem vero omnium et singulorum,qui præfatam nostram excõicationis sententiam incurrerint,siue incurrerit quoquomodo nobis,vel superiori nostro tantummodo reseruamus. ¶In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium præmissorum præsentes literas, siue præsens publicum instrumentum absolutionem nostram hmõi in se contineñ. siue continens, deinde fieri,et per Notarium publicum infrascriptum subscribi et publicari mandauimus: Sigilliq; nostri iussimus et fecimus appensione communiri. Datum et actum Romæ, in domo nostræ solitæ residentiæ, Sub Anno a Natiuitate Dñi M D L X. Indictione N, die vero N. Mensis Iunii,Pontificatus præfati S. D. N. Papæ Anno primo. Præsentibus ibidem discretis viris Dñis .N. N. et N. testibus ad præmissa vocatis specialiter atque rogatis.

Absolutio similis obtenta per procuratorem in præsentia alterius partis cõsentientis.

Franciscus Albericus,etc. vt in præceden. forma, cum insertione vsque. Post cuius quidem commissionis , siue supplicationis cedulæ præsentationem et receptionem nobis et per nos etc. factas, constitutus coram nobis prouidus vir magister. N. in Ro. Cu.causarum, et honorabilis viri Dñi N. de N. principalis,in præinserta nobis facta et præsentata cõmissione principaliter nominati procurator,prout de suæ procurationis mandato coram nobis extitit legitima facta fides,et dictum Dñm N. suum principalem in personam sui,a quibuscunq; excõicationis,suspensionis et interdicti, aliisq; sententiis, cen-

furis & pœnis Ecclesiasticis, si quas forsan, occasione in dicta cōmissione narratorum incurrerit, simpliciter vel ad cautelam, iuxta & secundum, eiusdem cōmissionis vim, formam, & tenorem absolui: Ipsumq; cōmunioni fidelium, ecclesiasticorumq; sacramentorū participationi, & sanctæ matris Ecclesiæ vnitati & gremio restitui per nos, debita cum instañ. postulauit: Offerens se nihilominus pro dicto principali suo paratum de stando iuri, & sanctæ matris Ecclesiæ nostrisq; hmói, immouerius Apostolicis, parere velle mandatis. ¶ NOS tunc Iudex & Cōmissarius præfatus attendeñ. postulationem hmōi fore iustam, & consonam rationi, & quod sancta Mater Ecclesia nemini claudit gremium ad eam recurrenti, prænominatum Dñm .N. principalem, licet absentem, in personam dicti magistri .N. procuratoris sui, coram nobis, vt præfertur, propterea personaliter constituti, instañ. & id flexis genibus, pro dicto Domino .N. principali suo, humiliter fieri peteñ. ab omnibus & singulis excōicationis, suspensionis, & interdicti, ac aliis sententiis, censuris & pœnis Ecclesiasticis (si quas forte, vt præmittitur, præmissorum occasione quomodolibet incurrerit) de honorabili viro Domino .N. clerici .N. dioecesis exaductso principalis, ibidem præsentis & sibi per dictum Dñm .N. exaductso principalem ad plenum fuisse & esse satisfact um publice recognoscentis, & asserentis, voluntate & expresso consensu absoluendum duximus & absoluimus in forma Ecclesiæ consueta: Ipsumq; Dñm .N. principalem, licet absentem, in personam sui procuratoris, cōmunioni fidelium, ac participationi ecclesiasticorum sacramentoꝵ, & sanctæ matris Ecclesiæ gremio, & vnitati restituimus, prout restituimus & absoluimus eundem per præsentes. Recepto tñ primitus ab eodem .N. procuratore nomine quo supra procuratorio, ad mandatum nostrum & in nostris manibus tactis per eũ corporaliter scripturis sacrosanctis ad sancta Dei Euãgelia, iuramẽto, q̃ dictus Dñs .N. principalis suus, stabit iuri, & sanctæ matris Ecclesiæ atque nostris, immoueriis Apostolicis, parebit mãdatis: Iniuncta inde sibi p̃ mõ culpæ pœnitẽtia salutari. ¶ Quæ omnia & singula vobis &c. vt in forma p̃cedẽti.

Absolutio ad cautelam cum reicidentia de cōsensu partium ad certum tempus.

Franciscus Albericus, &c. deputatus. Vniuersis, &c. Nouerітis, &c. ¶ Dignetur, &c. ¶ Post cuius quidem cõmissionis, &c. præsentationem, nobis & per nos, &c. factas, constitutis, coram nobis prouidis viris Dñis Marco .N. ex vna, & Antonio clerico N. dioc. partibus ex altera, dictus Dñs Marcus, in absolutionem, prænominato Dño Antonio .N. principali, a quadam excōmunicationis sententia in eum, ad eiusdem Dñi Marci instantiam, ob non solutionem .X. Floreñ. auri de camera, per R. P. D. N. de N. &c. Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ generalem Auditorẽ, lata hinc ad sex menses p̃ximè futuros, impendenda, sponte & expresse consensit. Quo sic præstito consensu, idem Dñs Antonius principalis se a dicta excōicationis sententia, de qua in præinserta commissione fit mentio, iuxta & secundum eiusdem commissionis vim, formam & tenorem, absolui: Ipsumq; cōmunioni fidelium, ac participationi ecclesiasticorum sacramentoꝵ, sanctæq; matris Ecclesiæ vnitati restitui, p̃ nos instanter postulauit. ¶ NOS tunc Franciscus Iudex & Cōmissarius &c. attendeñ. postulationem hmōi fore iustam & consonam rationi, quodq; iusta petenti non est denegandus assensus, & quod sancta mater Ecclesia nemini veniam petenti, gremium claudit, bonarumq; mentium est timere culpam, vbi culpa minime reperitur: Idcirco auctoritate apostolica nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, præfatum Antonium principalem coram nobis constitutum, & id humiliter flexis genibus fieri petentem, a dicta excōicationis sententia, in eum, vt præmittitur, lata, hinc ad sex menses proximè & immediate sequeñ. & alias iuxta dictæ nobis præsentatæ commissionis formam & tenorem

in Dei nomine absoluendum, sanctæq; matris Ecclesiæ vnitati, communioni fidelium, & participationi ecclesiasticorum sacramentorum, restituendum duximus, prout absoluimus & restituimus eundem per præsentes: iniuncta inde ipsi Dño N. principali pro modo culpæ poenitentia salutari: sub poena tamen re intrusionis & reinciden. nisi infra dictos sex menses de dictis X. Florenis, pro quibus dicta excõmunicationis sententia lata extitit, præfato Dño N. realiter satisfecerit, aut cum eo amicabiliter composuerit & concordauerit ℂQuã quidem excõicationis sententiã, ipsum Dñm .N. principalẽ, in defectu solutionis aut compositionis & concordiæ, lapsis sex mensibus hmõi, incurrere volumus ipso facto ℂVel sic. Volumus autem quod si præfatus Dñs .N. dictam concordiam non adimpleuerit, seu per eum steterit, quominus infra certum terminum per dictas partes constitutum, suum debitum consequatur effectum, eo casu, eundẽ N. in pristinas excõicationis, & alias sñias & censuras ecclesiasticas, vt pfertur, ante hmõi nostræ absolutionis impensioñ. ligatus erat: exnunc prout ex tunc & econtra, de dictarum hinc inde partium expresso consensu, reintrudim⁹ & intrusum ẽe decernim⁹ & declaramus ipso facto. ℂQuæ omnia &c. ℂAbsolutionẽ vero &c. In quoꝝ &c. Dat. &c. vt supra in prima forma absolutionis.

Absolutio a censuris, ob non paritionem literarum executorialiũ, siue monitorii pęnalis, lata in vim cõmissioñ. Apostolicæ.

Antonius Augustinus .I. V. doctor Sanctissimi Dñi nostri Papæ Capellanus, & ipsius sacri Palatii apostolici, causarum, causæq; & causis, ac partibus infrascriptis, ab eodem Dño nostro Papa Auditor, & ad infrascripta executor vnicus, specialiter deputatus ℂVNIVERSIS & singulis &c. vt infra in citatione cum inhibitione simplici, &c. vsq; tenore. ℂBeatissime Pater, &c. ℂHic aliquando occurrit narratiua processus & actorum, quam facies secundum exigentiam causæ. ℂCuius quidem commissionis virtute. Nos ad honorabilis viri Dñi. N. principalis, in præinserta nobis facta & præsentata commissione principaliter nominati, instañ. honorabilem virum Dñm. N. exaduerso principalem, in eadem præinserta cõmissione exaduerso principaliter nominatum, ad dicendum & excipieñ. quicquid verbo, vel in scriptis contra eãdem præinsertam nobis factã cõmissionem, dicere siue excipere volebat, ad vnũ primo, & deinde ad videndum, & audieñ. præfatum Dñm. N. principalem ab excõicationis, aliisq; sententiis, censuris & poenis ecclesiasticis, in eum, occasione non paritioñ. literarum executorialium, aut monitorij poenalis, nuper per R. P. D. N. eiusdem palatij apostolici causarum Auditorem, in causa hmõi decretarum, vel decreti, latis & inflictis, absolui: ipsumq; cõmunioni fidelium ac participationi ecclesiasticorum sacramentorũ, & sanctæ matris Ecclesiæ vnitati, & gremio restitui, literasq; desuper necessarias & opportunas, iuxta & secundum præinsertæ cõmissionis vim, formam, continentiam & tenorem, in forma solita & consueta, decerni & concedi, vel dicendum, & causam, si quam habeat rationabilem, quare præmissa fieri non deberent, allegandum: per quẽdam ex dictis Dñi nostri Papæ Cursoribus, citari mandauimus & fecimus, ad reliquos certos peremptorios terminos competentes, videlicet ad diem & horam infrascriptos. ℂ Quibus successiue aduenientibus, comparuit in iudicio legitime coram nobis Dñs .N. principalis principaliter pro seipso, citra reuocationẽ, &c. dicti dñi .N. exaduerso principalis non comparentis contumaciam accusauit, Ipsumq; contumacem reputari, & in eius contumaciam, in altero terminorum hmõi, se ab excommunicatioñ. alijsq; sententiis, censuris & poenis ecclesiasticis in eum, præmissorum, in cõmissione narratorum, occasione latis seu inflictis, ab

ſolui,& communioni fidelium,& participationi eccleſiaſticorum ſacramentorũ & ſanctæ matris eccleſiæ vnitati,& gremio reſtitui: Literasq́; deſuper neceſſarias & opportunas &c concedi,debita cum inſtañ. poſtulauit. ¶ Nos tunc Antonius Auguſtinus Auditor præfatus, dictum dominum N. exaduerſo principalem non compareñ. reputauimus merito,prout erat,exigente iuſtitia, contumacem,& in eius contumaciam attendeñ. poſtulationem huiuſmodi fore iuſtam & conſonam rationi: Quodq́; ſancta mater Eccleſia, nemini ad eam humiliter recurrenti,veniamq́; poſtulanti, gremium ſuum claudit, auctoritate apoſtolica nobis commiſſa, & qua fungimur in hac parte, prænominatum dominum N. principalem coram nobis perſonaliter comparentem, & id flexis genibus humiliter petentem,a ſupradictis excommunicationis,aliisq́; ſententiis,cenſuris & pœnis in eum,præmiſſorum occaſione,ad dicti domini.N. exaduerſo principalis,inſtañ latis, & promulgatis (conſtito nobis primitus, & ante omnia de plenaria paritione dictarum literarum executorialium, ſiue monitorii pœnalis per ipſum Dñm .N. principalem facta) iuxta dictæ præinſertæ commisſionis continentiam,duximus abſoluendum, & abſoluimus in forma eccleſiæ conſueta: Ipſumq́;communioni fidelium,ac participationi eccleſiaſticorum ſacramentorũ & ſanctæ matris eccleſiæ vnitati & gremio reſtituimus: Primitus tamen ab eodem Dño .N. ad mandatum noſtrum,& in noſtris manibus, tactis per eũ corporaliter ſcripturis ſacroſanctis,ad ſancta dei euangelia, de ſtando iuri, & ſanctæ matris eccleſiæ,noſtrisq́; hmõi,immouerius apoſtolicis,parendo mandatis,recepto iuramento,iniuncta inde ei pro modo culpæ pœnitentia ſalutari: prout abſoluimus & reſtituimus eundem per præſentes,has noſtras literas nõſtro ſub ſigillo decerneñ.& concedeñ. ¶ Quæ omnia,&c. vt ſupra in prima abſolutione. ¶ In quorum omnium & ſingulorum,&c. Datum,& actum &c. ſub Anno &c. Præſentibus,&c. vt infra in citatione cum inhibitione.

Abſolutionis ad ptes cõmiſſio,cã nõdum deuoluta.

Paulus Aemilius, dei & Apoſtolicæ ſedis gratia Archiepiſcopus Roſſañ. vnius ex ſacri Palatii Apoſtolici cauſarum auditoribus Locumtenens,cauſæq́; & cauſis,ac partibus infraſcriptis a S. D. N. Papa Iudex ſpecialiter deputatus. ¶ Venerabilibus & circunſpectis viris dñis N.& N. Decanis eccleſiarum .N. & N. & veſtrum cuilibet inſolidum,Salutem in domino,& commiſſis diligentiam,ac præſentibus fidem indubiam adhibere, noſtrisq́; huiuſmodi,immouerius apoſtolicis firmiter obedire mandatis. ¶ Noueritis,quòd nuper Sanctiſſimus,&c. tenore. ¶ Beatiſſime Pater,&c. In fine &c. ¶ Poſt cuius quidem commiſſionis, ſiue ſupplicationis cedulæ præſentationem & receptionem nobis & per nos,vt præmittitur, factas, citatione legitima, vna cum inhibitione inſerta, extra Rom. Cu. & ad partes, in forma ſolita, & conſueta p nos decreta atque conceſſa: Subſequenter fuimus pro parte honorabilis viri Dñi N. principalis,in præinſerta commiſſione principaliter nominati debita cũ inſtantia requiſiti: quatenus aliquibus venerabilibus & egregijs viris in partibus illis exiſtentibus,abſolutionem ab excõicationis,aliisq́; ſententijs, cenſuris,& pœnis eccleſiaſticis,in eum,ob non ſolutionem certarum pecuniarum,vel non paritionem certi monitorij contra eum decreti, & in eius perſonam executi,vt in commiſſione præmiſſa latius deducitur, forſitan latis, fulminatis,& inflictis,impendendam committere: Ipſosq́;,& eorum quemlibet inſolidum ad hoc deputare, & ſubdelegare, ac vices noſtras committere, literasq́; deſuper neceſſarias opportunas, iuxta dictæ præmiſſæ commiſſionis vim, in forma ſolita & conſueta decernere, & concedere dignaremur. ¶ NOS igitur Paulus Aemilius Archiepũs,& locumtenens præfatus, attendeñ. requiſitionem hmõi fore iuſtam,& conſonam rationi: Quodq́; iuſta petenti non eſt denegandus aſſenſus,& quod ſancta mater eccleſia nemini claudit gremium veniam pe-

tenti,& ad eam redire cupienti: Volentesq; dictam nobis factam commissionē ad effectum debitum deducere, vt tenemur. Idcirco auctoritate apostolica nobis commissa & qua fungimur in hac parte: Dñis.N. & N. Decanis, & vestrū cuilibet insolidum (de quorum circunspectione & industria plenam in domino gerimus fiduciam) vices nostras, tenore præsentium in hac parte, committimus, & in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipieñ. mandamus: quatenus receptis præsentibus, & postquam pro parte dicti Dñi .N. principalis super hoc vigore præsentium fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus, vocatis ad hoc .N. exaduerso principali, & alijs qui fuerint vocandi, iuxta iuris exigentiam, eundem Dñm.N. principalem, si id humiliter petierit, aut eius legitimum procuratorem, ad hoc ab eo sufficienti mandato suffultum, a dictis excommunicationis, aliisq; sententiis, censuris, & pœnis ecclesiasticis, præmissorum occasione in eum latis, auctoritate nostra, immouerius apostolica, simpliciter, vel ad cautelam, prout vobis visum fuerit, iuxta dictæ commissionis vim, formam, & tenorem, hac vice duntaxat, in forma ecclesiæ consueta, nomine illius absoluatis, communioniq; fidelium, & participationi ecclesiasticorum sacramentorū & sanctæ matris ecclesiæ vnitati & gremio restituatis, ac eum, vt talem, vbi, & quando, & quotiens expediens fuerit, denuncietis, & ab aliis denunciari faciatis & permittatis, literas vestras desuper decerneñ & concedeñ. recepto tamen primitus ab eodem Dño . N. principali, vel procuratore suo prædicto, ad mandatum vestrum, & in vestris manibus, tactis per eum scripturis sacrosanctis ad sancta dei euangelia, corporali præstito iuramento de stando iuri, & sanctæ matris ecclesiæ, nostrisq; & vestris parendo mandatis, iniuncta inde sibi pro modo culpæ pœnitentia salutari. ¶ In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium præmissorum præsentes literas, siue præsens publicum instrumentum hmōi, nostram absolutionis ad partes cōmissionem in se continentes, siue continens, exinde fieri, & per notarium publicum infrascriptum subscribi & publicari mandauimus: sigilliq; nostri iussimus, & fecimus appensione cōmuniri. Datum & actum Romæ, in domo nostræ solitæ habitationis, sub anno a natiuitate Dñi M D L X. Indictione tertia: Die vero N. mensis, N. Pontificatus præfati Sanctissimi in Christo patris, & Dñi nostri, Dñi Pij, diuina prouidentia Papæ IIII, Anno primo. Præsentibus ibidem discretis viris Dñis N. & N. testibus ad præmissa vocatis specialiter, atque rogatis.

Absolutio ad partes in vim cōmissionis Apostolicæ, parte vocata, et causa deuoluta.

Fabius Accorambonus Vtriusque Iuris Doctor, Sanctissimi Domini nostri Papæ Capellanus, & ipsius sacri Palatii apostolici causarū, causæq;, & causis, ac partibus infrascriptis, ab eodem Domino nostro Papa Auditor specialiter deputatus, ¶ Venerabilibus & circunspectis viris Dominis N. & N. ecclesiarum decanis, nostris in hac parte subdelegatis, Salutem in domino, & præsentibus fidem indubiam, ac in commissis diligentiam debitam adhibere, nostrisq; huiusmodi, immouerius apostolicis, firmiter obedire mandatis. Noueritis, quòd nuper Sanctissimus in Christo pater, & Dominus noster Dñs Pius, diuina prouidentia Papa IIII, quandam commissionis siue supplicationis cedulam nobis per quendam suum Cursorem præsentari fecit, quam nos cum ea, qua decuit reuerentia, recepimus, huiusmodi sub tenore. ¶ Beatissime Pater, &c. In fine vero commissionis duplex erat signatura, quarum prior talis erat. ¶ De mandato, &c. Alia talis. ¶ Placet, &c. ¶ Cuius quidem commissionis vigore, in causa & causis huiusmodi, in & ad Rom. Cu. coram nobis legitime introductis, & deuolutis, aliquali inchoato processu, præfatus Dominus noster Papa quandam aliam commissionis cedulam nobis per alium ex dictis suis Cursoribus

præsentari fecit, quam nos cum simili, qua decuit reuerentia, recepimus, tenoris subsequentis. ¶ Beatissime Pater, &c. Cuius vltimæ commissionis virtute nos in causa & causis huiusmodi, ad vlteriora proceden. ad prouidi viri magistri N. in Rom. Cu. causarum, & honorabilis viri Dñi N. principalis, in præinserta nobis facta commissione principaliter nominati procuratoris, instañ. prouidum virum magistrum N. in eadem Rom. Cu. etiam causarum, & honorabilis viri Dñi N. exaduerso principalis, in eadem commissione exaduerso principaliter nominati procuratorem (prout de eorum hinc inde procuratorum procurationum mandatis, apud acta causæ hmôi dinoscitur constare, & constat documentis) ad dicendum & excipiendum quicquid verbo, vel in scriptis, contra eandem vltimo præinsertam commissionem dicere, siue excipere volebat, primo, & deinde ad videñ. & audieñ. vobis Dñis N. & N. Decanis prædictis absolutionem dicti Dñi N. principalis, excõmunicationis, alijsq; Ecclesiasticis, sententiis, censuris, & poenis, in eum, per venerabilem virum Dñm N. Iudicem & commissarium, in partibus, vt asseritur, latis & promulgatis, & de quibus in vltima præinserta commissione fit mentio: Per nostras literas speciales, extra Rom. Cu. & ad partes, iuxta eiusdem præinsertæ commissionis formam, continentiam & tenorem committi, vel dicendum, & causam, &c. allegañ. vt supra proxime. ¶ Quibus aduenientibus, comparuit legitime coram nobis magister N. procurator predictus, nomine quo supra procuratorio, dictiq; magistri N. exaduerso non compareñ. contumaciam accusauit: Ipsumq; contumacem teputari, & in eius contumaciam, vobis Dñis Decanis prædictis absolutionem dicti Dñi N. principalis ab excõicationis, aliisq; sententiis, &c. vt supra committi per nos debita cum instañ. postulauit. ¶ Nos tunc Fabius Accorambonus Auditor præfatus, dictũ magistrum N. exaduerso procuratorem non compareñ. reputauimus merito, prout erat, iustitia suadente, contumacem: & in eius contumaciam attendeñ. postulationẽ hmôi fore iustã, & rationi cõsonã, &c. vt supra.

Absolutio excõmunicati ab Auditore cameræ tanquam ordinario Ro. Curiæ.

Franciscus Albericus de Rechaneto Prothonotarius Apostolicus S.D.N. Papæ, eiusq; Camerarii: Necnon Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ generalis Auditor, Romanæq; Curiæ Iudex ordinarius, &c. specialiter deputatus. ¶ VNIVERSIS & singulis Dñis Abbatibus, per ciuitat. & dioc. N. illiq; vel illis, ad quem, vel ad quos præsentes nostræ literæ peruenerint: Salutem in Dño, & præsentibus fidem indubiam adhibere, nostrisq; hmôi, & dictæ curiæ firmiter obedire mandatis. Noueritis, quod nos, die & hora infrascriptis, iuxta ritum & formam sanctæ matris ecclesiæ, absoluimus, & eiusdem sanctæ matris Ecclesiæ vnitati & gremio, ac ecclesiasticorum sacramentorum participationi, ac cõmunioni fidelium restituimus. N. N. dioc. propterea coram nobis personaliter constitutum, id flexis genibus humiliter petentem, quadam excommunicationis sententia, ad instañ. N. ob non solutionem certæ pecuniarum summæ, per nos, auctoritate dictæ curiæ, aliâs in eum lata & promulgata, ex eo quia idem N. propterea personaliter coram nobis constitutus, ad hoc suum liberalem præstitit consensum, pariter & assensum: & idem N. de stando iuri, & parendo nostris, & sanctæ matris ecclesiæ mandatis, in nostris manibus, tactis per eum corporaliter scripturis sacrosanctis, solitum præstitit iuramentum, cum recidentia tamen, in eadem excõicationis sententiam, ipso facto, in euentum in quem dictus N. eidem N. de pecuniarum summa, ob cuius non solutionem excõmunicatus, ac vt talis declaratus extitit, hinc ad duos menses proxime futuros a die Dat. præsentium inantea computañ. plenarie & integre non satisfecerit. Quapropter vobis, & vestrum cuilibet, tenore præsentium, da-

mus districte in mandatis: quatenus ipsum .N. sic absolutum modo præmisso in vestris Ecclesijs, Monasterijs, & Capellis, dum & quotiens expedierit, & requisitio desuper facta fuerit, publice nuncietis, ac faciatis ab aliis nunciari. ¶ In quorum testimonium præsentes literas exinde fieri, sigilliq; dictæ Curiæ causarum Cameræ apostolicæ, quo vtimur, iussimus & fecimus appensione communiri. Datum, &c.

Cōmissio absolutionis ab eodē Auditore Cameræ.

Franciscus &c. Venerabilibus viris dñis. N. & .N. &c. & eorū cuilibet in solidum, Salutem in domino. Discretioni vestræ, & cuilibet vestrum tenore præsentium committimus, ac in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipien̄ mandamus: quatenus statim visis & receptis præsentibus, & postq̄ pro parte honorabilium virorum Dño℞ N. & N. fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit super hoc requisitus, eosdem .N. & N. a quadam excommunicationis sententia, in eos & eorum quemlibet ob non solutionem certarum pecuniarū, in quibus honorabilibus viris. N. &. N. efficaciter obligantur, ad instañ dictorum. N. & N. creditorum, per nos auctoritate dictæ curiæ lata & promulgata, si id humiliter petierint, ac de stando & parēdo nostris & vestris, ac sanctæ matris ecclesiæ mandatis, in vestris manibus, tactis per eos & eorum quemlibet, corporaliter scripturis sacrosanctis, ad sancta dei euangelia solitum præstiterint iuramentum: ac honorabiles viri. N. & N. N. dioc. aut aliquis eorum, suum liberalem ac expressum præstiterit consensum, pariter & assensum, hac vice duntaxat, auctoritate nostra, & dictæ curiæ absoluatis, & communioni fidelium, ac participationi ecclesiasticorū sacramentorū, sanctæq; matris ecclesiæ vnitati & gremio restituatis, iniuncta sibi pro modo culpæ pœnitentia salutari: Ipsosq; sic absolutos & restitutos publice nuncietis, & faciatis ab alijs in vestris ecclesiis, monasteriis, capellis & locis publicis, vbi, quando & quotiens expediens fuerit, publice nunciari, & super absolutione & restitutione huiusmodi, vestras literas autenticas, aut instrumentum publicem, si illas, vel illud petierint, & habere voluerint, in fidem & testimonium præmissorum, dando & concedēdo. ¶ In cuius rei testimonium præsentes literas exinde fieri, & per notarium publicū, nostrūq; & dictæ curiæ scribam infrascriptum, subscribi, & publicari mandauimus: sigilliq; dictæ curiæ, quo vtimur, iussimus & fecimus appensione communiri. Datum, &c.

Absolutio ad cautelā breuis, p̄ Auditorē Cameræ.

Franciscus &c. Vniuersis & singulis, &c. Noueritis quod cum aliàs honorabilis vir N. mercator Floreñ, Rom. Cu. sequens, pro se, &. N. & N. sociis mercatoribus Ro. Cu. sequeñ. Reuerendum patrem dominum N. ab omnibus obligationibus sibi, & dictis suis sociis per eundem R. P. D. N. factis vsq; ad diē N. mēsis. N. anni N. liberasset atque quietasset, Ipse tñ R. P. antedictus, dubitans se occasione præmissarum obligationum, in aliquam excommunicationis sententiam incidisse, cum piarum mentium sit culpam timere, vbi culpa non reperitur: Ipsum ab excommunicationis sententia, ad cautelam absolui per nos debita cum instantia postulauit. ¶ Nos tunc N. Auditor præfatus, attendeñ. requisitionem huiusmodi fore iustam, & consonam rationi: De cō sensu præfati N. mercatoris, & dictorum sociorum mercatorum, pariter & assensu, dictum R. P. coram nobis constitutum, & huiusmodi absolutionem genibus flexis humiliter petentem, ab omnibus & singulis excommunicationis sententiis, in eum, occasione præmisso℞ forsan latis, ad cautelam absoluendū, ipsumq; communioni fidelium, ac sacramentorum ecclesiasticorum participationi, & sanctæ matris ecclesiæ vnitati & gremio restituendum duximus, & absoluimus, ac restituimus per præsentes. ¶ In cuius, &c.

Acceptatio

Acceptatio simplex pben. ecclesiæ cathedralis p canonicũ creatũ in eadem ecclesia.

In nomine Dñi amen. Anno a natiuitate eiusdem Domini M D LX. Indictione iij. die vero N. mensis N. Pontificatus S. in Christo patris & domini nostri, Dñi Pij, diuina prouidentia Papæ IIII, Anno primo. In mea notarii publici, testiumq; infrascriptorum, ad hoc specialiter vocatorũ, & rogatorum præsentia, personaliter cõstitutus venerabilis vir D. N. presbyter, canonicus ecclesiæ N. licentiatus in decretis, dixit ad sui notitiam nuper peruenisse, quod præben. quam quondam N. dictæ ecclesiæ canonicus præbendatus in ipsa ecclesia, dum viueret, obtinebat, per eiusdem N. obitum, qui extra Ro. Curiam diem clausit extremum, vacaret, & vacet ad præsens: Idcirco credens dictam præbeñ. sic, vt præmittitur, vacañ. sibi de iure deberi, eandem vigore gratiæ expectatiuæ, per præfatum dominum nostrum Papam sibi gratiose cõcessæ, & literarum, processuũq; desuper habitorum, in dei nomine acceptauit, & de præsenti acceptat, cum protestatioñ. in talibus fieri solitis & consuetis, & præsertim si & inquantum præbenda huiusmodi sibi de iure debeatur. Alioquin dicta sua gratia salua sibi maneat & illæsa. ¶ Super quibus omnibus & singulis præmissis, præfatus dominus N. principalis, sibi a me notario publico infrascripto vnum, vel plura, publicum, seu publica, fieri petiit atq; confici instrumentum & instrumenta. Acta fuerunt hæc Romæ, in domo habitationis mei notarii publici infrascripti, sub anno, indictione, mense, die, & pontificatu quibus supra. Præsentibus ibidem honorabilibus viris N. & N. clericis. N. dioc. testibus ad præmissa vocatis specialiter atque rogatis.

Iuxta præinsertæ formæ tenorem possunt confici omnes aliæ acceptationes super quibuscunq; beneficiis, etiã super dignitatibus, prioratibus, regularibus, et parrochialibus ecclesiis, mutatis solum titulis beneficiorum.

Acceptatio, et prouisio quælibet, facta seorsum, et separatim.

In nomine Dñi amen. & c. In mea notarii & c. constitutus venerabilis vir dñs. N. & c. reuocationem: Asserens ad sui notitiam peruenisse parochialem ecclesiam sancti N. N. dioc. quam quondam N. dum viueret obtinebat, per eiusdem N. obitum, extra Rom̃ cu. defuncti, vacare, prout vacat ad præsens: Idcirco dictam parochialem ecclesiã, sic, vt præmittitur, siue vcis quouis modo vacañ. vigore gratiæ expectatiuæ, sibi per dictum D. nostrum Papam necnon processuum desuper fulminatorum, omnibus melioribus modo, via, iure, causa, & forma, quibus melius & efficacius potuit & debuit, in Dei nomine acceptauit, cum protestatioñ. debitis, in talibus fieri consuetis, videlicet, quod si & inquantum dicta parochialis ecclesia sibi vigore dictæ gratiæ suæ expectatiuæ, & processuum desuper fulminatorum de iure non debeatur, tunc huiusmodi gratia sua expectatiua sibi salua maneat & illæsa, ad quodcunque aliud beneficium sibi debitum seu debendũ. ¶ Super quibus & c. Act. & c. Præsentibus & c. ¶ Subsequenter, Anno, Indictione, & Pontificatu quibus supra: Die vero N. mensis N. In mei notarii & c. constitutus supradictus dominus N. principalis, me notarium publicum infrascriptum, tanquam subexecutorem vigore generalis clausulæ: Cæterum, in ipsis processibus super gratia expectatiua sibi p

dictum D. nostrum Papam concessa habitis contentæ, debita cum instañ. requisiuit: quatenus dictam parochialem ecclesiam N. modo & forma præmissis vacañ. & per eum acceptatam, sibi conferrem & assignarem, & de illa prouiderem. ¶Ego vero N. notarius infrascriptus, attendens requisitionem huiusmodi fore iustam & consonam rationi, ac volens, tanquam obedientiæ filius, mandatis apostolicis reuerenter parere, vt teneor, præfato domino N. de dicta parochiali ecclesia N. cum omnibus iuribus & pertineñ. suis in dei nomine prouidi, ac eundem Dominum N. per bireti traditionem, & capiti suo impositionem, inuestiui de eadem. ¶Super quibus, &c. Act. &c. Præsentibus, &c.

Acceptatio et prouisio in curia per principalem.

In nomine Dñi amen. Anno a natiuitate eiusdem M D L X, Indictione tertia, die vero N. mensis N. pontificatus S. in Christo patris, & domini nostri, domini Pij, diuina prouidentia Papæ IIII, anno primo, In mei notarii publici, testiumq; infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum pñtia: personaliter constitutus honorabilis vir dominus N. clericus N. dioc. principalis, principaliter pro seipso, citra tamen quorumcunq; procuratorum suorum, per eum hactenus quomodolibet constitutorum reuocationem, asserens ad sui notitiam nuper peruenisse, ecclesiam parochialem N. N. dioc. per obitum quondam N. illius, dum viueret, vltimi possessoris, extra Ro. Cu. & in partibus defuncti, vacasse & vacare ad præsens. Quam quidem parochialem ecclesiam idem dominus N. principalis, omnibus melioribus modo, iure, causa, & forma, quibus melius & efficacius potuit & debuit, ac potest & debet, cuiusdam gratiæ expectatiuæ, sibi per præfatum dominum nostrum Papam, sub certis modo & forma concessæ, ac processuum desuper fulminatorum & decretorum vigore, cum protestatioñ. debitis, in talibus fieri solitis & consuetis, videlicet, si & inquantum dicta parochialis ecclesia sibi de iure, vigore dictæ suæ gratiæ debeatur, & non alias: alioquin quòd huiusmodi sua gratia expectatiua ad quodcunq; aliud beneficium sub ea comprehensum, sibi salua maneat & illæsa, in Dei nomine acceptandum duxit, & acceptauit: Requirens me notarium publicum infrascriptum, vigore generalis clausulæ Cæterum &c. in dictis processibus contentæ, quatenus eandem parochialem ecclesiam, sic, vt præmittitur vacañ. & per ipsum acceptatam, cum omnibus iuribus & pertineñ suis, sibi auctoritate apostolica conferre & assignare, atque de eadem prouidere curarem, iuxta dictarum literarum apostolicarum, & processuum vim, formam, continentiam & tenorem. ¶Ego tunc N. notarius publicus infrascriptus, tanquam obedientiæ filius, attendens requisitionem huiusmodi fore iustam, & rationi consonam: Volensq; mandatis apostolicis obedire, vt teneor, ecclesiam parochialem prædictam, sic, vt præmittitur, vacañ. & acceptatam, præfato domino N. principali instanti, & petenti contuli & assignaui: Sibiq; de illa, cum omnibus iuribus & pertinentiis suis, vt præmittitur, in dei nomine, prouidi: ac eundem dominum N. per bireti sui capitis impositionem, inuestiui de eadem. Super quibus &c. Acta fuerunt hæc Romæ in domo habitationis mei notarij infrascripti: Sub anno, Indictione, Die, mense, & pontificatu quibus supra, Pñtibus, &c.

Acceptatio, et prouisio extra Romanam Curiam per principalem.

In nomine Dñi amẽ. Anno, &c. Ind. &c. die vero N. mensis N. Pont. Sanctissimi, &c. Anno N. In mea notarij publici, &c. personaliter cõstitutus honorabilis vir dñs N. clericus N. dioc. principalis, principaliter pro se ipso, citra tamen quorumcunq; procuratorum suorum, per eum quomodolibet constitutorum reuocationem, dixit & asseruit ad sui notitiam peruenisse, q̃ paro-

chialis ecclesia sancti N. N. dioc. per obitum quondam N. N. ipsius ecclesiæ, dum viueret, vltimi possessoris, extra Rom. Cu. & in partibus defuncti, vacaret, & vacet ad præsens: Eapropter dictus N. vel ipse N. procurator, nomine procuratorio, dictam parochialem ecclesiam, sic, vt præmittitur, vacañ. vigore quarundam literarum apostolicarum, siue gratiæ expectatiuæ, sibi per præfatum D. N. Papam, ad collationem & pñtationem venerabilium & circunspectorum virorum dominorum Præpositi, Decani, & Capituli ecclesiæ N. N. dioc. sub Dat. Romæ apud sanctum Petrum, Anno incarnationis Dñicæ M D L X. Kl. Fe. Pont. sui anno primo, gratiose factarum & concessarum, necnon processuum desuper fulminatorum & decretorum, omnibus melioribus modo, via, iure, causa & forma, quibus melius & efficacius potuit & debuit, acceptauit: cum protestatione, ꝙ si & inquantum dicta ecclesia parochialis, sibi, vel principali suo, de iure vigore dictæ suæ gratiæ non debeatur, ad aliud quodcunq; beneficium ecclesiasticum, sub dicta sua gratia comprehensum, vacans, vel vacaturum, libere possit & valeat habere recursum, dictaq; gratia sua sibi salua maneat & illæsa. Meq; notarium infrascriptum, quem in subexecutorem ad actum infrascriptum vigore clausulæ Cæterũ, &c. in dictis processibus contentæ, eligendo requisiuit, quatenus sibi de añdicta ecclesia, sic, vt præmittitur, vacañ. & per eũ acceptata, prouiderem, sub pœnis, sententiis & censuris, in supradictis processibus contentis.

¶ Ego tunc N. notarius publicus infrascriptus tanquam subexecutor per eum assumptus, eidem N. humiliter a me peteñ. de dicta parochiali ecclesia, sic, vt præmittitur, vacañ. & per eum acceptata, dictis modo, forma, iure, & causa, cum omnibus iuribus & pertineñ. suis supradictis, mediantibus protestatioñ. añdictis in dei nomine prouidi, ipsumq; per bireti sui traditionem, & capiti suo impositionem, inuestiui de eadem. ¶ Super quibus &c. Acta fuerunt hæc Augustæ, in ecclesia cathedrali. Sub anno, &c. Pñtibus, &c.

Acceptatio, et prouisio vigore nominatioñ. Imperialis per procuratorem.

In nomine Domini amen, &c. Personaliter constitutus honorabilis vir, dominus N. clericus N. dioc. venerabilis viri domini N. principalis, in literis infra designatis principaliter nominati, procurator, prout de suæ procurationis mandato mihi notario publico infrascripto legitima extitit facta fides: asserens & proponens ad sui nuper peruenisse notitiam, qualiter canonicatus & præbeñ. ecclesiæ N. dictæ dioc. per obitum quondam N. vltimi & immediati eorundem possessoris, extra Rom. Cu. & in partibus defuncti, vacarent, & vacent de præsenti. Et quod Serenissimus & Inuictissimus Princeps & Dñs. Dominus Carolus V. diuina fauente clementia Rom. Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hispaniæ, &c. Rex, dicto N. principali suo, auctoritate Imperiali a sede apostolica sibi concessa, quandam nominationem, ad venerabilium, & circunspectorum virorum dominorum Præpositi, Decani, & Capituli, singulorumq; Canonicorum, ac personarum ecclesiæ collegiatæ sancti N. de N. Augusteñ. dioc, prædictæ, collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, seu quamuis aliam dispositionem, communiter, vel diuisim pertineñ. gratiose cõcesserit, sub Dat. Augustæ, anno a natiuitate Domini Millesimo. &c. Regnorũ suorum Romañ. Imperii N. Germaniæ vero, &c. de Canonicatu eiusdem Ecclesiæ sub expectatione præbeñ. prout & quemadmodum in Imperialibus processibus super illis concessis & fulminatis plenius continetur. Idcirco eosdem canonicatũ & præbeñ. sic, vt præmittitur, siue alias quouis modo vacañ. omnibus melioribus modo, via, &c. quibus melius & efficacius potuit & debuit, vigore dictarum literarum Imperialium & processuum indesecutorum, tanquam sibi, & nulli alteri, de iure debitos, procuratorio, quo supra, nomine, in Dei nomine

acceptauit:sibiq; a me notario publico infrascripto,in vim clausulæ Cæterū,&c. in eisdem processibus contentæ, de eisdem canonicatu & præbeñ. sic, vt præmittitur,vacañ.prouideri petiit, saluis tamen protestationibus in talibus fieri solitis & cõsuetis:videlicet,quod si & in quantum huiusmodi canonicatus & præbeñ. vigore acceptationis huiusmodi sibi de iure non debeantur: tunc acceptatio sua huiusmodi pro non facta habeatur, & dicta nominatio suo principali salua maneat & illæsa ad quoscunq; alios canonicatus & præbendas,sibi de iure debitos,seu debeñ. & dictæ nominationis vigore acceptandos. Et hac protestatione salua, requirens me notarium infrascriptum, tanquam subexecutorem vigore generalis clausulæ Cæterum,&c.in ipsis processibus contentæ: quatenus dictos canonicatum & præbeñ. cum omnibus iuribus & pertinentiis suis,modo & forma præmissis,vacañ.& per eum acceptatos, auctoritatibus apostolica & imperiali conferrem, & assignarem, ac de eisdem prouiderem, & inuestirem. ¶Ego vero.N. notarius publicus infrascriptus,attendens requisitionem huiusmodi fore iustam&c.ac volens tanquam obedientiæ filius,mandatis apostolicis & Imperialibus reuerenter parere,vt teneor, præfato domino .N. procuratori instanti,& petenti,dictos canonicatum & præbendam,sic,vt præmittitur vacañ. & per eum acceptatos,cum omnibus iuribus & pertinentiis suis,in Dei nomine contuli & assignaui, sibiq;,nomine quo supra procuratorio,de eisdem prouidi, ac eundem per bireti sui traditionem, & capiti suo impositionem &c. ¶Super quibus &c. ¶Eodem modo conficies acceptationem & prouisionem factas in vim precum primariarum,vel Imperialium,aut Regalium, mutatis mutandis, iuxta tenorem literarum desuper confectarum.

Instrumentum aggrauationis,reaggrauationis,interdicti,et inuocationis brachii sæcularis ob nõ paritionẽ executorialiũ.Require infra de brachio sęculari.

Aggrauatio cũ reaggrauatione et inuocatione brachii sęcularis p Auditorẽ Cam.in curia post excõicationẽ ob nõ solutionẽ pecuniarum.

Reuerendissimo Ac Reuereñ.in Christo patribus & dominis,dominis Guidoni Ascanio,miseratione diuina sancti Eustachij Sacrosanctæ Romañ Ecclesiæ Diacono Cardinali, de sancta Flora vulgariter nuncupato.S. D. N. Papæ Camerario,seu cameram apostolicam regenti,ac ipsius Vicecamerario,& eiusdem domini nostri Papæ Vicario generali. VNIVERSIS quoque & singulis dominis Abbatibus, &c. Vsque ad verbum Altaristis,ac religiosorum ordinum,monasteriorum,conuentuum,& domorum quorumcunq;,ministris generalibus & prouincialibus, Vicariis,Custodibus Magistris,Præceptoribus,Conuentibus,Commendatoribus,Prioribus,Personis, Fratribus ac Religiosis,cœterisq; presbyteris,Clericis,Notariis, ac Tabellionibus publicis,ac dñi nostri Papæ Cursoribus quibuscunq;:Necnon magnificis & nobilibus viris Dñis Senatori,& Præfecto Almæ Vrbis,ac Ro.Cu Marescallis præfati domini nostri Papæ,eorumq; & cuiuslibet ipsorum Iudicibus, Auditoribus,Collateralibus,Commissariis,Barisellis,Capitaneis, Mandatariis, & aliis officialibus quibuscunq;:Ac vniuersis & singulis illustribus viris Dñis Ducib⁹, Comitibus,Vicecomitibus,Marchionibus,Baronibus,Militibus militarib⁹,Proconsulibus,Cõsulibus,Cõsiliariis,Præfectis,Gubernatorib⁹,Rectorib⁹,Vicariis,

Prioribus,

Prioribus,Potestatibus,Domicellis,Nobilibus,Capitaneis,Castellanis,Bailiuis,Conseruatoribus,Seruientibus,Scabinis,Magistris ciuium,Ciuibus, Oppidanis, cæterisq; officialibus iudiciariis,& officiarijs,clientibus,præconibus,& personis quibuscunq; iurisdictionem spiritualem & temporalem ac ordinariam, pro tempore habentibus & exercentibus per Almam Vrbem eiusq; districtum & Romanam Curiam: Necnon ciuitates,terras, & loca Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, & præfato S. D. N. Papæ mediate vel immediate subiectas & subiecta,ac illi & illis,ad quem vel ad quos præsentes literæ peruenerint.

¶ FRANCISCVS Albericus &c. Salutem in domino, & nostris huiusmodi,immo uerius apostolicis,firmiter obedire mandatis. Olim confessione,&c. vt in excommunicatione Auditoris Cameræ contra debitorem absentem,vsq; declaramus. Ipsumq; sic excommunicatum publice denunciandum fore decreuimus,prout in nostris inde confectis literis, ac actis dictæ causæ, plenius continetur & habetur. ¶ Quam quidem excommunicationis sententiam, quia idem .N.debitor excommunicatus,diu pertinaciter sustinuit,prout adhuc sustinet,animo indurato,non curans,sicut nondum curauit,dicto .N. creditori de præmissis satisfacere,& ad sanctæ Matris Ecclesiæ gremium redire,animæq; suæ saluti prouidere,claues sanctæ Matris Ecclesiæ contemnendo. Nos tunc,ad dicti.N.creditoris instañ. dictum .N. exaduerso principalem debitorem,ad videndum & audiendum excommunicationis sententiã huiusmodi,qua, vt præmittitur,innodatus existit,ac illaqueatus,aggrauari & reaggrauari: Literasq; aggrauatorias & reaggrauatorias,vsq; ad inuocationem auxilij brachii secularis inclusiue,in forma solita & cõsueta,decerni & concedi,vel dicendum & causam,si quam haberet rationabilem,quare præmissa minime fieri deberent,allegandũ: Per quendã domini nostri Papæ Cursorem,citari mandauimus & fecimus,ad certum peremptorium terminum competentem,videlicet,ad diem & horam infrascriptos. Quibus quidem die,& hora aduenientibus,comparuit in iudicio legitime corã nobis magister.N. procurator,nomine quo supra procuratorio,& supradicti .N. debitoris,non comparentis,neq; huiusmodi diei termino in aliquo satisfacere curantis,contumaciam accusauit, Ipsumq; contumacem reputari,& in eius contumaciam dictam excommunicationis sententiam,qua præfatus dominus N.debitor innodatus & illaqueatus existit,aggrauari & reaggrauari,Literasq; aggrauatorias & reaggrauatorias desuper necessarias & opportunas,in forma solita & consueta,decerni & concedi per nos instanter postulauit. ¶ Nos tunc Frãciscus Albericus Auditor præfatus,dictum.N .debitorem,non comparentem,neq; huiusmodi diei termino,in aliquo satisfacere curantem,reputauimus,prout erat,quo ad actum & terminum huiusmodi,id suadente iustitia,contumacem: Et in eius contumaciam,attendentes quod crescente contumacia,crescere debet & pœna, vt quos Dei timor à malo non reuocat, seuentas saltem coerceat disciplinæ, & quod quanto grauiora sunt peccata, tanto diutius infœlicem animam detinent alligatam: Ne facilitas pœnæ audaciam tribuat delinquendi: præfatam nostram excommunicationis sententiam aggrauãdam duximus & reaggrauandã, ac tenore præsentium aggrauamus & reaggrauamus. ¶ Quocirca discretiones vestras,& cuiuslibet vestrum,tenore præsentiũ requirimus & monemus, primo secundo,tertio & peremptorio: Vobis nihilominus & vestrum cuilibet insolidũ in virtute sanctæ obedientiæ,& sub excommunicationis pœna, quam canonica monitione præmissa,in vos & vestrum quemlibet exnunc ferimus in his scriptis nisi feceritis quæ mandamus,districte præcipieñ quatenus, statim visis,& receptis præsentibus,& postquam fueritis præsentium vigore desuper legitime requisiti,seu alter vestrum fuerit requisitus per vos,vel alium seu alios ex parte nostra moneatis & requiratis nominatim & expresse,ac in eorum propriis personis, primo,secundo,tertio,& peremptorie,omnes & singulos vtriusq; sexus homines,tã mares,quam mulieres,notos,vicinos & propinquos ipsius.N. debitoris excõmu

ficati, vsque ad numerum .xl. de illis qui vobis aut vestrum alicui, per latorem præsentium fuerint nominati, quos nos etiã tenore præsentiũ sic monemus. Eisq; nihilominus sub dicta excommunicationis pœna, quam præfata canonica monitione præmissa, in eos & eorum quemlibet, exnunc ferimus in his scriptis, nisi fecerint quæ mãdamus, districte præcipien. mandan eisdem, quibus etiam tenore præsentium præcipimus & mandamus ne aliquis ipsorum cum dicto. N. debitore, quamdiu in huiusmodi excommunicationis sententia perseuerauerit in emendo, vendendo, loquendo, conuersando, stando, eundo, cibo, potu, aut quocunque alio participationis titu, exceptis personis & casibus a iure permissis participare præsumant, seu præsumat: Alioquin qui sic in propria persona moniti fuerint, si infra sex dietã spatiũ, a die monitionis hmõi, eis præfixum, inantea cõputandorum: Quos sex dies eis & eorũ cuilibet, pro vltimo & peremptorio termino, ac monitione canonica assignamus, a participatione huiusmodi non destiterint, propter eorum contemptum, eadem canonica monitione præmissa, consimiliter excommunicationis sententia innodamus, quos tãdiu in vestris ecclesijs, monasterijs, & capellis, singulis diebus dominicis & festiuis, infra missarũ & aliarum diuinarum horarum solemnia, dum ibidem populi multitudo ad diuina audiendum, aut alias legitime conuenerit, campanis pulsatis, candelis accensis, ac demum extinctis, & in terram proiectis, sic excommunicatos publice nuncietis, & faciatis ab alijs, quantum in vobis fuerit, solẽniter nunciari & publicari, donec & quousq; aliud a nobis vel superiore nostro habueritis in mandatis. Et dum vos rectores & alij supradicti, diuina in vestris ecclesijs solẽnia celebratis, si præfatus. N. sic excommunicatus, aggrauatus & reaggrauatus, ac participantes cum eodem, modo prædicto, ad diuina conuenerint audien. ipsos & eorum quemlibet a vestris ecclesijs eijciatis & expellatis, ac eijci & expelli faciatis, ne tales oues, morbo infectæ, gregem Dominicum inficiant. Quod si commode facere non poteritis, cessetis & cessari faciatis, vt moris est, a diuinis, causam cessationis huiusmodi, fideli populo ibidem existenti, exponen. vt sic rubore confusi ad gremiũ sanctæ matris ecclesiæ redire cogantur. Et ne in derogatioñ censurarum ecclesiasticarum de cætero pullulet tantus error, auxilium brachii secularis merito duximus inuocandum. Quapropter vos illustrissimum & serenissimũ principem, & dominum Dñm N. ducem antedictum, tanquam fidei & iustitiæ zelatorem, & in partibus illis gladij sæcularis principalem vibratorem, necnon magnificos & generosos viros Dños Comites, Marchiones, Barones, milites, militares, capitaneos, potestates, bailiuos, & alios dominos tẽporales, omnesq; alios & singulos supradictos, iurisdictionem temporalem exercentes, & vestrum quemlibet communiter & diuisim, tenore præsentium, ex parte dicti. D. N. Papæ requirimus & hortamur, ac in domino attente rogamus, quatenus receptis præsentibus, vos & vestrũm quemlibet, si super hoc fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus p vos, vel aliũ, seu alios, tanquam viri catholici, vestram in hãc partẽ dexterã extenden. præfatum N. debitorem, qui sic ecclesiasticum ordinem vilipendit & corrumpit iudicium & censuram per captionem personæ ipsius N. debitoris, ac bonorum prædictorum eiusdem distractionem, venditionem, & alienationem, aut per quemcunque alium modum canonicum, qui vobis & alteri vestrum videbitur faciendũ, viriliter insurgatis & insurgat (sine tamen graui læsione corporis eiusdem) vsq; ad integram satisfactionem & solutionem debiti supradicti, ac dãnorum & expen. pro parte dicti. N. creditoris passorum & toleratorũ, occasione retardationis solutionis debiti antedicti, compellatis & constringatis, & ad sanctæ Matris ecclesiæ gremium redire faciatis, satisfaciendo dicto domino N. creditori de debito, damnis, expen. & interesse huiusmodi, beneficium absolutionis supradictarum excommunicationis, aggrauationis & reaggrauationis sententiarum, desuper obtinendo. In præmissis taliter vos habentes, quod nota contemptus siue contumaciæ vobis nullatenus adscribatur. ¶Quicquid

autem &c. vt infra in forma excommunicationis Auditoris Cameræ, contra debitorem absentem. ¶ In cuius &c

Aggrauatio cũ reaggrauatione et inuocatione brachii sæcularis, et sequestratiõn. fructuũ per Auditorem Cameræ extra Curiam.

Illustrissimo & Christianissimo Principi, & Domino D. Francisco, diuina fauente clementia Francorum Regi, Regni, & aliorum dominiorum vestrorum fœlicis prosperitatis augmentum: necnon Reuerendissimo & Reuerendo in Christo patribus & dominis, dominis, Dei & apostolicæ sedis gratia Archiepiscop. N. & N. Episcopis, eorumq; & cuiuslibet ipsorum in spiritualibus & temporalibus Vicariis, seu Officialibus generalibus, ac vniuersis & singulis dominis Abbatibus &c. vsque ad verbum altaristis, ac etiam monasteriorum & ordinum quorumcunque ministris generalibus & prouincialibus vicariis, custodibus, prioribus, guardianis, & sancti Ioannis Hierosolimitan. ac beatæ Mariæ Teuronicorum Magistris, Comendatoribus, Præceptoribus, & ipsarum domorum fratribus, tam regularibus, quàm sæcularibus, exemptis & non exemptis, cæterisq; presbyteris curatis & non curatis, clericis, notariis, & tabellionibus publicis quibuscunque: Necnon Illustribus Principibus Dominis Ducibus, Comitibus, Marchionibus, Vicecomitibus, Baronibus, Militibus militaribus, Nobilibus, Balliuis, Potestatibus, Capitaneis, Præconibus, magistris ciuium, aliisq; officialibus iudiciariis, & iudicibus spiritualem & temporalem iurisdictionem exercentibus & habentibus per Regnum & dominia antedicta, ac præfatorum Dominorum Archiepiscopi, & Episcoporum prouincias, ciuitates, dioc. ac aliàs vbilibet constitutis, & præsertim quidam N. exaduerso principali, omnibusq; aliis & singulis, quorum interest vel intererit, ac quẽ seu quos infrascriptum tangit negotium, seu tangere poterit quomodolibet in futurũ, quibuscunq; nominibus censeantur, & quacunq; præfulgeant dignitate cõmuniter vel diuisim, illiq; vel illis, ad quẽ seu ad quos præsentes nostræ literæ peruenerint, ac eorum cuilibet insolidum, ¶ Franciscus Albericus, &c. vt supra in præcedenti forma vsq; auditor: Salutem in domino, & nostris huiusmodi, immo verius apostolicis, firmiter obedire mandatis. ¶ Noueritis quod nuper ex cõfessione discreti viri magistri. N. dictæ curiæ causarum cameræ apostolicæ notarij procuratoris, & procuratorio nomine supradicti. N. exaduerso principalis, facta in iudicio coram nobis, condemnauimus eundem N. in personam ipsius iã dicti procuratoris, ad soluendum nobili viro N. mercatori, summam & quantitatem N. ducatorum, &c. vt infra in excommunicatione Auditoris Cameræ contra debitorem absentem &c. mutatis mutandis vsq; ad verbum declaramus. Ipsumq; sic excommunicatum &c. vt in præcedenti forma vsq; quam quidem excommunicationis sententiam, dictus N. debitor diu sustinuit, prout adhuc hodie sustinet animo indurato, nõn curans prænominato. N. mercatori creditori, de huiusmodi debito satisfacere, & ad sanctæ matris ecclesiæ gremium redire, beneficiumq; absolutionis, a sententiis, et censuris huiusmodi obtinere, et animæ suæ saluti prouidere: Nos tunc considerantes, quod peruersorum audacia præsumptina id exigit, vt vnica pœna non contenti, fortioribus arceantur pœnis, ad præfati domini. N. mercatori creditori, instañ. prædictum. N. debitorem excommunicatum, dictam excommunicationis sententiam, qua idem. N. debitor innodatus existit, aggrauari & reaggrauari, fructusq; omnium et singulorum beneficiorum ecclesiasticorum ipsius sequestrari, ac sub firmo sequestro poni mandari, literasq; desuper necessarias et opportunas in forma solita et consueta vna cum auxilij brachij sæcularis inuocatione, et interdicto decerni et concedi, vel

dictũm,& causam,si quam habeat rationabilem,quare præmissa minime fieri deberent,allegandum:per quendam domini nostri Papæ Cursorem citari mandauimus.Ipsoq; sic,vt præmittitur,citato,primitus p nos cõtumace reputato eundem &c.vt supra,innodatus & illaqueatus existit, aggrauari & reaggrauari, fructusq; &c.vt supra vsque ad verbum concedi: p nos,debita cum instañ postulauit.¶Nos tunc Franciscus Auditor præfatus: dictum.N.debitorem non comparentem,reputauimus,prout erat,suadente iustitia,contumacem,& in eius contumaciam attendeñ &c.vt in proxima forma vsq; disciplinæ,vtq; sic rubore cõfusi,ad gremium sanctæ Matris ecclesiæ cogatur. Cæterum,cum excommunicatis,& aggrauatis,sint ecclesiastici fructus nõ immerito subtrahendi,Vobis omnibus & singulis supradictis,& vestrum cuilibet,& præsertim viris ecclesiasticis sub præfata pœna mandamus, quatenus visis & receptis præsentibus; & postq̃ pro parte dicti .N.fueritis requisiti,vt præfertur,fructus,redditus,& prouen.omnium & singulorum beneficiorum quorumcunq;& vbicunq; existentiũ,quæ præfatus .N. debitor obtinet,nomine & pro parte dicti .N. creditoris,sequestretis, arrestetis,colligatis,& conseruetis:seu arrestari,sequestrari,colligi,& conseruari cũ diligentia faciatis,p aliquas personas idoneas & fideles,vnã vel plures,ad id per vos,seu vestrum aliquem,deputãdas: ita & taliter, quod si dictus.N.debitor infra xxx.dierum spacium post sequestrationem & arrestationem fructuum huiusmodi.N.creditori,de dicta Florenorum summa non satisfecerit,& de præmissis coram vobis legitime doctum fuerit, ac vobis constiterit, ex tunc huiusmodi arrestatos & sequestratos fructus vendatis & distrahatis,seu vendi & distrahi faciatis, & ex eorũ pretio,dicto.N.creditori,vel eius legitimo procuratori, ad hoc sufficiens mandatum habenti,integram solutionem dicti debiti faciatis,rantũq; de ipsis fructibus effectualiter,vsq; ad integram satisfactionem dicti debiti,consignetis, & consignari faciatis & procuretis, vt supra in forma præcedeñ. ante clausulam. Quapropter.

DE APPELLATIONE.

Appellatio extraiudicialis, ab intrusione, facta corã notario, per instrumentum publicum.

In nomine Domini Amen,&c. Anno,&c. Indictione &c. Pontificatus &c. In mea notarij publici, testiumq; infrascriptorum, ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum præsentia, Personaliter constitutus honorabilis vir dominus. N. N. dioc.principalis,principaliter pro se ipso,habens & tenens suis in manibus quandam appellationis siue prouocationis cedulam,animo & intentione a quadam intrusione,aliisq; grauaminibus, in ipsa appellationis cedula latius expressis,& descriptis, appellandi & prouocãdi,vt asserebat,appellauit & prouocauit,apostolos petiit,protestatus fuit,& alia fecit,quæ in dicta appellationis cedula plenius continentur & habentur, cuius tenor sequitur & est talis. ¶Cum appellatioñ. remedium in oppressorum,seu verisimiliter opprimi se timẽtium,salubriter sit adinuentum, Vnde ego.N.perpetuus Vicarius ad altare.S.N.in ecclesia N. dioc. animo & intentione appellandi & prouocañ.apostolos petendi & recipiendi,aliaq; infrascripta faciendi coram vobis notario publico & testibus hic pñtibus & astañ.graui cum querela propono & dico,q̃ quamuis ego vicariam ad altare.S.N.sitam in ecclesia. N. tunc certo modo vacante,ac corporalem,realem,& actualẽ,vel quasi illius,iuriumq; & pertineñ.eiusdem per plures menses & dies,pter id, & absq; eo q̃ vnquã a quoquã super eadem vicaria in iudicium tractus fuerim,nec desuper impetitus vel conuictus possederim,prout possidebam,infra dicendis saluis . Nihilominus tamen quidam domini Decanus & Capitulum dictæ ecclesiæ a x. diebus citra (vt ad

meam deuenit notitiam) nondum elapsis, quendam N. assertum clericum, ex eorum qualitatibus, factione, & practica sinistra, in dictam meam vicariam nulliter & de facto, ac quantum in eis erat, intruserunt, ipsum, honoribus eorum saluis, certis modis & forma, atque de facto, admitten. Non attenden. vel forsan ignorare simulan. quod duo, eandem rem, simul, insolidum possidere non possunt, & me N. vicarium prædictum per præmissa, contra deum & iustitiam de facto multipliciter grauan. iniurias mihi non modicas irrogando, possessione mea spoliarunt. A quibus quidem grauaminibus & iniurijs, mihi, sic, vt præmittitur, illatis, & quolibet ipsorum, necnon a quolibet futuro grauamine, quod mihi ex eo euenire poterit, Ad S. in Christo Patrem & D. N. Pium, diuina prouidentia Papam IIII, eiusque sanctam sedem apostolicam in his scriptis prouoco, & appello, apostolosque primo, secundo, tertio, ac instanter, instantius & instantissime mihi dari peto, si quis sit, qui mihi eos dare voluerit, & possit: & præsertim à vobis domino notario, testimoniales. Subiiciens me, mihique adhærentes, & adhærere volentes, atque ius meum protectioni, tuitioni, & defensioni præfati D. N. Papæ, eiusque sanctæ sedis apostolicæ, & protestor de prosequendo hanc meam appellationem, necnõ causam & causas huiusmodi prætactas, suis temporibus & locis congruis & opportunis. Saluo iure addendi, &c. & aliam appellationem & appellationes de nouo interponendi, vt moris est. ¶ Super quibus omnibus & singulis præmissis, prænominatus dominus N. appellans, sibi a me notario publico infrascripto vnum, vel plura, publicum, seu publica fieri petiit instrumentũ, vel instrumenta. ¶ Acta fuerunt, &c.

Appellatio extraiudicialis ab intimatione, et notificatione aliquarum literarum coram notario interposita per procuratorem.

In nomine Domini amen, &c. vt supra in præcedenti, vsque sequitur, & est talis. ¶ Quanquam a citationibus, & sententiis, præceptis, mandatis, grauaminibus, aliisque actis & gestis, per non habentem potestatem, imperium neque iurisdictionem, factis, immouerius attentatis, tanquam nullis & inualidis, iuxta vtriusque iuris doctrinam, appellare seu prouocare non sit necesse. Quia tamen ea, quæ per tales perperam sunt acta, per sedis superioris circunspectionem solent, appellation. ac recursus beneficio, releuari, potissime per sanctam sedem apostolicam, omnium male gestorum reformatricem, cuius proprium est frena vniuersorum exceden. moderari, & eorum male gesta in melius reformare, liceatque grauatis & oppressis, ac grauari, & opprimi se timentibus, superiorum auxilium & defensionem implorare, & ad appellationis, prouocationis, seu recursus beneficium conuocare. Cum itaque rem. ¶ Hic varia grauamen. Et quia hæc, quæ sic, sine consideratione iustitiæ, & contra apostolica mandata, constitutionesque & decreta, ac canonicam dispositionem facta sunt, & attentata, rata haberi non debet. Idcirco ego N. procurator, & eo nomine venerabilis viri domini N. principalis mei, sentiens & præcipiens dictum N. per præmissa & præmissorum singula fuisse & esse multipliciter læsum, grauatum, & oppressum, timensque eũ plus in futurum posse lædi, grauari, & opprimi. Dico dictarum prætensarum literarum executorialium citatoriarum impetrationem, concessionem, & decretum, ac omnia & singula indesecuta, per dictum N. facta, decreta & attentata, necnon denunciation. publication. & affixione supradictas, fuisse & esse nullas, temerarias, illicitas, iniquas, & iniustas, nullaque, temeraria, illicita, iniqua & iniusta, ac temere, iniuste, & de facto præsumptas, & si qua sint (quod non credo) salutis eorum militantibus, ab eisdem prætensis, hmõi literarum impetration. concession. & decreto, omnibusque processibus in hac

parte factis & secutis, fiendis & sequendis: necnon publication. denunciation. & quolibet eorum, præfato N. principali meo factis, & illatis, ac inferri comminatis ex actis parentibus & colligentibus, nenõ a dicto domino N. aliisq; quibuscũq; sua quouis modo interesse putañ. ad S. &c. præfatum, eiusq; sanctam sedem apostolicam in his scriptis, & propter hoc prouoco, appello, & recurro, & apostolos primo, secundo, tertio, ac instanter, instantius instantissime, ac iterum atq; iterum mihi dari peto & repeto, si quis sit, qui mihi eos dare possit & valeat, saltem a vobis notario, testimoniales: Submittens me, dictumq; principalem meum, & bona illius, ac statum negotii præsentis tuitioni & protectioni, &c. vt supra. ¶ De & super quibus præmissis omnibus & singulis, dictus dominus N. procurator, quo supra nomine procuratorio, sibi a me, vt supra iu acceptation. & prouision. factis per procuratorem. Acta, &c. Pñtibus &c.

Instrumentũ appellationis extraiudicialis ab intrusione cũ præfixione termini, pro deuolutione causæ ad Ro. Curiam.

In nomine Domini amen, &c. Personaliter constitutus N. rector parochialis ecclesiæ de N. tenens suis in manibus quandam procurationis & appellationis papyri cedulam, tenoris infrascripti, dixit se prouocare velle, & de facto prouocauit & appellauit, certis & legitimis de causis, in dicta cedula contentis & descriptis, ad dominum nostrum Papam præfatum, eiusq; Cu. Romanam, & sanctam sedem apostolicam, apostolos petiit, se submisit, citauit, terminum præfixit & assignauit, arreptionem itineris intimauit, cæteraq; omnia alia & singula se facere dixit, & fecit, prout in dicta cedula (cuius tenor sequitur in hæc verba) continetur. ¶ Animo & intentione prouocandi, & appellandi, causamq; & negocium infrascriptum deuoluendi ad Romanam Cu. coram vobis notario, tanquam publica & autentica persona. Ego N. rector parochialis ecclesiæ in N. N. dioc. dico & propono, quod licet ego parochialem ecclesiam N. tanquam per obitum quondam N. rectoris & possessoris eiusdem, extra Ro. Cu. defuncti, vacañ. vigore gratiæ expectatiuæ, mihi per S. dominum nostrum Papam gratiose concessæ, & processuum indesecutorum, in & sub huiusmodi gratia comprehensa infra tempus debitum, acceptauerim, & de eadem obtinuerim mihi canonice prouideri, cæterasq; diligentias necessarias & opportunas fecerim: sic ꝙ dicta parochialis ecclesia, vt præmittitur, vacans, ad me de iure spectet & pertineat, & nulli alteri in ea ius aliquod competat. Nihilominus tamen quidam N. assertus presbyter, & N. clericus N. diocesis, quibus aut eorum alteri, in, seu ad dictam parochialem ecclesiam, nullum vnquam ius competiit, neq; competit, se successiue in dictam meam parochialem ecclesiam intruserunt, & alter eorum, videlicet dictus N. fructus, redditus & ꝓrouen. dictæ parochialis ecclesiæ imbursauit, & sibi vsurpauit & vsurpat. Et quamuis vigore præmissorum, possessionem prædictæ parochialis ecclesiæ, iuriumq; & pertinentiarum omnium eiusdem vacuam, liberam & expeditam, dimittere deberent, & quilibet eorum deberet, prout eos & eorum quemlibet sæpius, & determinate super hoc requisiui: Tamen inter se tractarunt & tractant communiter & diuisim, ac impediunt & faciunt quominus dictã meam ecclesiã cũ suis iuribus & pertinentiis vniuersis assequi possim: ac iactarunt & iactant se habere ius in dicta parochiali ecclesia, licet false, & ꝙ iure vel iniuria eandem detinebunt, & aliàs, me eius occasione, diuersis exquisitis mediis, multipliciter molestarunt, vexarunt, inquietarunt & perturbarunt, ac molestant, vexant, inquietant, & perturbant, impediuntq; & faciunt quominus dictam ecclesiam assequi possim, & fructus, redditus & prouentus ex eadem ꝓuenieñ. ꝑcipere, in suarum animarum & cuiuslibet

eorum,præiudicium,ac meũ damnum non modicum & grauamen. Sentiens me igitur ex præmiſſis fore læſum & grauatum,animo & intentione appellando, vt præfertur,ac cauſam & negocium huiuſmodi, vna cum negocio principali, nec non omnibus & ſingulis ſuis emergeñ.& incideñ. & connexis,contra & aduerſus dictos N.& N. coniunctim & diuiſim,omnesq́; alios & ſingulos communiter vel diuiſim intereſſe putañ.ad Rom.Cu.totaliter deuoluẽdi, ab occupationibus,detentioñ. intruſioñ.moleſtatioñ.vexatioñ.perturbationibus,impedimentis,cæterisq́; vniuerſis præmiſſis grauaminibus,ad S in Chriſto P. & D. N. D. Pium,diuina prouidentia Papam IIII, eiusq́; ſanctam ſedem apoſtolicã in his ſcriptis prouoco & appello:apoſtolosq́; primo,ſecundo,tertio,inſtanter,inſtãtius & inſtantiſſime mihi dari & concedi peto,ſaltem teſtimoniales, ſi quis hic fuerit qui eos mihi dare poterit:dictosq́; N.& N. omnesq́; alios & ſingulos,ſuper præmiſſis & eorum occaſione, ſua communiter vel diuiſim intereſſe putañ. cito, & citatos eſſe volo:quatenus L. die proxime futura, poſt notificationem ſupra & infraſcriptorum eis,ſeu eorum alteri,vel aliàs canonice fiendam, ſi dies ipſa L. iuridica fuerit,alioquin proxima die iuridica,extunc immediate ſequeñ. per ſe vel procuratores ſuos idoneos,ad cauſam huiuſmodi ſufficienter inſtructos,cõpareant in Rom.cu.vbicunq; fuerint,cum omnibus & ſingulis ſuis actis,& actitatis literis,ſcripturis,iuribus,& monumentis quibus ſe in cauſa & cauſis ac negocio hmõi iuuare intendunt, & ad procedendum in negocio, & cauſa huiuſmodi,ad omnes & ſingulos actus & terminos,vſq; ad diffinitiuam ſententiam incluſiue,aliaq́; dicturi,allegaturi & facturi,prout iuris fuerit & rationis. ¶Quam quidem L.diem proximam,pro præmiſſis eis & eorum cuilibet,put de iure melius poſſum & valeo,aſſigno & præfigo cũ talibus intimatioñ. & certificatioñ. quod ſiue dicti appellati comparuerint in dicto termino,ſiue nõ: Ego nihilominus,ad præmiſſa omnia & ſingula,vſq; ad finalem victoriam in cauſa huiuſmodi obtineñ procedam,ac procedi faciam,& procurabo,iuſtitia mediante,per audientiam contradictarũ,& aliàs ſecundũ ſtylum & cõſuetudinem dictæ Ro.cu. dictis appellatis vlterius nõ expectatis neq; citatis,ſeu aliàs vocatis,inprimo ipſis, quod pro facienda præſentis meæ appellatioñ.proſecutioñ.& defenſioñ.iter ex nunc ad Rom.cu.arripio,quod,deo auxiliante,continuare, per me vel procuratorem meũ intendo:Me,ac eccleſiam prædictam,& cauſam huiuſmodi tuitioni & protectioni ſedis apoſtolicæ,ſuper præmiſſis & eorũ occaſione ſubmittendo, Saluo iure corrigendi,&c. Ideo vos hic aſtantes inuoco omnes in teſtes. ¶De quibus &c. Act.&c.Sub anno,&c. Præſentibus,&c.

Appellatio ab intruſione in partibus, cũ præfixione termini,vigore mãdati de prouidendo facta.

In nomine Dñi amen.vt ſupra in prima appellatione,vſque ſequitur,& eſt talis. ¶Coram vobis notario publico & teſtibus hic præſentibus:Ego N. N. Rector perpetuæ vicariæ capellæ,ſancti N. in N. N. dioces. animo & intentione prouocandi & appellandi,propono & dico,quod licet aliàs de perpetua vicaria,vel capellania ſancti N.in N.ſita,sub limitibus parochialis eccleſiæ in N.per obitum quondam N. eiuſdem vltimi poſſeſſoris, extra Rom. curiam, & in partibus defuncti vacañ. per ſanctiſſimum in Chriſto patrem, & dominum noſtrum dominum Pium, diuina prouidentia Papam IIII, mihi prouideri obtinuerim(prout in literis apoſtolicis inde confectis, plenius continetur) iusq́; mihi ad dictam perpetuam vicariam, & nulli alteri, ex prouiſione apoſtolica , vt præfertur , facta , competat de iure . Nihilominus his non obſtantibus quidam N. aſſertus clericus,(cui in,ſeu ad vicariam prædictam nullum vnquam ius competiit neque competit)ſe in eadem,neſcitur qua temeritate ſiue audacia,licet de facto & nullo iure ſuffultus intruſit, illamq́; occupauit,

& indebite occupatam detinet de præsenti: fecit q; ac facit, quominus gratia pro uisionis apostolicæ, siue mandatum apostolicum de prouidendo, per S. D. nostrum Papam præfatum de dicta vicaria mihi gratiose fact. & concess. ac literæ apostolicæ huiusmodi suum sortiantur effectum, in animæ suæ salutis periculū, meiq; præiudicium non modicum grauamen atq; iacturam. Sentiens igitur me, per præmissa grauatum et læsum, timensq; verisimiliter in futurum plus grauari posse atq; lædi a præfata intrusione, occupatione, & detentione, ac impedimentis, tanquam indebitis & iniustis, aliisq; grauaminibus, ex præmissis colligibilibus, seu colligi possibilibus, ad præfatum S. D. nostrum Pium IIII, eiusq; sanctam sedem apostolicam in his scriptis prouoco & appello, apostolosq; primo, secundo, tertio instanter, instantius & instantissime mihi dari & concedi peto, si quis sit qui eos mihi dari possit & valeat: saltem a vobis notario publico, testimoniales, & alias, tales quales mihi de iure debentur. Dictum'q; N. intrusum, omnes'q; alios & singulos super præmissis, & eorum occasione communiter vel diuisim sua interesse putañ. cito, quatenus LX. die iuridica proxime futura, post notificationem & insinuationem supra & infrascriptorum, ei canonice fiendam, si dies ipsa LX iuridica fuerit, alioquin proxima die iuridica, extunc immediate sequeñ. per se vel procuratorem seu procuratores suos, idoneum seu idoneos, ad causam huiusmodi legitime constitutos & sufficienter instructos compareant in Rom. Cu. vbicunq; fuerit, cum omnibus & singulis suis actis, & actitatis literis, scripturis, iuribus & munimentis, quibus se in huiusmodi negotio, fine causa iuuare intendit vel intendunt: aliasq; dicturi, facturi, allegaturi, acturi, responsuri, ac procedi visuri, prout iuris fuerit & rationis. ¶ Quam quidem LX. diem comparitionis dicto N. intruso, omnibusq; aliis & singulis sua interesse putañ. inquantum melius possum & valeo, pro peremptorio termino assigno & præfigo, cum intimatione, quod siue dictus N. intrusus, & alii sua interesse putañ. in dicto termino, vt præmittitur, assignato, comparuerit, siue non. Ego nihilominus ad præmissa omnia & singula, & vsq; ad finalem in huiusmodi causa victoriam, procedam, & procedi faciam & procurabo, iustitia median, per audietiam contradictarum, & alias iuxta morem & stylum ac consuetudinem Rom. cu. dicto appellato & aliis interesse putañ. vlterius non expectatis, neque citatis, seu aliter vocatis. ¶ Subiicens, &c. ¶ Super quibus, &c. Act & c. Præsentibus, &c.

Instrumentum appellationis in iudicio coram Auditore, cum assignatione termini ad recipiendū apostolos, et datione eorundem.

In nomine Domini Amen, &c. Per hoc præsens publicum instrumentum ipsum intueñ. pateat euidenter & sit notum, quod anno, &c. Coram Reuereñ. patre domino &c. Auditore. In mea notarii, &c. constitutus venerabilis vir dominus N. principalis, in appellatione infrascripta nominatus, principaliter pro se ipso, citra &c. habens & tenens suis in manibus quandam appellationis papyri cedulam, animo & intentione appellandi, & apostolos petendi, illam eidem domino Auditori facto realiter & in scriptis præsentauit, dicens, narrans, prouocans & appellans, ac protestans apostolos primo, secundo, tertio, ac instanter, instantius & instantissime per eundem dominum Auditorem sibi dari & concedi petens, aliasq; & alia faciens, prout & quemadmodum in eadem appellationis papyri cedula, quam tunc idem dominus N. principalis in suis tenebat manibus, vt præfertur, quam etiam de verbo ad verbum se legere paratum obtulit, cuius tenor inferius est insertus, plenius continetur, & habetur. ¶ Quam quidem appellationis papyri cedulam, sic, vt præmittitur, exhibitam, & sibi præsentatam, idem dominus Auditor ad se recipiens,

eamq; p lecta habens,& mihi notario infrascripto tradens, supradicto Domino N. principali appellanti & apostolos peten. Terminum iuris, videlicet xxx. dierum proxime futurorum, ad recipiendum apostolos, tales, quales de iure sibi dari debeant, & concedi de & super dicta sua appellatione, per eũ, vt præfertur, interposita & interiecta, ita tamen, quod si interim sibi videbitur, & quandocunq; sibi placuerit, eos dare possit & valeat peremptorie præfigendũ duxit, & assignauit. ¶ Et insuper: Anno, indictione, die vero N. mensis &c. Coram supradicto domino Auditore, in mea notarii &c. constitutus dominus N. principalis pdictus principaliter p seipso, &c. apostolos tales, quales sibi de iure dari debeant, de & sup appellatione sua præinserta, per eum, vt præmittitur, interposita & interiecta, ex eo, quod erat in vltimo momento termini, per eundem dominum Auditorem, vt asseruit, præfixi, & ad hoc assignati, primo, secundo, tertio, instanter, &c. petiit, & requisiuit. ¶ Qui quidem dominus Auditor, supradicto dño N. ibidem, vt præfertur, præsenti, & apostolos petenti respondit in hæc verba, vel saltem in effectu similia. Appellationi tuæ per te interpositæ, tanquam friuolæ, frustratoriæ, & ina niæ, ac ex frustratoriis & inanibus causis deductæ, cõfectæ ac interpositæ, non deferimus, put nec iura deferunt, ac ipse dominus Auditor non detulit hanc suam responsionem p apostolis refutatoriis dando & concedendo. ¶ Vel sic, si dat apostolos reuerentiales sub reuerentiam S. D. N. Papæ & sanctæ sedis apostolicæ, appellationi tuæ deferimus, præfigendo tibi terminum decem dierum, ad appellationem tuam huiusmodi prosequen. prout tunc idem dominus Auditor detulit hanc suam responsionem pro apostolis dando & concedendo, &c. ¶ Super quibus, &c.

Appellatio in absentia dñi Auditoris corã notario.

In nomine Domini Amen. Anno, &c. Indictione, &c. Die vero N. mensis N. hora tertiarum, vel quasi, Pontificatus &c. anno, &c. In mea notarii publici, testiumq; infrascriptorum &c. præsentia, personaliter constitutus venerabilis vir dominus N. clericus N. dioc. principalis principaliter pro se ipso, citra &c. reuocationem, cupiens & desiderans habere præsentiam dicti domini N. Auditoris, ad portam siue ianuam domus habitationis eiusdem domini Auditoris pluribus vicibus fortiter pulsauit, & nemine in eadem domo existente, nec respondente, idem dominus N. principalis, quia, vt asseruit momentum termini, ad appellandum a iure sibi concessi, instabat, habens & tenens suis in manibus quandam appellation. siue prouocation. papyri cedulam: De diligentia sua, & q per eũ non staret, quominus in præsentia ipsius dñi Auditoris appellaret, solẽnibus ptestation. pmissis, corã me notario & testib* infrascriptis puocauit & appellauit a quadã diffinitiua sententia, p eundem D. Auditorem cõtra dictum dñm N. principalem, & p quodã N. aduersario in quadam causa N. vicariæ N. vt asseruit, lata, apostolos primo, secundo, tertio, instanter, instantius, instantissime sibi dari atq; concedi petiit, aliasq; & alia fecit, prout & quẽadmodum in cedula appellationis huiusmodi (quã perlegit, & ad manus mei notarii tradit) cuius tenor inferius est insertus, plenius cõtinetur, & habetur. ¶ Cui quidem dño N. appellanti & apostolos petenti, Ego notarius publicus infrascriptus apostolos tales, quales potui, videlicet testimoniales tradidi, & concessi. Quo facto idem dñs N. de intimando appellationem hmõi prælibato dño Auditori, suis loco & tempore opportunis, solemniter protestabatur. ¶ Tenor vero appellation. siue procuration. papyri cedulæ huiusmodi sequitur, & ẽ talis ¶ A quadã diffinitiua sententia, &c. ¶ Hic inseratur cedula appellationis vsq; & ptestatur &c. ¶ Super quibus, &c. pmissis idem N. principalis sibi a me notario publico infrascripto vnum, vel plura petiit sibi fieri instrumentum & instrumenta. Acta sunt hæc Romæ sub anno, Indictione, &c. Præsentibus &c.

Instrumentum Insinuationis, et publicationis Appellationis, quere inferius in verbo Insinuatio.

Instrumentum petitionis Apostolorum.

In nomine Domini Amen. &c. Constitutus prouidus vir magister N. in Romana Cu. causarum, & venerabilium virorum dominorum Præpositi, Decani, & Capituli ecclesiæ N. procurator, prout de suæ procurationis mandato legitima extitit facta fides, & eo nomine procuratorio, dixit & asseruit, quòd cum aliàs ipse in causa, coram præfato domino N. Auditore, inter dictos N. principales suos, & quendam N. assertum laicum aduersarium, de & super nonnullis decimis in prima instañ. pendente, Nonnullos articulos, seu materias articulatas admissibiles & releuantes & parti suæ vtiles, iudicialiter exhibuisse, & pro illorū admissione, ac testium desuper receptione institisset, fuerunt tamen eædem materiæ per præfatum dominum Auditorem, tanquam impertinentes, saltem tacite reiectæ: A qua quidem reiectione, & admissionis denegatione, cum ad sedem apostolicam appellasset, & dictus dominus Auditor terminum iuris, super huiusmodi appellatione, apostolos petendi sibi præfixisset, & iam momentum eiusdem termini instet, idcirco intendens dictæ suæ appellationi, tanquam iuste interpositæ inhærere, apostolos, tales quales de iure habere debeat, sibi dari & concedi per præfatum D. Auditorem debita cum instañ. postulauit. Qui quidem dominus Auditor certificatus de instanti momento, ad petendum apostolos præfato magistro N. procuratori præsenti, instanti, & apostolos petenti, respondit in hæc verba, vel eis saltem in effectu similia &c. vt supra

DE ARRENDATIONE.

Arrendatio fructuum ecclesiæ.

In nomine Domini amen. Anno &c. Indictione &c. Die vero, &c. Pontificatus &c. In mea notarij, &c. constitutus venerabilis vir Dominus N. rector parochialis ecclesiæ N. principalis, principaliter pro se ipso, reuocando primitus omnes & singulas locationes, arrendationes, & affictationes per ipsum N. de parochiali ecclesia prædicta, & eiusdem fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, obuentionibus, & emolumētis vniuersis, alicui personæ, ante datam præsentis instrumenti quoquomodo factas: omnibus melioribus modo, via, iure, causa, & forma quibus potuit, dictam parochialem ecclesiam cum omnibus & singulis fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, obuentioñ. & emolumentis, quacunq; ratione, causa, titulo, vel occasione, ad eandem parochialem ecclesiam & illius occasione, ad ipsum dominum N. tanquam rectorē, spectañ. honorabili viro dño N. præsenti ac recipienti, arrendauit, affictauit, & locauit, necnō titulo locationis & arrēdationis, in arrendam & affictam donauit & concessit vsq; ad tres annos proxime futuros, a die N. incipieñ. singulis annis pro summa & quantitate cuiuslibet anni centum librarum, dicto domino N. vel eius procuratori legitimo, per ipsum dominum N. annis singulis, pro vna, in do mini nostri Iesu Christi, & alia medietatibus, in beati Ioannis Baptistæ, natiuitatum festiuitatibus realiter soluendarum, cum conditione & pactis infrascriptis, videlicet, quod dicta arrenda durante, ipse N. teneatur & debeat nomine antedicto eandem parochialem ecclesiam in spiritualibus & diuinis regere & gubernare, ac regi & gubernari facere, necnon bona, possessiones & domos, ad ipsam

ecclesiam parochialem spectantes reparare,& in statu conseruare & tenere, ac terras,vineas,possessiones,per se,vel per alium,seu alios colere & laborare,ac coli & laborari facere,suis propriis sumptibus & expensis. Item quod teneatur & debeat in fine dictæ arrendæ & afficti,possessionem corporalem,realem,& actualem dictæ parochialis ecclesiæ,iuriumq; & pertineñ. omniumq; eiusdem eidem domino N. aut eius procuratori, absq; contradictione quacunq; vacuam, liberã, & expiditam,in pace dimittere,restituere,& relaxare,nisi ipse,huiusmodi arrenda durante,de vlteriori tempore cum dicto N. super dicta arrenda de nouo conuenerit & concordauerit. Insuper prælibatus N. promisit & conuenit dicto domino N. pro se,suisq; successotibus,ac mihi notario publico infrascripto stipulañ.& recipieñ. vice & nomine omnium & singulorum, quorum interest vel interit,medio suo iuramento,ad sancta dei euangelia,per eum corporaliter præstito,prædictam summam,modo præmisso efficaciter soluere, ac omnia & singula facere & adimplere. Ac dictus N. rector conuenit & promisit pro se, suisq; successoribus,dicto domino N. pro se,ac mihi notario stipulanti & recipieñ. vt supra,quod ipso domino N. præmissa omnia & singula, prout designata sunt superius seruare & adimplere,ac huiusmodi arrendam, locationem & affictum per se vel alium,seu alios non reuocare,neq; reuocari facere, quocunq; ingenio vel colore vsq; ad tempus supradictum: Sed ipsum dominum N. in eis, quantum in eo fuerit,contra quoscunq; defensare & manutenere velle. Pro quibus omnibus & singulis præmissis sic tenendis & inuiolabiliter obseruandis, prælibati N. & N, se ipsos & suos successores,ac quilibet eorum, omnia & singula bona sua, mobilia & immobilia, ecclesiastica & mundana, præsentia & futura, hincinde obligarunt & hypothecarunt &c. prout inferius in obligatione in forma Cameræ,in verbo obligatio.

Arrendatio in forma Cameræ.

In nomine Domini Amen. Personaliter constitutus, discretus vir Dominus N. rector parochialis ecclesiæ N. N. dioc. principalis, non vi,dolo,metu,fraude,aut aliqua circunuentione seductus, sed gratis, sponte, & libere, & ex eius certa scientia locauit,arrendauit, & ad firmam seu annuam pensionem ex causa puræ,perfectæ, & irreuocabilis arrendatioñ. transtulit,dedit & concessit honorabili viro domino N. præsenti, stipulanti & recipienti pro se suisq; hæredibus & in posterum successoribus, videlicet omnes & singulos fructus,redditus, & prouentus, iura, obuentiones, & emolumenta quæcunque beneficij N. quod idem dominus N. principalis dicit se pacifice & quiete possidere ad tres annos proxime futuros a die data præsentis instrumenti computandos,ac omnia & singula iura, & actiones quascunque, quas idem N. in dictis fructibus habebat, seu habere poterat, & quæ ad ipsum quauis occasione seu causa,qualibet ratione dicti beneficij spectant & pertinent, pro precio & nomine precii X. Floreñ. auri puri & insti ponderis. De quibus quidem X. Floreñ. auri, occasione precii supradicti, dictus N. confessus fuit habuisse & recepisse plenariam & integram satisfactionem,& Floreñ. prædictos manualiter in bona & numerata pecunia. De quibus quidem Decem Floreñ. auri de Camera, idem N. dictum N. arrendatorem,vt supra præsentem,ac pro se suisq; hæredibus,& in posterum successoribus,stipulañ.& recipieñ. pœnitus quietauit, liberauit & absoluit,cum pacto solenni & valido de aliqnid vlterius non peteñ. Confitens nihilominus dictus N. & expresse recognoscens dictam locationem iuste & legaliter,ac pro iusto & legali precio fuisse factam, & in ea non esse aliquam deceptionem vel fraudem,vltra dimidium iusti precii, vel aliqua alia, per quam huiusmodi locatio rescindi possit quomodolibet,vel irrita pronunciari. Et si dicti fructus plus valent ad præsens,vel valere possent in futurum,dictis tribus annis durañ. totum id plus valens, quodcunq; sit, domino N. arrendatori, dona-

tione pura, mera, rata, grata, simplici & irreuocabili, vsque ad dictos tres annos completos, dedit, donauit, cessit, transtulit & remisit. Iurauitque dictus N. tactis per eum scripturis sacrosanctis corporaliter in manibus mei notarii publici infrascripti, quod, alteri, praeterquam eidem N. similem vel dissimilem arrendationem dictorum fructuum hucusque non fecerit ante tempus huiusmodi arrendationis, nec inantea, ea durañ. faciat. Promisitque dictus N. dicto domino N. arrendatori, vt supra praesenti, stipulañ. & recipieñ. locationem istam, defendere, & non reuocare, ratione maioris aut minoris pretij, vel quacunque alia ratione, seu causa. Fuit et inter dictos N. & N. actũ, dictum, & in pactum deductum, solennique & valida stipulatione firmatum, quod si dictus N. fructus, redditus, & prouentus, iuraque obuentiones, & emolumenta, vel aliquid eorundem, in parte vel in toto, tempore dictorum trium annorum durante, alicui cesserit, donauerit, arrendauerit, seu ad firmam vel annuam pensionem dederit, sub quacunque verborum forma, & cũ intẽtione, reuocatione iuramenti, de nõ reuocando poenis pecuniariis, & aliis quibuscunque quae inter contrahentes quomodolibet fieri possent, quod easdem cessionem, donationem, arrendationem, ad firmam pensionem, donationem, specialiter & expresse reuocauit, & omnia iura & actiones, quae & quas idem N. in dictis fructibus, redditibus, & prouentibus, iuribus, obueñ. & emolumẽtis quomodolibet habet contra quascunque personas, quecunque nomine, seu quibuscunque nominibus censeantur. Inde & tempore dictorum trium annorum, nisi debita & completa solutio fieret & impenderetur, eidem domino N. dedit & in eum transtulit, cessit, & remisit. ¶ Pro quibus omnibus & singulis tenendis, attendendis, complendis, & inuiolabiliter obseruandis, idem N. seipsum, suosque haeredes & in posterũ successores, ac omnia sua & eorum bona mobilia, & immobilia, praesentia & futura praefato domino N. vt supra stipulañ. & recipieñ. obligauit & hipothecauit, ac posuit, & submisit correctioni, compulsioni, ordinationi, & mero examini curiae camerae apostolicae, & dicti domini nostri Papae, eiusque Camerarii, Viceecamerarij Auditoris, Viceauditoris & Locumteneñ. eorundem, & aliorum Officialiũ, quarumcunque aliarum Curiarum, & cuiuslibet earum vsque ad integram satisfactionẽ & obseruationem omnium & singulorum in praesenti instrumento contentorũ quod possit cogi, & compelli, coarctari, arrestari, & detineri, sic, quod vna dictarum curiarum electa, vel iudicio cepto in eadem: nihilominus ad aliam, vel ad alias curiam vel curias possit & valeat dictus N. & sui haeredes, & successores, ire, redire & recursum habere, nullum, propter electionem huiusmodi sibi praeiudicium generando. Et insuper, &c. vt infra in forma obligationis.

Arrendatio cum certis pactis.

In nomine Domini Amen, &c. In mea notarij publici &c. Personaliter constitutus honorabilis vir dominus Mathaeus Brisset presbyter Ambianeñ. dioc. sanctae sedis apostolicae Prothonotarius, & Romanae curiae Archiuista, necnon canonicus insignis cathedralis ecclesiae beatae Mariae ciuitatis Ambianensis principalis, &c. Gratis, & ex eius certa scientia, & spontanea voluntate, Omnibus melioribus modo, &c. quibus, &c. debuit, locauit, affictauit, arrendauit, & ad firmam seu annuam pensionem dedit venerabili viro domino N. praesenti & acceptanti pro se, & eius nomine omnes & singulos fructus, redditus, & prouentus, iura, obueñ. & emolumenta quaecunque, quae ex dictis suis canonicatu, & praebeñ. hinc ad nouem annos proxime futuros prouenire poterunt, pro precio cuiuslibet anni dictorum nouem annorum N. floreñ. boni auri & iusti ponderis soluẽñ. per praefatum N. eidem domino N. vel eius legitimo procuratori, singulis annis, in festo N. ¶ Cuius quidem solutioñ. sic, vt praemittitur, per praefatum N. eidem domino N. vel eius procuratori quolibet anno fiendae, primus terminus incipiet in festo sancti N. Anno domini, &c.

¶ Et consequenter, ac successiue quolibet anno, in simili festo, durantibus prædictis nouem annis, & huiusmodi solutione, sic, vt præmittitur, fienda, mediañ. idē dominus N. remanebit liber ab omnibus oneribus & seruitijs, occasione dictæ præbeñ. forsan impositis & factis, seu in futurum imponendis & fiendis. Sed dictus dominus N. debebit supportare, & tenebitur ad omnia huiusmodi onera, & seruitia consueta, ipsam præbeñ. concernentia, & ipsum oneraň. & dictum D. N exoneraň. ¶ Et insuper actum extitit inter partes, quod si guerra generalis in ipsa veniret, maxime in territorio vbi possessiones & redditus dictæ præbeñ. existunt, & taliter, quod fructus non possent colligi: hoc casu consuetudo Ciuitatis N seruari debebit. ¶ Quam consuetudinem omnia supradicta, præfatus dominus N. locator promisit bona fide obseruare, & non contrauenire, dicere, facere, per se, vel alium quomodo, sub hypotheca & obligatione omnium bonorum suorum mobilium, & immobilium, præsentium & futurorum, &c. vt infra in forma obligationis.

Arrestum in forma ad arrestandum literas Apostolicas in Cancellaria plumbo, et registro Apostolicis.

Nos Antonius Augustinus, vtriusq; iuris doctor S. D. N. Papæ Capellanus & ipsius sacri palatij apostolici, causarum, causæq; & causis, ac partibus infrascriptis, ab eodem D. N. Papa Auditor specialiter deputatus. Tenore præsentium arrestamus, & per quemcunque D. nostri Papæ Cursorem arrestari mandamus in cancellaria dicti domini nostri Papæ, ac plumbo, & registro bullarum, atq; in registro Cameræ Apostolicæ, ac in eadem Camera, quascunq; literas apostolicas, tam simplices quam legendas, gratiam, seu iustitiam in se contineñ. & alias, cuiuscunq; tenoris existeñ, pro parte cuiusdam Io. N. clerici N. dioc. impetratas seu impetrandas causam seu causas verteñ, seu verti & esse speraň. seu venerabilem virum dominum N, principalem ex vna, & præfatum Io. de & super parochiali ecclesia sancti N, de Vrbe & illius occasione partibus ex altera concernentes, cum causa & causæ huiusmodi sint nobis commissæ, & coram nobis pendeant indecisæ. ¶ Volumus autem dictas literas vbiq; expediri, & ipsis expeditis nobis præsentari. ¶ In cuius rei testimonium præsentes literas exinde fieri, & per notarium publicum nostrum, & huiusmodi causæ coram nobis scribam infrascriptum, scribi & publicari mandauimus: sigilliq; nostri iussibus & fecimus appensione communiri. Dat, &c. Præsentibus, &c.

Arreptio itineris ad Romanam Curiam.

In nomine Domini Amen. Per hoc publicum instrumentum cunctis pateat euidenter & sit notum, quod anno a natiuitate M D &c. Indictione &c. Pontificatus, &c. Personaliter constitutus honorabilis vir dñs N. rector parochialis ecclesiæ de N. N. dioc. principalis, dicens & asserens se fore paratum, & dispositum ad arripiendum iter suum versus Romanam Cu. animo & intentione prosequendi certas causam & causas, quam & quas, vt asseruit pertractare & expedire necessario habet ibidem contra quosdam suos aduersarios, specialiter contra quendam N. ac alios, quorum interest, seu interesse poterit quomodolibet in futurum. ¶ Receptis igitur ad se omnibus & singulis vestimentis, pallio, pileo, baculo, ac sacco, ad tale iter spectantibus & necessariis, omnibus ibidem existentibus, vale dicens, in dei nomine iter arripiebat, sub hac verborum forma. ¶ Coram vobis notario publico & testibus fidedignis hic astantibus. Ego N. rector parochialis ecclesiæ N. & N. cum protestatione solenni, dico & propono quod exnunc, vt apparet, ad S. D. nostrum Papam, &

eius Rom. Cu. Omnibus melioribus modo, via, iure, causa, & forma, quibus melius & efficacius possum & debeo iter arripio ad prosequen. certas causas, quas ibidem necessario habeo pertractare, prosequi, & expedire: Idcirco ego N. præfatus ad præsens & deinceps subiicio & submitto me, & ecclesiam meam, ac omnia bona mobilia & immobilia, spiritualia ac temporalia, præsentia & futura protectioni & defensioni, tuitioni, iurisdictioni, & priuilegiis sanctæ sedis apostolicæ, & præfati D. nostri Papæ. Protestans nihilominus publice & expresse, quod si quid contra & vltra huiusmodi itineris mei arreptionem, seu contra me, & ecclesiam meam prædictam, ac omnia bona mea, vt præfertur, quomodolibet fuerit attentatum seu processum, vel in posterum contigerit attentari vel procedi, per quoscunque, id reuocari facere, contra attentatores, tanquam manifestos præsumptores, intendo, suis loco & tempore congruis & opportunis. ¶ Et generaliter omnia & singula ibidem fecit & exercuit, quæ natura arrepti itineris exigit & requirit: Petens sibi per me notarium publicum infrascriptum fieri vnum vel plura, publicum vel publica, instrumentum & instrumenta. Acta fuerunt hæc in tali loco. Sub Anno, Indictione, mense, & Pontificatu quibus supra.

DE BACCALARIATV.

Instrumentũ gradus Baccalariatus, peractis cursibus

In nomine Domini Amen. Nouerint vniuersi, præsentis publici instrumenti seriem inspecturi, quod anno a natiuitate dñi M D L X, &c. In mea notarii publici, testiumque infrascriptorum præsentia: honorabilis vir N. in iure ciuili, in studio generali N. studens, quem eius vitæ laudabilis, & bonæ famæ, multiplicia approbant testimonia fidedigna: Cupiens & affectans post multa temporum curricula, quibus eidem scientiæ insudauit, sex cursibus suis peractis, ad gradum Baccalariatus in eadem N. merito sublimari. Hora igitur prima, in scholis nouis legum dicti studii, sub disciplina Reuerendi domini N. legum doctoris, prius repetitione facta, dicto domino doctori, per prædictum Baccalarium iamdudum, vt moris est, in dicto studio, ibidem hora prædicta coram multis huiusmodi actum decorantibus, gradum Baccalariatus in legibus, a prædicto domino doctore recepit, & assumpsit, & de eius licentia reuerenter Cathedram ascendit, actusque Baccalariatus publice & laudabiliter fecit, & exercuit. ¶ In cuius rei testimonium præfatus Baccalarius petiit per me dictum notarium sibi publicum instrumentum dari. Acta fuerunt hæc. &c. Anno, die, mense, loco, & hora, quibus supra. Præsentibus, &c.

Litera Baccalariatus, emanata a promouente propter sufficientiam.

In officio Cancellariatus studij vniuersitatis Romanæ Curiæ, & Vrbis Locumtenen. ac eiusdem studii Vicerector. ¶ VNIVERSIS & singulis præsentes literas inspecturis: Salutem in domino, & præsentibus fidem indubiam adhibere. ¶ Quia ratio exigit, & æquitas persuadet veritati testimonium perhibere. Idcirco, ad vestram & cuiuslibet vestrum deducimus notitiam, & firmiter attestamur, quod venerabilis & discretus vir Dñs. N. de N. clericus N. dioc. Baccalarius in decretis, qui per solita temporum curricula labori inhærens, in facultate decretorum solenniter studuit, lectionesque & alios actus scholasticos, per Baccalarios in huiusmodi facultate fieri & exerceri solitos, debite audiuit atque exercuit, & se exhibuit moribus & vita, ac scientia commendabilem. Nos igitur de præmissis indubiam notitiam habentes, merito indu

cimur, vt dictum dominum N. singularibus fauore & promotione prosequamur sibiq; vberioris germinis augendæ disciplinæ præbeamus adminiculum, vt omnium largitore auxilian. in virum crescat perfectum. ❡ Sane quidem, acceptis per nos testimonio & experientia legitimis ac perfectis, de vita & moribus dicti N. ac literarum studio, quibus insudauit, reperimus eundem habilem & idoneũ ad suscipiendum Baccalariatus gradum in facultate decretorum. Quapropter attenden. q ex huiusmodi studio gloriosos debet recolligi fructus, quodq; scientiarum thesauri signanter exponuntur cum personis benemeritis, suorum laborũ præmia præbentur, & scientiarum imbuti disciplina, ipsius fulciuntur ornatu & decore. Ad promotionem venerabilis & egregii viri decretorum doctoris domini N. ipsum dominum N. Baccalarium: In decretis Baccalarium &c. fecimus, creauimus atque nominauimus: ac facimus, creamus, & nominamus, & ab aliis nominari & reputari volumus & mandamus, ac decernimus per præsentes, cum omnibus & singulis priuilegiis, gratiis, & dignitatibus, iuribus, prærogatiuis, & immunitatibus aliis Baccalariis in decretis quomodolibet concessis, & in posterum concedendis: Dantes sibi harum serie & concedentes plenam & liberã potestatem quoscunq; actus publicos & priuatos per Baccalarios huiusmodi exerceri solitos & consuetos exercendi, atq; facultatem, recepto primitus per nos, ab eodem domino N. ad mandatũ nostrum, & in manibus nostris corporali, & proprio, in talibus præstari solito, iuramento: & præsertim de obseruandis statutis & consuetudinibus dictæ vniuersitatis Rom. Cu. & Vrbis, nobisq; & nostris successoribus in obedien. debita præstanda. ❡ In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium præmissorum præsentes literas siue præsens publicum instrumentum exinde fieri, & per notarium publicum & almæ Vrbis, & vniuersitatis officij venerabilis studij huiusmodi, scribam infrascriptum, subscribi, & publicari mandauimus: sigilliq; almæ Vrbis & vniuersitatis prædictorum iussimus & fecimus appension. communiri. Datum & actum Romæ, in domo habitationis nostræ. Sub anno a natiuitate Domini M D &c. Die vero &c. mensis, &c. Pontificatus &c. Anno &c. præsentibus ibidem venerabilibus &c. Testibus, &c. ❡ Apponatur subscriptio notarij cum suo solito signo.

DE BRACHIO SAECVLARI.

Forma Brachii sæcularis.

Gloriosissimo, & Inuictissimo &c. continua, vt in prima forma literarum executorialium infra designata, a principio de verbo ad verbum vsque ad commissionem executorialem inclusiue. Cuius quidem commissionis executorialis virtute, omnibus & singulis expen. pro parte honorabilis viri domini N. principalis in præinsertis commissionibus & sententiis principaliter nominati, in causa & causis huiusmodi legitime factis, in quibus ei dictus N. exaduerso principalis per præinsertam sententiam vel sententias, sententialiter condemnatus existit, ad lxxiij. ducat. auri de camera boni & iusti ponderis, per nos prouida moderatione præuia, rite taxatis atque moderatis. Necnon literis siue processibus executorialibus (etiam per edictum publicum in dicta Rom. Cu. & in partibus legen. affigen. publican. & exequen.) pro parte eiusdem domini N. principalis, per nos decretis, & concessis, per quas inter cætera, præfatum N. exaduerso principalem in dicta parochiali ecclesia de N. intrusum, quatenus eiusdem ecclesiæ, iuriumq; & pertinentiarum omnium eiasdem possessioni corporali, reali, & actuali cederet, & eam relaxaret, ac dicto domino N. principali, tanquam vero & indubitato ipsius ecclesiæ rectori, seu procuratori suo legitimo ad hoc sufficienti mandato suffulto

to,pro eo & eius nomine,vacuam,liberam & expeditam dimitteret,sibiq; de ipsius ecclesiæ fructibus,redditibus,prouen. iuribus,& obuention. vniuersis a tempore motæ,eidemq; N. exaduerso principalis,litis,aut a tempore suæ intrusion. ci tra perceptis,si extant, alioquin eorum vero valore. Aliquando sic super mole station. Quatenus a molestation. vexation. perturbation. & impedimentis,per ipsum N. exaduerso principalem, dicto domino N. principali aut eius legitimo procuratori,de & super ecclesia parochialis huiusmodi, hucusq; quomodolibet factis,& præstitis,per se vel alium cessaret & se abstineret. Necnon lxxiij. duca tis prædictis per nos,occasione expen. litis & causæ huiusmodi,vt præfertur,taxatis,ac quatuor aliis similibus ducatis auri de Camera, pro ipsarum literarum executorialium expedition. etiam expositis,realiter & cum effectu respectiue, satisfaceret & restitueret,ac plenariam satisfactionem impenderet,vel saltem super præmissis,se cum eodem domino N. principali amicabiliter componeret,& concordaret,infra certos,sibi desuper assignatos,& iamdiu effluxos peremptorios ter minos competen. sub excommunication. aliisq; sententiis,censuris,& pœnis ecclesiasticis in dictis literis executorialibus conten. quas in eum,si secus faceret, canonica monitione præceden. in scriptis ferebamus,monuimus,& requisiuim⁹, monerique & requiri mandauimus, prout in huiusmodi literis siue processibus executorialibus desuper emanatis & expeditis, ac contra eundem N. exaduerso principalem extra Ro. Cu. & in partibus,in eius propria persona, vel per. edictũ publicum,in locis desuper ad hoc deputatis,debite executis,& illarum executio ne coram nobis facta,& in scriptis exhibitis & productis plenius dinoscitur con tineri. ¶ Nos tunc R. O. Episcopus & locumtenens præfatus,in huiusmodi ne gocio procedere volen. ad dicti domini N. principalis instan. dictum N. exaduerso principalem,omnesq; alios & singulos sua communiter vel diuisim interesse putan. eorumq; procuratores,si qui sint in Rom. Cu. pro eisdem. ¶ Vel sic, ad prouidi viri magistri N. in Ro. Cu. causarum dictiq; domini N. principalis pro curatoris instan. prouidum virum magistrum N. in eadem Rom. Cu. etiam cau sarum,& dicti domini N. exaduerso principalis,procuratorem,prout de ipsorum hincinde procuratorum,procurationum mandatis,nobis ex actis ipsius causæ, legitime constitit & facta fuit fides,ad dicendum & excipiendum quicquid verbo vel in scriptis,contra huiusmodi literas executoriales & earum executionem di cere,siue excipere volebat primo,& consequenter ad docendum & fidem legitimam faciendum,se vel principalem suum prædictum,prædictis executorialibus iuxta earum formam & tenorem paruisse & obtemperasse,primo,pro prima,secũ do pro secunda,tertio pro tertia,& quarto pro quarta,dilation. & ex superabun danti,ad omnem eius malitiam conuincendam per audientiam publicam litera rum contradictarum domini nostri Papæ, vel per quendam ex supradicti domi ni nostri Papæ Cursoribus,successiue & respectiue citari mandauimus & fecim⁹, ad certos peremptorios terminos competen. cum dierum congruentibus interuallis. In quibus quidem successiue terminis,& eorum quolibet per dictum do minum N. principalem,principaliter pro se ipso, citra tamen quorumcunq; suo rum procuratorum reuocationem, vel per dictum magistrum N. procuratorem, nomine quo supra procuratorio iudicialiter comparen. citatorum prædictorum, in quibusdam citation. audien. pergameni cedulis a nobis emanatis,& de nostris voluntate & mandato in dicta audien. literarum contradictarum lectis,publicatis, signatis & executis, ac ibidem vicissim facto & scriptis representatis,contemptorum,necnon N. exaduerso procuratoris non comparen. contumacia accusata, ipsosq; contumaces reputari: & in eorũ contumaciam excõmunicationis,ac alias sententias,censuras & pœnas in eisdem executorialibus cõtentas temere propterea incurrendo dictum N. exaduerso principalem,seruatis seruandis,& singulis expectatis dilationibus excommunicationibus,& alias sententias,censuras & pœ nas,in dictis literis executorialibus huiusmodi contentas, incidisse & incurrisse

declarauimus,per nostram declaratoriam,quam desuper in scriptis tulimus, & promulgauimus,sententiam,tenoris subsequentis. ℭ De dominorum,&c. Hmôi autem sententia per nos lata,taliter erat subscripta, Ita pronunciaui ego R. O. Episcopus & Locumtenen̄. Cum autem dictus N. exaduerso principalis,sic,vt præmittitur, de mandato nostro Romæ in locis publicis, per quendam domini nostri Papæ Cursorem,excommunicatus,declaratus,vt rebellis,& inobediens,ac suæ salutis immemor,dictam excommunicationis & eius declarationis sententiam,per decem dies,post illius denunciationem, & publicat onem prædictas, immediate sequen̄. pertinaciter sustinuerat,& ad sanctæ matris ecclesiæ gremiū redire,& animæ suæ saluti prouidere non curauerat, prout sustinet ad præsens. ℭ Nos in declarationis negocio huiusmodi vlterius rite proceden̄. Ad dicti domini N. principalis instantiam,præfatum N. exaduerso principalem, omnesq; alios & singulos sua communiter vel diuisim interesse putan̄. eorumq; procuratores,si qui sint in Rom̄. cu. pro eisdem. ℭ Vel sic,præfatum magistrum N. exaduerso procuratorem ad videndum, & audiendum supradictam excommunicationis & ipsius declarationis sententiam,ac processus nostros huiusmodi,contra, & aduersus eundem N. exaduerso principalem,iuxta literarum siue processuum executorialium vim,formam,& tenorem,propter non paritionem earundem aggrauari,literasq; aggrauatorias desuper opportunas,in forma solita & consueta per nos decerni & concedi,vel dicendum & causam,si quam habeant rationabilem,quare præmissa fieri non debebant,allegandum, per audientiam publicam literarum contradictarum domini nostri Papæ. ℭ Vel sic, per quendam domini nostri Papæ Cursorem citari mandauimus & fecimus ad certum peremptorium terminum competen̄. videlicet ad diem & horam inferius secundo loco annotatos: Quo termino adueniente, comparuit in iudicio legitime coram nobis dominus N principalis prædictus,principaliter &c. reuocationem: Et citatorum prædictorum in quandam citationis audientiæ pergameni cedula a nobis emanata, & de nostris voluntate & mandato,in audientia publica literarum contradictarum præfati D. nostri Papæ,vt moris est,lecta,signata, & sigillata,inibiq; debitæ executioni demandata,& per eum coram nobis iudicialiter representata, cōtentorum non comparen̄. contumaciam accusauit,ipsosq; contumaces reputari. Et in eorum contumaciam prædictam,excommunicationis,& declarationis sententiam contra præfatum N. exaduerso principalem,ob non paritionem prædictam,latam,aggrauari,& ipsum aggrauatum publice denunciari mandari, literasq; aggrauatorias desuper necessarias & opportunas in forma solita & consueta decerni & concedi per nos instanter postulauit. ℭ Nos tunc dictos citatos,vel dictum N. exaduerso procuratorem non comparen̄. reputauimus merito, prout erant, quoad actum & terminum huiusmodi, iustitia id exigen̄. contumaces. Et in eorum contumaciam attenden̄. postulationem huiusmodi fore iustam, & consonam rationi. Quodq; nedum decem,sed plures dies,post prædict. sententiæ declaration̄. & publication̄. in dicta curia,vt præfertur,fact. effluxi sint, nullamq; nobis de paritione dicti N. exaduerso principalis factam esse certificationem. Et etiam, quod crescente contumacia & inobedientia, merito crescere debeat & pœna,ne facilitas pœnæ audaciam tribuat delinquendi,Excommunicationis & declarationis sententiam antedictam,ac processus nostros huiusmodi aggrauan̄. duximus,& aggrauauimus,prout aggrauamus per præsentes, has nostras literas aggrauatorias desuper in forma solita & consueta decernen̄. opportunas. Quocirca vos oēs & singulos supradictos,& vestrū quēlibet insolidū,auctoritate apostolica nobis commissa,& qua fungimur in hac parte, tenore præsentium requirimus,& monemus primo,secundo,tertio, & peremptorie: Vobisq; nihilominus & vestrum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ,& sub excommunicationis pœna,quam in vos & vestrum quemlibet canonica monitione præmissa ferimus in his scriptis,nisi feceritis quæ mandamus,districte præcipiendo mandantes, qua-

tenus statim visis & receptis præsentibus,& postquã pro parte dicti domini N. principalis,super hoc,vigore præsentium,fueritis requisiti,seu alter vestrum fuerit requisitus,ita tamen quod in his exequendis, vnus vestrum alterum non expectet,nec vnus pro alio,seu per alium se excuset,singulis diebus dominicis & festiuis,in vestris ecclesijs, monasteriis, & capellis infra missarum & aliarum horarum diuinarum solennia,dum ibidem populi multitudo ad diuina audieñ.cõuenerit,aut alias legitime fuerit congregata, ac vbi,quãdo, & quoties expediens fuerit: dictam excommunicationis sententiam reiterando & innouando, eundẽ dominum N.exaduerso principalem,excommunicatum, declaratum & aggrauatum,campanis pulsatis,candelis accensis,ac demum extinctis, & in terrã proiectis,cruce erecta,& religione induta,aquam benedictam aspergendo,ad fugandum demones,qui eum detinent sic alligatum,& laqueis suis cathenatum,orando quod dominus noster Iesus Christus ipsum ad catholicam fidem, & sanctæ matris ecclesiæ gremiũ reducere dignetur,& ne in talibus peruersitate & duritia dies suos finire permittat,cũ decantatione responsorij: Reuelabunt cœli iniquitatem Iudæ,&c.& Psalmi: Deus laudem meam ne tacueris &c. cum Antiphona Media vita in morte sumus totaliter: & his finitis.ad ianuas ecclesiarum vestrarum,vna cum clericis & parochianis accedendo, & ad terrorem, vt ipse N. exaduerso principalis eo citius ad obedientiam redeat,tres lapides versus domũ habitationis suæ proiiciendo,in signum maledictionis æternæ, quam deus dedit Choræ,Dathan,& Abiron,quos terra sustinere non potuit, sed iusto dei iudicio, illos viuos absorbuit,vt in infernum descenderent viuentes, etiam post missam, & in vesperis,aliisq; horis canonicis,sermonibus,& prædicationibus publicis,solenniter publicetis & denuncietis,ac ab aliis,quantum in vobis fuerit,publicari & denũciari,necnõ ab omnibus christifidelibus arctius euitari faciatis,donec & quousq; aliud a nobis vel superiori nostro, desuper habueritis in mandatis.

¶Verum postquam dictus N.exaduerso principalis,excommunicatus, vt præfertur,& aggrauatus,aggrauationẽ nostrã hm̃oi nedũ per decem, sed multo plures dies,per alios decem dies post ipsius publicationem & denunciationem in dicta curia,in locis consuetis publice factas,animo sustinuerat indurato. ¶Nos ad vlteriorem dicti domini N.principalis,instañ. eundem N. exaduerso principalem,omnesq; alios & singulos supradictos,vel dictum magistrum N. exaduerso procuratorem ad videndum,& audiendum præfatã excõmunicationis & declarationis sententiam,siue processus nostros hm̃oi,contra eundem N. exaduerso principalem, iuxta dictarum literarum executorialium, formam & tenorem reaggrauari,literasq; reaggrauatorias desuper in forma solita & consueta,decerni,& concedi,vel dicendũ & causam,si quam haberet rationabilem,quare præmissa minime fieri deberent,allegandum,per audientiam publicam literarum cõtradictarum dñi nostri Papæ prædictam,[vel per quendam ex dictis Cursoribus citari mandauimus & fecimus,ad certum peremptorium terminum competeñ. videlicet,ad diem & horam inferius tertio loco descriptos. ¶Quibus aduenieñ. præfatus dñs N. principalis, citra &c. reuocationem, iudicialiter coram nobis comparens,antedictorum citatorum,in quadam alia citationis audieñ.pergameni cedula,in dicta audientia literarum contradictarum similiter lecta, & debite executa,coram nobis exhibita contentorum,con comparentium, contumaciam accusauit,ipsosq; contumaces reputari,& in eorum contumaciam excommunicationis & declarationis sententiam, necnon processus hm̃oi, contra eundem N.exaduerso principalem excommunicatum declaratum, & aggrauatum reaggrauari,& ipsum excommunicatum declaratum aggrauatum & reaggrauatũ publice denunciari mandari,literasq; reaggrauatorias desuper opportunas in forma solita & cõsueta decerni & concedi per nos instanter postulauit. ¶Nos tũc dictos citatos non compareñ.reputauimus,merito,dictãte iustitia,contumaces,& in eorum contumaciam attendeñ.postulationem huiusmodi fore iustam, & con

ſonam rationi: Quodq; peruerſorum audacia præſumptiua id exigit, vt vnica pœna non contenti, fortioribus arceantur pœnis, ne fides illorum lædatur, qui ſuperioribus ſuis ſemper obedientiam impenderunt, ſententiam excõmunicationis, ac proceſſus noſtros ãndictos, reaggrauandum duximus, & reaggrauauimus, prout reaggrauamus pñtium per tenorem, literas noſtras reaggrauatorias deſup decernẽ. opportunas. ℭ Quapropter vobis omnibus & ſingulis ſupradictis, & veſtrum cuilibet inſolidum, modo & forma præmiſſis, mandamus, quatenus ſtatim viſis & receptis præſentibus, & poſtquam pro parte dicti domini N. principalis, deſuper vigore præſentium fueritis requiſiti, ſeu alter veſtrum fuerit requiſitus: omnes & ſingulos chriſtifideles, vtriuſq; ſexus homines, & præſertim familiares & ſeruitores dicti N. exaduerſo principalis excommunicati, denunciati & aggrauati, dicta auctoritate apoſtolica moneatis & requiratis primo, ſecundo, tertio, & peremptorie, prout requirimus, & monemus eoſdem, ac ipſis & eorũ cuilibet in virtute ſanctæ obedientiæ & ſub excommunicationis pœna, diſtrictius iniungẽ. quatenus infra ſex dies poſt monitionem & requiſitionem huiuſmodi ipſis fact. immediate ſequẽ. quos ſex dies ipſis & eorum cuilibet, pro omni dilatione, terminoq; peremptorio, ac monitione canonica aſſignetis, prout nos etiam aſſignamus eiſdem, a participatione & communione, ac familiaritate & ſeruitio ipſius N. exaduerſo principalis, denunciati & aggrauati pœnitus & omnino deſiſtant, ac quilibet eorum deſiſtat, nec cum eo ſeruiendo, loquendo, ſtando, ſedendo, ambulando, hoſpitando, comedendo, bibendo, conuerſando, coquendo cibum, potum, aquam, vel ignem miniſtrando, aut aliquo humanitatis ſolatio, (præterquam in caſibus & perſonis a iure præmiſſis) participare præſumant, ſeu eorũ aliquis præſumat. Et ſi contrarium fecerint, nos in eos, & eorum quemlibet cũ dicto denunciato & reaggrauato rebelliter participantes, & contrafacientes, exnunc, prout extunc, & extunc, prout ex nunc, ſingulariter in ſingulos, dicta ſex dierum canonica monitione præmiſſa, excõmunicationis ſententiam ferimus in his ſcriptis, & etiam promulgamus. ℭ Vobis omnibus & ſingulis ſupradictis & veſtrum cuilibet inſolidum, modo & forma præmiſſis diſtricte præcipiendo mãdantes, quatenus ſingulis diebus dominicis & feſtiuis in veſtris eccleſijs, monaſterijs & capellis, infra miſſarum, & aliarum horarum præſcriptarum ſolennia, ac vbi, quando, & quotiens expedierit, præfatos chriſtifideles familiares & ſeruitores, qui cum dicto N. excommunicato, aggrauato, & reaggrauato rebelliter participauerint, excõmunicatos tandiu publice denuncietis, & ab aliis, quantũ in vobis fuerit, publice denunciari, & ab omnibus chriſtifidelibus arctius euitari faciatis, donec & quouſq; aliud a nobis vel ſuperiori noſtro, ſuper hoc receperitis in mandatis. ℭ Præterea, cum dictus N. exaduerſo principalis, ſic excommunicatus, declaratus, aggrauatus & reaggrauatus, reaggrauationem noſtrã huiuſmodi, per alios decem dies, poſt ipſius publicationem & declarationem, in dicta Cu. in locis publicis & conſuetis factas, & dictos .xx. dies immediate ſequẽ. pertinaciter ſuſtinuerit, prout de præſenti ſuſtinet. Nos, ad prælibati domini N. principalis vlteriorem, inſtã. eundem N. exaduerſo principalem, omneſq; alios & ſingulos prædictos ſua cõmuniter vel diuiſim intereſſe putã. [vel dictum magiſtrum N. exaduerſo procuratorem ad videndum & audiendum omnes & ſingulas terras, ciuitates, oppida, caſtra, villas, ſuburbia, & quarumcunq; eccleſiarũ collegia, capitula, communitates, eccleſias, monaſteria, capellas, parochias, & generaliter quæcunq; alia loca, in & ſub quibus, ſeu ad quæ dictum N. exaduerſo principalem, excommunicatum, declaratum, aggrauatum & reaggrauatum eſſe, morari, declinare, ſeu deuenire contigerit (quandiu in locis prædictis fuerit) interdici, & in ſtrictiſſimo eccleſiaſtico interdicto ſupponi & obſeruari mandari, literaſq; deſuper opportunas in forma ſolita & conſueta decerni & concedi, vel dicendum, &c. allegandum. ℭ Per ſupradictam audientiam literarum contradictarum, vel per alium ex dictis Curſoribus, citari mãdauimus & fecimus, ad cer

tum peremptorium terminum competen. videlicet ad diem & horam, inferius tertio loco annotatos. ¶ Quibus occurren. per præfatum dominum N. principalem (citra tamen dictorum suorum procuratorum per eum constitutorum reuocationem) coram nobis iudicialiter comparen. citatorum prædictorum, in quadam alia citation. audientiæ cedula, etiam, vt præfertur, in eadem audientia con traditarum, debite executa, & coram nobis in scriptis repræsentata, cótentorum, non comparen. contumacia accusata: Ipsosq; contumaces reputari, & in eorum contumaciam omnes & singulas ciuitates, terras, oppida, castra, villas, suburbia, & alia loca prædicta, in & sub quibus, seu ad quæ dictum N. exaduerso principalem esse, morari, declinare, seu deuenire contigerit, quãdiu ibidem fuerit, interdici, & strictissimo ecclesiastico interdicto supponi, literasq; desuper opportunas in forma solita & consueta, decerni & concedi, per nos instanter postulauit.

¶ Nos tunc antedictos citatos non comparen. reputauimus iterum, prout erant, iustitia id suadente, contumaces, & in eorum contumaciam attenden. postulationem huiusmodi fore iustam, & consonam rationi. Quodq; præfatus N. exaduerso principalis pœnas, sententias & censuras prædictas, in eum, vt præmittitur, latas, Pharaonis duritiam imitando ad modum aspidum surdarum aures suas obturantium, ne vocem audiant incantantium, sustineat, & ad sanctæ matris ecclesiæ gremium redire, & animæ suæ saluti prouidere non curat, auctoritate apostolica nobis commissa, & qua fungimur in hac parte: omnes & singulas ciuitates, terras, oppida, castra, suburbia, villas, parochias, & alia loca quæcunq; prædicta, in & sub quibus dictum N. exaduerso principalem, esse, morari, declinare, seu deuenire contingerit, quãdiu ibidem fuerit, seu moram traxerit, etiam per tres dies continuos, post ipsius ab inde recessum, exnunc, prout extunc, & extunc, prout ex nunc interdicim⁹, & strictissimo ecclesiastico interdicto supposuimus, & supponimus per præsentes, has nostras literas desuper, in forma solita & consueta, decernen. ¶ Et nihilominus, vobis omnibus & singulis supradictis, & vestrum cuilibet insolidum modo & forma præmissis, districte præcipiendo mandamus, quatenus statim visis præsentibus, & postquam pro parte dicti domini N. principalis, vigore præsentium, super hoc fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus, in ciuitatibus, terris, oppidis, castris, villis, suburbiis, parochiis, collegiis, & quibuscunq; aliis locis supradictis in & sub quibus, seu quæ dictum N. exaduerso principalem esse, morari, declinare, seu deuenire contigerit, cessetis, & ab aliis cessare faciatis, permittatis, & procuretis, apertis ianuis, a diuinis, ita tamen, quod huiusmodi stante interdicto, nulla ecclesiastica sacramenta, in & sub dictis locis in quibus ipse fuerit, ministrentur, nisi pœnitentia & baptismus cunctis indifferenter. Eucharistia vero, infirmis tantum, & matrimonium, sine ecclesiastica solennitate contrahatur, ac inibi, & sub eisdem locis decedentibus, ecclesiastica denegetur sepultura. ¶ Postremo, cum ipse N. exaduerso principalis, excómunicatus, declaratus, aggrauatus, reaggrauatus, & interdictus, in sua pertinacia induratus perstiterit, interdictum huiusmodi, per alios decem dies, ipsius publicationem in dicta Rom. Cu. in locis publicis & consuetis debite factam, & dictos xxx. dies immediate sequen. animo sustinuerit indurato, prout ad præsens sustinet. ¶ Nos extunc ad supradicti domini N. principalis instantiam vlteriorem præfatum N. exaduerso principalem, ac alios prædictos, vel dictum magistrum N. exaduerso procuratorem, ad videndum & audiendum, in ius subsidium, contra ipsum N. exaduerso principalem, excommunicatum, declaratũ, aggrauatũ, reaggrauatum & interdictum, auxilium brachii sæcularis, inuocari, necnon omnes & singulas expen. pro parte eiusdem domini N. principalis, in huiusmodi negotio declarationis, legitime factas in quibus ipse N. exaduerso principalis, condemnatus extitit taxari & moderari, literasq; super præmissis necessarias & opportunas in forma debita decerni & concedi, vel dicendum, &c. allegan per audientiam prædictam, seu per quendam ex dictis Cursoribus, citari mandauimus

mus & fecimus ad certum alium peremptorium terminum competeñ. videlicet ad diem & horam inferius vltimo loco annotatos. ¶ Quibus adueniẽ.comparuit iudicialiter coram nobis legitime dominus N. principalis prædictus, citra &c. reuocationem. Et dictorum citatorum in quadam alia citationis audientiæ cedula, etiam in dicta audientia literarum cõtradictarum debite executa, ac facto & in scriptis coram nobis repræsentata, contentorum nõ comparentium, cõtumaciam accusauit, ipsosq; contumaces reputari, & in eorum contumaciam omnibus & singulis expeñ pro parte dicti domini N. principalis in causa seu negocio declarationis huiusmodi, vt præmittitur, fact. coram nobis in scriptis designatis, & in quibus præfatus N. exaduerso principalis condemnatus existit, ad xx. duc. auri de camera boni & iusti ponderis, prouida moderatione præuia, primitus taxatis, ac iuramento eiusdem Domini N. principalis, desuper subsecuto, cõtra eundem N. exaduerso principalem, excommunicatum, declaratum, aggrauatum, reaggrauatum, & interdictum, in iuris subsidiũ, auxilium brachii sæcularis inuocari, literasq; desuper opportunas, in forma solita & consueta decerni, & cõcedi per nos instanter postulauit. ¶ Nos tunc dictos citatos non compareñ. reputauimus merito, iterum id suadeñ. iustitia, contumaces, & in eorum contumaciã attendeñ. postulationem huiusmodi fore iustam & consonam rationi: & quod præfatus N. exaduerso principalis excommunicatus, declaratus, aggrauatus reaggrauatus, & interdictus, excommunicationis, declarationis, aggrauationis, reaggrauationis, & interdicti sententias huiusmodi animo sustinuerit indurato, prout adhuc sustinet ad pñs, nec processibus, mandatis, & monitionibus nostris huiusmodi, immo uerius apostolicis, paruit quoquomodo, quodq; mucrone nõ proficiẽte ecclesiastico, temporalis gladius non immerito suffragatur, vt quos dei timor a malo nõ reuocat, temporalis saltem coerceat seueritas disciplinæ. Idcirco auctoritate apostolica nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, contra dictũ N. exaduerso principalem, excommunicatum, declaratum, aggrauatum, reaggrauatum & interdictum, in iuris subsidium, auxiliũ brachij sæcularis duximus inuocandum, prout inuocamus per præsentes, has nostras literas desuper opportunas in forma solita & consueta conceden. ¶ Q uæ omnia & singula præmissa necnon præsentes nostras literas, Vobis omnibus & singulis supradictis, quibus præsentes nostræ literæ, & in eis cõtenta diriguntur, communiter & diuisim, intimamus, insinuamus, & notificamus, ac ad vestram & cuiuslibet vestrum notitiã deducimus, & deduci volumus per præsentes: Vosq; nihilominus, gloriosissimũ & inuictissimum Principem & Dominum Dñm Carolum Romanorum Imperatorem antedictum, dicti gladij principalem vibratorem, & iustitiæ zelatorem, in domino exhortamur: Necnõ vos Reuerendissimos & Reuerendos in Christo Patres & D. Archiepiscopos, & Episcopos, ac Duces, Marchiones, Comites, Barones, Milites, Proconsules, Consules, Capitaneos, Castellanos, Aduocatos, Iudices, Officiales, & alios supradictos, quibus præsentes nostræ literæ diriguntur, dicta auctoritate, tenore præsentium requirimus & monemus primo, secundo, tertio, & peremptorie, vobisq; & vestrum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna, quam in vos & vestrum quemlibet, canonica monitione præmissa, ferimus in his scriptis, nisi feceritis quæ mandamus, districte præcipien. mandañ. quatenus infra sex dierũ spacium, post præsentationem, seu notificationem præsentium, ac requisitionem vobis, seu alteri vestrum in vestris territoriis, iurisdictionibus, districtibus & quibuscunq; aliis territoriis vbiq; locorum pro parte dicti dñi N. principalis desuper fact. immediate sequeñ. Quorum sex dierum, duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies vobis vniuersis & singulis supradictis pro tertio & peremptorio termino, ac monitione canonica assignamus. Vos omnes & singuli domini temporales antedicti, & vestrum quilibet (quorum omnium super hoc auxilium brachij sæcularis inuocamus) quotiens & quando pro parte dicti domini N. principalis super hoc fueritis requisiti,

seu alter vestrum fuerit requisitus, in iuris subsidium, contra præfatum N. exaduerso principalem excommunicatum, declaratum, aggrauatum, reaggrauatum, & interdictum, auctoritate apostolica, per captionem, inuasionem, incarcerationem & detentionem personæ, corporis, rerum, & bonorum illius quorumcunque, insurgatis, & alios insurgere faciatis, necnon personam, res, & bona ipsius capiatis, inuadatis, incarceratis, & in custodia teneatis, arrestetis, & occupetis, per vos, vel alium, seu alios, & quilibet vestrum, qui super hoc requisitus fuerit, capiat, inuadat, incarceret, custodiat, detineat, arrestet, & occupet libere & licite, ipsumque N. exaduerso principalem excommunicatum, declaratum, aggrauatum, reaggrauatum, & interdictum, ita & taliter compellatis, & astringatis potenter, etiam manu forti, absque tamen graui læsione corporis eiusdem, donec & quousque idem N. exaduerso principalis excommunicatus, declaratus, aggrauatus, reaggrauatus, & interdictus, prædictis nostris literis executorialibus realiter & cum effectu paruerit, possessionemque dictæ ecclesiæ N. cum omnibus iuribus & pertinen. suis præfato domino N principali, vel procuratori suo supradicto, pro eo, & eius nomine vacuam, liberam, & expeditam dimiserit, necnon de prædictis fructibus a tempore motæ litis citra, vt præfertur, perceptis, ac ducatorum summis antedictis eidem dño N. principali, vel dicto procuratori pro eo integre satisfecerit, ac ad sanctæ matris ecclesiæ gremium redierit, & beneficium absolutionis a sententijs, censuris, & pœnis prædictis, a nobis, vel superiori nostro meruerit obtinere, vosque aliud desuper receperitis in mandatis, vobis & vestrum cuilibet super præmissis omnibus & singulis licentiam & plenariam potestatem concedeñ.

¶ Quod si forte, vos gloriosissime & inuictissime Princeps & domine Carole Imperatori antedicte, executor iustitiæ pñtis processus nostri, ac mandatorum nostrorum, immouerius apostolicorum, huiusmodi transgressor, cõtra dictos, vel neglector fueritis (quod tamen vestræ Imperialis maiestatis præfulgidæ, iamdudum per totum orbem diuulgata obedientia suspicari non sinit) procul dubio et iusti iudicis iudicium incurreretis, & præmium, aliàs pro executione iustitiæ, vobis a Deo paratum amitteretis, licet vos nostris sententijs sic ligari nolumus, vobis, ob reuerentiam vestræ Imperialis Maiestatis, non immerito, deferentes, intuitu tamen iustitiæ, & ob sedis apostolicæ, dictique domini nostri Papæ reuerentiã, vestram Imperialem Maiestate, ad præfatam executionem efficaciter adimplendam, in domino exhortamur. ¶ Vobis vero Reuerendissimis & Reuerendis patribus & dominis, dominis Archiepiscopis & Episcopis præfatis, etiam exceptis, quibus ob reuerentiam vestrarum Pontificalium dignitatum deferimus in hac parte, si contra præmissa, vel præmissorum aliquod feceritis per vos, vel subinissas personas (prædicta sex dierum canonica monitione præmissa) ingressum ecclesiæ interdicimus in his scriptis. ¶ Si vero interdictum hmõi per alios sex dies præfatos, sex dies immediate sequeñ. sustinueritis, vos in his scriptis, simili canonica monitione præmissa suspendimus a diuinis. Verum si vos præfati interdicti & suspeñ. sententias huiusmodi per alios sex dies præfatos xii. dies immediate sequeñ. animis (quod absit) sustinueritis induratis. Vos exnunc, prout extunc, & extunc prout exnũc in his scriptis (dicta canonica monitione præmissa) excommunicationis sententia innodamus. ¶ Absolutionem vero omnium & singulorum, qui præfatas nostras sententias, aut earum aliquam incurrerit, siue incurrerint quoquomodo nobis vel superiori nostro tantummodo reseruamus. ¶ In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium præmissorum præsentes literas, siue præsens publicum instrumẽtum, huiusmodi nostras declarationem, aggrauationem, reaggrauationem, interdicti appositionem, brachij sæcularis inuocationem, ac expensarum taxationem in se continen. siue cõtinens, exinde fieri, & per notarium publicum, nostrumque & huiusmodi causæ coram nobis scribam infrascriptum subscribi & publicari mandauimus, nostrique sigilli iussimus & fecimus appensione communiri. Datum & actum Romæ apud

ſanctum Petrum, in palatio,&c. Sedeñ &c. Sub Anno, &c. Indictione &c, Quarta menſis Iulij, quoad declarationem. Quoad aggrauationem, veneris v. eiuſdem. Necnon quoad interdicti appoſitionem,Lunæ xx. Nouembris. Poſtremo quoad auxilii brachij ſæcularis inuocationem, expenſarumq́ꝫ taxationẽ Mercurij xv. Decembris menſium diebus. Pontificatus Sanctiſſimi in Christo patris & domini noſtri domini,&c. Præſentibus,&c.

Forma Brachii ſæcularis abſque inſertione termini declarationñ.

Glorioſiſſimo &c. Obſeruando ſeriem prioris formæ, vſque ibi. Nos tunc N. Auditor, cum præfatus N. exaduerſo principalis,literis executorialibus prænarratis,infra terminos in eiſdem aſſignatos, parere minime curauerit, excommunicationis & alias ſententias, cenſuras & pœnas eccleſiaſticas propterea incurreñ. eundem N. exaduerſo principalem, ſeruatis ſeruandis, & ſingulis terminis expectatis, excommunicationis, & alias cenſuras præfatas incurriſſe & incidiſſe, declarauimus per noſtram, quam deſuper in ſcriptis tulimus & promulgamus ſententiam,tenoris ſubſequen.

¶ De domiuorum,&c. Et vlterius continua, vt in forma præcedenti poſt ſententiam declaratoriam inſertam.

DE CESSIONE.

Ceſſio debiti in forma Cameræ.

In nomine Domini Amen.&c. Perſonaliter conſtitutus honorabilis vir, dominus N.principalis,principaliter pro ſe ipſo. Et allegando, ac aſſereñ. ſe alias cuidam Io. N. manualiter,& in numerata pecunia dediſſe & conſignaſſe ducatos auri in auro de Camera Centum, nomine & titulo veri,puri & amicabilis mutui: Seq́ꝫ ratione eiuſdem debiti Centum ducatorum fore & eſſe verum creditorem dicti N. neque eoſdem Centum ducatos ab ipſo N.vſque ad præſentem diem recuperaſſe, prout in inſtrumento deſuper confecto latius dicitur continere. Vnde dictus dominus N. principalis,vt verus creditor,omnibus melioribus modo,via,iure,cauſa & forma, quibus melius, tutius & efficacius potuit & debuit,ac poteſt & debet: Ex certa ſua ſcientia, & animo, deliberato,dictum debitum,ac omne ius,omnemq́; actionem realem, perſonalẽ, vtile & directa,ſeu mixtam,prætoriam & ciuilem,quod, ſeu quam præfatus N. habet,ſeu habere poteſt,contra & aduerſus dictum N.vigore dictorum Centum ducatorum debitorum in diſcretos viros N.& N. ibidem præſentes,& pro ſeipſis,ac ipſorum hæredibus & ſucceſſoribus ſtipulañ.& recipieñ. tranſtulit,& hæreditauit,ipſisq́ꝫ N. & N.donatione mera,pura,valida,ſimplici,atq; irreuocabili ceſſit,donauit,& remiſit,ſe de dict.iure & actione deueſtiendo,& præfatos N. & N.inueſtiendo de eiſdem, donandoq́ꝫ præfatis N. & N. plenam & omnimodam poteſtatem poſſe,pro dictis Centũ ducatis in iudicio & extra,coram quibuſcunq; iudicibus, tam eccleſiaſticis quàm ſæcularibus experiri, tanquã de re ſua propria iuſto & legitimo titulo acquiſita, conſtituendo ipſos N,.& N. dominos & proprietarios,vt & tanquam domini proprietarij poſſint agere, vt de re ſua,& ad finem ꝙ ipſi domini N.& N. non ſint damnificati, omnibus melioribus modo,&c.quibus,&c.potuit & debuit &c. conſtituit &c. nec econtra præfatos dominos N.& N. pñtes,& onus procurationis huiuſmodi in ſe ſponte ſuſcipieñ & eorum quemlibet in ſolidum, ita tamen quod non ſit melior conditio &c.ſpecialiter & expreſſe ad agendum,defendendum,& litigandũ ſuper dicto debito Centũ ducatoꝵ,& illius occaſione cum præfato N.in quibuſcunq; curiis,& coram

quibuscunque iudicibus,tam ecclesiasticis quam saecularibus,& corā ipsis comparendum,dictumque N.debitorē ad solutionē hmōi debiti cōpelli faciendū,ac oēs & singulos terminos substātiales & accidētales,in similib⁹ obseruari solitos & cōsuetos obseruañ.& a quocunque grauamine illato,vel inferendo prouocandum & appellandū,appellationemque hmōi intimandū & insinuandū,necnon petendum exigeñ.ac ēt recuperandū dictā summā,vnā cū dānis expeñ.& interesse: Ac de acceptis,habitis & leuatis quietañ.cū pacto solēni de re accepta & habita vlterius nō petēdo,cū potestate in pdictis substituēdi & surrogādi procuratorē vnū, vel plures,& substitutos reuocādi,pñsenti madato nihilominus in suo robore permanēte ¶ Et gñaliter in pdictis omnia alia & singula faciēdi,procurādi, & exercendi,quae iuris ordo,& facti qualitas postulāt,ac requirunt,& quae ipsemet constituens & cedens facere posset,si pñsens adesset,dās ei plenū mandatū, vt in rem suā ppriā. ¶ Promittens insuper dictus cōstitutus,& cedēs,quibus supra nominibus N & N.& mihi notario infrascripto,vt publicae personae stipulāti,& recipiēti,vice,& nomine omniū & singulorum,quorum interest, aut in futurū poterit interesse,se ratū, & gratum habiturū totū id & quicquid p dictos N.& N.actū,gestumue fuerit in pmissis,& cōtra illa nequaquam velle facere, vel venire sub poena dupli dictae quātitatis,qua poena soluta,vel nō pmissa omnia , & singula firma perdurent. ¶ Et p praemissis obseruādis,submisit se praefatus dñs N. iurisdictioni curiae Camerae Apost. & quarūcunque aliarū curiarū, tam ecclesiasticarū quam saecularium vbilibet constitutarū,renunciauitque omnib⁹ & singulis exceptionibus,& beneficiis,tam apostolicis,quam regalibus,nō sic celebrati cōtractus,& aliter fuisse dictū quam scriptū,& aliis exceptionibus,pmisit ēt & iurauit,pmissa omnia & singula in praesenti instrumēto cōtenta obseruare,& cōtra ea nequaquam velle facere vel venire vllo vnquam tpe quouis quaesito colore sub hypoteca & obligatione omniū & singulorū bonorum suorum pñsentiū & futurorum. ¶ Et subsequēter idē N.cedens cōfessus fuit & recognouit se habuisse & recepisse à pdictis N.& N. ibidē praesentibus,& vt supra stipulantibus & recipientibus dictam summā centū floreñ.auri de Camera,de quibus quietauit dictos N.& N & eorū quēlibet,cū pacto solēni de vlterius non petendo. ¶ De & super quibus praemissis omnibus & singulis praefati N.cedens,ac N.& N. sibi a me notario publico infrascripto vnum, vel plura,&c.instrumentum seu instrumenta &c. ¶ Si in simili cessione volueris inserere principalem obligationem debiti,de quo fit cessio, ponas formam praeinsertam,& vbi dicitur circa principium,prout in instrumento desuper confecto latius subinseritur,latius continetur,quod tale est: ¶ Hic insere obligationem instrumentum cessionis,vt supra.

Cessio,& renūciatio litis & causae ī manib. Auditoris.

In nomine Domini Amen . ¶ Nouerint vniuersi,quod nuper, &c. S.in Christo Pater & Dominus noster Dñs Pius, diuina prouidentia Papa IIII, quandam commissionis siue supplicationis cedulam nobis Antonio Augustino Vtriusque Iuris Doctori S. D. N. Papae Capellano , ac ipsius sacri palatii Apostolici, causarum, causae'que & causis, ac partibus infrascriptis, ab eodem domino nostro Papa Auditori specialiter deputato, per quendam ex suis Cursoribus pñsentari fecit,hmōi sub tenore. ¶ Dignetur &c. In fine,&c. De mandato,&c. Cuiusquidē cōmissionis vigore in causa & causis hmōi inter partes,in eadē cōmissione cōtenta,,p nos,& corā nobis, nōnullo inchoato atque continuato pcessu. Tandē vero die & hora infrascriptis cōpareñ.in iudicio legitime coram nobis honorabilibus viris dñis N. clerico N. dioc. ex vna,& N.hincinde principalibus,in dicta nobis facta & pñsata commissioñ. hincinde principaliter nominatis(citra tñ procuratorum suorum quorūcunque per eos & eorum quemlibet constitutorum reuocatioñ.)partibus ex altera. Dictus dñs N. omnib⁹ melioribus mō,via,iure,cā,& forma,quibus melius potuit & debuit liti & causae, inter

ipsos N. actorem & N. hincinde principales, reũ & possessorem, de & super perpetua capellania, in ecclesia N & illius occasione, coram nobis quolibet verteñ. publice, expresse, sponte & libere cessit, renunciauit, ac de presenti cedit & renunciat. Ipsamq; cessionem, admitti atque recipi per nos instanter postulauit. ¶ Nos tunc Ant. Aug. Auditor præfatus D. N. principalis instañ. cessionem siue renunciationem prædictas, prout de iure melius potuimus & debuimus, & in nobis fuit, recepimus & admisimus, ac recipimus & admittimus per præsentes, recepto tamen primitus per nos ab eodem domino N. principali, & propter hoc per eum ad mandatum nostrum, & in nostris manibus, tactis corporaliter scripturis sacrosanctis ad sancta Dei euangelia, præstito iuramento, q in cessione siue renunciatione huiusmodi, non interuenit, neq; interueniet fraus, dolus, simoniæ labes, aut quæuis alia illicita pactio, seu etiam corruptela. ¶ In quorum omniũ, & singulorum fidem & testimonium præmissorum, præsentes literas, siue pñs publicum instrumentum huiusmodi nostras cessionis siue renunciationis admissionẽ in se continen. siue, continens exinde fieri, & per notarium, &c.

Cessio possessionis in vim literarum executorialum a tergo scriptarum.

In nomine Domini, Amen. Anno a natiuitate eiusdem Domini, &c. Indictione, &c. die vero, &c. mensis, &c. Pontificatus, &c. Pij, &c. Anno eius. In mea notarij publici, & testium infrascriptorum, ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum præsentia, personaliter constitutus venerabilis vir dominus N canonicus N. dioc. principalis, & principaliter pro se ipso, asserens se aliãs in vim literarum executorialiũ retroscriptarum per Reuereñ. P. D. Ioannem Antonium Capisuccum, vtriusq; iuris doctorem, sacri palatij causarum apostolici, & Auditorem decretarũ, eiusq; sigillo rotondo, in cera rubea, capsa lignea impresso, zona rubea appendeñ. signo & subscriptione discreti viri magistri N. publici apostolica & imperiali auctoritatibus, & huiusmodi causæ, coram eodem domino Auditore, notarij, munitarũ, ad cuiusdam N. instañ. fuisse & esse requisitum, quatenus possessionem canonicatus & præbeñ. ecclesiæ N. dictæ dioc. iuxta ipsarum literarum executorialiũ tenorem, vacuam, liberam & expeditam dimitteret: illamq; euacuaret, ac de cõdemnatis infra tempus, in dictis literis siue processibus executorialibus expressum, satisfaceret, & alias eisdem literis siue processibus executorialibus, iuxta earundem vim, formam, continentiam, & tenorem pareret, aliasq; & alia faceret, prout in eisdem literis siue processibus fieri damnabatur. ¶ Quapropter dictus dominus N. omnibus melioribus modo, via, iure, causa, & forma, quibus melius potuit, & debuit, ac in eo fuit, & erat, tanquã obedientiæ filius, nolens paruipendere censuras, sententias, ac pœnas in dictis literis, siue processibus executorialibus contentas, sed superiorum suorum parere mandatis: Possessionem dictorum canonicatus & præbeñ. ecclesiæ N. ipsi domino N. principali prædicto, dimisit, illamq; euacuauit, & possessioni earundem canonicatus & præbeñ. realiter & cũ effectu cessit & renunciauit, & per præsentes cedit & renuntiat: Promittens insuper dictus dominus N. cedens & renuncians mihi notario publico infrascripto eundem dominum N. amplius super dictis canonicatu & præbeñ. non turbare, vexare, seu molestare, nec se de eisdem, per se, aut alias quascunq; personas intromittere vel impedire quouis modo, directe, vel indirecte, quominus ipse possessionem dictorum canonicatus & præbeñ. adipisci possit & valeat. Fructus autem eorundem canonicatus, & præbeñ. se percepisse negauit, quare ad solutionem eorundem minime cogi neq; compelli debere, nec se fore astrictum, neq; eosdem soluere, seu ad solueñ. obligare se velle, dixit. ¶ Super quibus &c. dictus N. cano

nicus principalis prædictus sibi a me notario &c. Acta &c. Sub anno, die, mense & pontificatu, quibus supra. Præsentibus ibidem &c,

DE CITATIONE.

Citatio cũ inhibitione inserta extra Ro. Curiam.

Fabius Accorambonus, Vtriusq; iuris Doctor S.D.N. Papæ Capellanus, & ipsius sacri palatij apostolici causarum, causæq;, & causis, ac partibus infrascriptis ab eodem dño nostro Papa Auditor specialiter deputatus. Vel sic, Achilles de Grassis Dei & Apostolicæ sedis gratia Episcopus Montisflasconeñ. vnius ex sacri palatii apostolici causarum Auditoribus Locumtenens, causæq; & causis, ac partibus infrascriptis a S.D.N. Papa Iudex specialiter deputatus. ¶ Vel sic, Antonius Augustinus, vtriusque iuris doctor S.D.N. Papæ Capellanus, & ipsius sacri palatii apostolici causarũ Auditor, causæq; & causis, ac partibus infrascripis, in locum bo. me. Hieronymi Nouati eiusdem palatij apostolici, dum vixit, Coauditoris nostri, certæ generalis nobis desuper factæ & præsentatæ cõmissionis vigore surrogatus specialiter deputatus. ¶ Vel sic. Peregrinus Fabius Dei & apostolicæ sedis gratia Episcopus Vestanus Iudex & commissarius, causæq; & causis, ac partibus infrascriptis a S.D.N. Papa specialiter deputatus. ¶ Vel sic. Franciscus de Mendoza miseratione diuina tt. S. Eusebii S. R. E. presbyter Cardinalis Burgeñ. vulgariter nuncupatus Iudex & Commissarius, causæq; & causis &c. vt in proxima. ¶ Vniuersis & singulis dominis Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Thesaurariis, Successoribus, Sacristis, tam cathedralium etiam metropolitañ. quàm collegiatarum, Canonicis, Parrochialiumq; ecclesiarum Rectoribus, seu Locatenen. eorundem Plebanis, Viceplebanis, Capellanis curatis & non curatis, Vicarijs perpetuis, Altaristis, cæterisq; presbyteris, clericis, notariis & tabellionibus publicis, quibuscunq; per ciuitatẽ, & dioc. N. ac alias vbilibet constitutis, & eorũ cuilibet insolidũ, ac illi vel illis, ad quem vel ad quos præsentes nostræ literæ peruenerint, Salutem in domino, & nostris huiusmodi, imo verius apostolicis firmiter obedire mandatis. ¶ Noueritis q; nuper S. in Christo P. & D.N.D. Pius, diuina prouidentia Papa IIII quandam commissionis siue supplicationis cedulam, nobis per quendam suum cursorem præsentari fecit, quam nos, cum ea qua decuit reuerentia recep imus, huiusmodi sub tenore. ¶ Dignetur &c. In fine vero dictæ commissionis, siue supplicationis cedulæ scripta erant, de alterius manus, litera superiori, literæ ipsius cedulæ, penitus & omnino dissimili, & diuersa hæc verba, videlicet. ¶ De mandato domini nostri Papæ, &c. ponatur tota signatura. In extremitate vero marginis inferioris eiusdem commissionis siue supplicationis cedulæ, scripta erant, de aliena manus litera, superioribus literis ipsius cedulæ etiam pœnitus dissimili, & diuersa hæc verba, videlicet. ¶ Placet D.N. Papæ. H Cardinalis Verallus. ¶ Post cuiusquidem commissionis, siue supplicationis cedulæ præsentationem & receptionem nobis & per nos, vt præmittitur, factas, fuimus per honorabilem virum dominum N. principalem, in præinserta nobis facta, & præsentata commissione principaliter nominatum, coram nobis personaliter cõstitutum, debita cum instantia requisiti. ¶ Vel sic. Fuimus per prouidum virum magistrum N. in Rom. Cu. causarum, & honorabilis viri N. principalis, in præinserta nobis facta, & præsentata commissione principaliter nominati, procuratorem assertum (prout de suæ procurationis mandato, legitimam promisit facere fidem) debita cum instañ. requisiti. ¶ Vel sic: fuimus pro parte honorabilis viri domini N. principalis in præinserta commissione nobis, vt præmittitur, facta, &

præsentata, principaliter nominati, debita cum instañ. requisiti, quatenus sibi citationem legitimam, vna cum inhibitione inserta extra Rom. Cu & ad partes contra & aduersus quendam N. exaduerso principaliter nominatum, omnesq; alios & singulos sua communiter vel diuisim interesse putañ. & in executione citatiõis hmõi nominãdos, iuxta & secundũ dictæ nobis factæ & præsentatæ cõmissionis, vim, formam, & tenorem, in forma solita & consueta decernere & cõcedere dignaremur. ¶ Nos igitur N. Auditor præfatus attendeñ. requisitionem huiusmodi fore iustam & consonam rationi, volentesq; in causa & causis huiusmodi, & in partes, in dicta commissione contentas, rite & legitime procedere, ac partibus ipsis, danre domino, iustitiam ministrare, vt tenemur. ¶ Idcirco, authoritate apostolica nobis commissa, & qua fungimur in hac parte. Vos omnes & singulos supradictos, & vestrum quemlibet in solidum, tenore præsentium requirimus & monemus primo, secundo, tertio, & peremptorie: Vobisq; nihilominus, & vestrum cuilibet, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna, quam in vestrum quemlibet, canonica monitione præmissa (si ea, quæ vobis in hac parte committimus & mandamus, neglexeritis, seu distuleritis contumaciter adimplere) ferimus in his scriptis, districte præcipiendo mandantes quatenus infra sex dierum spatium, post præsentationem seu notificationem præsentium, vobis seu alteri vestrum, factam: Et postquam pro parte dicti domini N. principalis, super hoc, vigore pñtium fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus, immediate sequeñ. Quorum sex dierum, duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies, vobis vniuersis & singulis supradictis, & vestrum cuilibet, pro tertio & peremptorio termino, ac monitione canonica assignamus. Ita tamen, q in his exequendis, vnus vestrum alterum non expectet, nec vnus p alio, seu super alium se excuset, præfatum N. exaduerso principalem, omnesq; alios & singulos sua communiter vel diuisim interesse putan. & in executione pñtium nostrarum literarum nominandos, in eorum propriis personis, si ipsorum pñtias commode habere poteritis. Alioqui in hospitiis habitationum suarum, si ad ea vobis tutus patuerit accessus, & in parochiali ecclesia N. N. dioc. Sinautẽ in cathedrali N. & dicta parochiali N. necnõ parochiali, seu parochialibus, sub qua, vel sub quibus degunt & morãtur, alijs've ecclesiis & locis publicis quibuscunq; de quibus, ac vbi, quando ibidem populi multitudo ad diuina audieñ. cõuenerit, aut alias legitime congregata fuerit, ex parte nostra, immo uerius apostolica authoritate, alta & intelligibili voce, peremptorie citare curetis. Ita tamen q verisimile sit, citationem nostrã huiusmodi, ad ipsorum citandorum notitiam indubitatam deuenire, ne de præmissis, vel infrascriptis ignorantiam aliquam ostendere valeant, seu etiam quomodolibet allegare, quos nos etiam, & eorum quemlibet, tenore præsentium sic citamus, quatenus xxxx. die post citationem vestram huiusmodi per vos, seu alterum vestrum eis factam, immediate sequeñ. si dies ipsa xl. iuridica fuerit, & nos, vel alter forsan loco nostri, surrogandus Auditor. ¶ Vel sic, si citatio est decreta per surrogatum. Et nos vel dictus N. Coauditor noster, seu alter forsan interim surrogandus Audiror, ad iura reddeñ. & causas audieñ. pro tribunali sederimus, vel sederit: Alioquin proxima die iuridica immediate sequeñ. qua nos vel eundem surrogandum Auditorem præfatum, Romæ, vel alibi vbi tunc dominus noster Papa cum sua Rom. Cu. residebit, in palatio causarum apostolico, mane hora audientiæ causarum consueta. ¶ Vel sic, in nostræ habitationis domo, hora vesperarum & audientiæ causarum more commissariorum consueta, ad iura reddendum, & causas audiendum, pra tribunali sedere contigerit, compareant in iudicio legitime coram nobis, vel dicto domino N. Coauditore nostro, seu surrogãdo Auditore prædicto, per se, vel procuratorem, seu procuratores suum vel suos, idoneum vel idoneos, ad causam, & causas huiusmodi sufficienter instructum, seu instructos, cum omnibus & singu-

lis actis, actitatis, literis, scripturis, instrumentis, processibus, priuilegiis, aliisq; iuribus & munimentis causam & causas huiusmodi tangentibus, seu eam, & eas quomodolibet concernentibus, præfato domino N. principali seu eius procuratori legitimo de & super omnibus & singulis, in supradicta nobis facta & præsentata commissione contentis, de iustitia responsuri: ac in causa & causis huiusmodi, ad omnes & singulos actus & terminos gradatim & successiue, etiam vsq; ad diffinitiuam sententiam inclusiue, debitis & consuetis terminis & dilationibus præcedentibus, vt moris est, processuri & procedi visuri, aliaq; dicturi, facturi, allegaturi, audituri, & recepturi quicquid iustitia suadebit, & ordo dictauerit rationis. Certificañ. nihilominus eosdem sic citatos, q̄ siue in dicto citatioñ. termino, vt præmissum est, comparuerint siue non. ℭ Nos nihilominus vel dictus dñs N. Coauditor noster, seu surrogandus Auditor præfatus, ad partis compareñ. & causam seu causas hmõi prosequi curantis, instañ. ad præmissa omnia & singula, ac alias, prout iustum fuerit procedemus, seu procedet, iustitia mediañ. dictorum citatorum contumacia, seu absentia in aliquo non obstante. ℭ Et insuper attendeñ. q̄ lite & causa, seu causis hmõi, vt præmittitur, coram nobis in Ro. Cu. indecisis pendentibus, nihil sit in partibus innouandum per quemcunque, seu attentandum. Idcirco vobis omnibus & singulis supradictis, quibus pñtes nostræ literæ diriguntur, & cuilibet vestrum, auctoritate apostolica, supradicto modo & forma, tenore præsentium committimus & mandamus, quatenus post legitimam dictæ citationis executionem, Reuereñ. in Christo patri & domino, dño Dei & Apostolicæ sedis gratia Episcopo N. eiusq; in spiritualibus & temporalibus Vicario, seu officiali generali. Vel sic, si est pro Episcopo, vel contra Episcopum. Reuerendissimis & Reuerendis in Christo patribus, & dominis quorumcunq; locorum ordinariis, eorumq; & cuiuslibet ipsorum in spiritualib⁹ & temporalibus Vicariis seu officialibus generalibus, cæterisq; officialibus, Iudicibus, commissariis, delegatis, subdelegatis, ordinariis, & extraordinariis quibuscunq; per ciuitatem & dioc. N. prædictas, & alias vbilibet constitutis. ℭ Et præsertim N. exaduerso principali supradicto omnibusq; aliis & singulis, quorum interest, intererit, seu interesse poterit quomodolibet in futurum, quibuscunq; nominibus censeantur, & quacunque præfulgeant dignitate, de quibus pro parte antedicti domini N. principalis, vigore præsentium, super hoc fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus, inhibeatis, quibus nos etiam, & eorum cuilibet tenore præsentium inhibemus, ne ipsi, seu eorum aliquis in causa & causis huiusmodi, per se, vel alium, seu alios, publice & occulte, directe vel indirecte, quouis quæsito colore vel ingenio, in litispendentiæ & iurisdictionis nostræ, immo veri apostolicæ sedis vilipendium & contemptum, dictiq; domini N. principalis, iurisq; sui præiudicium & grauamen, lite & causa seu causis huiusmodi, coram nobis indecisis pendeñ. quicquam innouare seu attentare præsumant, seu pſumat. Quod si secus factum fuerit, totum id reuocare & in statum pristinum reducere curabimus, iustitia mediañ. Diem vero, seu dies citationis & inhibitionis vestrarum huiusmodi, atq; formam, & quicquid in præmissis feceritis, seu alter vestrũ duxerit facieñ. nobis per vestras literas patentes, aut instrumentum publicum, harum seriem, seu designationem in se continentẽ. seu continens, remissis pñtibus quanto citius poteritis, fideliter intimare curetis. ℭ Absolutionem vero omnium & singulorum, qui præfatam nostram excommunicationis sententiam incurrerint siue incurrerit quoquomodo nobis vel superiori nostro tantummodo reseruamus. ℭ In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium præmissorum præsentes literas, siue præsens publicum instrumentum, huiusmodi nostras citationem & inhibitionem in se continentẽ. siue continens ex inde fieri, & per notarium publicum, nostrumq; & huiusmodi causæ coram nobis scribã infrascriptum subscribi & publicari mandauimus: Sigilliq; nostri iussimus & fecimus appensione communiri. ℭ Datum & actum Romæ apud S. Petrum, in palatio

causarum apostolico, in quo iura reddi solent, nobis inhibi, mane hora audien. causarū consueta ad iura redden. & causas audien. in loco nostro solito & consueto, pro tribunali sedente, Sub anno, &c. Indictione, &c. die vero N. mensis N. Pontificatus præfati S. in Christo patris, & domini nostri, dñi Pij, diuina prouidentia Papæ IIII, anno primo. ℭ Vel sic. Dat. & actum Romæ in domo habitationis nostræ. Sub anno, &c. Præsentibus ibidem discretis viris magistris N. & N. notariis publicis, scribis'q; nostris, clericis N. & N. dioc. testibus ad præmissa vocatis specialiter atque rogatis.

Item clausulas executionum, quæ ponendæ sunt in citatione post verbum accessus, reperies sub titulo de execution. sub litera C. in multiplici forma

Et ego Gaspar Hoier clericus Caminen. diocesis publicus Apostolica, & Imperiali auctoritatibus, ac Rotæ Notarius, Reuerendi'q; patris domini N. Auditoris præfati, & huiusmodi causæ coram eo scriba deputatus: Quia dictæ citationis cum inhibitione inserta petitione, & decreto: Omnibus'q; aliis & singulis, dum sic, vt præmittitur, fierent & agerentur, vna cum prænominatis testibus, præsens interfui: Ea'q; sic fieri vidi, & audiui, ac in notam sumpsi, ex qua hoc præsens publicum instrumentum, manu alterius fideliter scriptum exinde confeci, subscripsi, publicaui, & in hanc publicam formam redegi: signoq; nomine & cognomine meis solitis & consuetis, vna cum prænominati domini N. Auditoris sigilli appensione, communiui, in fidem & testimonium præmissorum omnium & singulorum rogatus & requisitus.

Citatio, siue literæ citatoriæ per edictum.

Vniuersis, & singulis Christifidelibus, & præsertim Italicæ, Gallicæ, Alemanicæ, vel Hispanicæ nation. Ioannes Suauis Reomanus Vtriusq; Iuris Doctor S. D. N. Papæ Capellanus, & ipsius sacri palatii apostolici causarum, causæ'q; & causis, ac partibus infrascriptis ab eodem domino nostro Papa Auditor specialiter deputatus, Salutem in domino & præsentibus fidem indubiam adhibere. ℭ Noueritis, quod nuper S. in Christo pater, & dominus noster, dominus Pius Papa IIII quandam commissionis, siue supplicationis cedulam, nobis per quendam suum Cursorem præsentari fecit, quam nos cum ea qua decuit reuerentia, recepimus, huiusmodi sub tenore. ℭ Dignetur, &c. In fine vero dictæ commissionis &c. ℭ Post cuiusquidem cōmissionis siue supplicationis cedulæ p̄ntationem & receptionem nobis, & per nos, vt præmittitur, factas, productis primitus coram nobis & exhibitis pro parte honorabilis viri domini N. & N. dioc. principalis, in præinserta nobis facta & præsentata cōmissione, principaliter nominati, nonnullis testibus fidedignis ad informan. animum nostrum, de & super eo quod eidem N principali, seu alicui alteri eius nomine, ad quosdam N. & N exaduerso principales, in eadem cōmissione exaduerso principaliter nominatos, eorumq; complices, & adhæren. pro p̄ntibus nostris literis in eoū proprijs personis, seu domicilijs aut locis consuetis exequen. & publican. tutus non pateat accessus, ipsis'q; per nos receptis, admissis, & in forma iuris iuratis & interrogatis, eorumq; dictis & depositionibus in scriptis fideliter redactis: Tandem fuimus pro parte eiusdem N. principalis debita cum instan. requisiti: Quatenus sibi citationem legitimam vna cū inhibitione inserta, contra & aduersus prædictos N. & N. exaduerso principales, per edictū publicum, in Rom. Cu. ac extra eam, & in partibus, in locis circumuicinis affigendum, legendum, publicandum & exequen. iuxta dictæ præinsertæ nobis factæ & præsentatæ commissionis vim, formam, & tenorem, in forma solita & con

sueta, decernere & concedere dignaremur. ¶ Nos igitur N. Auditor præfatus attendeñ. requisitionem huiusmodi fore iustam & consonam rationi. Volentesq; inter partes prædictas, æqualitatem seruare & iustam, dante domino, sententiam promulgare, vt tenemur. Et quia per dictorum testium examinationem, eorumq; dicta & depositiones, reperimus dicto N. principali, aut alicui alteri eius nomine ad dictos N. & N. exaduerso principales, pro huiusmodi nostris literis, in eorum propriis personis, aut domiciliis, seu locis consuetis exequeñ. & publicañ. tutum non patere accessum. Idcirco auctoritate apostolica nobis commissa, & qua fungimur in hac parte: Per hoc præsens publicum edictum, in Rom. Cu. in audientia publica literarum contradictarum domini nostri Papæ, in qua huiusmodi citationes legi consueuerunt, legeñ. ac basilicæ principis apostolorum de Vrbe, & Audientiæ causarum palatii Apostolici. ¶ Vel sic, tempore vacantiarum. In valuis Cancellariæ Apostolicæ, & in acie campi Floræ: cum propter vacationes siue ferias generales, de mandato præfati domini nostri Papæ, indictas in audiẽtia publica literarum contradictarum eiusdem domini nostri Papæ, in qua huiusmodi citationes legi consueuerunt, legi non possint, necnon extra ipsam Ro. Cu. & in partibus in sancti Petri oppidi N. & sancti Ioan. villæ N. N. dioces. parochialium ecclesiarum valuis seu portis, tanquam in locis circumuicinis, & conuenientibus affigendum, publicandum, & exequendum, præfatos N. & N. exaduerso principales, tenore præsentium citamus, quatenus xl. die post publicationem, executionem & affixionem præsentium nostrarum literarum in dicta Ro. Cu. & extra eam, in valuis, seu locis circomuicinis prædictis, factas, immediate sequeñ. si dies ipsa xl. iuridica fuerit, & nos, vel alius forsan loco nostri interim surrogandus Auditor, ad iura reddeñ. & causas audiendum pro tribunali sederimus, vel sederit: Alioquin proxima die iuridica, extuncq; immediate sequeñ. qua nos, vel surrogadum Auditorem præfatum Romæ, vel alibi, vbi tunc forsan dominus noster Papa cum sua Ro. Cu. residebit, in audientia causarum apostolicarum, in qua iura reddi solent, mane, hora audientiæ causarum consueta, ad iura reddendũ, & causas audiendum, pro tribunali sedere contigerit, compareãt in iudicio legitime coram nobis, vel surrogando Auditore prædicto, per se vel procuratorem, seu procuratores suos, idoneum, vel idoneos, ad causam, vel causas huiusmodi sufficienter instructos, cum omnibus & singulis actis, actitatis, literis, scripturis, priuilegiis, instrumentis, iuribus, processibus, & munimentis, causam seu causas huiusmodi tangentibus, ac eã, seu eas quomodolibet concerneñ. præfato domino N. principali, seu eius legitimo procuratori, pro eo, de & super omnibus & singulis in dicta nobis facta & præsentata commissione conteñ. de iustitia responsuri, ac in causa & causis huiusmodi ad omnes & singulos actus iudiciales, gradatim & successiue, etiam vsq; ad diffinitiuam sententiam inclusiue, debitis & consuetis terminis, ac dilatioñ. præcedeñ. vt moris est, processuri, & procedi visuri, aliasq; dicturi, facturi, allegaturi, audituri, & recepturi, id quod iustitia suadebit, & ordo dictauerit rationis. Certificañ. nihilominus eosdẽ citatos, quod siue in dicto termino, vt præmissum est, comparere curauerint, siue non. Nos nihilominus, vel surrogandus Auditor prædictus, ad partis comparentis, ac causã & causas huiusmodi prosequi curantis, instañ. ad præmissa omnia & singula, ac alias, prout iustum fuerit, procedemus, seu procedet, dictorum citatorum absentia seu contumacia in aliquo non obstañ.

Clausula inhibitionis.

Et insuper attendeñ. quod lite & causa huiusmodi, sic, vt præmittitur, corã nobis in Ro. Cu. indecisis pendeñ. nihil sit in partibus ꝑ quemcunq; attentandũ, seu innouandũ. Idcirco dicta auctoritate apostolica, per simile edictum in locis, ac modo & forma præmissis, legendum, exequendũ & affigendum: Reuereñ. in Christo patribus & dominis, dominis Dei & Apostolicæ sedi

gratia N.& N.Episcopis,eorumq́; & cuiuslibet ipsorum in spiritualibus & temporalibus Vicariis seu officialibus generalibus, cæterisq́; dominis Officialibus, Iudicibus,& Commissariis delegatis, subdelegatis,executoribus, ordinariis, seu extraordinariјs,quacunq; auctoritate fungentibus,quibuscunq; nominibus censeantur, & quacunq; præfulgeant dignitate,communiter vel diuisim, & præsertim N.& N. exaduerso principalibus prædictis, omnibusq́; aliis & singulis,quorum interest,intererit,seu interesse poterit quomodolibet in futurum,eisdem auctoritate & tenore inhibemus,ne ipsi vel eorum alter in vilipendium litispendẽtiæ & iurisdictionis nostræ huiusmodi,inmouerius apostolicæ sedis contẽptum, dictiq́; domini N. principalis præiudicium & grauamen quicquam per se,vel ꝑ alium,seu alios publice & occulte, directe vel indirecte, quouis quæsito colore, attentare,seu innouare præsumant,aut aliquis eorum præsumat. Quod si secus factum fuerit,id totum reuocare,& in statum pristinum reducere curabimus,iustitia mediañ. ¶ Loca vero audientiæ publicæ literarum contradictarum. ¶ Vel sic,Cancellariæ apostolicæ & aciei Campi Floræ, ac Valuarum, seu portarum ecclesiarum prædictarum,tanquam publica & idonea,ꝑ præsentibus nostris literis exequendis,ad instar edictorum publicorum, quæ olim in albo prætorio scribebantur,duximus eligenda,quæ huiusmodi nostram citationem, vnã cũ inhibitione,suo quasi sonoro præconio & patulo iudicio publicabunt,in quibus literas nostras,modo præmisso,decernimus & decreuimus publicañ & affigeñ.ne dicti sic citati & inhibiti,seu eorum aliquis de præmissis,aut præmissorũ aliquo ignorantiam aliquam prætendere valeant,seu etiam quomodolibet allegare,cum non sit verisimile apud ipsos sic citatos,remanere incognitũ & occultum quod tam patenter & notorie omnibus extitit intimatum & publicatum: Volentes nihilominus, & auctoritate prædicta decerneñ. quod præsentes nostræ literæ,siue citatio cum inhibitione, modo præmisso executæ & publicatæ, dictos citatos taliter arceant & astringant,& perinde valeant,ac si ipsi omnes & singuli in eorum propriis personis citarіј forent,ac eisdem & eorum cuilibet citatio huiusmodi cum inhibitioñ.personaliter lecta fuisset, & intimata,ac publicata. In quorum &c.instrumentum, citationem & inhibitionem nostras huiusmodi,per edictum publicum, in se continens &c. vt supra in citatione cum inhibitione,&c.

Citatio cum inhibitione sub censuris & pęnis pecuniariis cũ iuramento perhorrescentiæ.

Achilles de Grassis Dei,& Apostolicæ sedis gratia Episcopus Montis Flascon. ac vnius ex sacri palatіј apostolici causarum Auditoribus,&c. vt supra in citatioñ. simplici,vsque post cuiusquidem commissionis siue supplicationis cedulæ præsentationem & receptionem, nobis & per nos,vt præmittitur,factas,fuimus, per prouidum virum magistrum N.in Rom. Cu.causarum, & honorabilis viri domini N. principalis,in præinserta nobis facta & præsentata commissione,principaliter nominati,procuratorẽ (prout de suæ procuratioñ.mandato,nobis legitima extitit facta fides) debita cũ instañ. requisiti: Quatenus sibi citationem legitimam, vna cum inhibitione sub censuris & alijs pœnis, etiam pecuniarijs, inserta extra Rom.Cu.&c. dignaremur. ¶ Nos igitur &c. Idcirco auctoritate apostolica nobis commissa,& qua fungimur in hac parte,præstito prius in manibus nostris,de mandato nostro,per eundem magistrum N.procuratorem,tactis corporaliter scripturis sacrosanctis, ad sancta Dei euangelia,corporali iuramento,quod dictus N.principalis suum non speret posse consequi iustitiæ complementum in illis partibus: Vos omnes, & singulos supradictos &c. Et insuper attedeñ. quod &c. quatenus post legitimam dictæ citationis executionem: Reuereñ. in Christo patri & domino, do-

mino Dei & Apostolicæ sedis gratia Episcopo N. eiusq́ in spiritualibus & temporalibus Vicario seu officiali generali: necnon venerabili viro, domino N. ecclesiæ N. Decano, asserto Iudici commissario, cæterisq́ &c. seu alter vestrum fuerit requisitus, sub excommunicationis, suspen. & interdict, aliisq́ ecclesiasticis sententiis & censuris, etiam mille ducatorum auri de camera boni & iusti pōderis, pro vna ipsi Cameræ apostolicæ, & pro altera medietatibus, parti applicādorum, pœnis, quas ferimus in his scriptis, quasq́ quemlibet huiusmodi nostræ inhibitioni contrauenientem, incurrere volum⁹, ipso facto inhibeatis, quibus nos etiam, & eorum cuilibet, tenore præsentium, sub eisdem censuris & pœnis inhibemus &c. seu præsumat. Quod si secus factum fuerit, id totum reuocare, & ad statum pristinum reducere, ac ad dictarum excommunicationis & aliarum sententiarum & pœnarum declarationem, earumq́ aggrauationem, reaggrauationē interdicti ecclesiastici appositionem, ac auxilii brachii sæcularis inuocationem, procedere curabimus, iustitia medianñ. præfato viro domino Episcopo N. duntaxat excepto, cui, ob reuerentiam suæ Pontificalis dignitatis deferimus in hac parte, si contra præmissa vel eorum aliquod fecerit, per se vel submissas personas dicta sex dierum canonica monitione præmissa, ingressum ecclesiæ interdicim⁹ in his scriptis. Si vero huiusmodi interdictum per alios sex dies immediate sequeñ. sustinuerit, ipsum in scriptis, simili monitione canonica præmissa, suspendimus à diuinis. Verum si præfati interdicti, & suspensionis sententias ꝑ alios sex dies, dictos xii. dies immediate sequeñ animo (quod absit) sustinuerit indurato, ipsum in eisdem scriptis simili monitione canonica præuia extunc excommunicationis sententia innodamus. ¶ Diem vero seu dies, vt supra, in citatione simplici per totum. Potest etiam inhibitio sub censuris aliter formari, videlicet. Quatenus post legitimam dictæ citationis executionem R. in Christo P. & domino, domino N. Dei & Apostolicæ sedis gratia Episcopo N. sub interdicti ingressus ecclesiæ, eiusq́ in spiritualibus & temporalibus Vicario &c. seu alter vestrū fuerit requisitus sub excōmunicationis, suspensionis, & similis interdicti, &c. Et sub ista forma non erit opus ponere clausulam delationis Episcopi.

Citatio personalis.

Paulus Aemilius Verallus Dei & Apostolicæ sedis gratia Archiepiscopus Rossaneñ. vnius ex sacri palatii &c. vt in citatione simplici. Post cuiusquidem commissionis siue supplicationis cedulæ præsentationem & receptionem, nobis & per nos, vt præmittitur, factas, productis primitus coram nobis, pro parte honorabilis viri domini N. principalis in præinserta cōmissione principaliter nominati, nonnullis positioñ. & articulis, ac desuper nonnullis testibus fidedignis, ad informandum animum nostrum de & super omnibus & singulis in præinserta commissione conteñ. ipsisq́ positionibus & articulis, per nos in Rom. Cu. ad probañ. admissis, ac dictis testibus desuper rite receptis in forma iuris iuratis & fideliter examinatis: Eorumq́ dictis & depositionibus, in scriptis fideliter redactis, & per nos visis: Subsequenter fuimus pro parte eiusdem domini N. principalis debita cum instañ. requisiti. Quatenus sibi citationem personalem extra Rom. Cu. & ad partes contra & aduersus quendam N. exaduerso principalem in eadem præinserta commissione, exaduerso principaliter nominatum, iuxta prætactæ commissionis vim, formam, continentiam, & tenorem, in forma solita & consueta decernere & cōcedere dignaremur. ¶ Nos igitur Paulus Aemilius Archiepiscopus locumtenens præfatus, atteñ. requisitionem huiusmodi fore iustam & consonam rationi, Volentesq́: in causa & causis huiusmodi rite & legitime procedere, ac partibus ipsis, dante domino, iustitiam ministrare, vt tenemur. Et quia ex summaria informatione prædicta, ac testium dictis & depositionibus, iuribusq́ & munimentis coram nobis, vt præfertur, exhibitis, reperimus præfatum N. exaduerso principalem, de & su-

per

per omnibus & singulis in dicta præinserta commissione narratis publice & notorie esse diffamatum, Vel reperimus contenta in eadẽ veritate fulciri. Quodq; etiam dictus dominus N. principalis, ad mandatum nostrum, & in manibus nostris, tactis per eum corporaliter ob hoc scripturis sacrosanctis ad sancta Dei euãgelia, corporali præstito iuramento, affirmauit, quod dictam citationem personalem, contra N. exaduerso principalem, non malitiose, sed pro iustitia consequẽ. petere. Idem dominus N. principalis, iuxta constitutionem Gregorianam super citationibus personalibus decernendis, æditam, sub pœna Ducentorum Florenorum auri de Camera, boni & iusti ponderis, pro vna, eisdem Cameræ Apostolicæ, & pro altera medietatibus, dicto N. exaduerso principali personaliter citãdo, applicandorum, quod causam huiusmodi contra eundem N. exaduerso principalem, vsq; ad finem litis prosequi vellet & intenderet, se efficaciter obligauit. Idcirco auctoritate apostolica nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, Vos omnes & singulos &c. vsq; excuset, prænominatum N. exaduerso principalem, in eius propria persona, si ipsius præsentiam commode habere poteritis. Alioquin in hospitio habitationis suæ, si ad id vobis tutus pateat accessus, & in parochiali, seu parochialibus, sub qua, vel quibus degit & moratur: Siautem in cathedrali N. & dictis parochiali vel parochialibus, sub qua, vel quibus degit & moratur, aliis'ue ecclesiis &c. comparuit personaliter, & in eius propria, in iudicio legitime coram nobis, &c. reliqua, vt in citatione simplici.

Citatio personalis per edictum.

Franciscus Albericus, & c Vniuersis &c. Noueritis quod nuper Sanctissimus in Christo Pater, & Dominus, &c. ℂ Post cuius quidem commissionis siue supplicationis &c. Fac continuationem, vt in proxima & narra etiam testes productos & receptos super non tuto accessu quatenus sibi citationem personalem, & per edictum publicum in Romana Cu. & extra, in locis circumuicinis assignandum & publicandum contra & aduersus N. exaduerso principalem, in dicta nobis facta & præsentata commissione, exaduerso principaliter nominatum iuxta & secundum ipsius commissionis vim, formam, & tenorem decernere, & concedere dignaremur. ℂ Nos igitur N. &c. vt in præcedente vsque & quia per diligentem informationem, quam fecimus, & præsertim ex dictis & depositionibus testium coram nobis productorum, receptorum & iuratorum, cognouimus præfatum N. & alios prædictos, exaduerso principales, in præfata commissione contentos, publice diffamatos, ac ipsos, & eorum domicilia pro huiusmodi nostra citatione exequenda, tute adiri nõ posse, quodq; dictus magister N. procurator, nomine quo supra procuratorio ad mandatũ nostrum, & in manibus nostris, tactis per eum scripturis sacrosanctis iurauit in huiusmodi commissione contenta, fore vera, & se huiusmodi citationem personalẽ, contra præfatum N. & omnes alios exaduerso principales, non ex aliqua cautela aut malitia impetrasse, nec prosequi velle, sed solum pro iustitia consequenda siue obtinenda, & quod huiusmodi causam, specialiter contra dictos N. & N exaduerso principales, coniunctim vel diuisim vsq; ad finem litis prosequetur, & prosequi faciet, & procurabit iuxta suum posse, & sub pœna ducentorum Florenorum auri de camera boni & iusti ponderis. pro vna Cameræ Apostolicæ & pro alia medietatibus dictæ parti personaliter citandæ, applicandorũ, efficaciter se obligauit, prout in instrumento publico per notariũ publicum, nostrumq; & huiusmodi causæ coram nobis scribam infrascriptum, in notam recepto, plenius continetur. Idcirco auctoritate apostolica nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, per hoc præsens publicum edictum, in audientia publica literarum contra dictarum dñi N. Papæ legendum, ac in valuis seu portis audientiæ causarũ apost. ac Basilicæ principis Apostolorum de Vrbe, ac cathedralis N. & parochialium ecclesiarum N. & N. affigendum, prænominatos N. & alios exad-

uerso principales, tenore præsentium peremptorie citamus, quatenus xl. die post publicationem & lectionem præsentium in ualuis, seu locis prædictis, modo p̄missо factas, imediate sequeñ. si dies ipsa xl. iuridica fuerit: Et nos, &c. vt supra, in citatione legitime sedere contigerit, præfatus N. compareat personaliter, & in eius propria persona, coram vobis, vel surrogando Auditore prædicto. Alii vero N. & N. exaduerso principales legitime per se, vel procuratorem suum, seu procuratores suos &c. vt in præcedenti. ¶ In quorum omnium, &c. huiusmodi nostram citationem personalem & legitimam, & per edictum, vna cum inhibitione in se contineñ. siue continens &c. Datum &c. Præsentibus, &c.

Citatio cum inhibitione præcedeñ. relaxatione iuramenti, ad effectum agendi, ad instañ. Procuratoris decreta.

Ioannes &c. ¶ Post cuiusquidem &c. factas, primitus coram nobis, per prouidum virum magistrum N. in Romana Curia causarum, & honorabilis viri domini N. principalis &c. nominati, procuratorem (de cuius procurationis mandato, apud acta causæ nobis legitime extitit facta fides) ad informandum animum nostrum summarie, simpliciter & de plano, & de & sup omnibus & singulis in dicta commissione contentis, nõnullis positionib', & articulis, facto, realiter, & in scriptis exhibitis, & super eorum probationñ. etiam nonnullis testibus productis, ipsis'q; per nos rite receptis, admissis, in forma iuris iuratis, & diligenter examinatis, eorum'q; dictis & depositionibus in scriptis fideliter redactis, & deinde per nos visis & debite recensitis, recepto'q; ab eodem N. principali, de mandato nostro, in manibus nostris, tactis per eũ corporaliter scripturis sacrosanctis ad sancta Dei euangelio, positiones & articulos suos prædictos ac in eis contenta, esse vera, corporali præstito iuramento. Subsequenter fuimus per dictum magistrum N. procuratorem, quo supra nomine coram nobis constitutum, debita cum instañ. requisiti, quatenus iuramentum, per dictum N. principalem suum, de stando iuri, cum R. P. D. N. Abbate monasterij S. N. N. dioc. & etiam de soluendo eidem Abbati, hinc ad festum sancti N. proxime futuri, sũmam CC. librarum: ac de firma tenenda cautione fideiussoria data, vt in p̄missa commissione latius narratur, præstit. ad finem & effectum, vt ipse N principalis, contra & aduersus præfatos dominos N. & N. exaduerso principales, omnes'q; alios & singulos sua communiter vel diuisim interesse putañ. agere posset, relaxare, & ipsum N. a iuramento hmõi absoluere, sibi'q; citationem legitimam, vna cum inhibitione, sub censuris ecclesiasticis inserta, extra Ro. Cu. & ad partes contra & aduersus dictos N. & N. exaduerso principales, omnes'q; alios & singulos &c. putantes iuxta & secundum dictæ prænarratæ commissionis vim, formam & tenorem in forma solita & cousueta decernere & concedere dignaremur. ¶ Nos igitur N. Auditor præfatus, attendeñ. requisitionem huiusmodi esse iustam & consonam rationi, quod'q; iusta petenti non est denegandus assensus, ac volentes dictum mandatum apostolicum, nobis in hac parte directum, reuerenter exequi, vt tenemur: Et quia ex dictis, & depositionibus testium prædictorum comperimus contenta & narrata in præinserta nobis facta, vt prætertur, & præsentata commissione, vel saltem illa, ex eisdem, quæ pro obtinendo has nostras literas, ipsarum'q; decretum sufficere videbantur, veritate fulciri. Idcirco auctoritate apostolica nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, præfatum N. principale licet absentem in personam magistri N. procuratoris ibidem præsentis, & id etiam genibus flexis humiliter petentis, a iuramẽto supradicto, ad fi-

nem & effectum prænominatos, duximus absoluendum, & iuramentum ipsum, quoad effectū agendi, relaxandum, prout absoluimus & relaxamus pñtium per tenorem: Sibiq; deinde literas nostras citatorias & inhibitorias sub modis & formis supra & infrascriptis decerneñ. duximus atq; decreuimus. ¶ Quo circa tenore præsentium, & auctoritate apostolica nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, vos omnes & singulos supradictos & vestrum quemlibet insolidū, &c. vt in citatione simplici cum inhibitione inserta.

Citatio cum inhibitione, vigore appellationis interpositæ, & introductæ coram Auditore Cameræ interris Ecclesię.

Franciscus Albericus, &c. generalis Auditor, Romanæq; Curiæ appellationū. & reclamatioñ. in terris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ mediate vel immediate subiectis interpositarum, Iudex ordinarius. Vniuersis & singulis dominis Abbatibus, &c. Salutem in domino, &c. Noueritis, q nuper, coram venerabili viro N. Potestate Ciuitatis N. per discretum virum N in quadam causa tunc verteñ. coram dicto N. Potestate, inter ipsum N. ex vna, & N. de & super summa X. Ducatorum auri, rebusq; alijs in actis causæ huiusmodi deductis, & eorum occasione partibus ex altera, ab eodem N. Potestate, eiusq; sententia, & omnibus alijs & singulis grauaminibus in eadem appellatione expressis, & sibi N. per eundem N. Potestatem factis & illatis, ad Sanctissimum in Christo patrem, & D. N. D. Pium, diuina prouidentia Papam IIII, eiusq; sanctam sedem Apostolicam, appellato & prouocato, prout in quodam appellationis huiusmodi, publico instrumento, coram nobis exhibito & producto plenius continetur. Et sic causa appellationis huiusmodi coram nobis, tanquam Ro. Cu. ordinario, & appellationum in terris Romanæ Ecclesiæ interpositarum Iudice, legitime introducta, & per nos, si & in quantum de iure admitti debeat admissa. Subsequenter cum appellans ipse appellationē suam huiusmodi prosequi velit & intendat, fuimus pro parte dicti N. appellātis debita cum instañ. requisiti, quatenus sibi citationem legitimam vna cum inhibitione extra Romanam Cu. & ad partes contra & aduersus dictum N. exaduerso principalem, ac dictum N. Potestatem, si sua putauerit interesse, omnesq; alios & singulos sua communiter vel diuisim interesse putañ. & in executione citationis nominandos, in forma solita, & consueta decernere & cōcedere dignaremur. ¶ Nos igitur N. Auditor præfatus, attendeñ. requisitionem huiusmodi esse iustam, & consonam rationi, discretioni vestræ, & cuiuslibet vestrum, tenore præsentium, committimus, & sub excommunicationis pœna, quam canonica monitione præmissa, in vos, & vestrum quemlibet, exnunc ferimus in his scriptis, nisi feceritis quæ mādamus, districte præcipiendo mandañ. quatenus statim receptis præsentibus, vos, vel quicunq; vestrum, qui pro parte dicti N. principalis fuerit requisitus per vos, vel alium, seu alios supradictos N. exaduerso principalem, ac N. Potestatem, si sua putauerit interesse, & sententiam huiusmodi defendere voluerit, omnesq; alios & singulos, sua communiter vel diuisim interesse putañ. in eorum proprijs personis, si eorum præsentias cōmode habere poteritis, alioquin in hospitijs habitationum suarum, si ad ea vobis tutus pateat accessus, & in parochiali, seu parochialibus, sub qua vel quibus degunt, & morantur. Sinautem in cathedrali N. ac eisdem ecclesia vel ecclesijs, sub qua, vel quibus degunt & morantur, aliisue ecclesijs & locis publicis & consuetis, ac vbi quando & quotiens opus fuerit, infra nullarum & aliarum horarum, & diuinorum officiorum, solen.

nia (dum ibidem fidelis populus ad diuina audień. conuenerit) publice, alta & intelligibili voce, ex parte nostra peremptorie citare curetis, quos nos etiam teno re præsentium sic citamus, quatenus X. dies post citationem vestram huiusmodi per vos, vel alterum vestrum factam, immediate sequeń. si dies ipsa X. iuridica fuerit, & nos, vel aliquis forsan loco nostri surrogandus Auditor, vel iudex, pro tribunali sederimus, vel sederit, alioquin prima die iuridica extunc immediate sequeń. qua nos, vel surrogandum iudicem prædictum, ad iura reddendum & causas audiendum, pro tribunali sedere contigerit, compareant in iudicio in Ro Cu. coràm nobis, vel surrogando Auditore præfato, per se, vel procuratorem, seu procuratores suos idoneos, ad causam & causas huiusmodi sufficienter instructos, cum omnibus & singulis actis, actitatis, literis, scripturis, instrumentis, processibus, iuribus & munimentis, causam, seu causas huiusmodi tangeń. seu quomodolibet concernentibus, præfato N. principali appellanti, aut ipsius legitimo procuratori de & super omnibus & singulis in dicta causa & appellatione coram nobis introducta contentis, de iustitia responsuri, & in dicta causa ad om nes actus incumbeń. & circa prosecutionem eorum necessarios, processuri, & procedi visuri, aliasq; dicturi, facturi, allegaturi & recepturi, quod iustitia suade bit, & ordo dictauerit rationis. Certificań. nihilominus eosdem citatos, quod siue in dicto citationis termino, vt præmissum est, comparere curauerint, siue non: Nos nihilominus, vel surrogandus iudex prædictus, ad partis comparentis & causam huiusmodi prosequi curantis instań. ad præmissa omnia & singula, prout de iure fieri debet, procedemus, vel procedet, iustitia mediante, dictorum citatorum absentia siue contumacia in aliquo non obstań. ¶ Et insuper atten deń. ꝙ lite & causa, seu causis huiusmodi coram nobis indecisæ pendeń. nihil fit in partibus per quemcunq; innouandum siue attentandum: Idcirco vobis om nibus & singulis supradictis, quibus præsentes nostræ literæ diriguntur, eadem auctoritate & tenore præsentium committimus & mandamus, quatenus post legitimam, dictæ citationis executionem præfato N. Potestati, cæterisq; Iudicibus delegatis, subdelegatis, ordinariis, extraordinariis, & commissariis quibuscunq;, quacunq; auctoritate fungeń. & præsertim dicto N. exaduerso principali, omnibusq; aliis & singulis, quorum interest, intererit, aut interesse poterit, quomodolibet in futurum, quibuscunque nominibus censeantur, de quibus pro parte dicti N. principalis vigore præsentium, super hoc fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus, inhibeatis, quibus nos etiam, præsentium tenore, inhibemus, ne ipsi, seu alter eorum, in causa seu causis huiusmodi, in nostræ iurisdictionis & litispendentiæ vilipendium & contemptum, & dicti N. principalis præiudicium quicquid innouare seu attentare præsumant, per se vel alium seu alios publice vel occulte, directe vel indirecte, quouis quæsito colore. Quod si secus factum fuerit, id totum reuocare, & in pristinum statum reducere curabimus, iustitia mediante. Diem vero, seu dies citationis & inhibitionis vestrum huiusmodi, atq; formam, & quicquid in præmissis feceritis vobis vel surrogando iudici præfato, per vestras pateń. literas, aut instrumentum publicum, harum seriem, seu designationem in se contineń. siue continens, remissis præsentibus, fideliter intimare curetis. ¶ Absolutionem vero omnium & singulorum, qui præfatam nostram excommunicationis sententiam incurrerint, siue incurrerit quoquomodo nobis, vel superiori nostro tantummodo reseruamus.

¶ In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium præmissorum præsentes literas, siue præsens publicum instrumentum huiusmodi nostras citationem & inhibitionem in se contineń. siue continens exinde fieri, & per publicum notarium nostrum, & dictæ curiæ scribam infrascriptum, subscribi & publicari mandauimus: Sigilliq; proprii dictæ curiæ causarum Cameræ apostolicæ, quo vtimur, iussimus & fecimus appensione communiri. Datum, &c. Sub anno &c.

¶ Citatio

Citatio vigore sumpti Bullæ surrogationis.

Franciscus Albericus, &c. ¶ Vniuersis & singulis dominis Abbatibus &c. Salutē &c. obedire mādatis, &c. Noueritis, quod nuper quoddam sumptum de registro bullarum S. in Christo Patris & D.N.D. Pii, diuina prouidentia Papæ IIII, more styli Romanæ Cu. clausum & sigillatum, vt prima facie apparebat, coram nobis per prouidum virum magistrum N. in Romana Cu. causatum, & honorabilis viri domini N. infrascriptis literis apostolicis, siue sumpto, principaliter nominati procuratorem (de cuius procurationis mandato &c facta fides) præsentatum, ad ipsius magistri N. procuratoris instañ. per fidedignos testes, propterea coram nobis sup recognitioñ. sigilli dicti sumpti, productos, receptos & iuratos, debite recognitum & deinde per nos apertum, nos cum ea qua decuit reuerētia, noueritis recepisse. Cuius quidem sumpti tenor, de verbo ad verbū sequitur, & est talis. ¶ Iulius, &c Hic inseratur sumptum. In fine vero dicti sumpti, scripta erant hæc verba, videlicet. ¶ Sumptum de registro, &c. Post quarum quidem literarum Apostolicarum, seu verius eiusdem sumpti præsentationem, nobis & per nos, vt præmittitur, factas, fuimus per præfatum magistrū N. procuratorem, nomine quo supra procuratorio, debita cum instañ. requisiti, quatenus ad executionem earundem literarum, & contentorum in eisdem procedre, sibiq; citationem extra dictā Curiam & ad partes, contra & aduersus N. exaduerso principalem, in ipsis literis Apostolicis, siue sumpto, exaduerso principalitet nominatum, omnesq; alios, & singulos, &c. putañ. iuxta vim, formā, tenorem, in eisdem literis siue sumptis apostolicis, nobis traditis & directis, in forma solita & consueta decernere, & concedere dignaremur. ¶ Nos igitur Franciscus Auditor præfatus, voleñ. mandatum apostolicum, nobis in hac parte directum, reuerenter exequi, vt tenemur, attendeñ. requisitionem huiusmodi esse iustam, &c. Volentesq; in causa, & causis huiusmodi, &c. vt tenemur. Idcirco auctoritate apostolica, &c. Vos omnes & singulos &c. sicut in citatione simplici.

Citatio ad valuas tempore vacationum gñalium.

Nos Antonius Augustinus, &c. Deputatus citari mandamus, & tenore præsentium citamus quendam N. asserū clericum exaduerso principalem, omnesq; alios & singulos &c. interesse putañ. eorumq; procuratores, si qui sint in Ro. Cu. pro eisdem, quatenus die xx. proxime futura, qua nos Romæ in domo habitationis nostræ, hora tertiarum pro tribunali sedere contigerit, legitime compareant coram nobis, ad dicendū & opponeñ. quicquid verbo vel in scriptis dicere & opponere voluerint, contra cōmissioñ. depeñ. nobis vltimo factam & præsentatam, ac articulos vltimo datos & productos, necnō ad videndum illos ad probañ. admitti, & postquam admissi fuerint, ad videndū, & audiendum produci, recipi, & ad iurandum admitti nōnullos testes, etiam abfuturos, tam super recognitione sigillorum signorum, & manuum notariorum, ac absfuturitione quam tota causa: Et postquam iurauerint, ad dandum interrogatoria pro eisdem testibus absfuturis, per totam illam, pro aliis etiam testibus, per illam & sequeñ. dies, in causa & causis verteñ. coram nobis interdictos citatos ex vna, & venerabilem virum dominum N. de & supra certa pecuniarum summa, rebusq; aliis in actis causæ huiusmodi latius expressis, & eorum occasione partibus ex altera: Alioquin in causa & causis huiusmodi, ad vlteriora procedetur, dictorum citatorum absentia, seu contumacia in aliquo non obstañ. Hanc autē nostram citationem valuis, seu potius Cancellariæ Apost. & in acie campi Floræ, ad instar edictorum publicorum, quæ olim in albo prætorio scribebantur, cū propter vacatioñ. iam indictas, citatio huiusmodi in audientia literarum contradictarum domini nostri Papæ, legi non possit, affigi iussimus & fecimus, vt per

D

eius inspectionem,cunctis fiat manifestum,cum non sit verisimile apud ipsos citatos remanere incognitum,quod tam patenter omnibus extitit publicatum. ¶ In cuius rei testimonium hanc nostram citationem fieri, nostriq; sigilli iussimus impressione communiri. Dat. & actum Romæ in domo,&c. Sub anno,&c. Pont.&c. Gabriel Vignodi Notarius subscripsit.

Citatio audientiæ contradictarum.

Mandat R.P.D. Antonius Augustinus,Vtriusq; Iuris Doctor S. D. N. Papæ Capellanus,& ipsius sacri palatii causarum Apostolici Auditor citari in audientia publica literarum contradictarum Domini nostri Papæ,vt moris est,& citat quendam N. assertum clericum aduersarium intrusum,omnesq; alios & singulos sua cõmuniter vel diuisim interesse putañ. eorumq; procuratores,si qui sint in Rom.Cu.pro eisdem , quatenus die N. iuridica proxime futura , compareant in iudicio legitime coram eo , ad ponendum & articulañ.poniq; & articulari videndum , in causa & causis verteñ . coram eo inter dictos citatos ex vna,& venerabilem virum dominum N.presbyterum N. dioc. de & super perpetuo & simplici beneficio N. nuncupato in ecclesia N. rebusq; aliis in actis causæ huiusmodi latius deduceñ. & illorum occasione partibus ex altera : Alioqui, dictorum citatorum absentia , seu contumacia in aliquo non obstañ. ad vlteriora , prout iuris fuerit, procedetur . Datum Romæ in eadem audientia contradictarum, Anno &c.die vero N.mensis N. Pontificatus Sanctiss. in Christo P.& D.N.D.Pij,&c.Papæ IIII,Anno,&c. Ioannes Minsche.

De collationibus beneficiorum per ordinarios fiendis.

Collatio facta præsenti per ordinarium de canonicatu,& præbeñ.vacantibus per obitum.

Theodoricus Dei & apostolicæ sedis gratia Episcopus Lubiceñ. Dilecto nobis in Christo Ioanni Baptistæ Oldrado, Iurium licentiato familiari nostro,clerico Comeñ.dioc. Salutem in dño sempiternam. Grata familiaritatis obsequia,quæ nobis hactenus impendisti,& adhuc solicitis studiis impendere non desistis.Necnõ literarum scientia, vitæ ac morũ honestas,aliaq; laudabilia probitatis & virtutum merita, quibus personam tuam, tam familiari experientia,q̃ etiam fidedignorum testimoniis, iuuari percepimus,nos inducunt, vt tibi reddamur ad gratiam liberales.¶Cum itaq;,sicut accepimus Canonic. & præbenda cathedralis ecclesiæ Lubiceñ. quorum collatio,prouisio, & omnimoda dispositio,dũ ꝑ tempore vacãt,ad nos spectare dignoscuntur,& quos quõdam N.eiusdem ecclesiæ canonicus,dum viueret obtinebat, p obitũ eiusdem N. (qui extra Ro.Cu.diem clausit extremũ)vacauerint & vacent ad præsens. Nos voleñ.tibi(qui etiam continuus commensalis noster existis) præmissorum obsequiorum & meritorum tuorum intuitu,gratiam facere specialem.Canonicatum & præbeñ.prædictos,sic,vt præmittitur,vacantes,cum plenitudine iuris canonici,ac omnibus iuribus & pertinentiis suis, tibi auctoritate ordinaria,tenore præsentium conferimus & prouidemus etiam de eisdem: Teq; coram nobis personaliter constitutum,in corporalem possessionem canonicatus & præbeñ.iuriũq; & pertineñ. prædictorum per annuli nostri traditionem, vel bireti tui capiti tuo impositionem inducimus & inuestimus de eisdem, recepto primitus a te,& per te præstito(quod nobis & successoribus nostris Lubiceñ. Episcopis , obediens eris, & fidelis , ac sanctæ Matris Ecclesiæ, nostrisq; & successorum nostrorum,

parebis mandatis,eiſdem'q; canonicatui & præbeñ. ac ipſi eccleſiæ N.ſecundũ ipſius ſtatuta,conſuetudines,ordinationesq; deſeruies,& deſeruiri facies in diuinis,iuraq; & libertates eiuſdem eccleſiæ N. ac canonicatus & præbeñ.prædictorum manutenebis & defendes pro poſſe: Nihil'q;,quod ad dictos canonicatum, & præbeñ.pertinet alienabis,ſeu diſtrahes,ſed alienata & diſtracta,ad ius & proprietatem eorundem canonicatus,& præbeñ. reduces & reduci procurabis pro poſſe,ad ſancta Dei euangelia,corporali iuramento. ¶Quocirca vniuerſis & ſingulis perſonis eccleſiaſticis, & præſertim Decano, & canonicis dictæ noſtræ eccleſiæ N.aliisq; notariis,& tabellionibus publicis quibuſcunq;,per ciuitatem, & dioc.noſtras prædictas,ac aliàs vbilibet conſtitutis: Tenore præſentium committimus & damus in mandatis,quatenus ipſi vel eorum alter,qui ſuper hoc fuerit requiſitus,ad prædictam eccleſiam accedant,ſeu accedat: Te'q; vel procuratorem tuum,tuo nomine,in corporalem,realem, & actualem poſſeſſionem canonicatus & præbeñ.iuriumq;& pertineñ. prædictorum ponant & inducant,ac defendant inductum,amoto exinde quolibet illicito detentore. Ac te vel procuratorem tuum,tuo nomine,ad præbendam,in pfata eccleſia N. in canonicũ recipi faciãt,ſeu faciat & in fratrẽ,ſtallo tibi in choro, & loco in Capitulo ipſius eccleſiæ N.cum plenitudine iuris canonici,aſſignatis: Tibi'q; de ipſorum canonicatus & præbeñ.fructibus,redditibus,& prouẽ.iuribus, & obuentioñ.vniuerſis,integre reſpondeant,& faciant ab aliis,quantum in eis fuerit,plenarie & integre reſponderi. Contradictores eadem auctoritate,per cenſuram eccleſiaſticam compeſcendo.¶In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium præmiſſorum,præſentes literas fieri,& per notarium publicum infraſcriptum ſubſcribi & publicari mandauimus: ſigilli'q; noſtri iuſſimus & fecimus appenſione communiri. Datum in arce noſtra Epiſcopali Euthin Lubiceñ. dioc. Sub anno a natiuitate Domini M D &c Indictione &c. Die vero &c. menſis N. Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri domini N. diuina prouidentia Papæ &c.Anno,&c. Præſentibus,&c.venerabilibus viris,&c.

Hermanus N.Notarius de mandato ſubſcripſit.

Collatio facta abſenti per ordinarium de beneficio ſimiliter per obitum vacante.

Ioannes Bap. Oldradus Iuris vtriuſque Doctor,Præpoſitus Lubiceñ. eiuſdem'q; Hildeſemeñ. & Brixineñ. eccleſiarum Canonicus: Dilecto nobis in Chriſto N.de N.clerico Camineñ.dioc. Salutem in domino ſempiternam. ¶Vitæ ac morum honeſtas,alia'q; laudabilia probitatis & virtutum merita,quibus apud nos,fidedigno commendaris teſtimonio,nos inducunt, vt tibi reddamur ad gratiam liberales. ¶Cum itaq;,ſicut accepimus, perpetua vicaria,ad altare ſanctæ Margheritæ in eccleſia N.cuius collatio, prouiſio, & omnimoda diſpoſitio ad præpoſitũ dictæ eccleſiæ Lubiceñ.dum & quotiens vacat pleno iure pertinere dignoſcitur,quam quondam N.illius vltimus poſſeſſor, dum vixit,obtinebat,per ipſius N.obitum(qui nuper diem ſuũ clauſit extremũ) vacauerit & vacet ad præſens, ¶Nos Io.Bapt,Præpoſitus præfatus,tibi præmiſſorum meritorum tuorum intuitu ſpecialem gratiam facere volentes. Vicariam prædictam,ſic,vt præmittitur,vacantem,cũ omnibus iuribus & pertinentiis ſuis tibi,auctoritate noſtra ordinaria,conferimus, & de illa etiam prouidemus, præſentium per tenorem. ¶Quocirca vniuerſis & ſingulis perſonis eccleſiaſticis, ac notariis & tabellionibus publicis quibuſcunq;,per ciuitatem & dioc,Lubiceñ prædictas,conſtitutis,& eorum cuilibet inſolidum,præſentium tenore damus in mandatis,quatenus ipſi,vel eorum alter,qui ſuper hoc fuerit requiſitus, ad dictã eccleſiam Lubiceñ.accedant vel accedat,& te, vel procuratorem tuum,tuo nomine,in corporalem,realem & actualem poſſeſſionem Vicariæ,iuriumq; & per-

tinentiarum prædictorum inducant,vel inducat auctoritate nostra,& defendant, seu defendat inductum,amoto exinde quolibet illicito detentore, ac te, vel procuratorem tuum prædictum, ad eandem Vicariam, vt est moris, admittant, seu admittat,& tibi de illius fructibus,redditibus,prouentibus,iuribus & obuentioñ. vniuersis,integre respondeant,& faciant ab aliis plenarie & integre responderi. Recepto nihilominus primitus,& per te præstito in manibus illorum vel illius, per quos,vel quem, de mandato nostro, vt præfertur,in possessionem ponendus fueris,quod Episcopis Lubiceñ. pro tempore existentibus,ac nobis & successoribus nostris dictæ Ecclesiæ præpositis fidelis & obediens eris &c. vt supra in proxima forma vsque ad finem.

Alia similis collatio de Archidiaconatu,ac Canonicatu,et præbeñ.vacañ.per resignationem.

Andreas Dei & Apostolicæ sedis gratia Episcopus Cracouieñ. Dilecto nobis in Christo Ioanni Damnicio clerico Posnanieñ.diœc: Salutē in domino sempiternam. Nobilitas generis, vitæ ac morum honestas, &c.vt in præcedeñ. ¶Cum itaque Archidiaconatus, ac canonicatus & præbeñ. cathedralis ecclesiæ nostræ Cracouieñ. quos nuper venerabilis vir dominus N. tunc dictæ ecclesiæ Archidiaconus, & Canonicus præbendatus obtinebat, Per liberam resignationem dicti N. de eis,quos tunc obtinebat, in manibus nostris sponte factam,& per nos,auctoritate nostra ordinaria admissam, libere vacare noscantur ad præsens. ¶Nos tibi præmissorum meritorum tuorum intuitu specialem gratiam facere voleñ. Archidiaconatum ipsum,qui inibi dignitas (non tamen post Pontificalem maiorem) existit, necnon canonicatum & præbeñ.prædict. sic vacañ. cum omnibus iuribus & pertineñ. suis conferimus & assignamus, ac prouidemus etiam de eisdem. Teq; coram nobis constitutum in corporalem possessionem,seu quasi Archidiaconatus,ac canonicatus & præbeñ.iuriumq;& pertinentiarum prædictorum per annuli nostri in tuis manibus traditionē,induimus & inuestimus de eisdē,recepto prius a te in nostris manib⁹ (quod nobis & successoribus nostris N.Episcopis fidelis & obediens eris,& sanctæ matris ecclesiæ,ac nostris & nostrorum successorum parebis mandatis, iura & libertates dictæ nostræ ecclesiæ,& Archidiaconatus,ac Canonicatus,& præbeñ. prædictorum manutenebis,& defendes pro posse, onera ipsis Archidiaconatus ac Canonicatus & præbeñ. incumbentia debite supportabis, & eidem ecclesiæ in diuinis,ratione dictorum Archidiaconatus,ac canonicatus & præbeñ. deseruies & deseruiri facies, nihilq; quod ad dictos Archidiaconatus, ac Canonicatum & præbeñ. nunc pertinet,aut in posterū pertinebit, alienabis aut distrahes, sed alienata & distracta ad ius & ꝓprietatem dict. Archidiacoñ. ac Canonic.& ꝑbeñ.reduces,& reduci ꝓcurabis ꝑ posse)ad sancta dei euangelia,iuramēto corporali. Vobis ꝓpterea dñis Decano, canonicis & personis dictæ nostræ ecclesiæ, cæterisq; ꝑsbyteris,clericis,notariis & tabellionibus publicis quibuscūq;,per ciuitatē & dioc.nostras N.ac aliàs vbilibet constitutis,præsentiū tenore damus in mandatis,quatenus vos aut alter vestrū,qui super hoc per dictū N. vel ꝓcuratorem suū fueritis requisiti,seu fuerit requisitus,ad dictā ecclesiam accedatis,seu alter vestrū accedat, eundēq; N.vel ꝓcuratorem suū eius nomine, in corporalem, realē,& actualē possessionē Archidiaconatus,ac Canonic. & præbeñ .iuriumq; & pertineñ.ꝑdict recipiatis,ponatis,& inducatis, amoto exinde quolibet illicito detētore,ac eundē N.vel dictū procuratorē ꝑ eo ad dict. Archidiaconatū,ac canonicatū,& præbeñ. admittatis,vt est moris,& admitti faciatis,sibiq; de ipsi⁹ Archidiacoñ.ac Canonic.& præbeñ fructibus,redditibus, ꝓueñ iuribus, obueñ.& pertineñ. vniuersis,integre respondeatis,& ab aliis responderi faciatis.Cōtradictores,auctoritate &c.cōpescendo.¶In quorũ &c. Dat.&c. Præsentibus,&c.

Collatio parochialis per resignationem ex causa permutationis pro canonicatu & prębeñ.

Tidemannus Dei gratia Episcopus Varmieñ. Dilecto nobis in Christo N. presbytero nostræ dioc. Salutem in domino sempiternam. Desideria iusta petentium congruo fauore prosequenda sunt, in votis eorum quæ a rationis tramite non discordant, nosq; libenter ad ea exhibemus promptum & benignum, Cum itaque hodie tu, per te ipsum canonicatum & præbeñ. ecclesiæ N. & dilectus noster in Christo N. parochialem ecclesiam N. nostræ dioc. quam obtinebat, per dilectum nostrum N. procuratorem suum, ad hoc ab eo specialiter constitutum, ex causa permutationis de ipsis inter vos fiendæ, & non alias sponte & libere resignaueritis in manibus nostris: Nosq; resignationem, ex causa prædicta, admissis votis tuis, in hac parte fauorabiliter annueñ. parochialem ecclesiam prædictam, per huiusmodi resignationem vacañ. tibi cum omnibus iuribus & pertineñ. suis, auctoritate nostra ordinaria cōferimus & assignamus, ac prouidemus etiam de eadem: Teq; coram nobis personaliter constitutum, in corporalem possessionem, seu quasi parochialis ecclesiæ, iuriumq; & pertineñ. prædictorum, per annuli nostri traditionem, induimus & inuestimus de eadem, præstito per te, & per nos recepto (quod nobis & successoribus nostris Episcopis N. fidelis & obediens eris, sanctæ matris ecclesiæ, nostrisq;, & successorum nostrorum parebis mandatis, dictæq; ecclesiæ in spiritualibus & temporalibus, ac in diuinis bene & laudabiliter deseruies & deseruiri facies, oneraq; ipsius ecclesiæ debite supportabis, & iura nostra persolues, terras, domos, vineas, & alias possessiones atq; iura parochialis ecclesiæ manutenebis & defendes pro posse, nihilq;, quod ad dictam ecclesiam pertineat, alienabis, vendes, seu distrahes, sed alienata, distracta, & vendita ad ius & proprietatem dictæ parochialis ecclesiæ reduces pro posse, & reduci procurabis) ad sancta Dei euangelia corporali iuramento. ¶ Quocirca, vniuersis & singulis personis ecclesiasticis, ac notariis & tabellionibus publicis, aliisq; officialibus & subditis nostris, qui super hoc, per te, vel procuratorem tuum, tuo nomine, fuerint requisiti, seu alter eorum fuerit requisitus, damus, præsentium tenore in mandatis, quatenus ipsi, vel eorum alter, statim post requisitionem huiusmodi, ad dictam parochialem ecclesiam accedant, seu alter eorū accedat, ac te, vel procuratorem tuū tuo nomine in corporalem, realem, & actualem possessionem parochialis ecclesiæ, iuriumq; & pertineñ. prædictorum inducant vice nostra, & defendant inductum, amoto exinde quolibet illicito detentore, ac tibi de illius fructibus, redditibus & proueñ. iuribus & obueñ. vniuersis respondeant, ac faciant ab aliis, quantum in eis fuerit, plenarie & integre responderi. Contradictores auctoritate nostra, per censuram ecclesiasticam compescendo. In quorum, &c. Dat. &c.

Collatio parochialis vacañ. per resignationem simplicem in manibus Cardinalis ratione sui tituli.

Franciscus de Mendoza miseratione diuina tt. sancti Eusebij, sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyter Cardinalis Burgeñ. vulgariter nuncupatus. Dilecto nobis in Christo N. presbytero N. Salutem in domino. Vitæ ac morum honestas &c. ¶ Hinc est, quod parochialem ecclesiam N. Almæ Vrbis, cuius collatio, prouisio, & quæuis alia dispositio dum ipsam vacare contingit, ad nos, ratione tituli Cardinalatus nostri pleno iure pertinere dinoscitur, per liberam resignationem dilecti nobis in Christo N. nuper ipsius ecclesiæ rectoris, de illa quam tunc obtinebat, libere, pure, &

ſimpliciter, in manibus noſtris factam, & per nos admiſſam, ſeu alias quouiſmodo vacañ. ad noſtram collationem ſpectañ. & pertineñ. meritorum tuorum intuitu, cum omnibus iuribus, pertineñ. ſuis omnibus melioribus modo, via, iure, cauſa, & forma, quibus melius poſſumus & debemus tibi conferimus & aſſignamus, auctoritate noſtra, ac prouidemus etiam de eadem Teq; coram nobis propterea perſonaliter cõſtitutum in corporalem poſſeſſionem, ſeu quaſi parochialis eccleſiæ, iuriumq; & pertineñ. prædictorum, per biretí tui, capiti tuo impoſitionem, recepto primitus a te ad ſancta Dei euangelia (q nobis & ſucceſſoribus noſtris, in dicto titulo Cardinalibus pro tempore exiſtentibus, fidelis & obediens eris, noſtriſq; pariter & ſucceſſorum noſtrorum & ſanctæ matris eccleſiæ, parebis mandatis, fructus quoq; redditus & proueñ. iura, obueñ. & emolumenta dictæ eccleſiæ, pro poſſe manutenebis) corporali iuramento ponimus & inducimus, ac inueſtimus etiam de eadem, mandañ. & præcipieñ. tenore præſentium, omnibus & ſingulis viris eccleſiaſticis, necnon officiariis noſtris, ac tabellionibus publicis, aliiſq; perſonis in alma vrbe prædicta conſtitutis, qui per te vel procuratorē tuum, ad hoc, a te legitime conſtitutum, ſuper hoc fuerint requiſiti, ſeu alter eorum fuerit requiſitus, quatenus ad dictam eccleſiā & alia loca, de quibus expediens fuerit, accedant, vel accedat, ac te, vel pro te, dictum procuratorem, in corporalem, realem & actualem poſſeſſionem eccleſiæ, iuriumq; & pertineñ. eiuſdē auctoritate noſtra ponant & inducant, ac inductum defendant, amoto exinde quolibet illicito detentore, tibiq; vel procuratori tuo prædicto, pro te, de ipſius eccleſiæ fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, & obueñ. vniuerſis, quantum in eis fuerit, & alias plenarie & integre reſponderi faciant. Contradictores, &c. ¶ In quorum, &c:

Collatio parochialis vacañ. per aſſecutionem.

Iacobus de Vchanye Dei gratia Epiſcopus Chelmeñ. Dilecto nobis in Chriſto Ioanni Pietrouſchi clerico N. dioc. familiari noſtro, Salutem in domino ſempiternam. Vitæ ac morum honeſtas, aliaq; laudabilia probitatis & virtutum merita, ſuper quibus apud nos fidedigno commendaris teſtimonio nos inducunt, vt te fauore proſequamur oportuno. ¶ Cum itaq; parochialis eccleſia de N. noſtræ dioc. ex eo vacauerit & vacet ad præſens, quod dilectus noſter N. nuper dictā m eccleſiam parochialē obtinens, eccleſiam parochialem in N. etiam noſtræ dioc. tunc certo modo vacañ. per nos ſibi collatam, auctoritate noſtra ordinaria pacifice aſſecutus exiſtit. ¶ Nos volentes tibi præmiſſorum meritorū tuorum intuitu gratiam facere ſpecialem: Prædictam parochialem eccleſiam de N. per aſſecutionem huiuſmodi, vel alias quouiſmodo vacañ. cum omnibus iuribus & pertineñ. ſuis, tibi conferimus & aſſignamus, ac prouidemus etiam de eadem, &c. ¶ Vel ſic, ſi vacat per ſuſceptionem muneris conſecrationis. Cum itaq; parochialis eccleſia N. de N. N. dioc. vacauerit & vacet ad præſens, ex eo, quod Reuereñ. in Chriſto pater & dominus, dominus Dei & apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopus N. tempore erectionis, de perſona ſua factæ, ad eccleſiam N. & huiuſmodi electioñ. confirmatioñ. a S. Domino noſtro Papa factæ, dictam parochialem eccleſiam, munus obtinens conſecrationis, infra tempus a canonibus diffinitum ſuſcepit. Voleñ. itaq; &c. ¶ Vel ſic, ſi vacat per ingreſſum religionis. Cum itaq; parochialis eccleſia N. de N. N. dioc. vacauerit & vacet ad præſens, ex eo quod nuper dilectus noſter N. illam obtinens, deuotionis zelo ductus monaſterium N. ordinis ſancti Franciſci Cracouieñ. ciuitatis ingreſſus eſt, expreſſa profeſſione eiuſdem ordinis ſubſecuta: ¶ Vel ſic, ſi vacat per contractum matrimonij. Cum itaque parochialis eccleſia N. de N. N. dioc. vacauerit & vacet ad præſens, ex eo quod dilectus noſter N. illam obtinens matrimonium per verba de præſenti, cū quadam muliere legitime contraxit, ac illud carnale copula ſubſecuta conſumauit.

Nos voleñ.&c. ¶Si collatio fit alicui religioso. ¶Franciscus, miseratione &c. Dilecto nobis in Christo N. & religionis zelus, vitæ ac morum honestas, aliaq; laudabilia probitatis & virtutum merita,&c. vt supra in aliis formis.

collatio facta de beneficio certo modo vacañ.

Ottho miseratione diuina tt.S. Sabinæ, sacrosanctæ Rom, Ecclesiæ presbyter Cardinalis Augusteñ. vulgariter nuncupatus, Dilecto nobis in Christo Conrado Artzt, Decretorum doctori, Canonico Patauieñ. syncere nobis dilecto, Salutem in domino sempiternam. Literarum scientia vitæq; &c. Canonicatus & præbeñ. ecclesiæ in N. nostræ dioc. Cũ itaq; certo modo (quem hic pro expresso habere volumus) vacauerit & vacet ad præsens,&c. ¶Nos voleñ. eosdem Canonicatum & præbendam, cuius collatio ratione ecclesiæ nostræ Augusteñ. ad nos spectat, quouismodo & ex cuiuscunque persona vacantes, auctoritate nostra ordinaria,&c, vt supra.

DE COLLATIONE ORDINVM.

Collatio ordinum vigore cõmissionis Apostolicæ in tribus diebus.

Ludouicus Symoneta Dei & Apostolicæ sedis gratia Episcopus Pisaureñ. in Romana Curia residens. ¶Vniuersis & singulis præsentes literas inspecturis, Salutem in Domino, &c. ¶Notum facimus per præsentes, quod nuper S. in Christo P. & D. N. D. Pius diuina prouidentia Papa IIII, quandam commissionis siue supplicationis cedulam nobis præsentari fecit, quam nos, cum ea qua decuit reuerentia, recepimus, huiusmodi sub tenore. ¶Beatissime Pater. Pone post corpus commissionis signaturam, & postea clausulas: Inde signaturam clausularum, & vltimo datam supplicationis. Quibus omnibus positis, continua instrumentum sic. ¶Post cuius quidem commissionis siue supplicationis cedulæ præsentationem, nobis & per nos, vt præmittitur factas. ¶Nos Ludouicus Episcopus præfatus de speciali mandato ipsius domini nostri Papæ, nobis, vt præmittitur, facto, Romæ, in ecclesia N. dilectum nobis in Christo N. clericum N. dioc. dominica N. quæ fuit octaua mensis N. ad quatuor minores, & deinde dominica N. ad subdiaconatus. Successiue vero, die iouis N. qua die fuit celebratum festum sancti N. ad diaconatus. Postremo vero, Dominica N. mensis N. infra missarum solennia, ad sacros presbyteratus ordines, iuxta ritum & consuetudinem sanctæ Rom. Ecclesiæ, in talibus fieri solitos, duximus ordinandum & promouendum, ac ordinauimus & promouimus, ac promotum & ordinatum decernimus & attestamur per præsentes. In quorum omnium & singulorum fidem &c. Datum &c.

Collatio ordinum facta in camera Apostolica.

Vniuersis & singulis præsentes literas inspecturis. ¶Guido Ascanius miseratione diuina sancti Eustachii, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconus Cardinalis, Sanctissimi Domini nostri Papæ Camerarius: Salutem in Domino &c. ¶Vniuersitati vestræ, præsentium tenore, attestamur, quod Reuerendus in Christo pater, & dominus, dominus Ludouicus Dei & Apostolicæ sedis gratia, Episcopus Pisaureñ. in Romana Curia residens. Dilectum nobis in Christo N. clericum N. dioc. ex commissione nostra, de mandato Sanctissimi Domini nostri Papæ, super hoc (viuæ vocis oracu-

lo, nobis facto, ac auctoritate nostri Camerariatus officij, necnon vigore supplicationis desuper signatæ sub data Romæ apud sanctum Petrum N. in ecclesia N. Dominica &c. vt in præcedenti vsq; ordinis, iuxta ritum & consuetudinẽ sanctæ Romanæ ecclesiæ, infra missarum solennia promouit & ordinauit.
¶ In quorum fidem præsentes fieri, & sigilli nostri Camerariatus officii iussimus appensione communiri. ¶ Datum in Camera apostolica, die 26. mensis Februarij. Anno, &c. M D L X. Pont. Sanctissimi Domini nostri domini Pij Papæ IIII. Anno Primo.

Collatio ordinum de mandato Papæ pro electo ad ecclesiam.

Vniuersis &c, vt in precedenti, vsque ad dilectum Rom. in Christo patrem dominum N. electum confirmatum ecclesiæ N. acolitum ad subdiaconatus, & continue post, ex commissione & mandato prædictis, eundem subdiaconum ad diaconatus subsequenter, & post incontinenti, ex similibus cõmissione, & mandato, prælibatum diaconum, ad presbyteratus sacros ordines, infra missarum solemnia promouimus, & duximus ordinandum, iuxta formam & consuetudinem, &c.
¶ In cuius rei testimonium, &c. Datum, &c.

Collatio primæ tonsuræ.

Ioannes Lunellus Dei gratia Episcopus Sebastieñ. ¶ Vniuersis & singulis præsentes literas inspecturis. Notum facimus per præsentes, quod nos die sabbati quatuor temporum mensis N. in ecclesia nostra N. sacros ordines celebrañ. Dilectum nostrum N. Scholarem nostræ dioc. qui ad hoc repertus fuit idoneus, examinatione præmissa, recepto ab eo (quod ipse non erat seruilis, sed liberæ conditionis, & de legitimo matrimonio procreatus) corporali iuramento, clericali caractere insigniuimus, & eidem primam contulimus, ac tenore præsentium conferimus tonsuram clericalem, eumq; aggregamus militiæ clericali. ¶ In cuius rei testimonium præsentes literas, nostri sigilli rotundi appensione munitas, eidem duximus concedendas. Datum in præfata ecclesia N. die Sabbati prædicta. Anno, &c.

Collatio eiusdem pro bastardo, cũ dispensatione ad minores ordines, & bñficium sine cura obtineñ.

Theodoricus Dei gratia Episcopus Lubiceñ. ¶ Vniuersis &c. vt supra vsque ad celebrañ. Dilectum nostrum N. Scholarem nostræ dioc. ad hoc repertum idoneum, infra missarum solennia, caractere clericali insignimus & conferimus primam tonsuram clericalem, & cum eodem super defectu natalium quem patitur de presbytero genito, & soluta, vt ad minores ordines promoueri, & beneficium ecclesiasticum, cui cura non immineat animarum, si sibi canonice conferatur, recipere & retinere libere & licite possit & valeat, hmõi defectu non obstante, eisdem auctoritate & tenore dispensauimus, & dispensamus per præsentes. ¶ In cuius rei testimoniũ, &c. Dat. &c.

Collatio accolitatus ad partem.

Tidemannus Dei gratia Eps Varmieñ. ¶ Vniuersis & singulis &c. vt supra. Dilectum nostrum N. clericum nostræ dioc. ad hoc repertum idoneum infra missarum solennia ad accolitatus ordinem rite duximus promouendum, & promouimus. ¶ In cuius rei testimonium, &c.

Collatio accolitatus in forma meliori per Ipsum.

Andreas Dei gratia Episcopus Cracouień. ¶ Notum facimus per præsentes quod anno &c. Sabbato N. sacros clericorum ordines celebrañ. in ecclesia nostra N. nobis in Christo dilectum N. de N. ad ordines accolitatus promouimus, per impositionem manuum nostrarum, cooperante gratia spiritus septiformis, dantes sibi has nostras literas in testimonium, sigillo nostro subappenso. Datum anno, die, & loco, quibus supra.

Collatio accolitatus per suffraganeũ Episcopi.

Nos Ioannes Dei & Apostolicæ sedis gratia Episcopus N. ordinis minorum. Reuereñ. in Christo patris & dñi N. eadem gratia Epi N. in pontificalibus vices gereñ. ¶ Notum facimus vniuersis quod anno domini &c. Sabbato quatuor temporum, quo in ecclesia dei cantatur officiũ missæ Intret in conspectu tuo &c. sacros clericorum ordines in capella S. N. in ambitu eiusdem ecclesiæ N. generaliter celebrañ. inter cæteros dilectũ nobis in Christo N. scholarem N. dioc. in accolitum rite duximus ordinandum, cooperante nobis gratia spiritussancti. ¶ Dantes sibi has literas nostro sigillo munitas, in testimoniũ pmissorũ. ¶ Datum & actum tempore & loco prænominatis.

Collatio subdiaconatus ad titulũ patrimonii.

Petrus de Ghinuciis Dei gratia Episcopus Cauallicen. ¶ Vniuersis & singulis præsentes literas inspecturis &c. vt supra. Dilectum nostrum N. accolitum nostræ dioc. ad hoc repertum idoneum, ad titulum sui patrimonij, de quo reputat se contentum, infra missarum solennia ad sacrum subdiaconatus ordinem, auctoritate nostra ordinaria, rite duximus promouendum. ¶ In cuius rei testimonium, &c. Datum &c.

Collatio diaconatus.

Petrus Dei gratia Episcopus N. ¶ Vniuersis & singulis &c. vt supra. Dilectum nostrum N. subdiaconum nostræ dioc. ad hoc repertum idoneum, infra missarum solennia, ad sacrum Diaconatus ordinem, auctoritate nostra ordinaria rite duximus promouendum, & promouimus.

¶ In cuius rei testimonium, præsentes literas, nostri sigilli appensione munitas eidem duximus conceden. Datum, &c.

Collatio ordinis presbyterii.

Melchior Dei gratia Episcopus Herbipolen. &c. Dilectum nostrum N. diaconum nostræ dioc. rectorem parochialis ecclesiæ N. in ætate legitima, ac in communione fidelium constitutum, ad hoc repertum idoneum, infra missarum solennia, ad sacrum presbyteratus ordinem, adhibitis circa hæc sollennitatibus opportunis, iuxta ritum & consuetudinem sacrosanctæ Ro. Ecclesiæ rite duximus promouendum, & promouimus.

¶ In cuius rei testimonium omnium, vt supra. Datum, &c.

Alia collatio pro religioso.

Robertus Dei gratia Episcopus Cameraceñ. &c. Dilectum nobis in Christo N, diaconum monachum expresse professum monasterii N. nostræ dioc. ordinis sancti N. in xxii. ætatis suæ anno constitutum, ad hoc repertum idoneum, nobis per Abbatem & conuentum dicti monasterii literatorie præsentatum, infra missarum solemnia ad sacrum presbyteratus ordinem rite duximus promouendum.

¶ In cuius rei testimonium, &c. Datum, &c.

Simili modo de aliis literis.

Alia collatio presbyteratus per alienũ Episcopum, ex cõmissione proprii Episcopi.

Henricus Dei gratia Epus Chrisopolitanus. ¶ Vniuersis & singulis &c. celebrañ. Dilectum nobis in Christo N. scholarem N. ætatis legitimæ, de matrimonio legitimo procreatum, non seruilis, sed liberæ conditionis (prout testimonio fidedigno docuit) & in vim commissionis nobis super hoc factæ, per Reuereñ. Patrem dominum N. eadem gratia Episcopum Patauieñ. post missarum solennia caractere clericali insigniuimus, sibi'q; primam tonsuram contulimus clericalem. ¶ In cuius rei testimonium, &c. Datum, &c.

Collatio officiorum, vide sub verbo Prouisio.

DE COMMISSIONE.

Commissio Episcopi alteri Episcopo facta ad admitteñ. resignationem.

Antonius Dei gratia Episcopus Attrabateñ. Reuereñ. in Christo patri & domino domino N. eadem gratia Episcopo N. Salutem in domino sempiternam cum omni bono. Cum dilectus noster N. Canonicus ecclesiæ N. nostræ dioc. & dilectus noster N. Canonicus ecclesiæ vestræ N. Canonicatus, & præbeñ. quos in eisdem ecclesiis obtinent, desiderent illos ad inuicem permutare, resignationes ipsas ex causa permutationis huiusmodi, per eos vel procuratores suos, si eas facere voluerint, in manibus vestris recipiendi & admittendi, ac canonicatum & præbeñ. ecclesiæ nostræ N. prædictæ præfato N. conferendi, & de eis prouidendi, cum plenitudine iuris canonici, ac omnibus iuribus & pertineñ. suis, ac eum, vel procuratorem suum eius nomine inducendi in corporalem possessionem eorundem canonicatus & præbeñ. cum iuribus & pertineñ. prædictis, ac inuestiendi de eisdem, vt moris est, præsentium tenore, licentiam & facultatem impartimur. ¶ In cuius rei testimonium, præsentes literas, manu propria nostra scriptas, & sigillo nostro munitas, V.P.R. duximus transmittendas. Datum, &c.

Commissio Episcopi facta Archipresbytero ad se in formandum de narratis.

Georgius Dei, & Apostolicæ sedis gratia Episcopus Leodieñ. Venerabili nobis in Christo dilecto & fideli N. Archipresbytero & perpetuo Vicario parochialis ecclesiæ oppidi nostri N. N. dioc. Salutem in domino, & in commissis diligentiam adhibere. Nobis pridem dilecti nostri in Christo, Vniuersitas, ac incolæ & homines vtriusque sexus villarum N. & N. nostræ dioc. nobis exponere curauerunt, lamentabili cum quærela, quod cum flumem Rheni, quod inter ipsas villas N. & N. mediat, multa pericula ipsis inhabitatoribus, villam N. & N. ad eorum matricem ecclesiam N. diebus dominicis & festiuis nauigio tendentibus plerisque vicibus obuenerunt plures ex ipsis repetitis vicibus submersis sint, etiam cum funeribus &c. humiliter postulauerunt. ¶ Nos igitur de commissis notitiam certam non habentes, ac de fiducia & legalitate vestris confidentes, vobis præsentium tenore, commit-

timus & mandamus, quatenus de præmissis omnibus & singulis, & eorum circunstantiis vniuersis, diligenter inquiratis veritatem, & ea, quæ inueneritis, nobis debite referatis. Testes autem, si qui nominati fuerint, per censuram ecclesiasticam & alia iuris remedia, compellatis veritatis testimonium perhibere, & eorum dicta in scriptis redacta, nobis fideliter præsentare curetis, vt quod rectius fuerit in præmissis, disponere valeamus. ¶ In cuius rei testimoniũ, p̃sentes literas, &c. Datum in oppido nostro. N. &c.

Cõmissio de extrahendo instrumenta a Protocollo Notarii absentis, vel defuncti.

Franciscus Albericus &c. Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ generalis Auditor. Discreto viro N. clerico N. dioc. publico, apostolica auctoritate notario: Salutem in domino sempiternam, & in commissis solertem diligentiam adhibere. ¶ Discretioni tuæ (de cuius fidelitate & legalitate plenam in dño gerimus fiduciam) tenore præsentium committimus & mandamus quatenus de notis, protocollis, manualibus, & scripturis autenticis, quondam N. clerici dioc. N. imperiali & apostolica auctoritatibus notarij, nuper in Rom. Cu. defuncti, per eum receptis & confectis, ac aliis eius scripturis, instrumenta publica conficias, & in formam publicam redigas, tuisq; signo & subscriptione corrobores & munias, supplendo & extendendo abbreuiaturas, & clausulas alias generales, prout idem magister N. defunctus in suis similibus instrumentis, supplere & extendere consueuerat, & vt in talibus est fieri consuetum, ipsaq; instrumenta, per te sic ingrossata, & in publicam formã redacta, tuisq; signo & subscriptione corroborata, personæ, & personis, quarum interest, vel intererit, tradas & consignes, satisfacto tibi de tuo salario competẽti. Decernẽ. instrumentis huiusmodi, per te sic ingrossandis, & in publicam formã redigendis, tuisq; signo & subscriptione corroborandis, tantam & talem fidem adhibendam fore, & adhiberi debere, in iudicio & extra, quanta dari posset & adhiberi, seu daretur & adhiberetur eisdem, si per dictum quondam N. notarium in publicam formam redacta & ingrossata, suisq; signo & subscriptione corroborata fuissent seu extitissent, &c. ¶ In cuius rei testimonium, &c.

DE COMPROMISSIONE.

Compromissum super aliqua re litigiosa in plures arbitros absentes.

In nomine domini Amen. &c. Personaliter constituti honorabiles viri domini Andreas de Ghinuciis ex vna, & N. partibus ex altera, volentes (vt asseruerunt) litium anfractus euitare, & ad concordiam deuenire, de & super litibus, quæstionibus, controuersiis, & dispendiis, inter ipsos N. & N. occasione Archidiaconatus N. subortis, habitis, siue motis, ac eis finem imponere, dictasq; quæstiones, controuersias, discordias, & differentias, vt præmittitur, subortas, ac causam desuper R. P. D. Antonio Augustino, sacri palatij apostolici causarum Auditori commissam, & coram eo indecise pedeñ. in totũ extinguere, & integraliter cõcordare, ac ẽt, quæ in futurũ suboriri p̃ssent, totaliter euitare, ab laborib⁹, & expeñ. parcere cupieñ. Omnibus melioribus modo, via, iure, cã, & forma, quibus melius & efficacius potuerunt & debuerunt, non coacti, neq; aliqua sinistra machinatione circumuenti, sed sponte, libere, gratis, & ex certis eorũ scientiis, ac propriis & spõtaneis vo-

fumtatibus,maturis deliberationibus,& aliis consiliis & consultationibus præha bitis,compromiserunt,ac de alto & basso compromissum fecerunt, & conuenerunt,ac ipsorum quilibet fecit,compromisit & conuenit,in venerabiles viros D. Antonium Galesium,& Octauianum de Vestris,vtriusq; Iuris Doctores,tanquã arbitros,arbitratores, & amicabiles compositores, absentes, tanquam præsentes, dantes & concedentes dictis Antonio & Octauiano arbitris arbitratorib' & amicabilibus compositoribus,plenam,liberam & omnimodam potestatem & auctoritatem,ac speciale & generale mandatum,laudandi & terminandi, infra vnius mensis spacium,a die præsentis publici instrumenti computañ. omnes & singulas lites,quæstiones,controuersias,discordias & differentias prædictas,occasione dicti Archidiaconatus,inter dictas partes,subortas,prout eis videbitur,expediendum,iuris ordine seruato,vel non seruato,stando,vel sedendo,in scriptis,vel sine scriptis,omni solẽnitate iuris obmissa,partibus præsentibus , vel absentibus,aut ipsis vocatis,aut non vocatis , diebus etiam feriatis, vel non feriatis , quomodocunq; & qualitercunq; arbitrañ. arbitramentum componendi, laudañ. perpetuamq; concordiam facieñ.ac finem dictis litibus imponendi. ¶ Promiserunt in super,& iurauerunt ad sancta Dei euangelia(tactis per eos corporaliter scripturis sacrosanctis,in manibus mei notarii publici infrascripti,tanquam publicæ,& autenticæ personæ , solenniter stipulañ.& recipieñ. vice & nomine omnium & singulorum,quorum interest,intererit, aut interesse poterit, quomodolibet in futurum)dicti domini N.& N. compromitteñ.ac eorum quilibet promisit & iurauit,se ratum,gratum,atq; firmum,perpetuo habiturum totum id,& quicquid per prædictos dominos N. & N. arbitros, arbitratores,& amicabiles compositores, compromissi huiusmodi vigore ordinatum, laudatum,sententiatum,arbitratum, diffinitum & pronunciatum fuerit. Et contra huismodi arbitramentum , siue arbitrabilem sententiam, per se, vel alium,seu alios,publice vel occulte, directe vel indirecte,quouis quæsito colore,vel ingenio,nullo vnquam tempore, dicere, facere,vel venire,de iure,vel de facto,neq; a sententia huiusmodi appellare siue prouocare,neq; in arbitrium alterius boni viri,se reduci facere, aut reducere, sub pœna CC.Floreñ.auri de camera,pro vna cameræ apostolicæ, & altera medietatibus parti præmissa obseruanti, per partem contrauenientem , irremissibiliter persoluendorum & applicandorum. ¶ Pro quibus omnibus & singulis, sic tenendis,obseruandis & adimplendis, præfatæ partes obligarunt se , & sua bona, mobilia & immobilia,præsentia & futura,&c.prout in obligatione in forma cameræ.¶ Super quibus omnibus & singulis, prædicti D.N.& N. sibi a me notario publico infrascripto,vnum vel plura,publicum seu publica, petierunt,& quilibet eorum petiit,fieri atq; confici instrumentum & instrumenta. Acta fuerunt hæc Romæ,in domo habitationis mei notarii,sub Anno, Indictione, Die, mense, & Pontificatu,quibus supra. Præsentibus ibidem N.& N.clericis. N.dioc.testibus ad præmissa vocatis specialiter,atq; rogatis.

Aliud simile compromissum in vnum arbitrum præsentem.

In nomine Domini,Amen. Anno a natiuitate eiusdem,&c. In mea notarii publici,testiumq; infrascriptorum ad hoc vocatorum specialiter & rogatorum præsẽtia, personaliter cõstituti honorabiles viri dñi Adam Holtapellus, Miles S. Petri de Vrbe ex vna, & N. partibus ex altera,hincinde principales, principaliter pro seipsis, ac spõte,ex certa ipsorum,& cuiusq; eorñ scientia,& non per errorem velaliás seducti,compromisserunt & compromissum fecerunt, in venerabilem virum dominum N. præsentem & acceptantem,tanquam in ipsorum arbitrum & arbitratorem,amicabilemq; compositorem,& communẽ amicum,cõmuniter electum,assumptum, & deputatum

& deputatum, de & super omni differentia, quæ est, vel esse posset, inter dictos dominos N. & N. prætextu, seu occasione debiti xl. Duc. Et generaliter, de omni eo, quod vnus ab alio, & alter ab altero petere & exigere posset, dicta occasione eum depeñ emergeñ. & connexis, inter eos vsq; in præsentem diem. Dantes & concedeñ. dicti D. N & N. dicto eorum arbitrio & arbitratori, plenam licentiam, & liberam potestatem & facultatem, in prædictis & circa prædicta, arbitrandi & laudandi semel & pluries, alte & basse, de iure & de facto, tollendo vni, & dando alteri, in parua seu magna quantitate, prout ei melius visum fuerit, & placebit ipsis D N. & N præsentibus vel absentibus, vel vno præsente, & altero absente, citatis vel nõ citato, & altero nõ citato, put eis melius placuerit. Et pmiserũt dicti D. N. & N corã dicto arbitro & arbitratore, ac vnus alteri, & alter alteri ad inuicem, necnõ mihi notario publico infrascipto, vt autenticæ personæ, præsentibus, recipientibus, & legitime stipulantibus, omne laudum, arbitriũ seu arbitramentum, vnum vel plura ex præsenti compromisso, descensurum vel descensura semper & perpetuo habere gratum, ratum, atq; firmum, ac grata, rata, & firma. Et ab eo, vel eis, non appellare, non supplicare, nec reductionem, ad arbitrium boni viri, petere, ad pœnam & sub pœna Quingentorum Ducatorũ auri de Camera, pro vna Cameræ Apostolicæ, & pro alia fidem seruanti applicandorum. Ita quod præsens compromissum, duntaxat validum sit, & duraturum per tres dies proxime futuros, ab hodierna die exclusiue computandos. ¶ Pro quibus omnibus & singulis obseruandis, & plenarie ac firmiter adimplendis, dicti N. & N. vnus alteri, & alter alteri &c. prout in obligatione in forma Cameræ. ¶ Super quibus omnibus & singulis præmissis, prædicti D. N. & N. sibi a me notario publico infrascripto, vnum vel plura, publicum vel publica fieri petierunt, & quilibet eorum petiit confici instrumentum & instrumenta. Acta fuerunt hæc Romæ, in domo habitationis mei notarii infrascripti. Sub anno, indictione, Die, Mensis, & Pontificatu, quibus supra. Præsentibus ibidem honorabilibus viris dominis N. & N. clericis N. dioc. testibus fidedignis, ad præmissa vocatis specialiter atque rogatis.

Aliud simile cõpromissum sub paucioribus verbis.

In nomine Domini, Amen. Anno a natiuitate eiusdem Domini M D &c. Indictione, &c. Die vero &c Mensis N. Pontificatus sanctissimi in Christo patris, & Domini nostri Domini Pij, diuina prouidentia Papæ IIII. Anno eius N. In mea notarii publici, testiumq; infrascriptorum, ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum præsentia, personaliter constituti &c. N. ex vna, & N. partibus ex altera, desiderantes lites, causas, quæstiones, & controuersias subortas, & quouis modo suboriri possent inter eos, de & super certa domo, sita in Burgo sancti Petri de Vrbe, iuxta suos fines, &c. quam ad se, eorum quilibet de iure spectare asserit, necnon omnibus & singulis causis, inter ipsos, coram quibuscunq; Auditoribus, Iudicibus, siue Commissariis, præmissorum occasione, motis, & actu pendeñ. amicabiliter decidi, & pro quiete ac pace vtriusq; ipsorum, & vt grauibus laboribus & expeñ. quos propterea subire oporteret, parcere possent, & ad primæuam amicitiam deuenire, vt asseruerunt, non vi, dolo, metu, fraude, neq; alia sinistra machinatione circumuenti, aut seducti, &c. vt supra in præcedenti.

DE CONCORDIA.

Concordia super beneficio litigioso, cum insertione cedulæ capitulorum.

In nomine domini Amen. &c. Constitutus venerabilis & circumspectus vir dominus N.N dioc. canonicus N. de N.N. dioc. principaliter pro se ipso, ex vna & honorabilis vir dñs N.N. de N. rector parochialis ecclesiæ de N. procurator, & procuratorio nomine venerabilis viri domini N. etiam canonici, ex aduerso principalis (prout de suæ procurationis mãdato, per instrumentum publicum, in præsentiarum exhibitum cum sufficienti potestate ad omnia & singula infrascripta peragẽda, fidem fecit legitimam) partibus ex altera, de & super lite & causa, quæ in palatio causarum apostolico, coram Reuereñ. P. in Christo D. Antonio Augustino, eiusdem palatij causarum Auditore, inter dictos N. & N. principales, super ecclesia parochiali N. de N.N. dioc. & eius occasione pendet indecisa, dictus D. N. principalis, principaliter pro se ipso, & præfatus N. procurator, procuratorio nomine quo supra, cupieñ. litium anfractus euitare, ac aliis, quos propter litem ipsam, subituri forent parcere laboribus & expeñ. interuenieñ. super his, nonnullorum earundem partium, etiam magnæ auctoritatis communium amicorum, tractatibus. Primitus tamen & ante omnia auctoritate & consensu D. N. Papæ, & sanctæ sedis apostolicæ in omnibus & per omnia accedente & suffragante. Gratis & sponte non coacti, nec in aliquo circumuenti, sed ex eorum, vt dicebant, spontanea voluntate, omnibus melioribus modo, via, iure, causa, & forma, quib⁹ melius, tutius, & efficacius de iure potuerunt & debuerunt, conuenerunt, tractauerunt, & amicabiliter concordauerunt, modo, & forma contentis, expressis, declaratis in certa papyri cedula, præsentiarum tunc exhibita, lecta, intellecta, ac pœnes nos notarios infrascriptos, de consensu N. principalis, & N. procuratoris prædictorum, pro instrumentis publicis, super huiusmodi concordia conficiendis, deposita, cuius tenor de verbo ad verbum sequitur, & est talis. ¶ Lite in palatio apostolico &c. inseratur cedula concordiæ, &c. Lecta cedula prædicta dicti dñi N. principalis, principaliter pro se ipso, ac etiam N. procurator, nomine quo supra procuratorio, omnia & singula in illa contenta, deducta & narrata, totaliter adimplere, & inuiolabiliter obseruare, ac contra ea non venire velle, per se, vel ꝑ aliũ, seu per alios, directe vel indirecte, quouis quæsito colore promiserunt, mediantibus ipsorum, & cuiuslibet eorundem, iuramentis ad sancta Dei euangelia, tactis corporaliter scripturis sacrosanctis, præstitis, & quilibet eorum promisit. Necnõ dominus N. principalis & N. procurator prædicti, quo supra nominibus, se, necnon dictum N. principalem suum, ac bona eorum, & cuiuslibet ipsorum, mobilia, & immobilia, præsentia, & futura, vbicunq; consistentia, & c. vt in obligatione in forma Cameræ.

Concordia super canonicatu & præbeñ. facta per principales.

In nomine domini Amen. Per hoc præsens publicum instrumentum, cunctis id intueñ. pateat euidẽter, & sit notum, quod anno a natiuitate eiusdem domini M D L X, Indict. III die vero prima mensis Iunij, Pont. Sanctissimi &c. Pij &c. Papæ IIII, anno primo. In mea notarij publici, testiumq; infrascriptorum, ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum præsentia, personaliter constituti venerabiles & ægregij viri domini Patrus Sanctus Carpinus de Firmo, sacri & Apostolici Hospitalis sancti Spiritus in Saxia de Vrbe, ac totius ordinis eiusdem generalis Gubernator, ex vna, & N. de N. ecclesiæ Firmanæ Canonicus & decretorum doctor, partibus ex altera, prouide attendeñ. quod litium euentus, dubij existunt. Idcirco omnes & singulas lites, quæstiones, differentias, & discordias, inter eos, de & super canonicatu & præbeñ. ecclesiæ Firmañ. & eorundem occasione quomodolibet exortas extinguere, & eis finem imponere, ac viam amicabilis composi-

tionis amplecti voleñ. De eorum certa scientia, atq; spontanea & libera voluntate: omnibus'q; melioribus modo, via, iure, causa & forma, quibus melius & efficacius potuerunt & debuerunt, ac quilibet eorum potuit & debuit, in vnum cōuenerunt, ac se inuicem amicabiliter composuerunt & concordauerunt in hunc qui sequitur modum. Primo dictus N. non vi, dolo, metu, fraude, vel aliqua sinistra machinatione circumuentus, sed sponte, ac libere omni iuri, sibi in dict. canonicatu & præbeñ. & ad illos quomodolibet competeñ. necnon liti & causæ prædictis, pœnitus & omnino cessit atq; renunciauit, iurauitq; solemniter, quod in cessione, ac renunciatione huiusmodi non interuenit, nec interueniet fraus, dolus simoniæ labes, seu quæuis alia illicita pactio, siue corruptela. Simili modo, ne ipse dominus N. ob cessionem & renunciationem huiusmodi, nimium dispendium pateretur, præfatus dominus Petrus Sanctus, quicquid seu quantum ipsi domino N. in refectionem expensarum, per ipsum, præmissorum occasione factarum, dare debeat atq; teneatur, ipse, se arbitrio, & dictamini venerabilis & egregii viri domini N. decretorum doctoris stare & parere velle, præmissa'q; omnia & singula rata, grata, atq; firma obseruare, & in nullo eorū cōtrauenire, in manibus mei notarii infrascripti, solemniter stipulañ. & recipieñ. vice & nomine omnium & singulorum, quorum interest, intererit, aut interesse poterit quomodolibet in futurum, in præsentia præfati N. expresse consentientis, & acceptantis, obtulit atq; promisit. ¶ Super quibus omnibus & singulis, supradicti domini principales, & eorum quilibet, sibi a me notario infrascripto vnum vel plura, publicum seu publica, fieri petijt instrumentum & instrumenta. Acta sunt hæc Romæ in dicto Hospitali s. Spiritus in Saxia de Vrbe, sub anno, indictione, die, &c. ꝑsentibꝰ &c.

Alia concordia cum insertione articuloꝝ, & sub pœna pecuniaria obseruanda.

Constituti, &c. A. ex vna & B. partibus ex altera, cupieñ. & voleñ. hinc inde, vt asseruerunt, eorum litigiis, altercationibus. quæstionibus, causisq; & dissentionibus inter ipsos A. & B. in sacro palatio causarum apostolico, coram Reuerendo P. Domino Antonio Augustino & c. dicti palatii causarum apostolici Auditore, de & super certa perpetua Vicaria, in ecclesia N. N. dioc. quam quondam R. dum viueret, obtinebat, & illius occasione quomodolibet exortis & subort. materiam amputare, & ad concordiam peruenire, ac vlterioribus hincinde parcere laboribus, & expensis: omnibus melioribus modo, &c. quibus, &c. debuerunt, non vi, dolo, metu, fraude, aut quauis alia sinistra machinatione, vt dixerunt, circumuenti, sed sponte, libere, & matura deliberatione præhabita, in modū infrascriptum conuenerunt & concordauerunt. Seq; capitula, siue articulos infrascriptos, per eosdem, ibidem in medium product. & exhibit. inuiolabiliter velle obseruare, & totaliter, ac cum effectu adimplere, neq; vnquam per se, vel alium, seu alios, contra huiusmodi capitula, & articulos, verbo, vel facto venire, siue ab eis recedere, mediis ipsorum iuramentis, in manibus mei notarij infrascripti (tactis per eos, & eorum quemlibet, scripturis sacrosanctis ad sancta Dei euangelia) præstitis, promiserunt & iurauerunt, ac quilibet eorum promisit & iurauit. ¶ Quorum quidem articulorum & capitulorum, tenor sequitur, & est talis. Omnes & singuli &c. Quæ omnia & singula in præinsertis articulis descripta & contenta, post huiusmodi articulorum lectionem, præfati A. & B. partes, hincinde asseruerunt, atq; promiserunt, modo & forma præmissis, realiter & cum effectu adimplere, & inuiolabiliter obseruare velle. Et nihilominus, se præmissis adimplendis sub pœna, &c. vt in obligatione supradicta.

DE CONST. PROCVRATORVM.

Constitutio procuratorum ad prosequendum gratiã expectatiuã pro creato canonico in vna ecclesia cum clausula ad lites.

In nomine domini Amen. Nouerint vniuersi, præsentis publici instrumenti seriem inspecturi, lecturi & audituri, quod anno a natiuitate Domini M D L X, Indictione I I I. die vero vigesima septima mensis Iunij, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & Domini nostri Domini Pij, diuina prouidentia Papæ I I I I Anno tertio. ¶ In mea notarii publici, testiumq; infrascriptorum, ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum præsentia personaliter constitutus honorabilis vir, dominus N. clericus N. dioc. principalis, principaliter pro se ipso (citra tamen quorumcunque procuratorum suorum, per eum hactenus quomodolibet constitutorum reuocationem) omnibus melioribus modo, via, iure, causa & forma, quibus melius & efficacius de iure potuit & debuit, fecit, constituit, creauit, & solenniter ordinauit suos veros, certos, legitimos, & indubitatos procuratores, actores, factores, & negociorum suorum infrascriptorum gestores, ac nuncios speciales & generales (ita tamen quod specialitas generalitati non deroget, nec econtra) videlicet, venerabiles & prouidos viros dominos A. B. C. absentes tanquã præsentes, & quẽlibet eorum insolidum (ita tamen ꝙ non sit melior conditio primitus occupãtis nec deterior subsequentis, sed quod vnus eorꝝ inceperit, alter ipsorũ id prosequi mediare, terminare valeat, & finire, ac ad effectũ ꝑducere) specialiter & expsse) ad ipsius domini constituentis nomine & pro eo prosequendum & pertractandum, quandam gratiam apostolicam expectatiuam, sibi, per præfatum S. D. N. Papam, sub Dat. Romæ apud sanctum Petrum, Anno incarnationis dominicæ M D L X, Kl. Iunii, Pont. sui anno primo. De canonicatu ecclesiæ N. cum reseruatione & expectatione præbeñ. ac dignitatis, personatus, administrationis, vel officii eiusdem ecclesiæ, ac alterius beneficii ecclesiastici cum cura vel sine cura. Ad R. in Christo patris & domini D. Dei & apostolicæ sedis gratia Epi N. necnon venerabilium & circũspectorꝝ virorꝝ dominorum Præpositi, Decani, Archidiaconi, Scholastici, Cantoris, Custodis, & Capituli, singulorumq; canonicorũ & personarum ecclesiæ N. collationem, prouisionem, præsentationẽ, electionem, seu quamuis aliam dispositionem, communiter vel diuisim pertineñ. gratiose factã & concessam, prout in literis apostolicis desuper confectis plenius continetur literasq; ipsas & processus, earum vigore, habitos, & habendos, præfatis dominis Episcopo, Præposito, Decano, Archidiacono, Scholastico. Cantori, Custodi, Thesaurario, ac Capitulis, tam N. quam sancti N. in N. ecclesiarũ canonicis, & personis ecclesiæ N. huiusmodi illiq; vel illis, ad quem vel ad quos in prædicta ecclesia N. præbendarum, ac dignitatum, personatuum, administrationum vel officiorum, necnon præstimonioiũ, præstimonialium portionum & simplicium, ac aliorũ beneficiorũ collatio, prouisio, præsentatio, electio, seu quæuis alia dispositio pertinet, necnon in ecclesiis præfatis dignitates, personatus, administrationes vel officia obtinentibus. ac omnibus executoribus, & subexecutoribus, in literis & processibus hmõi deputatis, seu deputandis, omnibusq; aliis & singulis, quorum interest, intererit, aut interesse poterit quomodolibet in futurum præsentandum, intimandum, insinuandum, & notificandum, ipsosq; & eorꝝ quemlibet insolidum, sub pœnis & censuris in eisdem processibus, vt ad executionẽ ipsarũ literarũ, & processuũ huiusmodi, iuxta earundem vim, formam, & tenorem ꝓcedant, seu alter ipsorũ procedat, requirendum, & monendum requiriq; & moneri faciendum. Seq; nomine quo supra, in dicta ecclesia N. in canonicum recipi, & in fratrem, ac stallum sibi in choro, & locum in capitulo eccle-

siæ

siæ huiusmodi, cum plenitudine iuris canonici, assignari petendum, faciendum, & obtinendum. Præbeñ. vero, ac dignitatem, personatum, administrationem, vel officium eiusdem ecclesiæ N. necnon præstimonia, præstimoniales portiones, & simplicia, ac alia beneficia huiusmodi (si qua vacabant tunc, aut cũ vacabunt) sub dicta gratia comprehensa, cum protestationibus in talibus fieri solitis & cõsuetis, acceptandum, & de illis ipsi domino constituenti cum omnibus iuribus & pertineñ. suis, post acceptationem prædictam prouideri, & se de illis inuestiri, nomineq́; quo supra, in & ad corporalem, realem, & actualem possessionem canonicatus & præbeñ. ac dignitatis, personatus, administrationis vel officii. N. necnon præstimoniorum præstimonialium portionum, & simplicium, ac aliorum beneficiorum, iuriumq́; & pertineñ. prædictorum, poni & induci, ac inductum defendi, & ad dignitatem, personatum, administrationem vel officium ecclesiæ N. necnõ præstimonia, p̃stimoniales portiones & simplicia, ac alia beneficia huiusmodi, vt moris est, admitti petẽdum, faciẽdum & requirẽdum, acceptationem & prouisionem prædictas, aliasq́; faciendas diligẽtias in locis beneficiorũ, ac alibi, vbi & quando opus fuerit, palam publicandum, insinuandum, intimãdum, & notificandum, publicariq́;, & insinuari, intimari, & notificari faciendum, necnon dictam possessionem capiendum, intrandum, appræhendendum, manutenẽdum & defendendum, cõtinuandum, iurãdumq́; in animã ipsius dñi constitueñ de obseruandis statutis & cõsuetudinibus ipsius ecclesiæ N & alterius in qua bñficiũ huiusmodi forsan fuerit, & quælibet alia licita iuramẽta, per suos, in dictis canonicatu & præbeñ. ac dignitate, p̃sonatu, administratione, vel officio ecclesiæ N. necnõ præstimoniis, præstimonialibus portionib⁹, & simplicibus, ac beneficii huiusmodi prædecessores in eorum receptione, aut aliis præstari solita, præstãdum & subeundum, atq; canonicatum, & præbeñ. dignitatem, personatũ, administrationem, vel officium, ac præstimonia præstimoniales portiones, & simplicia, & alia beneficia hmõi, in sp̃ualibus & temporalibus regendum, & gubernãdum, regiq́; & gubernari, ac ipsis in diuinis deseruiri faciendũ, fructus quoq;, redditus, & p̃uentus, iura, obueñ. & emolumẽta quæcũq; ex eisdem prouenĩẽtia, petẽdũ, exigẽdum, & leuãdum, recipiendũ, recuperãdũ, arrendandũ, locandũ, & dislocãdũ, seu ad firmã, vel annuã pensionẽ, dandum, & concedeñ. ad tempus & tẽpora p̃sonæ, seu personis p̃ precio, seu preciis, prout dictis procuratoribus suis, vel alteri ipsorum, visum fuerit expedire, & de habitis, receptis, & recuperatis, exactis, & leuatis occasione præmissorũ pro dicto D. constitueñ. & eius nomine (cum soleni pacto, de aliquid alterius nõ petẽdo) quietandum, liberandũ, pœnitus & absoluendũ, finemq́; & literas quietatorias, siue quietantiam, seu quietãtias, & quæcunq; publica instrumenta ad hæc necessaria faciendum & concedendum.

Clausula ad lites.

Et si necesse fuerit, pro præmissis omnibus & singulis, & eorum occasione, p̃dicto cõstitueñ. & eius nomine, corã quibuscũq; iudicibus, ecclesiasticis, & sæcularibus, quacunque auctoritate fungentibus, & functuris, comparendum, agendum, & defendendũ, libellũ, seu libellos, & quascunq; alias petitiones summarias, verbo, vel in scriptis dãdũ, & recipiendnm, dariq́; & recipi videndũ, exceptiones p̃ponẽdũ, replicandũ, duplicandũ, triplicandũ, & si opus fuerit, quadruplicandũ, litẽ, seu lites contestandũ, & contestari videndũ, da calumnia vitãda, & veritate dicẽda, & cuiuslibet alterius generis licitum iuramentum, in animã ipsius D. cõstitueñ. præstandum, ponendum, & articulandum, poniq́; & articulari videñ. positionibus & articulis partis aduersæ respondendum, suisq́; responderi petendum, testes, acta, literas, instrumenta, & alia munimenta p̃ducendũ, testes partis aduersæ iurare videñ. cõtra testes, & eoꝝ dicta, ac literas, & instrumẽta, & alia munimẽta, cõtra ipsũ dñm constitueñ. producta & producenda, dicẽdum & excipiendum, crimina & defectus opponendũ, probandum, p̃testandum,

dicendum & allegandum, beneficium absolutionis, simpliciter, vel ad cautelam, ac restitutionis in integrum, & quæcunque alia iuris remedia, ac quascunque literas gratiam seu iustitiam in se continen. petendum, obtinendum, & impetrandum, & exaduerso impetratis & obtentis, contradicendum & impugnãdum, iudicis officium humiliter implorandum, expen. damna, & interesse taxari petendũ, & super ipsis, si necesse fuerit, iurandum, in causa & causis huiusmodi cõcludendum, & concludi videndum, sententiam seu sententias, tam interlocutorias quàm diffinitiuas audiendum, & ferri petendum, & ab eis, & earum qualibet. ¶ Necnon ab intrusione dictorum canonicatus & præben. ac alterius beneficii supradicti, si qua est, vel pro tempore fuerit cõtra quoscunque intrusos & intrudendos, seu alio quocunque grauamine illato vel inferendo prouocandum, & appellandũ, dictosque intrusos & intrudendos eorundem occasione ad Ro. Cu citandum, terminumque comparationis præfigendum. Atque prouocationes & appellationes huiusmodi ad dictam Rom. Cu. omni meliori modo deuoluendi, ac deuolui faciendi, easque prosequendum & aduersariis, ac dictis intrusis & intrudẽdis: aliisque quibus opus fuerit publicandum, intimandum, insinuandum & notificandum, ac publicari, intimari, & insinuari faciendum, cæteras que diligentias necessarias faciendum, Apostolosque semel & pluries, ac instanter, instantius, & instantissime petendum & obtinendum, necnon intimandum quascunque appellationes, tam iudiciales, quàm extra iudiciales, super quibuscunque beneficiis & rebus ac apostolos debite petendũ, & quascunque literas citatorias, inhibitorias, absolutorias, sequestratorias, & executoriales, a quibuscunque iudicibus, & Auditoribus emanatas, & in posterũ emanandas, per ipsum D, constituentem, super quibuscunque beneficiis ecclesiasticis, & rebus aliis, pro tempore obtentas, & impetratas, ac obtinendas & impetrandas, omnibus & singulis personis, de quibus expediens fuerit, præsentandum, notificandum, publicandum, ac illas exequi petendum & exequendum, iuxta earum formam & tenorem, & quoscunque actus, circa id necessarios, exercendũ & faciendũ.

Clausula substituen.

¶ Vnum quoque vel plures, procuratorem, seu procuratores, loco sui & cuiuslibet ipsorum, cum simili, aut limitata potestate, substituendum, eumque vel eos reuocãdum, & onus procurationis huiusmodi in se reassumendum, toties quoties opus fuerit, & ipsis, seu eorum alteri, videbitur expedire, præsenti procuratorio nihilominus in suo robore duraturo.

Clausula generalis.

¶ Et generaliter, omnia alia & singula faciendũ, dicendum, geren. exercen. & procurãdum, quæ in præmissis, & circa ea necessaria fuerint, seu quomodolibet opportuna: & quæ ipsemet D. constituẽs faceret, & facere posset, si præmissis omnibus & singulis, præsens & personaliter interesset, etiam si talia forent, quæ mandatũ exigerent magis speciale, quàm præsentibus est expressum.

Clausula ratihabitioñ.

¶ Promittens insuper idem D. cõstituens, mihi notario publico infrascripto, tanquam publicæ & autenticæ personæ, solenniter stipulañ. & recipieñ. vice ac nomine omnium & singulorum, quorum interest, intererit, aut interesse poterit quomodolibet in futurum, se ratum, gratum, atque firmum, perpetuo habiturum, totum id, & quicquid per dictos procuratores suos constitutos, ac substituendos ab eis, seu eorum altero, actum, dictum, gestum, factum, vel procuratum fuerit in præmissis, seu aliquo præmissorum.

Clausula releuationis.

¶ Releuans nihilominus exnunc, & releuare volens eosdẽ procuratores et quẽlibet eorũ ab omni onere satisdandi, ac iudicio sisti, & iudicatum solui, cum omnib9 & singulis clausulis necessariis & opportunis, sub hypotheca & obligatione omnium & singulorum bonorum suorum, mobilium & immobilium, præsentium & futurorũ, ac qualibet alia iuris & facti renunciatione ad hæc necessaria,

pariter & cautela. ℭ Super quibus omnibus & singulis præmissis, idē dñs N. cõstituens, sibi a me notario publico infrascripto, vnum, vel plura, publicum, seu publica, fieri petijt atq; confici instrumentum & instrumenta. ℭ Acta fuerunt hæc Romæ in domo habitationis mei notarij infrascripti. Sub anno &c. Indictione, die, mense, & Pontificatu quibus supra. Præsentibus ibidem honorabilibus viris dominis A. B C. clericis N. & N. dioc. testibus ad præmissa vocatis specialiter, atque rogatis.

Et ego R. O. Clericus A. vel N. dioc. publicus, apostolica & Imperiali auctoritatibus, notarius. Quia dict. procuratorum constitutioñ. potestatis dationñ. ratihabitioñ. releuatioñ. omnibusq; aliis & singulis, dum sic, vt præmittitur, fierent & agerentur, vna cum prænominatis testibus præsens interfui. Eaq; sic fieri vidi, & audiui, ac in notam sumpsi. Ideo ex ea hoc præsens publicum instrumentum, manu alterius fideliter scriptum, subscripsi, publicaui, & in hanc publicam formam redegi, signoq;, nomine, & cognomine meis solitis, & consuetis communiui, in fidem & testimonium omnium & singulorum præmissorum rogatus & requisitus.

Alia cõstitutio procuratorũ magis succincta ad prosequeñ. expectatiuam, pro creato in vna, & ad largam in alio.

Ad ipsius Dñi constituentis nomine, & pro eo, quandam gratiam apostolicam expectatiuam. sibi per præfatum dominum nostrum Papam gratiose factam & concessam, sub data Romæ apud sanctum Petrum, Anno incarnationis M D L X. Caleñ. Septembris Pontificatus dicti Domini Pij Papæ IIII Anno Primo de canonicatu dictæ ecclesiæ N. cum reseruatione, & sub expectatioñ præbendæ ac dignitatis, personatus, administrationis vel officij eiusdem ecclesiæ, ac alterius beneficij ecclesiastici cum cura, vel sine cura, ad collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, seu quamuis aliam dispositionem R. in Christo patris, & domini, domini Dei, & apostolicæ sedis gratia Episcopi N. necnon venerabilium virorum &c. vt supra cõmuniter vel diuisim pertineñ. prout in literis apostolicis desuper confectis plenius continetur, prosequendum, & pertractandum. Literasq; ipsas, & processus earũ vigore, habitos & habeñ. executorib⁹ & subexecutoribus in eis deputatis & deputandis, ac aliis ad quos spectat, de quibus, ac vbi, qñ, & quoties opus fuerit, præsentandum, intimandum, insinuandum, & notificandum. Ipsosq; & eorum quemlibet, vt literis & processibus huiusmodi pareant & obediant, sub pœnis & censuris in eisdem contentis, monendum & requirendum. Præbeñ. vero, ac dignitatem, personatum, administrationem vel officium dictæ ecclesiæ N. & aliud beneficium huiusmodi cum cura, vel sine cura, si vacant, aut cum simul vel successiue vacauerint, cum protestationibus consuetis, & præsertim, quatenus sibi dictæ gratiæ vigore debeantur, alioqui gratia sua salua maneat & illæsa, acceptandum, & post acceptationem huiusmodi, eidem domino constituenti, cum omnibus iuribus & pertinentijs suis conferri, & assignari, ac de illis prouideri, seq; nomine quo supra procuratorio, in & ad corporalem, realem, & actualem possessionem præbeñ. dignitatis, administratioñ. personatus, & officii, ac alterius beneficii, iuriũq; & pertineñ. prædictorum recipi, admitti, poni, & induci, ac in dicta ecclesia N. in canonicum recipi & in fratrem, stallumq; sibi in choro, & locum in capitulo dictæ ecclesiæ N. cũ dicti iuris plenitudine, assignari, ac de præbeñ. dignitatem, personatum, administrationem, vel officium dictæ ecclesiæ N. & ad aliud beneficium huiusmodi, vt est moris, admitti peteñ. facieñ. & obtinendum. Necnon in animam ipsius domini constitueñ, de obseruandis statutis & consue-

tudinibus dictæ ecclesiæ N. iurandum, & quodlibet aliud licitum, honestum & consuetum iuramentum præstandum, dictam possessionem intrandum, apprehendendum, manuteneñ. & defendendum. Necnõ acceptationes & prouisiones prædictas, in dicta ecclesia. N. & in loco alterius bñficij huiusmodi, ac alibi, vbi quando, & quoties opus fuerit, publicandum, ac illas, & publicationem huiusmodi possessoribus & intrusis, ac aliis quibuscunq; intimandum & notificañ. cæterasq; diligentias necessarias facieñ. Dictos quoq; canonicatum & præbeñ. ac dignitatem, personatum, administrationem, vel officium, & aliud beneficium huiusmodi, in spiritualibus & temporalibus regendum, & gubernandum, regiq; & gubernari, ac illis in diuinis laudabiliter deseruiri faciendum, fructus quoq;, redditus, & prouentus, iura'q;, obuentioñ. & emolumenta, &c. vt supra in proxima constitutione per totum.

Constitutio ad prosequeñ. expectatiuam pro creato in duabus ecclesiis.

Ad ipsius domini constitueñ. nomine, & pro eo, prosequeñ. quandam gratiam apostolicam expectatiuam, sibi, per præfatum D.N. Papam de duobus canonicatibus, cũ reseruatione totidem præbendarum N. & N. ecclesiarum, ac dignitatis, personatus, administrationis, vel officij alterius earundem ecclesiarum, necnon præstimoniis, præstimonialibus portionibus, & simplicibus beneficiis, in ciuitatibus, vel dioc. N. & N. consisteñ. sub dat. Romæ &c. M D L X, Kal. Iunii, Pontificatus sui, Anno primo, gratiose factam, & concessam, prout in literis apostolicis, super huiusmodi gratia cõfectis, plenius continetur, literas'q; ipsas, & processus, earum vigore, habitos & habendos, Reuerendis in Christo patribus & dominis, dominis, Dei & apostolicæ sedis gratia, Episcopis N. & N. ac venerabilibus & circumspectis viris dominis N. & N. ecclesiarum capitulis, ac illi, vel illis, ad quem, vel ad quos, in eisdem ecclesiis, præbendarum, ac dignitatum, personatuum, administrationum, vel officiorum, necnon præstimoniorum, præstimonialium portionum, & simplicium beneficiorum, &c. collatio, prouisio, præsentatio, electio, seu quæuis alia dispositio, communiter vel diuisim pertinet, omnibus'q; aliis & singulis, quorum &c. præsentandum, intimandum, insinuandum, & notificandum. Ipsos'q;, & eorum quemlibet, sub sententiis, censuris & pœnis, in dictis literis & processibus contentis, vt literarum huiusmodi plenariam expeditionem faciant, & ad omnia procedant, iuxta earundem continentiam & tenorem, monendum & requirendũ, petendũ'q; se nomine quo supra procuratorio, in præfatis ecclesiis N. & N. in canonicũ recipi, & in fratrem, stallum'q; sibi in choro, & locum in capitulo vtriusq; ecclesiarum prædictarum, cum plenitudine iuris canonici, assignari: Præbeñ. vero ipsarum ecclesiarum, ac dignitatem, personatum, administrationem, vel officium alterius earundem, necnon præstimonia &c. vacañ. vel vacaturas, præfato domino constitueñ. debitas, & debendas, cum protestationibus in talibus fieri solitis & consuetis, acceptañ. ac sibi de eis & qualibet earum, & cum plenitudine iuris canonici, ac omnibus iuribus & pertineñ. suis, conferri & assignari, atq; de illis prouideri, seq;, nomine quo supra, in & ad corporalem, realem, & actualem possessionem canonicatum, & præbeñ. ac dignitatis, personatus, administrationis, vel officii, necnon præstimoniorum &c. iurium'q; & pertineñ. prædictorum, induci, ac inductum defendi, petendum, faciendum, & obtinendum, ipsam'q; possessionẽ, nomine quo supra intrandum, & recipiendum, tenendum & adipiscendum. Iurandum'q; nomine quo supra, de obseruañ. statutis & consuetudinibus earundem ecclesiarum, & quodlibet aliud licitum iuramentum, per canonicos ipsarum ecclesiarum, in eorum receptioñ. præstari solitum & consuetum, in animam ipsius domini constitueñ. præstandum, dictos'q; canonicatus & præbeñ. ac dignitatem, personatum,

personatum,administrationem,vel officium,ac præstimonia,&c.nomine quo supra,in spiritualibus & temporalibus regendum, & gubernandum, regiq; & gubernari faciendum,fructus quoq;,reditus,prouen.iura,obuention.& emolumenta,canonicatuum & præben.ac dignitatis,personatus,administrationis,vel officii huiusmodi,necnon præstimoniorum &c.nomine quo supra, petendũ,& exigendum,leuandum,& recuperandum,illosq; arrendandum,& ad firmam,seu annuam pensionem dandum,& concedendum,ac de habitis,receptis,leuatis,etiam recuperatis,finem & quietantiam faciendum,dãdum,& exhibendum,cum pacto solenni & valido,de rem habitam,occasione præmissorũ,vlterius non petendo. ¶Et si necesse fuerit,&c. vt infra in proximo sequen. instrumenro.

Instrumentum constitution.procuratorum ad prosequen.gratiã expectatiuã ad duas collationes.

Ad prosequendum & pertractandum ipsius domini constituen.nomine,& pro eo quandam gratiam apostolicam expectatiuam, eidem domino constituen.per præfatum dominum nostrum Papam, sub dat. Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ M D L X. Kal. Iunii, Pontificatus sui anno Primo,de vno vel duobus beneficio,seu beneficiis,ecclesiastico vel ecclesiasticis, etiam si alterum eorum cum cura, aut Decanatus, vel Archipresbyteratus ruralis, quæ dignitas etiam curata, extra tamen cathedralem ecclesiam, reputaretur,seu dignitas,vel personatus,aut quodlibet eorum Canonicatus & præbenda,administratio,vel officium in cathedrali, vel collegiata ecclesia foret,ad dignitatem,personatum,administrationem,vel officia huiusmodi consueuissent, q per electionem assumi,eorumq; alteri,cura immineret animarum. Ad R.in Xpo patrum & dominorum,dominorũ Dei & apostolicæ sedis gratia,Tullen.& Virdunen. Episcoporum. Necnon venerabilium & circumspectorum virorum dominorum,Præpositorũ,Decanorũ,Scholasticorũ,Custodũ,Cantorum,Archidiaconorum & Capitulorũ,singulorumq; Canonicorũ & personarũ Tullen.& Virdunen.Ecclesiarũ,collationem,prouisionem,præsentationem,electionẽ,seu quãuis aliam dispositionem,communiter vel diuisim pertinen.seu pertinens vacan. vel vacaturis gratiose factam,necnon præsentandum,intimandum,insinuandum & notificandum,præsentariq;,intimari.insinuari,& notificari faciendum & petendum,literasq; apostolicas,super huiusmodi gratia confectas, processusq; desuper fulminatos & fulminandos,præfatis dominis Episcopis,Præpositis,Decanis Scholasticis, Custodibus, Cantoribus, Archidiaconis, Capitulis, Canonicis, & personis,necnon executoribus, & subexecutoribus in literis apostolicis, & processibus huiusmodi datis seu dandis,deputatis,seu deputandis, omnibusq; aliis & singulis,quorũ interest,intererit,seu interesse poterit quomodolibet in futurũ, nouosq; processus,si necesse fuerit,decerni & fulminari petendum,& obtinendũ ipsosq; executores & subexecutores,ac eorum quemlibet,vt ad executionem literarum apostolicarum & processuum eorundem procedant,sub pœnis, sententiis & censuris in eisdem contentis monendum,& requirendum, ac quodcunq; seu quæcunq; beneficium vel beneficia ecclesiasticum, seu ecclesiastica,sibi,dictæ suæ gratiæ vigore,debita seu debenda,cum solemnitatibus,seu protestationibus in huiusmodi fieri solitis & consuetis,acceptan.sibiq; de illo vel illis,prouideri & inuestiri petendum & obtinendum,necnon beneficii, seu beneficiorũ huiusmodi possessionem corporalem,realem,& actualem,petendum,capiendum,intrandum,nanciscendum,tenendum:regendum,& gubernandum,& si Canonicatus & præben.fuerit, seu ipsa duo fuerint, stallum sibi in choro, & locum in capitulo ecclesiæ vel ecclesiarum,in qua,seu quibus canonicatus & præben.fuerint,seu fuerit,vt præfertur,cum plenitudine iuris canonici,assignari petendum

& faciendum, de obseruandis quoq; statutis & consuetudinibus ecclesiæ vel ecclesiarum, in qua seu quibus canonicatus & præben. siue beneficium, aut beneficia huiusmodi fuerit vel fuerint, vt præfertur, solitum vel solita, de iure debitum vel debita, necessarium vel necessaria, iuramentum, seu iuramenta, præstandum, fructus quoq;, redditus, prouentus, iura, obuentiones, & emolumēta, de beneficiis huiusmodi quomodolibet prouenien. petendum, locandum, dislocandum, arrendandum, & ad firmam, seu annuam pensionem dandum, & concedendum, ac in vsum ipsius domini constituentis conuertendum, in toto vel in parte, obligation. canonicas prouision. & pacta quæcunq; licita & honesta faciendum, recipiēdum de præceptis & leuatis, finem, quietātiam & pactum, de rem solutam vlterius nō petendo faciendum, acceptationemq; & prouisionem prædictas, in loco beneficii seu beneficiorum huiusmodi, seu alias, vbi expedierit intimandum, insinuandum notificandum & publicandum, dictisq; beneficiis, seu beneficio in diuinis laudabiliter deseruiri faciendum.

Clausula ad lites breuis.

Et si necesse fuerit pro præmissis omnibus & singulis, in quocunque foro coram quibuscunque dominis Iudicibus & commissariis, tam ordinariis quàm extraordinariis comparendum & agendum, ac ipsum dominū constituen. & eius iura defendendum, libellum, seu libellos, & quascunq; petitiones summarias, dandum & recipiendum, dariq; & recipi vidēdum, litem, seu lites cōtestan. seu contestari videndum. Calumniæ, & quodcunq; alterius generis licitum iuramentum, in animam ipsius domini constituen. & ipsius nomine, præstandum, & exaduerso præstari videndum, ponendum, & articulandum, poniq; & articulari videndum, necnon ad omnes & singulos actus & terminos iudiciales, tam substantiales, quàm accidentales, liti necessarios, in quacunq; curia, tam ecclesiastica quàm sæculari, atq; instantia procedendum, & procedi videndum, ac eos tenendum, & obseruandum, sententiam, seu sententias, tam interlocutorias, quàm diffinitiuas ferri petēdum, & audiendum, & ab ea, vel eis, & a quocunq; alio grauamine, ipsi domino constituen. illato vel inferendo prouocandum, & appellan. apostolosq; semel & pluries debita cum instan. petendum & obtinendum appellationemq; & appellationes huiusmodi intimandum, & prosequen. ipsasq; ad Rom. Cu. si opus fuerit, deuoluen. & deuolui facien. expen. damna & interesse taxari petendum & faciendum, ac super ipsis, si necesse fuerit, iurandum. ¶ Vnū quoq; vel plura, &c. instrumentum vel instrumenta &c. ¶ Et generaliter &c. ¶ Super quibus &c. ¶ Acta, &c. Sub anno, &c. Præsentibus &c.

Constitutio procuratorum ad prosequen. expectatiuam in forma pauperum.

In nomine domini. Amen. &c. Specialiter & expresse. Ad ipsius domini constituen. nomine, & pro eo prosequen. quandā gratiam expectatiuam sibi p præfatum dominum nostrū Papam, in communi forma pauperum gratiose factam, de vno beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, &c. vsq; ad collationem vel prouisionem R. in Xpo Patris, & domini, domini Archiepiscopi Bremen. prout in literis apostolicis, super huiusmodi gratia confectis, plenius continetur, Literasq; ipsas & processus, earum vigore habitos & habendos, præfato domino Archiepiscopo Bremen. ac executoribus & subexecutoribus in dictis literis, siue processibus deputatis & deputandis, omnibusq; aliis, quorū interest, intererit, seu interesse poterit quomodolibet in futurum, præsentandum, intimandum, insinuandum & notificandū, præsentariq;, intimari, insinuari, ac notificari peten. Ipsosq; & eorum quemlibet, monendum & requirendum, moneriq; & requiri faciendum, sub sententiis, censuris,

& pœnis in dictis literis & processibus contentis, vt ad executionem dictarum literarum & processuum huiusmodi, iuxta earum, vim, formam, cōtinentiam & tenorem procedant, seu alter eorum procedat. Necnon beneficium huiusmodi, cū vacauerit, ad collationem dicti N. Archiepiscopi N. pertinens, præfato domino N. constituen̄. de iure, vigore dictæ suæ gratiæ, debitum, seu debendum, cum protestationibus in talibus fieri solitis & consuetis, acceptandum. Illudq́ꝫ post acceptationem huiusmodi, cum omnibus iuribus & pertinen̄. suis præfato domino constituen̄. conferri, ac de eo prouideri, seq́ꝫ nomine quo supra in & ad corporalem, realem, & actualem possessionem beneficij, iuriumq́ꝫ & pertinen̄. prædictoꝝ poni, induci, ac inductum defendi. Ipsumq́ꝫ dominum constituentem, si beneficium huiusmodi canonicatus & præben̄. fuerit in canonicum, & in fratrem recipi, stallumq́ꝫ sibi in choro & locū in capitulo, cum plenitudine iuris canonici assignari, & ad illud, vt moris est, admitti petendum, faciendum, & obtinendum, acceptationemq́ꝫ & prouisionem prædictas, in loco beneficij huiusmodi, & alibi vbi expediens fuerit, publicandum, intimandum, insinuandum, & notificandum. Necnon beneficium huiusmodi in spiritualibus & temporalibus regendum, gubernandum, regiq́ꝫ & gubernari, ac ei in diuinis debite deseruiri faciendum, fructus quoq́ꝫ, redditus, & prouen̄. ex dicto beneficio, seu canonicatu & præben̄. prouenturos, nomine quo supra, petendum, &c. vt supra in fine instrumenti ad prosequen̄. gratiam pro creato in duabus, cum remissione in eam.

Vel sic in forma meliori.

Ad prosequen̄. ipsius Domini constituen̄. nomine, & pro eo quandam gratiam apostolicam expectatiuam in communi forma pauperum eidem domino constituen̄. per præfatum dominum nostrum Papam, de beneficio ecclesiastico, cum cura, vel sine cura, etiam si canonicatus & præben̄. fuerit, vacan̄. vel vacaturo, sub dat. Romæ apud sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ M D L X, Kal. Feb. Pont. sui anno secundo. Ad collationem, prouisionem, præsentationem, seu quamuis aliam dispositionem venerabilium & religiosarum dominarum Abbatissæ & conuentus Monasterii N. ord. Sancti N. dioc. gratiose factam & concessam, prout in literis apostolicis super huiusmodi gratia confectis, processibusq́ꝫ indesecutis plenius continetur, literasq́ꝫ ipsas, &c. vt supra.

Constitutio procuratorum ad prosequen̄. gratiam, siue literas Apost. de canonicatu & præben̄. vacan̄. & auctoritate Apost. collatis.

In nomine domini Amen. &c. Ad ipsius domini constituen̄. nomine, quandam gratiam apostolicam, dicto constituen̄ de & super quibusdā canonicatu & præben̄. ecclesiæ N. nuper certo modo vacan̄. & ipsi dn̄o constituenti, per præfatum D. N. Papā collatis, prout in literis apostolicis desuper confectis plenius continetur, concessam prosequendum. Literasq́ꝫ ipsas, & processus, earum vigore, habitos & habendos R. in Christo P. & D. Dei & apostolicæ sedis gratia Episcopo N. eiusq́ꝫ in spiritualibus & temporalibus Vicario & officiali generali, necnon venerabilibus & circumspectis viris, dn̄is Decano, Scholastico, & Capitulo ecclesiæ N. executoribus & subexecutoribus in dictis literis & processibus deputatis, omnibusq́ꝫ aliisq́ꝫ & singulis, quoꝝ interest, intererit, seu interesse poterit quomodolibet in futurum communiter vel diuisim præsentandum, intimandum, insinuandum, & notificandum, ipsosq́ꝫ & eorum quemlibet, sub censuris & pœnis in literis & processibus prædictis contentis monendum & requirendum quatenus huiusmodi

literis & processibus (prout ad eos communiter vel diuisim spectat & pertinet) pareant & obediant, & ad vlteriorem literarum & processuum prædictorum executionem procedant, seu alter eorum procedat, iuxta illarum, vim, formam, & tenorem, dictumq; dominum constituen. aut eius procuratores, seu alterū ex eisdē pro eo, eius nomine, in & ad corporalem, realem, & actualem possessionem canonicatus, & præben. iuriumq; & pertinen. omnium eorundem, auctoritate apostolica inducant, & inductum defendant, & ad eandem præben. in præfata ecclesia N. in canonicum recipi faciant, & in fratrem, stallumq; sibi in choro, & locum in capitulo ipsius ecclesiæ, cū plenitudine iuris canonici, sibi'q;, nomine quomodo supra, assignent, amoto exinde quolibet detentore, necnon eundē dnūm constituen. vel dictos procuratores, aut eorum alterum pro eo, ad canonicatum & præben. huiusmodi, vt moris est, admittant, & admitti faciant, dicto'q; domino cōstituen. vel eisdem procuratoribus suis pro eo, & eius nomine, de ipsorum canonicatus & præben. fructibus, redditibus, prouen. iuribus, & obuen. vniuersis (put in dictis literis & processibus mandatur) cum integritate respondeant, ac faciāt ab aliis plenarie responderi, necnon de obseruandis statutis & consuetudinibus ecclesiæ N. huiusmodi ac quodcunq; aliud licitum & honestum iuramentum, per canonicos ipsius ecclesiæ N. præstari solitum, in animam ipsius domini cōstituen. præstandum & iurandum, possessionem quoq; realē, corporalē, & actualem canonicatus & præben. huiusmodi, iuriumq; & pertinen. prædictorum petendum, intrandum, adipiscendum, regendum, gubernandum, & manutenendum seu regi & gubernari, ac in diuinis deseruiri faciendum, fructus quoq;, redditus, & prouen. iura, obuen. & emolumenta quæcunq; ex eisdem canonicatu, & præben. prouenien. recipien. exigendum & leuandum, eosdem locandum, & dislocandum, arrendandum, & ad firmam, seu annuam pensionem dandum, & concedendum, in toto, vel in parte, prout eisdem procuratoribus visum fuerit expedire de perceptis, habitis & leuatis quietandum & pactum, de rem solutam vlterius non petendo faciendum. ¶ Et si necesse fuerit, vt supra in constitutione ad prosequendum gratiam ad duas collationes. ¶ Et generaliter &c. Promittens, &c. ¶ Super quibus, &c. Actum &c. Præsentibus, &c.

Constitutio procuratorum ad prosequen. gratiam siue literas apostolicas de ecclesia prouisionis parochiali, vacan. extra Cu. & auctoritate Apostolica collata.

In nomine Domini. &c. Ad ipsius domini constituen. nomine, & pro eo quandam gratiam sibi per præfatū S.D.N. Papam, de parochiali ecclesia N. N. dioc. quam quondam N. ipsius ecclesiæ rector, dum viueret, obtinebat, per obitum eiusdem N. qui extra Rom. Cu. diem clausit extremum, vacan. de qua eisdem N. prouisum extitit, auctoritate apostolica, sub data, &c. gratiose factam & concessam, prout in literis apostolicis inde confectis plenius cōtinetur, deducendū & prosequendum, literas'q; ipsas, & processus, earundem vigore habitos & habendos R. in Christo patri, & domino domino Episcopo N, vel eius in spiritualib' Vicario, ac illi, vel illis, ad quem, vel ad quos, dictæ parochialis ecclesiæ N. collatio, prouisio, præsentatio, electio, seu quæuis alia dispositio communiter vel diuisim pertinet. Necnon dominis executoribus, in dictis literis & processibus nominatis & deputatis, ac etiā deputandis, & eorum cuilibet, ac cæteris quibuscunq; personis, de quibus visum fuerit expedire, præsentandum, intimandum, insinuandum, & notificandum. Ipsosq; & eorum quemlibet, vt ad execution. dictarum literarum & processuum desuper habitorum, seu habendorum, iuxta illarum formam & tenorem procedant, requirendum, & se nomine quo supra in rectorem, seu Vicarium dictæ pa-

rochialis ecclesiæ de N. cum iuribus & pertineñ. eiusdem, vt moris est, recipi & admitti petendum & obtinendum. Necnon corporalem, realem, & actualem possessionem, dictæ parochialis ecclesiæ N. iuriumq; & pertineñ. eiusdem petendum, apprehendendum, nanciscendum, intrandum, & adipiscendum, se'q; in huiusmodi possessionem poni & induci, ac inductum defendi, faciendum, ipsam'q; Ecclesiam N. suo nomine, tenendum, regendum, & defendendum, ac in spiritualibus & temporalibus regendum, gubernandum, seu regi & gubernari, illiq; in diuinis laudabiliter deseruire faciendum, necnon Vicerectorem, conuentorem, aut capellanum, seu capellanos, qui inibi deseruiant, ponendum, illos'q; deponendũ & amouendum, prout dictis procuratoribus suis visum fuerit expedire, fructus quoq;, redditus, & proueñ. dictæ ecclesiæ percipiendum, leuandum, & a quibuscunq; debitoribus recuperandum, ipsos'q; fructus, redditus, & proueñ. ad firmam seu annuam pensionem dandum & concedendum, de'q; receptis, habitis, & recuperatis quietandum, &c.

Constitutio ad prosequendum conquestum.

Ad ipsius Domini constitueñ. nomine, & pro eo, nonnullas literas apostolicas in forma conquestus, ad instañ. dicti domini constitueñ. a præfato Dño N. Pio Papa IIII contra & aduersus quosdam N. & N. sub dat. Romæ apud sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ M D X L. Pont. sui anno Primo emanatas, executoribus in eisdem literis apostolicis deputatis, præsentandum, & illas ad totalem eorum effectum prosequendum, ipsos'q; executores, vt ad executionem dictarum literarum apostolicarum procedant, sub pœnis & censuris in eisdem literis contentis, monendum & requirendum, pecunias, res & bona, dicto domino constitueñ. per supradictos N & N debita tradi & assignari petendum, ipsas'q;, seu ipsa, exigendum, recuperandum & leuandum, de'q; leuatis, & præceptis quietandum, ac finem & quietantiam, de rem hebitam vlterius nõ petẽdo faciendum. ¶ Et si necesse fuerit, pro præmissis omnibus & singulis, in quocunq; foro, siue iudicio, coram quibuscunq; iudicibus & commissariis, tam ordinariis quàm extraordinariis comparendum, & agendum &c. vt in constitutione ad prosequendum expectatiuam ad duas collationes, cum remissione in eadem.

Constitutio siue mandatum gñale ad quæcunq;.

In nomine Domini. Amen. &c. Ad ipsius Domini constitueñ. nomine, & pro eo quæcunque, quodcunq;, & qualiacunq; beneficium seu bñficia ecclesiasticũ vel ecclesiastica cũ cura vel sine cura, et si canonicatus & præbeñ. dignitas, personatus, administratio vel officiũ fuerit, eidem dño constitueñ. apostolica vel ordinaria, aut quauis alia auctoritate, etiã iurispatronatus a quibuscunq; personis collatoribus, seu collatricibus, cuiuscunq; status, dignitatis, ordinis, conditioñ. vel præeminentiæ extiterint, collatum vel collata, aut conferendum vel conferenda, quarumcunq; literarum apostolicarum siue gratiarũ expectatiuarum, seu nominationum vel primariarum precum a quocunq; emanatarum, ipsi D. constitueñ. concessarum hactenus & in posterũ concedendarum, etiam processuum desuper decretorum, & fulminatorum vigore, eidem domino constitueñ. debitum, & debita, ac sub huiusmodi gratiis compræhensum vel compræhensa, cum protestationibus solitis & consuetis acceptañ. & recipieñ. sibi'q; illud, vel illa, dicto nomine, conferri & assignari, ac de eis etiam prouideri respectiue. Necnon se etiam, ad illud vel illa præsentari & inuestiri faciendum, petendum & obtinendum. Literas'q; & instrumẽta & alia documenta publica, ac processus desuper necessarios impetrañ. & fulminari peteñ. literas'q; ipsas & processus executoribus & subexecutorib^, iudicibus, & commissariis quibuscunq; inibi deputatis & eorum cuilibet, præsen-

tandum, intimandum, insinuandum, & notificandum. Ipsosq; & eorum quemlibet, ac alios quoscunq; interesse putañ. sub poenis, sententiis, & censuris ecclesiasticis, in literis & processibus huiusmodi contentis, vt eisdem literis & processib' pareant & obediant, realiter & cum effectu. Sibiq; possessionem dictorum beneficiorum tradant & assignent, semel & pluries petendum, requirendum, & monẽdum, ac requiri & moneri faciendum. Ac se nomine quo supra in canonicũ quarumcunq; ecclesiarum recipi, & in fratrem, stallumq; sibi in choro, & locum in capitulo earundem ecclesiarum assignari, ac in possessionem, seu quasi realem, actualem & corporalem, quorumcunq; beneficiorum collatorum, seu conferendorum, iuriumq; & pertinentiarum omnium eorundem, poni, recipi, & induci, ac inductum defendi petendum, faciendum, & obtinendum. Ipsamq; possessionem capiendum, apprehendendum, intrandum, manutenendum, defendendum, & cõtinuandum. Necnon de obseruandis statutis & consuetudinibus dictarum ecclesiarum, in qua, seu quibus beneficium, seu beneficia, etiã canonicatus & præbeñ. huiusmodi forsan fuerint, ac aliud quodcunq; licitum & honestum iuramentum præstari solitum, in animam ipsius domini constituentis præstandum, & subeundum. Dictaq; beneficia, etiam canonicatus & præbeñ. collata & conferenda, in spiritualibus & temporalibus regendum & gubernandum, & illis in diuinis laudabiliter deseruiendum & deseruiri, ac regi & gubernari faciendum & procurandum, fructus quoq; redditus & prouentus, iura, obuentiones, & emolumenta quæcunq;, beneficiorum quorumcunq; prædictorum. Necnõ quascunq; alias pecuniarum summas, debita, obligata, res, & bona, ex quauis causa, etiam iure hæreditario per quoscunq; sibi debitas & debita, ac debendas & debenda, petendum, moneñ, exigeñ. recuperañ. subleuañ. recipieñ. ac locandum, dislocandum, arrendañ. & ad firmam, seu annuam pensionem perpetuo vel ad tempus, pro precio, & nomine precii, personæ seu personis de quibus eisdem procuratoribus suis, vel eorum alteri, ac eorum substitutis vel substituendis videbitur, dandum & concedendum. Deq; habitis, receptis & leuatis (cum pacto solemni, de rem receptam vlterius non petendo) quietãdum, absoluendũ & liberandum, ac quietantias, instrumenta & alia documenta publica desuper dandum & concedendum. Necnon omnia & singula negocia, causas, lites, quæstiones, controuersias, & differentias tam beneficiales, q̃ criminales, ciuiles, prophanas, pecuniarias, iniuriarum & mixtas honorem, statum, bonaq; ipsius domini constituentis concerneñ. contra ipsum dominum constituentem, per quascunque personas, tam ecclesiasticas q̃ sæculares, ex quacunq; causa, seu occasione motas, seu in posterum mouendas, & quas etiam ipse dominus constituens, contra quascunq; personas mouere vult & intendit, eiusdem domini constitueñ. nomine & pro eo prosequeñ. deducendũ ac agendum & defendendum. ¶ Et si necesse fuerit super præmissis, omnibus & singulis, &c. vt supra.

Constitutio procuratorũ ad capiendũ possessionẽ, appellandũ ab intrusione, ac ad cõcordandũ, & permutandũ, & cõsentieñ. in assignationẽ pẽsionis.

In nomine domini Amen. &c. Ad ipsius domini constitueñ. nomine, & pro eo corporalem, realẽ, & actualem possessionem parochialis ecclesiæ. N. N. dioc. iuriumq; & pertineñ. omniũ eiusdem capiendum, intrandum, appræhendendum, manuteneñ. & defendeñ, ac ipsum recipi in rectorem, & possessionẽ sibi conferri petendum, & obtinendum, necnon contra & aduersus quæcunq;, ipsius beneficii, indebite detentorem & occupatorem. Omnesq; alios & singulos, sua communiter vel diuisim interesse putañ. literas citatorias, monitoria, excommunicatorias, aggrauatorias, &

reaggrauatorias & alias quascunq; iustitiam vel gratiā in se continen̄. impetran̄. & alias quibuscunq; iudicibus & personis, ad id potestatem habentibus cōmitti faciendum & procurandum, necnon cuiuslibet ipsarum, executionū prosequen̄. seu impetrari, prosequi, & tractari faciendum & petendum, causam & causas super dicto beneficio de N. ad Rom. Cu. deuoluendum & deuolui faciendum, ac ab intrusione huiusmodi, si qua in eo sit, & aliis quibuscunq; grauaminibus, ad præfatum dominum nostrum Papam, & ad sanctam sedem Apostolicam prouocandum & appellandum, apostolos petendum & obtinendum, ac possessionem dicti beneficii vacan̄. petendum & obtinendum, necnon ipsius ecclesiæ fructus, redditus & prouen̄. iura, obuentiones & emolumenta quæcunque petendum, leuandum, exigendum, & capiendum, atq; de illis habitis & receptis quietandū & quietantia, seu quietantias dandum, cum pacto de rem habitam vlterius non petendo, ac illi ecclesiæ in diuinis deseruiri faciendum, eamq; regendum & gubernandum, seu regi & gubernari faciendum, ac arrendandum, seu ad firmā vel annuam pensionem dandum & concedendum. Necnon tractandum, componendū pacificandum & amicabiliter concedendum, cum quibuscunque personis, super dicta ecclesia parochiali N. ius in ea habentibus seu habere putantibus, ipsamq; pure, libere, & simpliciter, vel ex causa permutationis, etiam cum quibuscūq; personis, pro quocunq; alio beneficio ecclesiastico, cum cura vel sine cura, in manibus cuiuscūq; ad id potestatem habentis, etiam coram notario publico & testibus resignandum & ad iurandum, in animam dicti domini constituentis, quod in huiusmodi resignatione non interuenit, neq; interueniet fraus, dolus, simoniæ labes, aut alia quæuis pactio illicita, seu corruptela, ac quācunq; recompensionē super dicta parochiali ecclesia, capiendum, petendum, & obtinendum, expensas quoq; & fructus, in toto vel in parte (prout sibi visum fuerit expedire) remittendum & ipsum dominum constituentem, ab eisdem aduersariis, etiā similibus expen̄. quietari faciendum, ac etiam consentiendum assignationi pensionis annuæ sub fructibus, redditibus, & prouen̄. iuribus, & obuen̄. ipsius ecclesiæ, per ipsum dominum constituentem, & suos in dicto beneficio successores quoscunq;, annis singulis persoluendæ, sub pœnis, sententiis & censuris ad hoc consuetis, prout eisdem procuratoribus visum fuerit expedire. Et super his omnibus & singulis & eorum quolibet, literas publicas & autenticas dandum & cōcedendum & fieri facien̄. peten̄. & procuran̄. & obtinen̄, &c. Vnum quoq; &c. ¶ Et gñliter, &c.

Constitutio ad consentiendū in pensionem.

Ad ipsius domini constituen̄. nomine, & pro eo, annuæ pensionis xii. Floren̄. auri de Camera, super fructibus, redditibus & prouen̄. parochialis ecclesiæ N. N. dioc. per ipsum dominum constituen̄. & successores suos, dictæ ecclesiæ rectores, pro tempore existentes, honorabili viro domino N. clerico N. dioc. quoad vixerit, vel procuratori suo legitimo, pro eo sub censuris & pœnis ecclesiasticis, in similibus apponi consuetis, singulis annis integre persoluendæ, per præfatum dominum nostrum Papam constituendæ, reseruandæ, & assignandæ. Necnon literarum apostolicarum, super huiusmodi pensione assiganda expeditioni libere & expresse consentiendum, & pro dicta annua pensione, in terminis & locis ad hoc statuendis integre persoluē da, eundem dominum constituentem, eiusq; bona, necnon fructus dictæ parochialis ecclesiæ, & suos successores, ipsius ecclesiæ rectores pro tempore existentes efficaciter obligandum, cum renunciationibus, & aliis clausulis ad hæc necessariis & opportunis. Et ad præstandum in animam ipsius domini constituen̄. ad sancta Dei euangelia, corporale iuramentum, de obseruandis omnibus & singulis, quæ in literis apostolicis huiusmodi pensionis assignandæ, deducta & expressa fuerint. Necnon quod in assignatione pensionis huiusmodi non interuenit, neq; interueniet fraus, dolus, simoniæ labes. ¶ Et generaliter omnia alia, &c.

Constitutio procuratorum ad insinuandū, & prosequendū mandatum de prouidēdo in Francia.

In nomine domini Amen. Per hoc præsens publicum instrumentum cunctis pateat euidenter, & sit notū quod anno a natiuitate eiusdem domini. M D L X, Indict. III, die vero prima mensis Iunij, Pont. Sanctissimi in Christo patris, & Dñi N. Dñi Pij, diuina prouidentia Papæ IIII, anno eius Primo. In mea notarij publici, testiumq; infrascriptorum ad hæc specialiter vocatorum & rogatorum præsentia, personaliter constitut. venerabilis vir dominus Rolandus Ostreñ. clericus Ambianeñ. ciuitatis, in Artibus Magister, & perpetuus Capellanus ad altare sancti Honorati situm in insigni cathedrali ecclesia beatæ Mariæ dictæ Ciuitatis Ambianensis, principalis principaliter pro se ipso (citra tamen quorumcunq; procuratorum suorum, per eum hactenus quomodolibet constitutorum, reuocationem) omnib9 melioribus modo, via, iure, causa, & forma, quibus melius & efficacius potuit, & debuit, fecit, constituit, creauit, nominauit, & solenniter ordinauit suos veros, certos, legitimos & indubitatos procuratores, actores, factores, negotiorumq; suorum infrascriptorum gestores, ac nuncios speciales & generales (ita tamen, quod specialitas generalitati non deroget, nec econtra) videlicet, honorabiles viros dominos Baptistam Ostren, eius germanum fratrem, & Antonium des Maretz, eius cognatum ciues Ambianeñ. Necnon venerabiles viros dominos Ioannem Fabri Capellanum dictæ ecclesiæ Ambianeñ. ac Robertum Lungletz Rectorē Parochialis ecclesiæ loci de Fransneuille Ambianeñ. dioc. absentes tanquam præsentes & eorum quemlibet in solidum, ita tamen quod nō sit melior cōditio primitus occupantis, nec deterior subsequentis: Sed quod vnus ipsorum inceperit, alter eorundem id prosequi, mediare, terminare valeat & finire, ac ad effectū debitumq; & finem perducere specialiter & expresse. Ad ipsius domini constitueñ nomine, & pro eo binas literas apostolicas mandati de prouidendo in Francia, Reuerendo & venerabilibus, ac religiosis viris dominis Abbati, & Conuentui sancti Martini, ad Gemellos in claustris canonicorum Ciuitatis Ambianeñ. ordinis sancti Augustini directas, sibi domino constituenti per prælibatum dominum nostrum Papam gratiose concessas, ac processus desuper habendos proseqeñ. & pertractañ. ac processus huiusmodi desuper necessarios fulminari petendum. Literasq; & processus huiusmodi eidem Abbati & Conuentui, necnon executoribus & subexecutoribus in dictis literis deputatis, & subexecutoribus in dictis processibus deputandis, ac aliis quibus & quotiens opus fuerit, præsentandum, intimandum, insinuandum & notificandum, eosq; iuxta illorum formā monendum & requireñ. Ac quocunq; beneficiū ecclesiasticum, vt in dictis literis qualificatum vacans, seu vacaturum, sub eisdem literis comprehensum, cum protestationibus solitis & consuetis acceptandum. Et in euentum recusationis, seu retardationis collatorum, in conferendo, ad executores, seu subexecutores huiusmodi & eorum quemlibet, recursum habendum, & ab eisdem executoribus, siue subexecutoribus, beneficium huiusmodi sibi conferri petendum & obtinendum eiusdem beneficii, necnon quorumcunq; aliorum beneficiorum ecclesiasticorum sæcularium, & regularium, sibi pro tempore collatorum & cōmendatorū possessionem corporalem, realem, & actualem, capiendum, intrandum, & apprehendēdum, tenendum, regendum, & gubernandum, ac in diuinis, prout decet, deseruiri faciendum, fructus quoq;, redditus, ac prouentus, iura, obuentiones & emolumenta quæcunq; colligendum & leuandum, exigendum, percipiendum & recuperādum, arrendandum, locañ. & dislocandum, preciumq; arrendæ, & locationis huiusmodi, similiter exigeñ. Et de habitis, exactis & recuperatis quietañ. & quietantiam, seu quietantias (cum pacto solenni & expresso de rem habitam occasione

ſione præmiſſorum vlterius non petẽdo)dandum,faciendum,& cõcedendũ. Et ſi canonicatus & præbenda fuerint,ſe in canonicũ recipi & in fratrem, ſtallũq; ſibi in choro & locum in capitulo eccleſiæ, ſeu eccleſiarum in qua, ſeu quibus fuerint aſſignari petendum & obtinendum, de obſeruandis ſtatutis & conſuetudinibus earundem eccleſiarum iurandum,& quodcunq; alterius generis licitum & honeſtum iuramentum præſtari ſolitum in animam ipſius domini conſtituentis præſtandum,aliasq; diligentias ad huiuſmodi mandati proſecutionem neceſſarias etiam hic non expreſſas,faciendum.

Clauſula ad lites.

Et ſi neceſſe fuerit pro præmiſſis omnibus & ſingulis, & eorum occaſione in quocunque foro coram quibuſcunque dominis Iudicibus eccleſiaſticis, & ſæcularibus,ac dominis de Parlamento & conſilio, quacunq; auctoritate fungentibus & functuris,& in Parlamento & conſilio prædicto comparen. & agen. Ipſumq; dominum conſtituen. & eius iura in omnibus & per omnia defenden. libellum ſeu libellos & quaſcunq; petitiones ſummarias vel ſimplices verbo,vel in ſcriptis dandum, offerendum, & recipiendum,dariq;, offerri,& recipi videndum. Litem ſeu lites conteſtandum & conteſtari videndum. Calumniæ & quodcunq; alterius generis licitum & honeſtum iuramentum in animam ipſius domini conſtituen.& ipſius nomine,præſtañ. ponendum,& articulandum, poniq; & articulari peteñ.& videndum. Necnon ad omnes & ſingulos actus, & terminos iudiciales,tam ſubſtantiales,quàm accidentales,liti neceſſarios,in quacunq; curia,tam eccleſiaſtica,quàm ſæculari,proceden.& procedi viden.ac eos tenen. & obſeruañ ſententiam,& ſentẽtias,tam interlocutorias, quàm diffinitiuas,ferri petendum,& audiendum,ac ab ea,vel eis,& a quocunq; alio grauamine, illato, vel inferendo,prouocandum & appellandum. Apoſtolosq; ſemel vel pluries,debita cum inſtañ.peteñ.& obtineñ.atq; appellationem & appellationes huiuſmodi intimandum,inſinuandum,& notificandum. Ipſasq;, ac nullitatis cauſas proſequeñ.& pertractañ. Damna,expeñ.& intereſſe taxari petendum, & facieñ. ac ſuper ipſis(ſi neceſſe fuerit)iurandum. ¶ Item domiciliũ,ſeu domicilia,in quo, ſeu quibus ipſe dominus conſtituens,ad quoſcunque actus liti neceſſarios,etiam hic non expreſſos,citari poſſit, & euocari eligendum, & exaduerſo eligi petẽdũ. ¶ Ac quoſcunq; extractus,& copias,a quibuſuis regiſtris,& prothocollis,& aliis locis extrahendum,& extrahi,ac auſcultari petendum,& obtinendum. ¶ Vnum quoq; vel plures,vt ſupra in prima forma &c. ¶ Super quibus &c. ¶ Acta,&c.

Et ego Gabriel Vignodi, Archiuii Romanæ Curiæ ſcriptor. Quia præmiſſis omnibus interfui. Ideo hoc præſens publicum inſtrumentum ſubſcripſi,ſignaui & publicaui in fidem præmiſſorum rogatus.

Conſtitutio procuratorum ad capieñ. poſſeſſionem parochialis eccleſiæ.

In nomine domini Amen. Per hoc præſens publicum inſtrumentum,cunctis,&c. Sit notum,quod anno M D L X, Indictione 3. die vero prima menſis, Iunij, Pont. &c. Pij &c. Papæ IIII, anno eius &c. ¶ In mea notarii &c. pſonaliter cõſtitutus Venerabilis vir dñs R. O. clericus Ambianeñ. in artibus magiſter, principalis &c. citra &c. reuocationem:omnibus melioribus modo &c. vt in pcedeñ. inſtrumẽto, vſq; videlicet,venerabiles viros dominos Io. F. in eccleſia Ambianen. Capellanum & R. L. rectorem parochialis eccleſiæ loci de F. ac dominum A. d. M. ciuem Ambianen. abſentes &c. vt in præceden. inſtrumento, vſque ad ipſius dñi conſtituen. nomine & pro eo,collationem, & prouiſionem parochialis eccleſiæ ſancti Richarii,ſiue Ricardi,loci de doutiet Ambianeñ. dioc. auctoritate apoſtolica

sibi fact. Et quascunque alias collationes & prouisiones, sibi, pro tempore fact. acceptandum, ac ratas & gratas habendũ, eiusdemque parochialis ecclesiæ, & quorumcunque aliorum beneficiorum ecclesiasticorum, sæcularium & regularium, sibi pro tempore collatorum, & commendatorum, possessionem corporalem, realem & actualem capiendum, intrandum, & apprehendendum, tenendum, regendum, & gubernandum, illisque in diuinis, prout decet, deseruiri faciẽdum, fructus quoque redditus, & prouen. iura, obuen. & emolumenta quæcunque, tam parochialis, quàm reliquorum huiusmodi beneficiorum colligendum & leuandum, exigendum, percipiendum, & recuperandũ. & de habitis, exactis, receptis, & recuperatis quietañ liberañ. & absoluen. ac quietantiam, seu quietantias (cum pacto solenni & expresso, de rem solutam vlterius non petendo) dandum, facien. & concedendum, seque in canonicum quarũcunque ecclesiarum recipi, & in fratrem, stallumque sibi in choro & locum in capitulo assignari petendum, de obseruandis statutis & consuetudinibus quarũcunque ecclesiarum iurandum, & quodcunque alterius generis licitũ iuramentum, præstari solitum, in animam ipsius domini constituen. præstañ. Et si necesse fuerit pro præmissis omnibus & singulis, & eorum occasione in quocũque foro, siue iudicio, coram quibuscunque dominis iudicibus, ecclesiasticis & sæcularibus, quacunque auctoritate fungentibus & functuris, tam ordinarijs, quàm extra ordinarijs, delegatis & subdelegatis (etiam in suprema parlamenti curia, Cõsilio, & Cancellaria) comparendum & agendum, ipsumque dominum constituen. &c. vt in præceden. instrumento, vsque articulari peten. & viden. Testes, acta, literas, scripturas, instrumenta, & quæcunque alia munimenta producendum, & exaduerso producta impugnandum, necnon ad omnes & singulos actus, &c. vt ibidem, vsque. ¶ Ac quoscunque extractus. ¶ Vnum quoque, &c. ¶ Et generaliter, &c. ¶ Promittens, &c. ¶ Releuans &c. Super quibus &c. ¶ Act. &c. Præsentibus, &c. vt in dicto instrumento, cum simili subscriptione notarij ibi inserta.

Constitutio procuratorum ad capieñ. possessionem canonicatus & præbeñ ac parochialis ecclesiæ certo modo vacañ. Ac etiam super quadam alia parochiali ecclesia, & quascunque lites &c. prosequeñ. & pertractañ.

In nomine domini Amen. Per hoc præsens publicum instrumentum, cunctis, &c. sit notum quod anno a natiuitate Domini M D L X, Indictione III. die vero vigesima septima mensis Iunij, Pont. &c Sanctiss. &c. Pij, &c. Papæ IIII Anno primo. ¶ In mea notarij, &c. personaliter constitutus Dñs Rolandus Ostren, clericus Ambianeñ. in artibus magister, & perpetuus capellanus insignis cathedralis ecclesiæ beatæ Mariæ Ambianeñ. principalis &c. citra &c. reuocationem (primitus ratificando quæcunque acta, & gesta circa infrascripta per infrascriptos suos procuratores, seu aliquem illorum, prout eadem ratificat & approbat) omnib[us] melioribus modo, &c vt in præceden. instrumeñ. vsque videlicet Dños B. O. eius fratrem germanum, ac A. d. M. eius cognatum, ciues Ambianeñ. & egregios viros Dños I. F. capellanum in eadem ecclesia, ac R. L. rectorem parochialis ecclesiæ loci de F Ambiañ. commorañ. absentes &c. Ad ipsius dñi cõstituen. nomine, & pro eo: Quascunque collationes, & prouisiones quorumcunque beneficiorum ecclesiasticorum, cum cura, vel sine cura, & aliàs quomodolibet qualificatorum, sibi pro tempore, quauis auctoritate factas, acceptandum, ac ratas & gratas habendum, necnõ canonicatus & præbeñ. ecclesiæ Ambianeñ. prædict. ac parochialis ecclesiæ loci Dosfay Ambianeñ. dioc. de quibus nuper tunc certo modo vacañ. eidem domino constituen. apostolica fuit auctoritate prouisum, seu prouideri concessum. Ac

quorumcunq; aliorũ beneficiorum ecclesiasticorum, sæcularium & regularium, sibi pro tempore, prædicta, vel alia auctoritate, collatorũ & cõmendatorum, corporalem, realẽ, & actualẽ possessionem capieñ. intrandum, & apprehendendum, tenendum, regendum, & gubernandũ: Se'q; in canonicum dictæ Ambianeñ. & quarumcunq; aliarum ecclesiarũ in quibus fuerint, & beneficia hmõi, aut aliqua ex eis, canonicatus & præbeñ. extiterint recipi, & in fratrem, stallum'q; sibi in choro, & locum in capitulo ecclesiarũ earundẽ, cum plenitudine iuris canonici, assignari, ac ad prædictam, & quascunq; alia præbeñ. admitti peteñ. & obtineñ. De'q; obseruandis statutis & consuetudinibus Ambianeñ. & aliarum ecclesiarũ prædictarũ, & quodcunq; alterius generis licitum, & honestum iuramentum, in animã ipsius dñi constitueñ. præstañ. necnon parochiali ecclesiæ, & aliis beneficiis huiusmodi, in diuinis laudabiliter deseruiendum, & deseruiri facieñ: Capellanum seu Capellanos, qui illis in diuinis deseruiant, ponendum, & amouendum toties quoties opus fuerit, fructus quoq;, redditus & proueñ. iura, obuentiones, & emolumenta quæcunq;, canonicatus & præbeñ. ac parochialis prædictæ, colligendum, & leuandum, exigendum, recipiendum, & recuperandum, illa'q; vni vel pluribus, personæ seu personis, ac pro precio & tempore sibi beneuisis, arrendandum, locandum, & dislocandum, precium'q; arrendæ & locationis huiusmodi, similiter exigendum, & recuperandum. De habitis quoq;, receptis, ac recuperatis, quoscunq; quietandum, liberandum pœnitus & absoluendum, ac quietantiam, seu quietantias (cum Pacto solenni & expresso, de rem solutam vlterius non petendo) dandum, & concedendum. ¶ Præterea quandam super parochiali ecclesia loci, seu Pagi de Hargicourt, sub inuocatione S. Georgii, dictæ Ambianensis dioc. coram dño Præposito Curiæ Castelli Ciuitatis Parisieñ pendeñ. & quascunq; alias, eiusdem dñi constitueñ. lites, causas, quæstiones & controuersias, inter eum, & quoscunq; alios motas, & mouendas, tam actiue, quãm passiue, ac tã beneficiales, q̃ profanas, meras, & mixtas, cũ suis incideñ. dependeñ. emergeñ. annexis, p̃sequeñ & ptractañ. ¶ Et p̃ illarum prosecutione, in quocunq; parlamento, foro, siue iudicio, & coram eodem domino Præposito, & quibuscunq; aliis dominis iudicibus, ecclesiasticis & sæcularibus, quacũq; auctoritate fungeñ. & fun cturis, compareñ. & ageñ. ipsum'q; dominum constitueñ. &c. vt supra in forma procuratorii mandati de prouideñ. vsq; in animam ipsius domini constitueñ. p̃standum ¶ Testes, acta, literas, scripturas, & alia probationum genera produceñ. & ex aduerso producta impugnandum, necnon ad omnes & singulos actus, &c. vt ibidem, vsq;. ¶ Ac quoscunq; extractus. ¶ Vnum quoq;, &c. ¶ Et generaliter &c. ¶ Promittens &c. ¶ Releuans &c. ¶ Super quibus, &c. ¶ Acta fuerunt præmissa Romæ in officio mei notarii subsignati. Præsentibus, &c.

Et ego Gabriel Berardi, clericus N. dioc. publicus apostolica auctoritate & curiæ de Sabellis notarius & scriba. Quia dict. procurationis & constitutioñ. omnibus'q; aliis & singulis, dum, sic, vt præmittitur, fierent & agerentur, vna cum prænominatis testibus præsens interfui, ea'q; omnia & singula sic fieri vidi & audiui. Ideo hoc præsens publicum instrumentum subscripsi, signo'q; meo signaui, vna cum præfatæ curiæ de Sabellis sigilli appeñ. rogatus & requisitus.

Constitutio procuratorum ad prosequendum mandatum de prouidendo de beneficio quod speratur vacare p assecutionem.

Ad ipsius Domini , constitueñ. nomine, & pro eo quandam gratiam apostolicam prouisionis siue mandati de prouidendo sibi factam, de quadam perpetua portione, in ecclesia N. quam venerabi-

lis vir dominus N. in dicta ecclesia obtinebat, siue adhuc obtinet, & quæ, ex eo, quod eidem N. huiusmodi portionem obtinenti, de canonicatu & præben. eiusdē ecclesiæ, tunc certo modo vacantibus, apostolica fuerit auctoritate prouisum, per assecutionem eorundem canonicatus & præben. per ipsum N. subsecutam, vel subsequendam, vacare sperabatur, seu tunc actu quouismodo vacaret, & per præfatum S. D. N. Papam reseruatis, ac de qua, ipsi domino constituen. extitit mandatum, vel concessum prouideri, prout in literis apostolicis & processibus inde secutis, plenius continetur prosequen. & pertractan. Literasq; ipsas &c. Episcopo, Decano, & Capitulo &c. præsentandum &c. ac executioni debitæ demādari, iuxta dictarum literarum, & processuum, cōtinentiam & tenorem. Necnō portionem prædictam, cum per assecutionem huiusmodi vacauerit, seu iā actu quouismodo, in dictis literis expresso, vacet, eidem domino constituenti, per aliquem ex executoribus seu subexecutoribus, in literis, ac processibus antedictis, deputatis, & eorum vigore, eligendum, & requirendum, cum omnibus iuribus, & pertinentiis suis, conferri & assignari, ac de ea prouideri, seq; nomine quo supra, &c. & inductum defendi, & ad illam, vt moris est, admitti, & de illius fructibus, &c. petendum, ipsamq; possessionem intrandum, & defendendum &c. vt in præcedentibus.

Constitutio procuratorum ad prosequendum gratiam prouisionis Apost. & ad concordandum cū Camera Apost. super annata soluenda.

Ad prosequen. quandam gratiam Apostolicam, sibi per præfatum Dominum Nostrum Papam, de prioratu N. ordinis N. dioces. de quo per obitum quondam N. dicti prioratus, dum viueret, prioris, extra Rom. Cu. defuncti, vacan. eidem domino constituenti, apostolica auctoritate extitit prouisum, sub dat. &c. vt in Bulla plenius continetur. Literasq; & processus earum vigore habitos & habendos, Venerabilibus & religiosis viris dominis Abbati, & conuentui monasterij N. dioc. (a quo dictus Prioratus dependet, ac illi, vel illis, ad quem, vel ad quos, dicti Prioratus collatio præsentatio, seu quæuis alia dispositio, communiter vel diuisim, pertinet, omnibusq;, quorum interest, intererit, vel interesse poterit quomodolibet in futurum, præsentadū, intimandū, insinuandū, & notificandum, ipsosq;, & eorum quemlibet, sub sentētiis &c. vt ad vlteriorem executionem earundem literarum & processuum procedāt, iuxta illarum & processuum prædictorum vim, formam, & tenorem monēdum & requirendum, seq; nomine quo supra, in & ad corporalem, realem, & actualem possessionem Prioratus prædicti, cum omnibus iuribus, & pertinen. suis, induci, & inductum defendi, & quemlibet detentorem, ab eo amoueri, & ipsum N. ad dictum Prioratum, vt moris est, admitti petendum, faciendum, & obtinēdum, dictamq; possessionem intrandum &c. cum pacto de vlterius &c. nō petendo. Necnō pro Annata, seu mediis fructibus dicti prioratus, cum Præsidētibus & Clericis Cameræ Apostolicæ concordandum, & cōueniendum, ac terminos & dilationes de soluendo dictam Annatam, seu medios fructus a Præsiden. & Clericis prædictis, obtinendum, seq;, nomine quo supra, de huiusmodi Annata soluenda, in terminis & dilationibus super hoc statuēdis, obligādum & onus in talibus, sub pœnis cameræ, ob nō solutionem dictæ Annatæ dari solitis, nomine quo supra, suscipiendū, & quodlibet licitum, & honestum, ac necessariū iuramentum in talibus præstari solitum, in animā ipsius domini cōstituētis præstandū, ac se, quo supra nomine, pro præmissis obligan. & submittēdum iurisdictioni, rigori, compulsioni, & mero examini Curiæ dictæ Cameræ, in forma meliori,

prout

prout eisdem Præsiden. & clericis placuerit, & secundum eorũ consuetudinem viderint expedire. ¶Et si necesse fuerit pro præmissis &c. vt in instrumento cõstitutionis procuratorum ad duas collationes.

Constitutio ad prosequen. gratiã super Prioratu vacan. per assecutionem administrationis.

Ad prosequendum quandam gratiam apostolicam sibi per præfatum Dominum nostrum Papam de prioratu N. dioc. a Monasterio N. ordinis & dioc. prædictorum depen. de quo, ex eo vacan. quod R. P. D. N. Abbas Monasterii N. prioratum antedictum, ante promotionem de eo, ad præfatum monasterium factam, obtinuit, possessionem pacificam regiminis & administrationis bonorum dicti monasterii est assecutus, eidẽ domino constituenti extitit, auctoritate apostolica, prouisum. Literasq; ipsas, & processus, earum vigore, habitos & habendos, venerabilibus & religiosis viris dominis Abbati & Conuentui Monasterij N. a quo Prioratus ipse dependet, omnibus aliis & singulis, ad quos spectat præsentandum, &c. vt in præcedenti Prioratu vacan. & reseruato cum similibus remissionibus.

Constitutio procuratorum ad resignandum beneficiũ vigore indulti Apost. extra Ro. Cu.

Constitutus N. &c. asseruit, sibi per fe. re. Dominum Paulum Papam Tertium, & sanctam sedem Apostolicam (vigore certarum literarum apostolicarum, ab eodem domino Paulo Papa emanatarum) esse concessam potestatem, & licentiam, quod quæcunque beneficia ecclesiastica, per eum obtenta & in posterum obtinenda, etiam si canonicatus & præben. ac etiam parochiales ecclesiæ fuerint, in locorum ordinariorum, aut quorumcunq; Metropolitan. & Cathedralium ecclesiarum Canonicorum, seu aliarum personarum in dignitate ecclesiastica constitutarum, manibus, extra tamen Romanam Curiam apostolicæ sedis licentia alias super hoc minime requisita simpliciter, vel ex causa permutationis, resignare posset, & valeret, in qua tamen renunciatione non interueniret dolus, aut simoniaca prauitas. Idcirco, certis de causis animum suum ad hoc mouentibus, non vi, dolo, metu, fraude, aut alias circumuentus, sed ex eius pura, & mera voluntate, ac animo bene deliberato, & ex sua certa scientia: omnibus melioribus modo, &c. Ad ipsius domini constituentis nomine, & pro eo, parochialem ecclesiam de N. dioc. N. quam ipse dominus constituens in præsentiarum obtinet, cum omnibus iuribus & pertinen̄ suis vniuersis in quorumcunque locorum ordinariorum aut Metropolitanorum, & Cathedralium ecclesiarum Canonicorum, seu aliarum personarum quarumcunque, in dignitate constitutarum, prænarratarum literarum apostolicarum vigore, eligendorum, seu eligendarum, vbi & quando dicto suo procuratori placuerit & visum fuerit expedire, manibus, pure, libere, & simpliciter in fauorem honorabilis viri domini N. clerici N. & non alias, aliter, nec alio modo, resignandum, dimittendum, & renunciandum, resignationem huiusmodi, & dimissionem eiusdem parochialis ecclesiæ, modo & forma præmissis, recipi & admitti petendum, & impetrandum. Ac literarum desuper expeditioni consentiendum, iurandumq; in animam ipsius domini constituentis, quod in huiusmodi resignatione & dimissione non interuenit, nec interueniet fraus, dolus, simoniæ labes, aut quæuis alia illicita pactio, seu etiam corruptela.

Ad impetrandũ quęcunq; bñficia a sede Apost.

Ad ipsius Domini constituentis nomine, & pro eo quæcunque beneficia ecclesiastica cum cura, vel sine cura, cuiuf-

cunq; qualitatis, etiam si dignitates maiores fuerint, in quibuscunq; ecclesiis existentia, a dicto domino nostro Papa, seu quocunq; alio, ad hoc potestatem habente petendum, impetrandum, & obtinendum. Literasq; apostolicas, super huiusmodi beneficio vel beneficiis, sibi per præfatum dominum nostrum Papam concesso vel concessis, aut conferendo vel conferendis, per Cameram vel Cancellariam apostolicas expediendum, & expediri faciendum. Illasq; expeditas dominis Iudicibus, & executoribus, in eisdem literis deputatis seu deputandis, aut alteri ex eisdem, debita cum reuerentia præsentandum. Ipsosq;, & eorum quemlibet, vt ad earundem literarum apostolicarum, & in eis contentarum, executionẽ procedant, seu procedat, iuxta earundem literarum vim, formã, continentiam, & tenorem. Processusq; debitos, in talibus fieri consuetos, decernant, & tradant, ac decernat & tradat, sententiasq;, & censuras ecclesiasticas, super præmissis fulminent, & promulgent, monendum, requirendum & faciendum. Contra exaduerso impetratas, obtentas, & expeditas, dicendum, obiiciendum, impugnandum, & earum expeditionem impediendum, arrestandum, & arrestari faciendum.

Constitutio ad resignandũ simpliciter in manibus ordinarii.

Ad ipsius domini constituen. nomine, & pro eo simpliciter, pure, & libere, beneficium simplex parochialis ecclesiæ Sancti N. de N. N. dioc. quod obtinet, in manibus R. in Christo Patri & D D. N. Dei & apostolicæ sedis gratia Epi Cabilonen. eiusq; vicarij siue officialis generalis aut alterius cuiuscunq; ad id potestatẽ habentis, resignandum & expresse renunciandum, resignationemq; hmôi admitti petendũ, & obtinendũ. Et ꝙ in resignatione prædicta non interuenit, aut interueniet quolibet in futurum dolus, fraus, simoniaca prauitas, seu alia illicita pactio, siue corruptela, ac solitum & cõsuetũ & quodcunq; alterius generis licitũ & honestum iuramentũ in animã ipsius domini constituẽtis præstandũ. Cæteraq; omnia alia & singula, circa resignationẽ & renunciationem hmôi necessaria & opportuna dicendũ, gerendũ, exercendũ, & procurandũ, & quæ ipsemet dominus constituens in pmissis faceret, aut facere posset. si eisdem, præsens & personaliter interesset. Etiam si talia &c. est expressũ ¶ Promittens, &c. ¶ Releuans, &c. Super quibus, &c. Actũ, &c. Pñtibus, &c.

Alia similis cõstitutio ad resignandum parochialẽ in fauorem certæ personæ.

Ad ipsius domini constituen nomine, & pro eo, dictam suam parochialem ecclesiam, quã obtinet, in eiusdem D. N. Papæ, vel eius & S. R. E. Vicecancellarii, aut alicuius alterius, ab eodem D N. Papa potestatem habentis manibus, & hoc in fauorem honorabilis viri, dñi N. presbyteri N. dioc. & non alias aliter, vltra, nec alio modo pure, libere, & simpliciter resignandum, & renunciandum, resignationemq; desuper recipi petendũ, ac literarum expeditioni consentiendum, iurandumq; in animam ipsius dñi constituen. quod in huiusmodi resignatione non interuenit, neq; &c. vt in præceden.

Constitutio procuratorum ad resignandũ ex causa permutationis in Ro. cu. vel extra cam.

Ad ipsius domini constituen. nomine, & pro eo, Canonicatum & præbendam, quos ipse dominus constituens in ecclesia N. obtinet, cum omnibus iuribus & pertinen. suis, cã tñ. permutationis fiendæ, & non alias, cũ quocunq;, seu quibuscunq; bñficio, seu bñficiis ecclesiasticis, cum cura vel sine cura, cuiuscũq; ãnui valoris existat, vel existãt, put eisdẽ pcurato-

tibus suis placuerit, & visum fuerit expedire, in eisdē D.N. pp, aut eius, & S.R.E Vicecancellarij, vel alterius cuiuscunq;, ad id potestatem habentis, etiam locorū ordinariorū manibus, resignādū, dimitteñ, & renunciandū. Ipsamq; resignationē ex dicta causa fiendam, recipi & admitti petendū & impetrandum, ac iurandum in animam D. constitueñ. q̄ &c. Necnon post resignationem & dimissionem huiusmodi, collationem & prouisionem de dicto beneficio seu beneficiis, nomine ipsius domini constitueñ. petendum, impetrandum, & obtinendum. Literasq; sup collatione & prouisione huiusmodi necessarias expediendum & procurandum, ac illis, quibus dirigentur, præsentandum, intimandum, insinuandum, & notificādum, atq; eos, vt ad executionem earundem literarum procedant, iuxta ipsarum continentiam & tenorem requirendum & monendum, possessionemq; realem, & actualem eorundem beneficiorum, ac iurium & pertineñ. omnium eorundem, intrandū, capieñ. apprehēdeñ. manuteneñ. & defendeñ. illaq; in spiritualibus, & temporalibus regendū. Fructus quoq; &c. Necnon etiam personæ cuicunque ad hoc potestatem habenti, vt beneficium, seu bñficia, per resignationem, vt præfertur ex causa permutationis vacans, vel vacañ eidem domino constituenti cōferat, & assignet, ac etiam prouideat de eisdem, supplicandum, petendum, impetrandum, obtinendum, & acceptandum, ac eorundem sic acceptatorum inuestituram & possessionem, cum omnibus iuribus, & pertinentiis suis, petendum, obtinendum & recipiendum &c.

Constitutio ad cedendum & renunciandū iuri, liti, & causæ, cum reseruatione pensionis.

In nomine domini Amen. Constitutus personaliter venerabilis vir dominus N. dixit & exposuit, q̄ cum inter ipsum N. ex vna & discretum virum N. presbyterum perpetuum beneficiatum, in parochiali ecclesia de N.N. dioc. ipsorumq; & cuiuslibet eoꝶ procuratorum in Rom. Cu. coram R. P.D. Fabio Accorambono, sacri palatii Apostolico causarum Auditore in prima instan, causa seu causæ vertitur, seu vertuntur, hincinde de & super parochiali eccl. talis loci N. dioc. & eius occasione partibus ex altera, dictus D.N. ex nonnullis legitimis, ac rationabilibus causis, ad hoc, vt dixit, animum suum mouentibus, gratis & ex sua certa scientia, & libera propria mera, & deliberata voluntate) citra tamen quorumcunq; procuratorum suorum, per eum hactenus quomodolibet constitutorum, reuocationem) omnib⁹ melioribus modo, via, iure, causa, & forma, quibus melius, &c fecit, cōstituit, creauit, &c. vt in prima cōstitutione procuratorum, vsque econtra, videlicet N.N. & N. absentes tanquam præsentes &c. Ad ipsius dñi constituentis nomine, & pro ipso, renunciandum, seu cedendum pure, libere, & simpliciter in manibus præfati dñi nostri Papæ, seu eius Vicecancellarii, aut Cancellariæ Apostolicæ Regentis, vel alterius cuiuscunq; personæ, ab eodem dño nostro Papa, plenam potestatem, & sufficiens mandatum, habentis, liti & causæ prædictis, ac omni iuri sibi in dicto beneficio, vel ad illud quomodolibet competeñ. reseruata tamen sibi p̄ pensione annua. xx ducatorum auri de Camera, super fructibus, redditib⁹, & proueñ dicti beneficii, siue parochialis ecclesiæ de N. præfato domino constituenti, quoad vixerit, vel procuratori suo, ad hoc, ab eo, legitime constituto, per dictum N. si ad id eius expressus accesserit assensus, & successores suos dictū beneficium, p̄ tempore obtineñ in oppido N.N. dioc. in vigilia N. singulis annis, integre persoluendorum, sub censuris & pœnis, in talibus, per Cancellariam vel Cameram Apostolicam, adiici solitis & consuetis, necnon ad iurandum q̄ in huiusmodi renunciatione, seu cessione, sic, vt præmittitur, fienda, nulla fraus, dolus, aut simoniæ labes, seu quæuis alia illicita pactio, interuenit, neq; interueniet, atq; literaꝶ expeditioni consentiendum. ¶ Et generaliter &c. vt in aliis.

Constitutio procuratorum ad ceden. in cancellaria literis non confectis.

Ad ipsius Domini constituen. nomine, & pro eo concession. gratiae de prouiden. (vel mandati de prouidendo) de perpetua Vicaria ad altare N. in parochiali ecclesia oppidi N. dioc. N. sita, per obitum N. illius vltimi possessoris, extra Ro. Cu. defuncti, seu alias certo modo, vacan. ipsi domino constituen. per dictum D. N. Papam, sub Data Ro. &c. Anno N. gratiose factae, literis apostolicis super ea minime expeditis, in praefati D. N. Papae, aut Vicecancellarii, vel Cancellariam Apostolicã Regen. aut cuiuscunque alterius, ab eodem D. N. Papa, ad hoc potestatem habentis, manibus, & hoc in fauorem honorabilis viri domini N. presbyteri N. dioc. & non alias, aliter, neque alio modo, pure, libere, & simpliciter cedendum, & renunciandum, cessionemque & renunciationem huiusmodi, recipi, & admitti petendum, & impetran. Ac literarum desuper expeditioni consentiendum. Et quod in huiusmodi cessione & renunciatione non interuenit, neque interueniet fraus, dolus, simoniae labes, aut quaeuis alia illicita pactio, seu etiam corruptela, in ipsius domini constituen. animam iurandum. ¶ Vnum quoque, &c.

Constitutio procuratorum irreuocabilium.

In nomine Domini. &c. vt in aliis procuratoriis vsque ad clausulam sub hypotheca & obligatione omnium & singulorum bonorum suorum mobilium & immobilium, praesentiũ & & futurorum. Et nihilominus ad maioris roboris praemissorum firmitatem, praefatus D. cõstituens, promisit fide data, & sub excõmunicationis poena (canonica monitione praemissa, necnon C. Floren. auri Camerae Apostolicae applicandorũ tunc ad sancta Dei euangelia (per eum tactis scripturis sacrosanctis) corporale praestitit iuramentum, quod praefatos procuratores suos, vt praemittitur, constitutos, & ab eisdem substituendos, nunquam reuocabit, seu cõtra praemissa, vel praemissorũ aliquod, faciet neque veniet, quacunque ratione, via, causa, seu modo quocunque de iure, seu de facto, neque absolutionem quamcunque, pro huiusmodi reuocatione facien. a quoquam impetrabit, seu obtinebit, aut per alium pro eo impetrare procurabit. Quinimmo, omnia & singula, quae ipsi procuratores, vel eorum alter, in praemissis fecerit, exnunc, prout extunc ratificat, approbat, atque confirmat cum protestatione etiam per eũ expresse facta, quod si ipse, vllo vnquam tempore, dictos suos procuratores, vel eorum aliquem, quomodo reuocaret, vel contra praemissa faceret vel veniret in aliquo, illa omnia & singula, ac reuocationem huiusmodi, exnunc, prout extunc reuocat & annullat, pro nullisque habere vult, & viribus non subsistere. ¶ Et ad obseruationem omnium & singulorum praemissorum, se ipsum, suaque bona, praesentia & futura quaecunque posse & debere cogi, compelli, arctari, citari, moneri, excommunicari, aggrauari, reaggrauari, arrestari, detineri, realiter & personaliter, per causarum Camerae Apostolicae Auditorem, eiusque locumtenen. necnon omnium aliarum curiarum ecclesiasticarum & saecularium Iudices vbique constitutos, ad quem, seu ad quos, pro praemissis recursus habebitur, quorum & cuiuslibet ipsorum iuribus, coercionib', & meris examinibus, se, sua que bona praedicta, sponte, & scienter, submisit, voluit & consensit. Renuncians propterea omnibus & singulis exceptionibus, priuilegiis, remediis, statutis, constitutionibus, actionibus, & defensionibus quibuscunque iuris & facti, & specialiter iuri dicenti, generalem renunciationem non valere, nisi praecesserit specialis. ¶ Et super voluit, & expresse cõsensit, quod hoc praesens publicũ instrumentũ, iuxta dictamẽ sapientiũ in meliori & debita forma reformetur, si & quotiens opus foret, facti tamen substantia in aliquo non mutata. ¶ Super quibus omnibus & singulis, &c.

Alia.

Alia similis cõstitutio procuratorum irreuocabiliũ cũ reuocatione prius cõstitutorũ, inserta.

In nomine domini Amen.&c. Indictione,&c. Die,&c. Pont.&c In mea notarii &c. constitutus honorabilis vir Dñs Ioan. Cauuart, clericus Ambianeñ. dioc. Rotæ Notarius non vi, dolo, fraude, metu, aut aliqua sinistra machinatione circumuentus, siue inductus, vel coactus, neq; compulsus, sed sponte, ac libere, ex certa scientia, ac spontanea voluntate, animo'q;, vt asseruit, deliberato: Omnibus melioribus mõ,& forma, q̃bus,&c. potuit,& debuit (oẽs & singulos ꝓcuratores, p eũ, ad infrascriptos actus, aut eoꝝ alterũ faciendũ, ac sub quacunq; verboꝝ forma, vel expressione quõlibet cõstitutos, ac ab eisdem, seu eoꝝ altero substitutos & potestatẽ, p eum, ipsis traditã, atq; mandatũ eis concessũ penitus auferendo,& eos reuocãdo) fecit constituit &c. deputauit, nominauit,&c. solenniter & irreuocabiliter ordinauit, suũ verũ,&c. procuratorẽ, actorem, factorẽ &c. nunciũ specialem & generalẽ, ita tñ quod specialitas,&c. econtra· videlicet venerabilem virũ D.N, clericum N. dioc. solum & insolidum, præsentẽ & onus procurationis spõte in se suscipientẽ, ad ipsius D. constitueñ. nomine,& ꝑ eo, prosequendũ & pertractandũ, quandam gratiã apostolicã expectatiuã &c. ¶ Hic inseratur forma cõstitutionis ꝓcuratoris cũ omnib' & singulis clausulis ad lites in meliori forma, vt supra, vsq; sub hypotheca & obligatione omniũ bonoꝝ suorũ mobilium & immobilium, ꝑsentium & futurorũ. ¶ Et insup ꝑ tutiori cautela, ac obseruatiõe,& maiori robore, omniũ & singulorũ præmissoꝝ, supradictus D.N. cõstituens, in manib' mei notarii publici infrascripti (tactis per eum scripturis sacrosanctis ad sancta Dei euangelia) expsse & solẽnitet iurauit,& ꝓmisit medio suo iuramento sæpe, dictum procuratorem suum irreuocabilem, aut substituendum per eum, nullo vnq̃ tpe, reuocare velle seu reuocari facere, ꝑ se, vel alterum, seu aliàs, quauis occasione vel causa, necnon beneficium hmõi, nullo tẽpore, per se, vel per alium (absq; dicti procuratoris sui irreuocabilis petita & obtenta licentia & cõsensu) resignare, permutare, seu alias quouismodo alienare, neq; ẽt aliquam absolutionem a iuramento hmõi præstito, impetrare, aut per alium, seu alios impetratis vel impetrandis, vti velle, ꝑ quam, seu mediante qua, cõtra præmissa, vel eorũ aliquod, dicere, facere, vel venire posset, aliquo modo, de iure, vel de facto, virtute dicti, per eum præstiti iuramenti; neq; etiã aliquem, vel aliquos, alium vel alios, procuratorem, vel ꝓcuratores, irreuocabilem seu irreuocabiles, cõstituisse, aut in posterum in hmõi negocio, de nouo in præiudicium præsentis actus & dicti procuratoris irreuocabilis constituti constituere velle. ¶ Promisit insuper idem dñs constituens, omnia & singula præmissa, in præsenti publico instrumento contenta, rata, grata,& firma tenere & inuiolabiliter obseruare velle sub pœnis perurij, infamiæ,& inhabilitatis beneficioꝝ, ac bonorum suorum, mobilium & immobilium quorumcunq; amissione, necnon decem Duc. auri de Camera, pro vna cameræ Apostolicæ, & alia medietatibus dicto procuratori irreuocabili cõstituto applicandorũ,& persoluendorũ. Quam pœnam pecuniariam, dictus dñs cõstituens, ac alias pœnas prædictas (si contra præmissa; vel aliquod præmissorum, in pñti instrumento cõtentorum, fecerit seu venerit) incurrere voluit ipso facto, ac hmõi pœnæ, sponte, voluntarie, libere & mature se submisit. ¶ Renuncians propterea præfatus dñs constituens omnibus & singulis priuilegiis, exceptionib', iuris canonici & ciuilis & aliis quibuscunq; iuris remedijs, quibus contra præmissa, vel eoꝝ aliquod dicere, facere, aut venire posset quouis mõ, aut se in aliquo defendere, seu quõlibet tueri, omnibus ẽt actionibus & defensionibus quibuscũque iuris & facti & specialiter iuri dicẽti renunciationẽ gñalem nõ valere, nisi præcesserit specialis, quib' omnibus per pñtes renunciare voluit,& renunciauit expsse. ¶ Super quibus &c.

Constitutio ad visitandũ pro Episcopo in absentia ipsius virtute facultatis Apost.

Vniuersis & singulis præsentes literas, seu præsens publicum instrumentũ inspecturis. Antonius de Triuultijs Dei & Apostolicæ sedis gratia Episcopus Tholonen̄. Vicelegatus Auinionen̄, Salutem in dño & pñtibus fidem indubiam adhibere. ¶ Nuper S. in Xpo P. & D. N. D. Pius diuina prouidentia Papa IIII per suas literas apostolicas nobis gratiose facultatem concessit visitandi vsq; ad certum tps, in eisdem literis apostolicis expressum, per personam, seu personas idoneam, vel idoneas, quam, vel quas, ad hoc duxerimus eligendam, seu eligendas Ecclesias, Monasteria, Prioratus, & loca alia ecclesiastica in ciuitate & dioc. nostris N. consisten̄. ipsorũq; personas, in quibus visitations offm̃ de iure vel de consuetudine nobis competit & procurationes nobis hmõi visitationis rõe debitas & debendas per procuratorẽ nostrũ recipere & leuare, prout in eisdem literis apostolicis plenius cõtinetur. ¶ Idcirco de legalitate, probitate, fidelitate, & industria, atq; sufficientia dilectoꝝ nobis in Xpo N & N. specialem fiduciam in dño obtinen̄. Sperantesq; ꝙ ea, quæ in eis duxerimus cõmittenda, fideliter & solerter exequentur, ipsos, & eorũ quemlibet in solidum nostros veros, certos, legitimos, & indubitatos procuratores, actores, factores, negociorumq; nostrorum infrascriptorũ gestores, ac nuncios spãles & generales eligimus, facimus, constituimus, & creamus, ita tñ quod &c. nec ecõtra. Dan̄. & conceden̄. dictis nostris procuratoribus, & eoꝝ cuilibet insolidũ plenariã potestatem, ẽt tam speciale, q̃ generale mandatum, intimandi, insinuandi, & notificandi, nostro nomine, & pro nobis, Vniuersis & singulis dñis Abbatibus, Prioribus, parochialium ecclesiarum Rectoribus, Vicarijs, Capellanis, cæterisq; personis ecclesiasticis, in & super quibus visitationis officium, de iure, vel consuetudine, nobis competit, literas apostolicas ꝑdictas, necnõ Monasteria, Prioratus, & loca ecclesiastica, in ciuitate & dioc. antedict. consisten̄. & personas huiusmodi, in quibus, vt præfertur, visitationis officium nobis competit, infra & p tẽpus in eisdem literis expressum, quotiens opus fuerit, iuxta formã & tenorem literarũ apostolicarũ, & processuum ꝑdictorum, plenarie, & libere visitandi, procurationesq;, nobis debitas, seu debendas, ab eisdem Ecclesiis, Monsteriis, Prioratibus, locis & personis huiusmodi, per eos taliter visitatis nostro nomine, & pro nobis, percipiendi, habendiq;, leuandi, & colligendi, ac de habitis, leuatis. perceptis, receptis, & collectis. occasione, seu ratione antedictis, quietan̄. fines, liberationes, absolutiones, & diffinitiones (cum pacto solenni & valido, de rem habitã, occasiõe ꝓmissorum, vlterius non petendo) faciendi, firmandi & concedendi. ¶ Et generaliter, &c. opportuna, & quæ nos ipsi faceremus & facere possemus, si personaliter interessemus & visitaremus, etiam si talia forent, &c. Promitten̄. prout promittimus (manum nostram dextram ad pectus nostrum more prælatorum apponendo) notario publico infrascripto præsenti, stipulan̄. & recipien̄. vice & nomine omnium & singulorũ, quorum interest, intererit, aut interesse poterit, quomodolibet in futurum, nos ratum, gratũ &c. quicquid per dictos procuratores nostros, & quemlibet eorum in præmissis, & circa ea, actum, dictum, gestũ, factum, visitatum, receptum, & quietatum, seu aliàs quomodolibet procuratum fuerit, sub hypotheca omnium & singulorum bonorum nostrorum mobilium, & immobilium præsentium & futurorum &c. pariter & cautela. ¶ In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium præmissorum, præsentes literas, siue præsens publicum instrumentum fieri, & per notarium publicum infrascriptum subscribi, & publicari mandauimus, sigilliq; nostri iussimus & fecimus appensione communiri. Datum &c. Præsentibus, &c.

constitutio procuratorũ ad visitandũ pro Archidia cono in absentia, et virtute facultatis.

Constitutus, &c. N. Archidiaconus N. habens, vt dicebat, facultatem, a dicto Domino Pio Papa, visitandi, vsque ad certum tempus, per se, vel per personam, seu personas, idoneam, seu idoneas, quam, seu quas, idem Dominus Archidiaconus constituens, duxerit eligendam seu eligendas Ecclesias, Monasteria, Prioratus, & alia beneficia ecclesiastica, in ipso Archidiaconatu, seu eius iurisdictione consistentia, personasq́ue Monasteriorum, Ecclesiarum, Prioratuum, & locorum huiusmodi, in quibus visitationis officium de iure, vel consuetudine sibi competit, prout in literis apostolicis super hoc confectis plenius continetur. ¶ Idcirco de legalitate, diligentia, industria, ac probitate venerabilis viri Domini N. plenam in Domino fiduciam obtinen̄. ex sua ipsius domini Archidiaconi constituen̄. certa scientia, Omnibus meliori bus modo, via, &c. ipsum dominum N. absentem, tanquam p̄ntem, solum & insolidum, ad p̄ntandum, intimandum, insinuandum, & notificandum, dicti domini Archidiaconi constituen̄. nomine & pro eo, Vniuersis & singulis dominis Abbatibus, Prioribus, parochialium ecclesiarum Rectoribus, Vicariis, & Capellanis, cæterisq́ue personis ecclesiasticis in dicto Archidiaconatu consisten̄. & in quibus visitationis officium, vt præmittitur, sibi competit, literas apostolicas prædictas & processus indefecutos & sequendos, & se, nomine quo supra, ad huiusmodi visitation̄. officium, recipi & admitti petendum & faciendum, dictumq́ue offm̄ plenarie & libere exercendum, & procurationes eidem domino Archidiacono ab ecclesiis, Monasterijs, Prioratibus, & locis, ac personis huiusmodi, per eum, taliter visitatis, debitas & debendas, iuxta formam & tenorem literarum apostolicarum, & processuum prædictorum, petendum, recipiendum, leuandũ exigendum, & colligendum, ac de receptis, leuatis, & collectis, quoscunq; quietandum, liberandum, & absoluendum, ac quietantiam seu quietantias, etiam sub manu propria, dandum, faciendum, firmandũ & concedendum. ¶ Et generaliter omnia alia & singula faciendum, quæ ad prædictum visitationis officium quomodolibet spectare dignoscuntur, & quæ idem dominus Archidiaconus exerceret, & faceret, si in propria eius persona visitaret, etiam si talia forent &c. ¶ Promittens &c. vt in primo procuratorio, &c.

Cōstitutio ad cōparendum in concilio ꝓ Epo.

In nomine domini Amen. &c. Vniuersis præsentes literas, siue præsens publicum instrumentum, inspecturis, Iacobus Ponzetus, Dei & Apost. sedis gratia, Episcopus Melfitan̄. Salutem in eo, qui est omniũ vera salus. ¶ Cum sacrosanctæ vniuersalis & catholicæ ecclesiæ Ro. Cōcilium apud ciuitatem Tridentin̄. in spiritu sancto congregatum, ad extinctionem hæresis, ab ipsa ecclesia Dei, & reformationem morum, & in eadem, ac ad tractandum pacem & concordiam inter Reges & Principes Christianos & catholicos indictum fuerit, seruetur & celebretur. Nos vero ad illud personaliter, vt tenemur, tum propter varia & innumera itinerum pericula tum maxime propter podagræ morbium, quo sæpius laboramus, ac etiã propter decrepitam ætatem in qua constituti sumus, accedere nequeamus, nihilominus per procuratorem cupientes, vt obedientiæ filius, eidem sacro Concilio interesse. Idcirco, ex certa nostra scientia, ac spontanea voluntate, facimus, constituimus, creamus, & nominamus, nostros veros, & fideles procuratores, & nuncios speciales & generales (ita tamen quod specialitas generalitati non deroget, nec econtra) videlicet N. & N. & eorum quemlibet insolidum, latores præsentium, ita tamen quod non sit, &c. Dan̄. & concedentes procuratoribus nostris supradi-

ctis, & eorum cuilibet in solidum, plenam & generalem auctoritatem, & potestatem comparendi, interessendi, & assistendi, pro nobis, & nostro nomine, ac ecclesiæ nostræ Melfitañ. in supradicto concilio. Executionem quoq; &c. vt supra in constitutioñ. ad visitandum pro Episcopo, rationes, auctoritates, ac omnia & singula, quæ ad dictæ hæresis extirpationem, nostram reformationem, pacemq; viuendi, ac sacrosanctæ vniuersalis ecclesiæ, atque nostræ, indemnitatem & commoditatem expedire viderint, allegandum & illis insistendum. ¶ Et generaliter, &c.

Constitutio ad comparendum in Audientia contradictarum.

Ad comparendum, & se præsentandum pro eodem constitueñ. & eius nomine, in Romana Curia, in Audientia publica literarum contradictarum domini nostri Papæ, contra quascunq; personas ecclesiasticas sæculares & regulares, literasq; apostolicas, tam simplices, quàm legendas, gratiam vel iustitiam concerneñ. impetrandum & obtinendum, ac pro parte aduersa impetratas, seu impetrandas, impugnandum, contradicendum, arrestandumq; & arrestari faciendum, & procurandum, loca & iudices eligendum & refutandum, ac in & super eis cõsentiendum, & cõueniendum, cautiones & satisdationes, propter hoc necessarias dandum & offerendum, & sibi dari petendum & recipiendum. Super ipsis in animam ipsius domini constitueñ. iurandum, & quodlibet licitum iuramentum in talibus præstari solitum præstandum, protestationes quascunq; in præmissis necessarias & opportunas faciendum. ¶ Vnum quoq; vel plura &c. ¶ Et generaliter &c. vt in aliis.

Constitutio ad emendum terras.

Ad emendum dicti Domini constitueñ. nomine, & pro eo, quandam petiam terræ in tali loco sitam, contineñ. tales & tales confines, &c. pro precio, quo poterit meliori, & prout videbitur expedire, & de quacunque venditione poterit conuenire, & ad soluendum precium, quod pro dicta terra conuenerit, necnon ad recipiendum prouisionem, conuentionem, obligationem, fideiussionem, & quascunque stipulationes, pacta, & instrumenta publica, ac quæcunque alias, quæ ad cautelam ipsius Domini N fuerint opportuna. Necnon ad recipiendum corporalem possessionem dictæ terræ, & ad faciendum fieri de ipsa emptione publicum instrumentum, cum obligatione in talibus fieri consueta, ac omnia alia & singula faciendum, dicendum, etiam si talia forent, &c. ¶ Promittens &c.

Constitutio ad impetrandũ dispeñ. super contractu matrimonii in tertio gradu affinitatis.

Ad ipsius Domini constitueñ. nomine, & pro eo, literas quascunque apostolicas, gratiam siue iustitiam in se contineñ. & specialiter, quandam dispensationem super matrimonio contracto (inter ipsum dominum constitueñ. & honestam mulierem N. (quæ in tertio affinitatis gradu sibi iuncta est) impetrandum, necnon paupertatem suam allegandum, & super ea etiam coram R. P. D. præfati S. D. N. Papæ Datario, iurandum, & quodcunq; aliud iuramentum licitum & necessarium, in animam ipsius domini constitueñ. præstandum, omniaq; alia & singula, &c. ¶ Releuans &c. ¶ Promittens &c. ¶ Super quibus &c.

Constitutio ad recipiendum possessionem alicuius beneficii sublcuandi fructus.

Ad ipsius domini constituen. nomine, & pro eo, specialiter & expresse, possessionem corporalem, realem, & actualem perpetuæ vicariæ, ad altare sancti N. sitæ in ecclesia N. per liberam resignationem venerabilis viri domini N. vacañ. factam. De qua sibi per præfatum S. D. N. Papam (prout in literis prouisionis huiusmodi continetur) gratiose extitit prouisum, petendum, obtinendum, intrandum, recipiendum, appræhendendum, nanciscendum, manutenendum, & defendendum, ac continuandũ, fructus, redditus, & prouen. iuraq́3, obuentioñ. & emolumenta quæcunq3, eisdem vicariæ, ac ad eam spectañ. & spectantia, & ex ea quomodolibet prouenientes, & prouenientia, ab illorũ debitoribus exigendum, recupecandum, recipiendum, leuandum, & conseruandum. Et quatenus eisdem procuratoribus visum fuerit expedire, eandem vicariam, & illius fructus, locandum, dislocandũ, & ad annuam pensionem dandum, & concedendum, illiq́3 in diuinis laudabiliter deseruiri faciendum, deq́3 perceptis fructibus quietandum, ac finem, pactum, & quietantiam, de rem perceptam vlterius non petendo, faciendum, necnon de obseruandis statutis ecclesiæ N. & quodlibet aliud licitum & honestum iuramentum, in animam eiusdem dñi constituen. iurandum, & præstandum. ¶ Et si necesse fuerit, &c.

Constitutio ad acceptandum bñficium in vim nominationis.

Ad dicti Domini constituen. nomine, & pro eo canonicatum & præbeñ. ecclesiæ, qui per R. P. D N. Dei & apostolicæ sedis gratia Episcopum N. vigore certæ facultatis, siue indulti, nominandi nonnullas personas, ad beneficia vacatura, per præfatum dominum nostrum Papam gratiose concessæ, reseruati sunt, & ad quos ipse D. constituens, nominatus per dictum R. P. D. N. Episcopum N. extitit, acceptandum & de illis sibi prouideri petendum, & obtinendum, necnon se, in corporalem, realem, & actualẽ possessionem eorundem canonicatus & præbeñ. iuriumq́3 & pertineñ. suorum, poni & induci, ac inductum defendi, stallumq́3 sibi in choro, & locum in capitulo dictæ ecclesiæ, cum plenitudine iuris canonici, assignari peteñ. &c. vt in aliis.

Constitutio ad insinuandum acceptationem & prouisionem.

Ad publicandum, seu intimandum iuxta constitutiones apostolicas, pro ipso Domino constituen. & eius nomine, quascunque acceptationes & prouisiones, eidem domino constituen. per eum & eius nomine, factas, seu in posterum fiendas, vigore gratiæ expectatiuæ, sibi per præfatum dominum nostrum Papam concessæ, de canonicatu & præbeñ. ecclesiæ N. necnon de beneficio ecclesiastico, cum cura, & sine cura, vacañ. vel vacaturo, spectañ. communiter vel diuisim, ad collationem, prouisionem, præsentationem, seu quamuis aliam dispositionem R. in Xpo P. & D. D. Episcopo N. necnon venerabilium, & circunspectorum virorum dominorum Decani, & Capituli, singulorumq́3 Canonicorum, & personarum ecclesiæ N. eiusdem Episcopo & Capitulo, seu quibuscunq3 aliis collatoribus, quibus de iure, vel de consuetudine, necesse fuerit præsentandum, seu intimandum, ac omnia alia & singula faciendum, gerendum, exercendum, &c. vt in clausula generali. ¶ Promittens, &c. ¶ Super quibus, &c. Præsentibus, &c.

Constitutio ad exequeñ. literas citatorias, cũ inhibitione, cũ insertione clausulæ cõcordiæ.

In nomine domini Amen. &c. Ad ipsius domini constituẽñ. nomine & pro eo, quasdã literas citatorias & inhibitorias, per R.P.D. Antonium Augustinum V.I.D. sacri palatij apostolici causarum Auditorem, in causa, quæ coram eo, inter dictum dominum constituentem, ex vna, & quosdam N. & N. exaduerso principales, de & super vicaria perpetua, sita in ecclesia oppidi N.N. dioc. & illius ecclesiæ, partibus ex altera, vertitur, decretas & emissas, suoq; sigillo sigillatas, necnon per discretum virum, & coram eo scribam, subscriptas signatas contra & aduersus eosdem N. & N. exaduerso principales, in eisdem literis citatoriis & inhibitoriis exaduerso principaliter, nominatos, omnesq; alios & singulos, sua communiter vel diuisim interesse putañ. & in executione earundem nominandos, exequendum, & executioni debitæ demandandum, ipsosq; N. & N. exaduerso principales, ac alios supradictos, sua communiter vel diuisim interesse putañ. in eorum propriis personis, vel aliàs, iuxta dictarum literarum tenorem & formam, ad comparendum coram dicto D. Ant. Augustino Auditore, in termino eis præfixo, & assignato, vel altero in loco ipsius Dñi N. surrogato, vel surrogando Auditore in Rom. Cu. vel alibi, vbi tunc S. D. N. Papa cum sua Rom. Cu. residebit, citãdum, & citari mandãdum, ipsisq; N. & N. exaduerso principalibus, & aliis quibus inhibẽdum fuerit, inhibendum & inhiberi faciendum, ac alias ad executionem ipsarum citatoriarum & inhibitoriarũ literarum, procedeñ. Dans nihilominus & concedens dictus dominus constituens, eisdem suis procuratoribus, plenam & liberam potestatem, pro se, & eius nomine, concordañ. & quamcunq; cõcordiam amicabilem & decẽtem ineundum, ac totaliter paciscendum, arbitrandum, compromittendum, arbitros, & arbitratores, ac amicabiles compositores, super præmissis omnibus & singulis, & quolibet præmissorum, eligendum, compromissumq; huiusmodi, quibuscunq; pœnis vallandum, & firmandum, ac ipsum dominum cõstituẽñ. ad obseruandum inuiolabiliter compromissum, cõcordiam, arbitramentum, laudum, & pronunciationem huiusmodi, & ipsius bona obligandum. Et casu quo dictum N. vnum ex aduersariis prædictis, seu alium forsan intrusum, seu intrudẽdum, possessionem dictæ vicariæ euacuare contigerit, eandem recipiendum, intrandum, appræhendendum, manutenendum, & continuãdum, ipsamq; & illius fructus locãdum, & dislocandum, arrẽdandum, seu ad firmam, vel annuam pensionem dãdum, & cõcedendum, illiq; in diuinis laudabiliter deseruiri faciẽdum & procurãdum, & de singulis perceptis, quietãdum, & quietãtiam dandum. ℭ Vnum quoq; &c. ℭ Et generaliter, &c.

Constitutio ad exequeñ. literas executoriales.

In nomine domini. Amen. &c. Ad ipsius domini constituẽñ. nomine, & p eo quasdam literas, siue processus executoriales triũ diffinitiuarũ conformium sñtiarum in Ro. Cu. in fauorem domini constitueñ. successiue latarum a R. P. domino Fabio Acorambono, sacri palatij apostolici causarum Auditore, decretarum, & emissarum, ac p notarium suum inibi expressum subscriptarum, & signatarum, Reuereñ. in Christo Patri, & domino, domino Dei, & apostolicæ sedis gratia Episcopo N. Necnõ venerabilibus, & circumspectis viris, dominis Præposito, Decano, & toti Capitulo ecclesiæ N. & specialiter cuidam B. exaduerso principali, Omnibusq; aliis & singulis, quibus de iure & consuetudine sunt intimandæ, intimandum, insinuãdum, & notificãdum. Ipsosq; dominos Episcopum, Præpositum, Decanum, Capi

tulum,& Canonicos,maxime dictum B. iuxta & secundum vim, formam, & tenorem ipsarum literarum executorialium sub pœnis in eisdem contentis,requirendum,& monendũ,vt dictum dominum constituentem,aut eius procuratorem seu alterum eorum,pro eo,& eius nomine,in & ad corporalem,realem,& actualem possessionem canonicatus & præbeñ. iuriumq; & pertineñ. prædictorum vigore dictarum literarum executorialium,inducant,& inductum defendant,amoto exinde quolibet illicito detentore,necnon eundem dominum constituentem vel dictos procuratores,aut eorum alterum pro eo, ad canonicatum & præbeñ. huiusmodi,vt moris est,admittant,& admitti faciant,dictoq; domino constitueñ vel eisdem procuratoribus suis pro eo, de canonicatus & præbeñ. prædictorum, fructibus,redditibus,& prouentibus,iuribus,& obuentionibus vniuersis(prout in dictis literis executorialibus mandatur) cum integritate respondeant,& faciant ab aliis plenarie responderi,sub pœnis & censuris, vt præmittitur, in dictis literis executorialibus contentis,& dictum,B vt rei iudicatæ pareat,dictoq; domino A. aut ipsius procuratoribus, seu vni ex eis, ipsius nomine,de C. floreñ.auri de camera, boni & iusti ponderis, in quibus dictus B. occasione expeñ. pro parte dicti A.in huiusmodi causa,& nomine suo,factarum,necnon de fructibus,ex dictis canonicatu & præbeñ.a tempore motæ litis citra perceptis, ac aliis quatuor Floreñ similibus,ratione dictarum literarum executorialium, cõdemnatus extitit,infra terminum,in ipsis literis executorialibus,sibi ad hoc assignatum,realiter satisfaciat,necnon de obseruandis statutis & consuetudinibus dictæ ecclesiæ N. ac quodcunq; licitum & honestum iuramentum, per canonicos ipsius ecclesiæ N.præstari solitum,in animam ipsius domini constituentis præstañ. possessionem quoq; corporalem,realem, & actualem canonicatus & præbeñ. huiusmodi, iuriumq; & pertineñ.prædictorum petendum,recipiendum,intrandum,adipiscẽdum,regendum, gubernandum, & manutenendum, fructus,redditus,& proueñ. ex eisdem canonicatu & præbeñ.prouenieñ.recipiendum,exigendum,& leuandum,eosdem locandum,& dislocandum,arrendandam,& ad firmam, seu annuã pensionem dandum,& concedendum,in toto vel in parte,prout eisdem procuratoribus visum fuerit expedire,de receptis,habitis,& leuatis,quietandum, liberandum,& pactum de rem solutam vlterius non petẽdo,faciendum. ¶ Et si necesse fuerit pro præmissis omnibus & singulis,coram quibuscunq; &c. ¶ Et generaliter &c. ¶ Promittens &c. ¶ Super quibus,&c. ¶ Actum,&c. ¶ Præsentibus,&c.

Constitutio ad exequendũ remissoriam in partibus

Ad ipsius domini constitueñ. nomine, & pro eo,coram venerabilibus, & circumspectis viris Dominis N. & N. Iudicibus & executoribus literarum remissorialium,in causa,inter ipsum dominum constituentem ex vna,& quendam N.illius aduersarium,de & super parochiali ecclesia N.N.dioc.in Rom. Cu.coram R.P.Domino Antonio Augustino sacri palatij apostolici causarum Auditore , in secunda instañ. verteñ. & indecise pendeñ.deputatis comparendum,Literasq; ipsas & rotulum eisdem iudicibus præsentañ.ac ipsos & eorum quemlibet,super executione earundem literarum,in loco ad hoc specialiter deputato, facienda,sub pœnis & censuris in eisdem literis contentis requirendum,& monendum. Ipsamq; remissoriam postmodũ ad eius totalem effectum,prosequendum,& exequendum,ac prosequi & exequi faciendum. ¶ Testes,acta,literas, scripturas,instrumenta,iura,& alia munimenta quæcunq; ad causam huiusmodi facieñ.coram eisdem iudicibus & executoribus producendum,exhibendum,& exaduerso produci,& exhiberi videndum, ac productos,& exhibitos,productaq; & exhibita recipi & admitti petendum & obtinendum.Contra,exaduerso producta & producenda, ac personas testium, exaduerso producendorum,eorumq; dicta,& depositiones,dicendum,excipiendum,& opponendum,interrogatoria dandum,& exaduerso dari videndum. Ipsorumq; te-

tium dicta,& depositiones(postquam rite examinati fuerint)in scriptis & in publicam formam fideliter redigi, atq; quæcunq; iura & munimenta transumi, & transcribi,ac decretum & auctoritatem,per iudices prædictos apponi procurandum,faciendum,& obtinendum, ac exaduerso redigi,transumi, & transcribi, ac claudi,& sigillari videndum. Portionem fidelem, pro reportanda ad Rom. Cu. remissoria,sic,vt præmittitur,executa,deputari, & illum iurare videndum,petendum & obtinendum. ¶ Vnum quoq; vel plures,&c.

Constitutio ad exequendum literas de fructibus in absentia percipiendis.

In nomine Domini. &c. Ad intimandum & notificandum R. in Christo Patri, & D. Dei & Apostolicæ sedis gratia,Episcopo N. necnon venerabilibus & circunspectis viris dominis Præposito,Decano,& Capitulo,singulisq; canonicis,& personis ecclesiæ N.omnib⁹ aliis & singulis, ad quos de iure,vel de consuetudine pertinet,quasdā literas apostolicas, & processus, earum vigore, desuper decretos, de & super gratia eidem domino A.constituen.per dictum D.N.Papam,de fructibus percipiendis in absentia omnium & singulorum beneficiorum suorum, etiam si huiusmodi beneficia,canonicatus,& præben. dignitates, personatus, administrationes, vel officia fuerint,facta & concessa,prout in eisdem literis & processibus plenius cōtinetur. Ipsosq; dominos Episcopum,Præpositum,Decanum,Capitulum,singulosq; canonicos & personas dictæ ecclesiæ, & eorum quemlibet, sub pœnis & censuris in dictis literis & processibus contentis requirendum & monendum,vt huiusmodi gratiæ,siue literis apostolicis,obtemperare & obedire studeant. Necnon dictis procuratoribus,seu eorum alteri,ipsius constituen.nomine,de omnibus & singulis fructibus,redditibus,& prouen.dicto A.constituen.ratione dictorum canonicatus & præben.quos in ecclesia N.obtinet quomodolibet debitis, seu debendis integre respōdeant & quantum in eis fuerit, ab aliis faciant plenarie, & integre responderi,iuxta dictarum literarum apostolicarum,& processuum indesecuro & continentiam & tenorem.Necnon ad petendum,exigendum, & leuandum dictorum canonicatus, & præben. fructus, redditus, & prouen. a quibuscunq; personis,ecclesiasticis vel sæcularibus,vbicunq; consistant,ipsosq; fructus,redditus,& prouen.si opus fuerit,vendendum,arrendandum,locandum,& dislocandum,& ad firmam,seu annuam pensionem,dandum & concedendum, & de receptis, & leuatis,finem & quietantiam dandum,& pactum de vlterius non petendo,faciendum. ¶ Et si necesse fuerit pro præmissis omnibus & singulis & eorum quolibet necnon denegatione dictorum fructuum in absentia percipiendorum, & a quolibet alio grauamine,eis,seu eorum altero in præmissis illato vel inferendo, prouocandum,& appellandum,appellationem seu appellationes huiusmodi prosequēdum, earumq; causam & causas,intimandum insinuandū,& notificandum, apostolos semel & pluries petendum & obtinendum. ¶ Vnū quoq; vel plures &c. ¶ Et generaliter,&c.

Cōstit. ad exequeñ.cōpulsoriales gñales vel spāles.

Ad ipsius Domini constituen. nomine, & pro eo publicandum, intimandum, insinuandum, & notificandum, ac debitæ execution.demandandum,demandariq; faciendum & petendum quasdam literas compulsorias generales in causa, quam idem dominus constituens habet coram R.P.D.Friderico Fantucio sacri palatii apostolici causarum Auditore, de & super beneficio N.decretas & emanatas, suo nomine,in R o. Cu.& in partibus exequendas,ipsarumq; vigore,quæcunq; iura,acta,actitata,literas,scripturas,instrumenta, & munimenta, huiusmodi causam & causas,in Rom.Cu. pen-

deñ.

deñ.quomodolibet tangeñ.& tangentia,a quibuscunq; notarijs,& tabellionibus publicis & prothocollis eorum, seu quibuscunque alijs personis ecclesiasticis & sæcularibus,etiam collegiis,capitulis,& vniuersitatibus,quibuscunq; nominibus censeantur,apud quos & quæ fore dignoscuntur,extrahendũ, seu p dictos executores & subexecutores, & eorum quemlibet extrahi, & in publicam & autenticam formam redigi,necnon transsumi petendum & faciendũ, ita & taliter, quod eis,in Rom.Cu. ac alibi merito valeat & debeat fides plenaria adhiberi. ¶Et si necesse fuerit,recusantes & rebelles virtute censurarum in ipsius literis compulsorijs cõtentarum,ad exhibendum hmõi iura & munimenta compelli faciendũ. Necnõ pro præmissis omnibus & singulis,coram quibuscunq; D.Iudicibus,&c. vt in clausula. ¶Et si necesse fuerit,&c. vt supra in constitutione ad prosequendum gratiam expectatiuam ad duas collationes vsque. ¶Vnum quoque,vel plura,&c.

Constitutio ad prosequeñ.appellationem in partibus interpositam.

Ad ipsius domini constitueñ nomine,& pro eo,quandam appellationem pro parte dicti domini constitueñ. & eius nomine,in causa,quam habet contra quendam N.de & super parochiali ecclesia N.N.dioc.a nonnullis grauaminibus,per R.P.D. Abbatem Monasterii N. assertum iudicem,auctoritate apostolica deputatum,ad importunam dicti N.adversarii instantiam eidem domino constitueñ.illatis & inflictis,ac inferri comminatis, ad S.Dominum nostrum Papam, eiusq; sanctam Sedem apostolicam,in scriptis interpositam,& interiectam prosequendum, intimandum, insinuandum, & notificandum.Et pro eodem domino constitueñ. coram præfato domino nostro Papa,sanctæq; Ro.Ecclesiæ Cardinalibus,& illius Vicecancellario,ac Cancellariam Apostolicam Regeñ.& alibi,vbi opportunum fuerit, comparendum. Iudicem,vel iudices, Auditorem seu Auditores, Commissarium seu Commissarios,super eadem appellatione prosequenda, sibi deputari petendum, impetrañ. & obtineñ Protestationes quascunque, in talibus necessarias,fieri consuetas,solemniter facieñ. Necnon quascunq; literas, tam simplices, quàm legendas, gratiam,seu iustitiam in se contineñ. in audientia publica literarum contradictarũ Domini nostri Papæ petendum & impetrandum, & impetratis exaduerso contradicendum & illa impugnandum,de iudicibus & locis conueniendum & concordandum,eosq; suspectos recusandum. Agendum quoq;,& defendendũ, &c. vt in forma generali.

Constitutio ad appellandum a sententia diffinitiua in Rom. cu. lata.

Ad ipsius domini constituentis nomine, & pro eo, a quodam prætensa diffinitiua sententia per R.P.D. Ioannem Suarem Reomanum,sacri palatii apostolici causarum Auditorem,in quadam causa,quæ coram eo tunc inter præfatum constitueñ ex vna,& quendam N.asser tum clericum, in secunda vertebatur instañ. partibus ex altera, vt prætenditur, lata,& a quibuscunq; alijs grauaminibus illatis vel inferendis,prouocandum,appellandum,prouocationem, & appellationem seu appellatioñ.interponeñ. insinuañ.& notificañ.apostolos cum instañ. debita petendum,& recipiendum & ab apostolis non datis, quod per eum non stet, quominus illos recipiat, protestañ. Et pro eodem domino constitueñ.&c. vt in proxima constitutione.

Constitutio ad interponendum appellationem iudicialem, siue extraiudicialem ab intrusione, & appellatione intimãdum.

In nomine domini Amen.&c. speciales & generales, ita tñ q̃ specialitas generalitati non deroget, nec econtra, videlicet venerabiles &c. Ad dicti D. constitueñ. nomine & p eo, inter ponendum quamcunq; seu quascunq;, appellationem seu appellationes tam iudiciales q̃ extraiudiciales, coram quibuscunq; personis, de & super intrusione, occupatione, & detentione quorundam canonicatus, & præbeñ. ecclesiæ collegiatæ beatæ Mariæ de N.C. dioc. & ab illis, aliis'q; grauaminibus, eidem dño constitueñ. per quendam N. assertum clericũ occupatorem, siue detentorẽ, seu quemcunq; alium forsan intrusum, vel postea intrudendũ, illatis, vt asseruit, seu inferri comminatis, prouocandum, & appellandum ad dictum dominum nostrum Papam, sanctam'q; Sedem apostolicam, apostolos'q; primo, secundo, tertio, instanter, instantius & instantissime, sibi dari & concedi petendum, & obtinendũ necnon prouocatioñ. & appellatioñ. huiusmodi N. intruso, & cuiuscunq; forsan alteri intruso, seu intrudendo, publicandum, intimandum, & notificandum, causas'q; appellationum huiusmodi prosequeñ. & ipsas ad Ro. Cu. deuoluendum, & deuolui faciendum. ¶ Vnum quoq; &c. ¶ Et generaliter &c. ¶ De & super quibus &c. ¶ Acta &c. ¶ Præsentibus, &c.

Constitutio ad intimandum literas pensionis & emonendum pensionem annuam.

Ad ipsius domini constitueñ. nomine, & pro eo, quasdam literas apostolicas pensionis annuæ XX. Floreñ. auri de Camera, ipsi domino constitueñ. super fructibus, redditibus, & proueñ. parochialis ecclesiæ N.N. dioc. per præfatum dominum nostrum Papam aliàs constitutæ, reseruatæ & assignatæ, per venerabilem virum dominum N. dictæ parochialis ecclesiæ modernum rectorem, quolibet anno, in terminis & loco, in præfatis literis apostolicis designatis, & expressis, persoluendæ, eidem domino N. rectori, aliis'q; dictæ parochialis ecclesiæ rectoribus pro tempore existentibus, intimandum, insinuandum, & notificandum, ac intimari, insinuari, & notificari faciendum, & procurandum. Ipsum'q; rectorem, & illius successores pro tempore existentes (vt literis apostolicis huiusmodi, iuxta omnimodam illarum continentiã, integre pareant, & pensionem ipsam quotannis persoluant) requirendum & monendum, ac requiri & moneri faciendum, alias'q; dictas literas apostolicas, & processus desuper habitos & habendos, iuxta earum formam & tenorem, in omnibus & per omnia (prout in eisdem mandatur & continetur) exequeñ. & executioni debitæ demandandum, ac demandari faciendum. Necnon dictam pensionem ab N. rectore, & successoribus suis prædictis, tam pro lapsis q̃ futuris terminis, debitam & debendam, petendum, exigendum, emonendum, recipiendum, & conseruandum. Necnon ipsum rectorem & successores, literis apostolicis & processibus prædictis parere, & satisfacere, ac pensionem soluere minime curantes, ad parendum, satisfaciendum, & persoluendum, iudicialiter, & extraiudicialiter etiam per censuras ecclesiasticas, compellendum, & compelli faciendum. ¶ Et si necesse, &c.

Constitutio, ad recipiendum literas missiuas cambij & pecunias, cõcordandum, impetrandũ, & fulminandum.

In nomine domini. Amen. &c. Ad recipiendum quascunq; missiuas literas cambij, siue bullettas & quęcunq; instrumenta, iura, & munimenta, dicto domino constituen. & eius nomine, de quibuscunq; partibus & personis, ad Rom. Cu. missas & mittendas, vel aliis quouismodo directas & dirigendas, ipsasq; literas aperiendum, & aperiri faciendum, necnon quascunque pecuniarum summas, quotas, & quantitates, ac quietantias, & quęcunq; debita, in ipsis literis expressa & contenta, ipsi dño constituen. vigore & prętextu dictarum literarum cambij, aut aliis quibuscunq; modo, causa, iure, forma, titulo, vel ratione, debitas vel debendas, & ad eundem dñm constituentem spectañ. & pertineñ. a quibuscunque mercatoribus debitoribus, campsoribus, siue banchariis, & personis aliis Ro. Cu. sequeñ. quibuscunq; hmõi pecunias, siue debita habeñ. deben. siue tenentibus, etiam ratione condemnatorum, petendum, exigeñ recipieñ. & leuandum, ac super pręmissis, cum prędictis personis, siue debitoribus & creditoribus, computum & rationem faciendũ, atq; de receptis, leuatis, & solutis quietandum, finem, & quietantiam, ac pactum, de rem solutam vlterius non petendo, faciendum & procurañ. Quascunq; etiã cautiones, pacta, & contractus, occasione pręmissorum, sub poenis licitis & congruis, in eundum, necnon concordandum, & componendum, ac concordiam & compositionem subeundum, & faciendum, pro dicto domino constitueñ. & eius nomine cum quibuscunq; personis, tam ecclesiasticis, quàm sęcularibus, de & super pręmissis, & infrascriptis, omnibusq; aliis & singulis negociis, & causis, ius habere prętendentibus, concordiam, & compositionem huiusmodi, iuramento & poenis quibuscunq; vallandum, & confirmandum, & nunquam contrauenire, vel facere debere, promittendum. Et insuper quascunq; literas apostolicas impetrandum, & expediendum, ac processus necessarios & opportunos, fulminari petendum & faciendum, literasq; ipsas, & processus, executoribus & subexecutoribus, in dictis literis, & processibus expressis, omnibusq; aliis & singulis, quorũ interest, intererit aut interesse poterit quomodolibet in futurum, intimandum, insinuandum & notificandum pręsentandum & publicandum, ipsosq; executores & subexecutores, in dictis literis & processibus deputatos, ac quoscunq; alios supradictos quatenus huiusmodi literis & processibus pareant & obediant, & ad executionem dictarum literarum & processuum huiusmodi, procedant, sub poenis, sententiis & censuris, in eisdem expressis, prout in eis mandatur, monendum & requirendum, ac moneri, & requiri faciendum. Necnon quodcunq; licitum & honestum iuramentum, in animam ipsius domini constitueñ. pręstandum. ¶ Et si necesse fuerit, pro pręmissis omnibus & singulis, coram &c. ¶ Vnum quoq; vel plures &c. ¶ Et generaliter &c.

Constitutio ad petendum generaliter quęcunque debita causa mutui.

In nomine domini Amen. &c. Ad ipsius domini constitueñ. nomine, & pro eo, petendũ, exigendũ leuandum, recipieñ. recuperandũ, a discreto viro domino N. summam CC. Duc. auri de Camera, boni & iusti ponderis, de qua quidem summa, ipse N. tenetur eidem D. constitueñ. ratione veri & legitimi mutui (prout in quadã cedula eiusdem debitoris, propterea manu signata plenius cõtinetur) ac quascunq; alias pe

cuniarum summas, omniaq; alia & singula debita, credita, res, & bona quæcunque in quibuscunque locis existentia, & quocunq; nomine censeantur, & quæ sibi debentur & debebuntur quouismodo, & a quibuscunq; debeantur & detineantur personis ecclesiasticis & sæcularibus aut regularibus, quibuscunq; status, gradus ordinis, vel conditionis existant, necnon huiusmodi personas, ad reddendum & restituendum huiusmodi debita, & bona, per captionem, arrestationem & detentionem corporum dictarum personarum debentium, si opus fuerit, in quocunque foro siue iudicio compellendum, seu compelli faciendum. Ac de receptis, & recuperatis, nomine quo supra, quietandum, liberandum, & absoluendum, cum pacto solenni & expresso, de rem habitam & recuperatam vlterius non petendo. Et super huiusmodi solutionibus, & earum qualibet, literas, quietantias, & instrumenta, cum omnibus & singulis pactis, pœnarum adiectionibus, obligationibus, & renunciationibus, cæterisq; solēnitatibus & clausulis, in literis & contractibus apponi solitis & consuetis, dandum & concedendum. ¶ Et si necesse, &c. vt in constitutione, ad prosequendum gratiam expectatiuam ad duas collationes.

Cōstitutio ad peteñ. & manuteneñ. bona paterna.

Ad petendum, exigendum, recuperandum, recipiendum, percipiendum, & manutenendum, per se, vel alium, seu alios, eius nomine, ad eius vsum & vtilitatem, omnes & singulas domos, terras, hortos, decimas, syluas, pecuniæ summas, & res alias quascunque, ad ipsum domininum constitueñ. & ex testamentis, aut ab intestato, iure hæreditario, & alias deuolutas, & deuoluta, etiam bona paterna & materna, ad ipsum spectañ & pertineñ. ac spectantia, & pertinentia, a quibuscunq; personis, tam ecclesiasticis, quàm sæcularibus, ac capitulis, collegijs, & vniuersitatibus, quorū interest, vel qui sua putauerint interesse, quibuscunq; nominibus censeantur, aut quacunq; præfulgeant dignitate, insuper testamenta quæcunq;, in ipsius domini constitueñ. præiudicium condita, cassandum, & annullandū, ac cassari & annullari faciendum, Ipsarum quoq; vinearum, pratorum, domorum, terrarum, syluarum, & rerum aliarum, possessionem corporalem, realem, & actualem, necnō fructus, redditus & proueñ. iura, obueñ. & emolumenta, pecuniarum summas & bona quæcunq;, tam ecclesiastica, q̄ temporalia, præsentia & futura, in quibuscunq; locis consisteñ. & consistentia, & eidem pertineñ. & pertinentia, intrandum, nanciscendum, appræhendendum, assequendum, exigendum, regendum, & gubernādum. Et ipsos fructus, redditus, & proueñ. ac decimas & pecuniarum summas huiusmodi, quibuscunq; personis, ecclesiasticis vel sæcularibus, ad vnum, duos, tres, quatuor, quinq;, aut sex annos, & ad tempus, ac pro precio seu preciis, vel annuis pensionibus (prout eisdem suis procuratoribus visum fuerit expedire) vendendum, locandum, dislocandum, ac ad firmam, seu annuam pensionem dandū, & concedendum, necnon de fructibus, redditibus, proueñ. iuribus, & obueñ. vniuersis, emolumentis, pecuniarum summis, & rebus aliis ac precio seu preciis, & annuis pensionibus prædictis, p præfatum suum procuratorem perceptis & leuatis, soluente, duntaxat quietandū, absoluendū & liberandū, ac quietantias, & pactum, de rem solutam vlterius non petendo, faciendū, obligationes & quietantias quascunq; licitas & rationabiles dandum & recipiendū. ¶ Et si necesse fuerit &c. ¶ Vnum quoq;, &c. ¶ Et generaliter, &c. ¶ Super quibus, &c. Actum &c. ¶ Præsentibus &c.

Cōstitutio ad petendum bn̄ficium absolutionis.

Ad ipsius Domini constitueñ. nomine, & pro eo beneficium absolutionis a quadam excommunicationis sententia contra eum, per Reuerendum Patrem Dominum Franciscum Albericum de Rechaneto

Rachaneto, Curiæ Cameræ apostolicæ generalem Auditorem, siue ipsius Locumteneñ. quacunq; ratione, vel causa lata, vel (vt timetur) inferenda, humiliter petendum, implorandum, & obtinendum, ac super his, sufficientem cautionē etiam fideiussoriam, si opus fuerit, de parendo & stando iuri, ac sanctæ matris ecclesiæ, & ipsius domini Auditoris mandatis parendo, offerendum & præsentandum. Et quatenus huiusmodi absolutio denegaretur, a denegatioñ. huiusmodi, & quibuscunq; aliis grauaminibus, illatis aut inferen. ad sedem apostolicam appellandum & prouocandum, appellationem huiusmodi, intimandum, insinuandum, & notificandum, ac ad Rom. Cu. deuoluendum & prosequendum. ¶ Et generaliter, &c.

Constitutio ad cōcordandū, & compromittendum in quibuscunque negociis.

In nomine domini Amen. &c. Ad concordandum, componendū, paciscendum, transigendum, nomine dicti domini constitueñ & pro ipso, cum quodam N. & quibuscunq; aliis personis de & super omnibus & singulis negociis, iuribus, rebus, actionibus, & querelis, quæ & quas ipse N. & quicunq; alius, ab eo constitutus, petere & exigere, seu etiam mouere posset, vel in futurum poterit quomodolibet, pacta'q; & promissiones, concordias, cōpositiones quascūq;, cū eodem N. & alia quacūq; persona. faciendum, necnon ad compromittendū, nomine quo supra, in quemcunq; probum virum, seu viros, arbitrum seu arbitros, arbitratores, seu amicabiles compositores, eos'q; pro præmissis terminandis eligendum, ac de alto & basso, se submittendum, consentiendum'q;, vt iidem arbitri, arbitratores, seu amicabiles compositores, summarie & de plano, ac sine strepitu & figura iudicij, iuris ordine, & solēnitatibus seruatis, seu omissis, ambabus partibus, præsentibus vel absentibus, aut ipsis, vel eorū aliquo, vocatis vel nō vocatis, diebus quibuscunq;, feriatis seu non feriatis, seruata vel nō seruata forma huius cōpromissi, possint, prout ipsis placuerit, omnia & singula prædicta, cum suis depeñ. & connexis, decidere, examinare, terminare, & diffinire, arbitrando, laudando, ordinando, transigendo, disponendo, vel aliis quomodolibet faciēdo, prout ipsis videbitur expedire, compromissum'q; huiusmodi fide, pœna, obligatione, promissione, & iuramento vallandum, promittendum, & muniendum, ac in ipsius domini constitueñ. animam, iurādum, quod ipse constituens, huiusmodi arbitratorum, seu amicabilium compositorum, dictū arbitramentū & ordinationem acceptabit, ratificabit, emologabit, ratum'q; & gratum habebit, & inuiolabiliter obseruabit perpetuo, totum id, & quicquid super præmissis & ea tangentibus, dicti arbitratores seu amicabiles compositores, duxerint faciendum. Et propterea ad obligandum ipsum D. constitueñ. ac omnia & singula sua bona, mobilia & immobilia, præsentia & futura, vbicunq; existentia ac vbi inueniri poterunt.

Alia similis.

Ad ipsius Domini constitueñ. nomine, & pro eo, in quadam lite siue causa inter ipsum Dñm constituentem, vt asseruit, reum & conuentum ex vna & venerabilem virum Dominum N. de N. actorem partibus ex altera in Rom. Cu. coram certo causarum palatij apostolici causarum Auditore, siue illius Locumteneñ. de & super Canonicatu & præbeñ. ecclesiæ N. quos q. N. dum viueret obtinebat in prima siue vlteriori instantia indecisse pendeñ. cum eodem domino N. super Canonicatu & præbeñ. huiusmodi sub dicti D. N. Papæ, & Sedis apostolicæ beneplacito concordandum transigendum, componendum, conueniendum, & paciscendum. Ac in euentum in quem dictus D. N. ex causa concordiæ huiusmodi omni iuri sibi in dictis Canonicatu

& præbeñ vel ad illos quomodolibet competenti. Necnon dictum dominum constituẽñ.pacificum dimittendo liti & causæ huiusmodi in præfati D. N. Papæ manibus, vel alterius cuiuscunq; ad id potestatem habentis,& hoc in fauorẽ dicti domini constituentis cesserit,ac cessione huiusmodi admissa ipsi D.constituenti de dictis Canonicatu & præbeñ.prouisum seu prouideri cõcessum fuerit. Ex tunc & non alias aliter nec alio modo reseruationi pensionis annuæ decem ducatorum de Camera cũ omnibus & singulis libertatibus,immunitatibus,exemptionibus & priuilegiis,clausulis,decretis,derogationibus,pactis,conditionibus, cautelis,vinculis,& obligationibus.Necnon regressu accessu,& ingressu ad eosdem Canonicatum & præbendam, tam per cessum vel decessum dicti Domini constituẽñ.atq; etiam in non solutioñ,nullitatis,inualiditatis,seu alicuius reductionis dictæ pensionis,& alios euentus in supplicatione desuper signanda specificañ.& exprimeñ.Necnon facultate pensionem huiusmodi in toto vel in parte ac in vnam vel plures personas successiue etiam in manibus alicuius ordinarii, siue alterius cuiuscunq; personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ, seu etiam Canonici Cathedralis ecclesiæ etiam in mortis articulo transferendi pro eodem domino N.seu in fauorem illius,seu alterius cuiuscunq; personæ ad hoc per ipsum Dominum N.nominandæ super fructibus,redditibus,& prouentibus etiam in dicta ecclesia resideñ.& in diuinis ac capitulo interessendo lucrari solitis,necnon distributionibus quotidianis ac iuribus,obuentionibus,& emolumentis vniuersis eorundem Canonicatus & præbeñ. apostolica auctoritate reseruandæ cõstituẽñ.& assignañ.ac eidem domino N. seu alteri personæ,per eum, vt præfertur,nominandæ,& deinde illi vel illis,in quem vel quos eiusdem pensionis trãslatio pro tempore facta fuerit,quoad vixerit,vel eorum legitimis procuratoribus per dictum dñm constituẽñ. & successores suos Canonicatum & præbeñ. prædictos pro tempore obtineñ.annis singulis in loco & terminis in supplicatione desuper signanda etiam specificandis & exprimendis, ac sub sententiis, censuris, & pœnis in similibus apponi solitis & literis desuper conficiendis,ipsi D constituenti,qui illas pro sibi legitime intimatis habere voluit minime intimatis integre persoluendæ, & alias in omnibus & per omnia iuxta formam & tenorem supplicationis desuper signandæ,literarumq; quarumcunq; necessariarum desuper expeditioni consentiendum. Ac super præmissis omnibus & singulis suum plenum & liberum consensum pariter & assensum præstandum. Ipsumq; D.cõstituẽñ.ac omnia bona sua pro solutione dictæ pensionis modo & forma in supplicatione desuper signanda exprimendis faciẽñ.in ampliori forma cameræ apostolicæ cum submissione,renunciatione,procuratorum constitutione,iuramento, & aliis clausulis in similibus apponi solitis,ac cum susceptione omnium censurarum & mandati executiui,nulla citatione præuia obligandum,iurandumq; in animam ipsius D. constituentis quod in præmissis non interuenit,&c Et generaliter &c.Promittens &c.Releuans &c. Super quibus &c. Actum &c.

Ad concordandum super lite.

Ad ipsius domini constituẽñ.; nomine, & pro eo ,cum venerabili viro domino N. occasione cuiusdam litis,causæ & differentiæ, quam habet in Romana Curia contra eundem N. eius aduersarium,de & super parochiali ecclesia N. N.dioc.tractandum, pacisceñ. concordandum, & conueniẽñ sic & taliter, quod si dictus N. aduersarius, eiusdem parochialis ecclesiæ possessionem,quam detinet occupatam, realiter & effectualiter dimiserit & euacuauerit,omnes & singulos fructus, redditus,& prouẽñ.;ex dicta parochiali ecclesia per eum perceptos,& in quibus venit cõdemnandus,necnon expeñ.in deductione dictæ litis fact in toto, vel in parte remitteñ. & de ipsis quietañ cum pacto de rem habitam vlterius non peteñ.ac alias,de & super omnibus & singulis,compromitteñ.in quemcunq; bonum virum, neutri partium suspectũ

qui summarie,& de plano,ac sine strepitu & figura iudicii iuris ordine & solemnitatibus seruatis vel non seruatis, litem & differentiam huiusmodi examinare, decidere, terminare, & diffinire, ac componere possit & valeat, de alto & basso compromitteñ, Compromissum iuramento & pœna vallañ. & confirmañ. Et in euentum,quo possessionem dictæ parochialis ecclesiæ, euacuari contigerit, eãdem intrañ,adipiscẽñ.recipieñ.defendeñ. & continuandum. Fructus quoque, redditus & prouentus, iura, obueñ. & emolumenta quæcunque eiusdem parochialis ecclesiæ percipiendum, leuañ. conseruañ. arrendañ. seu ad firmam, & annuam pensionem dandum,& dimittendum (prout dictis procuratoribus visũ fuerit expedire)& de receptis quietañ. Et nihilominus etiam liti & causæ prædictis,necnon omni iuri,ẽidem domino constitueñ. in dicta parochiali ecclesia, & ad illam quomodolibet competeñ. pure,libere,& simpliciter,aut ex causa permutationis,cum alio vel aliis beneficio vel beneficiis (prout dictis procuratoribus commodius & conuenientius visum fuerit)in dicti D. N.Papæ,vel loci ordinarii,aut cuiuscunq; alterius ad id potestatem habentis manibus, cedeñ & renunciandum, cessionem & renunciationem hmõi admitti peteñ. & obtineñ. Et quod in huiusmodi cessione non interueniet fraus, dolus,simoniæ labes,aut alia quæuis corruptela,in animam ipsius Dñi constitueñ.iuran. Ac ad peteñ. & impetrañ.quodcunq; beneficium,& quæcunq; beneficia, quod vel quæ, ratione dictæ permutatioñ.resignari cõtigerit, sibi conferri,& prouideri etiam de eadem. Necnon possessionem illius petendum,intrandum,tenendum, & continuandum, fructusq; leuandum,custodiendum,& conseruandum,&c.

Constitutio ad concordañ.cum Cam. Apost.

Ad ipsius Domini constitueñ.nomine, & pro eo, pro annatis, seu mediis fructibus, quorumcunque beneficiorum,ac dignitatum, quæ & quas idem Dñs constituens, in quibuscunq; locis & ecclesiis, ac dioc.obtinet & possidet,de quibus,annata,cameræ apostolicæ,iure venit soluen.cum præsiden. & clericis eiusdem Cameræ concordañ. Terminos,ad dictam annatam seu medios fructus soluendum,petendum & impetrandum.Seq; pro ea, in terminis & dilationibus huiusmodi soluenda, obligandum,& onus in similibus etiam sub pœnis cameræ,ob non solutionem annatæ apponi cõsuetis, suscipiendum,& quodlibet licitum,honestum,& necessarium iuramentum,in talibus præstari solitum,in animam ipsius domini constitueñ præstandum & subeundum,seq; pro præmissis,iurisdictioni,rigori,compulsioni,& mero examini curiæ dictæ cameræ,in meliori forma,prout iuris & styli est,submitteñ &c.

Constitutio procuratorum,facta per executorem testamenti ad vendendum.

Ad ipsius Domini constitueñ. nomine, & pro eo, omnes & singulas vestes,supellectilẽ,iocalia,clenodia, libros, aliasq; res,& bona quæcunq;, per dictum quondam N. testatorem in Rom.Cu.defunctum,relictas,& relicta,in bancho dominorum hæredum quondam Pandulphi della Casa,& Ludouici de Rucellais de Florentia,mercatorum Ro. Cu.sequeñ quõd slibet depositas & deposita repeteñ exigeñ.recuperañ.& capieñ. Illasq; & illa pro quocunq; precio,seu preciis quibuscunq;, emptoribus offerendum,vendendum,alienandum,tradendum,& consignandum,quasc ũq; pecuniarum summas,inde prouenieñ.& receptas,dictis dominis mercatoribus,& rerum prædictarum depositariis, seu ipso bancho, in defalcationem & solutionem summæ 60. ducatorum,& pro quibus discretus vir dominus Andreas Granuccius Luceñ. sacri palatii apostolici causarum, coram R. P. D. Peregrino Fabio Episcopo

Vestano, ac vnius, &c. Locumtenentem, notariis in fauorem dicti quondam N. testatoris, fuit & est fideiussorio nomine obligatus, tradendum & consignandum Et si quid pecuniarum, vltra dictos 60. Ducat. de rebus supradictis, vt præfertur, venditis & alienatis, superfuerit, dicto D. N. executori constituen. restituen. Insuper quietantias quascunque necessarias, a mercatoribus siue banchario, petendi & peti dandum & traden. in formis solitis & consuetis &c.

Cōstitutio ad locandū domum in emphyteosim.

In nomine Domini. &c. Ad ipsius domini constituen. nomine, & pro eo, omnes & singulas domos, in ciuitate N. situatas, ad præfatum dominum constituen. ratione cuiusdam perpetui simplicis seruitorii beneficii, quod in N. ecclesia obtinet, & ad ipsum beneficium spectan. & pertinen. cuiuscunque annui valoris existant, cum suis iuribus, introitibus, & exitibus, & pertinen. vniuersis, quibusuis personis, ecclesiasticis vel sæcularibus, in emphyteosim, & locationes sub annuo censu. & canone, ac pro preciis & summis, de quibus eisdem procuratoribus placuerit, & prout melius & cōmodius fieri poterit, concedendum, tradendum, & consignandum, ac huiusmodi cōductores, ad possessionem huiusmodi domorū, & cuiuslibet ipsarum iuriumque & pertinen. earundem, inducendum, & de illis, ac qualibet ipsarum, inuestiendū, ac huiusmodi locationem & dationem, in emphyteosim iuramēto, pacto promissione, & aliis clausulis in similibus fieri cōsuetis & quomodolibet necessariis, vallandum & roborandum, necnon pensiones annuas huiusmodi, & pecuniarum summas ab ipsis locatoribus (si opus fuerit) recipiendum, & exigendum. De receptis quietandum, cum pacto &c. Et pecuniarum summas huiusmodi, si quas receperint, in vtilitatem domini constituen. & ipsarum domorum, conuertendū, exponen. ¶ Et generaliter, &c. Promisit, &c. De & super quibus &c.

Constitutio ad vendendū possessionem siue domū

Ad ipsius domini constituen. nomine, & pro eo, quasdam domos, quas idem dominus constituens, in Vrbe N. sitas in regione N. habet & possidet, vt asseruit, aut si quos alios confines contineāt, quos, & eorum quemlibet, idem D. constituens, habere voluit pro expressis, pro meliori precio, ac personæ seu personis, quibus poterit, & sibi videbitur melius expedire, cum omnibus & singulis, quæ infra prædictos continentur fines, accessibus, & ingressibus suis, ac cum omnibus & singulis, quæ habent supra aut infra, seu intra se in integrum, omnibusque iuribus, actionibus, vsibus, seu requisitis sibi ex ea, & pro ea, modo aliquo pertinen. vendendum, & nomine puræ, liberæ, simplicis, & irreuocabilis venditionis alienandum, dandum, tradendum, & assignandum dictum precium, quod pro præfatis domibus conuenerint, seu alter eorum conuenerit, petendum, habendum, recipiendum, & recuperan. quascunque etiam conuētiones, obligationes, fideiussiones, stipulationes, pacta & instrumenta publica, etiā de euictioñ. in forma iuris, & quacunque alia re, quæ ad securitatem & cautelam personarum seu personæ, dictas domos ementis vel ementium fuerint opportuna & in similibus fieri consueta, cum obligationibus debitis & consuetis, faciendum concedendum & conficiendum. De habitis quoque, receptis, leuatis, & recuperatis finem & quietantiam, cum pacto solemni, de rem solutam vlterius non petendo, &c. vt supra in aliis.

Constitutio ad agendum, & defendendum gnāliter in quibuscunque causis.

Ad ipsius Domini constituen. nomine., & pro eo, in Romana & alia quacunque Curia ecclesiastica, aut sæculari, tam co-

tam præfato domino nostro Papa, quam suis Vicecancellario, cameræ apostolicæ, & sacri palatij apostolici causarum, Auditoribus, ac aliis quibuscunque iudicibus, siue commissariis, ordinariis, extraordinariis, delegatis, subdelegatis, delegandis, subdelegañ. deputatis, seu deputan. quacunque auctoritate fungeñ. compareñ. ipsumque & eius iura in omnibus & singulis causis, litibus, quæstionibus, petitionibus, controuersiis, & differentiis, tam beneficialibus, ciuilibus, criminalibus, quàm profanis, tam per ipsum dominum constitueñ. vt auctorem, quam sibi, vt reo, ex quibuscunque causis seu occasioñ. motis & mouen. ac commissis & committeñ. in quacunque instañ. pendentibus, defendeñ. & pro eo agendum. Libellum, seu libellos, & quamcunque aliam petitionem dandum, offereñ. & recipieñ. litem seu lites contestañ. & contestari videñ. &c. de calumnia vitanda, & veritate dicenda, cum omnibus & singulis capitulis & clausulis, in & sub calumniæ iuramento contentis iurandum, & cuiuslibet alterius generis licitum & honestum iuramentum, etiam perhorrescentiæ, de eo, quod ipse dominus constituens non speret posse consequi in partibus iustitiæ complementum, ac paupertatis, videlicet, quod idem dominus constituens, non habeat tantum in bonis, quod causas suas in Rom. Cu ordinarie prosequi possit, in animam ipsius domini constitueñ. præstandum, ac exaduerso præstari videndum, ponendum, & articulandum, ponique & articulari videndum & audiendum, positionibus & articulis partis aduersæ respondendum & suis responderi faciendum, ac contra eos dicendum, & renunciandum, replicandum, duplicandum, triplicandum, & quadruplicandum, testes partis aduersæ iurare videndum, & contra ipsos, & eorum dicta dicendum & obiiciendum, crimina & defectus opponendum & probandum, testes, acta, literas, scripturas, instrumenta, priuilegia, iura, munimenta, ac quæcunque alia probatioñ. genera producendum & exhibendum, & exaduerso produci & exhiberi videndũ, de loco & iudice, vel iudicibus concordandum & conueniendum, cumque vel eos suspectum ac suspectos & suspecta recusandum & declinandum, ac suspitionis causas assignandum & allegandum, aliosque iudices & notarios eligendum, petendum & nominandum, literas quoque remissorias, cõpulsorias, & apostolicas quascunque, gratiam seu iustitiam concernentes, & rescripta, tam in audientia literarũ contradictarum, quam alibi, vbicunque impetrandum & obtinendum, ac impetratis exaduerso, in quocunque foro, siue iudicio, ac alibi, vbi expediens fuerit, cõtradicendum & impediendum. Absolutionis beneficium, simpliciter vel ad cautelam, a quacunque excommunicationis sententia lata vel ferenda, principaliter vel incidenter, ac restitutionem in integrum, petendum, obtinendum, iudicis officiũ implorandum, impetrandum, & obtinendum, in causa seu causis renunciandum & concludendum, renunciari & concludi petendum & obtinendum, sententiam vel sententias, tam interlocutorias, quàm diffinitiuas ferri petendum & audiendum, ac ab ea seu eis, & a quocunque alio grauamine illato vel inferendo, prouocandum & appellandum, apostolosque semel vel pluries, debita cum instañ. petẽdum & obtinendum, appellationemque & appellatioñ. huiusmodi intimandum, insinuandum, & notificandum, ipsasque ac nullitatis causas prosequendum, & ad Rom. Cu. si opus fuerit, deuoluendum, & deuolui faciendum, expeñ. damna, & interesse taxari petendum & extorquendũ, & super ipsis, si necesse fuerit, iurandũ Necnõ cõcordandũ & compromittendũ, compromissionem, fide, pœna, & iuramento vallandum, arbitros, & quoscunque amicabiles compositores eligendum. ¶ Vnum quoque vel plures &c. ¶ Et generaliter, &c.

Alia similis constitutio generalis cũ specificatione vnius causæ.

Ad ipsius Domini constitueñ. nomine, & pro eo, in Romana Curia coram R. P. D. Antonio Augustino sacri palatij

Apostolici causarum Auditore, aut quocunq; alio iudice commissario, seu ordinario, in quadam causa, quæ coram dicto domino Auditore inter ipsum D. constituen. ex vna, & quendam N. eius aduersarium, & quoscunq; alios, sua, communiter vel diuisim interesse putâtes, de & super parochiali ecclesia N. N. dioc. rebusq; aliis, in actis latius designatis & designandis, & illorum occasione partibus ex altera vertitur, seu verti & esse speratur, ac quibuscunq; aliis causis, litib' quæstionibus, petitionibus, differentiis, controuersiis, ecclesiasticis seu profanis, personam, honorem, statum, aut bona ipsius concernentibus, tam per ipsum Dominum constituen. quàm contra eum, in quacunq; curia, & quibuscunq; instantiis, quarumcunq; rerum occasione motis & committendis, comparen. ipsumq; dominum constituen. & eius iura defendendum, & pro eo agendum, &c. Vt in proxima forma.

Cõstitutio ad lites, pendente causa in Ro. Cu. coram certo Auditore, & ad veniendũ p interesse.

Ad ipsius Domini constituen. vice & nomine, ac pro eo, in causa & causis, inter honorabiles viros dominos A. & B. de & super quadam vicaria, siue altari in ecclesia N. vacan. in Romana Curia coram R. P. D. Ioanne Antonio Capisucco, sacri palatij, &c. Auditore pendeñ. & introductis, pro iure & interesse suis, ipsi domino constituen. in vim cuiusdam gratiæ apostolicæ, seu aliàs quomodolibet ad eandem vicariam competeñ. comparendum, ipsumq;, & causas huiusmodi pertractandum & prosequendum, iudicem seu iudices impetrandum, impetratos recusandum, libellum seu libellos, &c. vt supra in constitutione ad lites, mutatis mutandis, & dimissis dimittendis, prout videbitur, &c.

Constitutio pro Cõmendatore S. Spiritus in Saxia de Vrbe ad puniendũ falsos quæstores.

Petrus Sanctus Carpinus de Firmo, sacri & Apostolici Hospitalis sancti Spiritus in Saxia de Vrbe Præceptor, ac totius ordinis eiusdem generalis Magister. ¶ Cum aliàs coram nobis, graui cum quærela, fuerit expositum, qualiter nonnulli iniquitatis filii, propriæ salutis, immemores, (præsertim in regno Hispaniæ) indulgentias nostras, nobis & ordini nostro per diuersos successiue Rom. Pontifices, concessas, sub falsis & fictis coloribus, in eorum animarum periculum, Christifidelibus, eorum animas decipiendo publicant & profanant. Præmissis salutari remedio, obuiare cupień. De consensu & voluntate omnium Fratrum nostrorum sancti Spiritus, ad infrascripta congregatorum, Omnibus melioribus modo, & forma, quibus melius, validius, & efficacius potuimus & debuimus, fecimus, constituimus, creauimus, ac præsentium per tenorem facimus, constituimus, creamus, & ordinamus nostrum, certum verum, &c. procuratorem & syndicum actorem, factorem, negotiorumq; nostrorum infrascriptorum gestorem, ac nuncium specialem & generalem (ita tamen, quod specialitas generalitati non deroget, nec econtra) videlicet honorabilem virum dominum N. absentem tanquam præsentem, solum & insolidum. Dañ. & concedeñ. eidem N. plenam & omnimodam potestatem, auctoritatem, & facultatem, omnes & singulos falsarios, falsosq; procuratores, vicarios, & quæstores, ac illos, qui eleemosynas, & pia, ac charitatiua subsidia, & pauperum suffragia & persæpe falsis coloribus, & argumentorum demonstrationibus, & sub fictis falsisq; coloribus, tractibus & titulis, modis illicitis, furari & subtrahere, tanquam salutis æternæ immemores, & in proprium vsum conuertere nõ verentur, procedendi & procedi faciendi, ipsosq;, & quemlibet ipsorum capiendi, tenẽ

di,& incarcerandi,seu capi,ac detineri & incarcerari facieñ.& procurañ.ac eorum bona singula, res, equitaturas, & pecuniarum summas auferendi, & sequestrandi, arrestandi,ac sequestrari,& arrestari faciẽdi,& ab eis,& eorum quolibet fideiussionem idoneam,vel pignoraticiam cautionem petendi,& ad eã præstandum illos compelleñ.peteñ.de se iudicio sisti,& indicatum soluendo, inuocato ad hoc(si opus fuerit) auxilio brachij sæcularis. Quæ bona,res,equitaturas,& pecuniarum summas huiusmodi, sic,vt præmittitur,recipiendo, per dictum nostrum procuratorem, per Præsidentem Vrbis, & Gubernatores debent deponi apud aliquem probum & bonæ conscientiæ virum,ad instañ. & petitionem nostram nominandum,nomine ciuitatis in qua reperiuntur huiusmodi falsarij.

¶ET pro præmissis omnibus & singulis realiter & effectualiter adimplendis, coram quibuscunq; Auditoribus, Viceauditoribus, tam iudicibus ecclesiasticis, quàm sæcularibus,legatis,delegatis,subdelegatis,ordinariis,extraordinarii,deputatis,seu deputandis,in quacunq; curia tam ecclesiastica quàm sæculari, pro nobis,& nostro nomine,comparendum,recipiendum, defendendum, libellandum, articulandum,& ponendum,articulosq́; & probationes dandum & faciendum, & sic consequenter,vt in forma generali,vsq; præsentium & futurorum. Protestañ.nihilominus,quod per quemcunque actum, siue per quamcunque comparitionem,quem seu quam,nos(in iudicio vel extra)facere contigerit,non intendimus propterea,dictum N.procuratorem aut substituendos ab eo in aliquo reuocare,nisi de reuocatione huiusmodi specialem & expressam in nostris literis fecerimus mentionem. ¶In quorum,&c.

Constitutio ad obligandum se pro aliqua pecuniarum summa.

Ad ipsius Domini constitueñ.nomine,& pro eo,a quocunq; mercatore,seu quibusuis mercatoribus aut aliis personis ecclesiasticis & sæcularibus,quamcunq; pecuniarum summam (ad CCC Ducatos auri in auro de Camera,& non vltra ascendeñ.)causa & nomine amicabilis mutui peteñ.recipieñ. & extraheñ. Et pro huiusmodi summa,ipsum Dominum constitueñ. eiusq́; hæredes & successores,ac bona sua,& eorum, præsentia & futura,mobilia & immobilia,ac etiam fructus quorumcunq; beneficiorum, quæ de præsenti obtinet,& in futurum obtinebit, mercatoribus personis, ac creditoribus huiusmodi,in meliori forma obligatioñ.cautioñ.sufficieñ.tam iuratoriam,quam fideiussoriam desuper præstañ. offereñ. & facieñ. Et propterea iurisdictioni, examini,& coertioni Cu.Cameræ Apost. & D. Camerarii,eiusq́; Auditoris,seu Cõmissarii,ac Locumteneñ.submitteñ.omnesq́; & singulas sententias,etiam excommunicationis,processus,fulminatioñ. censuras alias,ac præcepta & mandata,præmissorum occasione,acceptañ. & subeundum. Exceptioñ. priuilegiis,indultis &c.literis & gratiis,tam apostolicis,quàm aliis ipsi D.constitueñ.concessis & concedeñ.ac etiam beneficio absolutioñ.& restitutioñ. in integrum appellationi,& omni iuris canonici & ciuilis, remedio, per quæ contra præmissa,vel eorum aliquod,posset quomodolibet se tueri,renunciañ. Quodq́; ipse dominus constituens omnia & singula, quæ per dictos suos procuratores, seu eorum alterum,de & super præmiss.s,& circa ea conuenta, promissa & iurata, seu aliàs facta,gesta & habita fuerint,plene & integre persoluet,faciet, attendet,ac firmiter & inuiolabiliter adimplebit. Ipsosq́; fideiussores obligatioñ. prædictæ accedentes indẽnes seruabit & releuabit, in ipsius domini constitueñ. animam iurandũ, & promitteñ. ¶Vnum quoq; &c.

Constitutio ad exequen̄, literas citatorias, cū inhibitione, cū insertione clausulæ cōcordiæ.

In nomine domini Amen. &c. Ad ipsius domini constituen̄. nomine & pro eo, quasdā literas citatorias & inhibitorias, per R.P.D. Antoninnr Augustinum V.I.D. sacri palatij apostolici causarum Auditorem, in causa, quæ coram eo, inter dictum dominum constituentem, ex vna, & quosdam N. & N. exaduerso principales, de & super vicaria perpetua, sita in ecclesia oppidi N. N. dioc. & illius ecclesiæ, partibus ex altera, vertitur, decretas & emissas, suoq; sigillo sigillatas, necnon per discretum virum, & coram eo scribam, subscriptas signatas contra & aduersus eosdem N. & N. exaduerso principales, in eisdem literis citatoriis & inhibitoriis exaduerso principaliter, nominatos, omnesq; alios & singulos, sua communiter vel diuisim interesse putan̄. & in executione earundem nominandos, exequendum, & executioni debitæ demandandum, ipsosq; N. & N. exaduerso principales, ac alios supradictos, sua communiter vel diuisim interesse putan̄. in eorum propriis personis, vel aliàs, iuxta dictarum literarum tenorem & formam, ad comparendum coram dicto D. Ant. Augustino Auditore, in termino eis præfixo, & assignato, vel altero in loco ipsius Dn̄i N. surrogato, vel surrogando Auditore in Rom. Cu. vel alibi, vbi tunc S. D. N. Papa cum sua Rom. Cu. residebit, citādum, & citari mandādum, ipsisq; N. & N. exaduerso principalibus, & aliis quibus inhibēdum fuerit, inhibendum & inhiberi faciendum, ac alias ad executionem ipsarum citatoriarum & inhibitoriarū literarum, proceden̄. Dans nihilominus & concedens dictus dominus constituens, eisdem suis procuratoribus, plenam & liberam potestatem, pro se, & eius nomine, concordan. & quamcunq; cōcordiam amicabilem & decētem ineundum, ac totaliter paciscendum, arbitrandum, compromittendum, arbitros, & arbitratores, ac amicabiles compositores, super præmissis omnibus & singulis, & quolibet præmissorum, eligendum, compromissumq; huiusmodi, quibuscunq; pœnis vallandum, & firmandum, ac ipsum dominum cōstituen̄. ad obseruandum inuiolabiliter compromissum, cōcordiam, arbitramentum, laudum, & pronunciationem huiusmodi, & ipsius bona obligandum. Et casu quo dictum N. vnum ex aduersariis prædictis, seu alium forsan intrusum, seu intrudēdum, possessionem dictæ vicariæ euacuare contigerit, eandem recipiendum, intrandum, appræhendendum, manutenendum, & continuādum, ipsamq; & illius fructus locādum, & dislocandum, arrēdandum, seu ad firmam, vel annuam pensionem dādum, & cōcedendum, illiq; in diuinis laudabiliter deseruiri faciēdum & procurādum, & de singulis perceptis, quietādum, & quietātiam dandum.
¶ Vnum quoq;, &c. ¶ Et generaliter, &c.

Constitutio ad exequen̄. literas executoriales.

In nomine domini. Amen. &c. Ad ipsius domini constituen̄. nomine, & pro eo quasdam literas, siue processus executoriales triū diffinitiuarū conformium sētiarum in Ro. Cu. in fauorem domini constituen̄. successiue latarum a R. P. domino Fabio Acorambono, sacri palatij apostolici causarum Auditore, decretarum, & emissarum, ac per notarium suum inibi expressum subscriptarum, & signatarum, Reueren̄. in Christo Patri, & domino, domino Dei, & apostolicæ sedis gratia Episcopo N. Necnō venerabilibus, & circumspectis viris, dominis Præposito, Decano, & toti Capitulo ecclesiæ N. & specialiter cuidam B. exaduerso principali, Omnibusq; aliis & singulis, quibus de iure & consuetudine sunt intimandæ, intimandum, insinuādum, & notificādum. Ipsosq; dominos Episcopum, Præpositum, Decanum, Capi

tulum,& Canonicos,maxime dictum B. iuxta & secundum vim, formam, & tenorem ipsarum literarum executorialium sub pœnis in eisdem contentis,requirendum,& monendũ,vt dictum dominum constituentem,aut eius procuratorem seu alterum eorum,pro eo,& eius nomine,in & ad corporalem,realem,& actualem possessionem canonicatus & præbeñ. iuriumq́; & pertineñ. prædictorum vigore dictarum literarum executorialium,inducant,& inductum defendant,amoto exinde quolibet illicito detentore,necnon eundem dominum constituentem vel dictos procuratores,aut eorum alterum pro eo, ad canonicatum & præbeñ. huiusmodi,vt moris est,admittant,& admitti faciant,dictoq́; domino constitueñ vel eisdem procuratoribus suis pro eo, de canonicatus & præbeñ. prædictorum, fructibus,redditibus,& prouentibus,iuribus,& obuentionibus vniuersis(prout in dictis literis executorialibus mandatur) cum integritate respondeant,& faciant ab aliis plenarie responderi,sub pœnis & censuris, vt præmittitur, in dictis literis executorialibus contentis,& dictum,B vt rei iudicatæ pareat,dictoq́; domino A. aut ipsius procuratoribus, seu vni ex eis, ipsius nomine,de C. floreñ.auri de camera, boni & iusti ponderis, in quibus dictus B. occasione expeñ. pro parte dicti A.in huiusmodi causa,& nomine suo,factarum,necnon de fructibus,ex dictis canonicatu & præbeñ.a tempore motæ litis citra perceptis, ac aliis quatuor Floreñ similibus,ratione dictarum literarum executorialium, cõdemnatus extitit,infra terminum,in ipsis literis executorialibus,sibi ad hoc assignatum,realiter satisfaciat,necnon de obseruandis statutis & consuetudinibus dictæ ecclesiæ N. ac quodcunq; licitum & honestum iuramentum, per canonicos ipsius ecclesiæ N.præstari solitum,in animam ipsius domini constituentis præstañ. possessionem quoq; corporalem,realem, & actualem canonicatus & præbeñ. huiusmodi, iuriumq́; & pertineñ. prædictorum petendum,recipiendum,intrandum,adipiscẽdum,regendum, gubernandum, & manutenendum, fructus,redditus,& proueñ. ex eisdem canonicatu & præbeñ. prouenieñ. recipiendum,exigendum,& leuandum,eosdem locandum,& dislocandum,arrendandam,& ad firmam, seu annuã pensionem dandum,& concedendum,in toto vel in parte,prout eisdem procuratoribus visum fuerit expedire,de receptis,habitis,& leuatis,quietandum, liberandum,& pactum de rem solutam vlterius non petẽdo,faciendum. ¶ Et si necesse fuerit pro præmissis omnibus & singulis,coram quibuscunq; &c. ¶ Et generaliter &c. ¶ Promittens &c. ¶ Super quibus,&c. ¶ Actum,&c. ¶ Præsentibus,&c.

Constitutio ad exequendũ remissoriam in partibus

Ad ipsius domini constitueñ. nomine, & pro eo,coram venerabilibus, & circumspectis viris Dominis N. & N. Iudicibus & executoribus literarum remissorialium,in causa,inter ipsum dominum constituentem ex vna,& quendam N.illius aduersarium,de & super parochiali ecclesia N.N.dioc.in Rom. Cu.coram R.P.Domino Antonio Augustino sacri palatij apostolici causarum Auditore, in secunda instañ. verteñ. & indecise pendeñ.deputatis comparendum,Literasq́; ipsas & rotulum eisdem iudicibus præsentañ.ac ipsos & eorum quemlibet,super executione earundem literarum,in loco ad hoc specialiter deputato, facienda,sub pœnis & censuris in eisdem literis contentis requirendum,& monendum. Ipsamq́; remissoriam postmodũ ad eius totalem effectum,prosequendum,& exequendum,ac prosequi & exequi faciendum. ¶ Testes,acta,literas, scripturas,instrumenta,iura,& alia munimenta quæcunq; ad causam huiusmodi facieñ.coram eisdem iudicibus & executoribus producendum,exhibendum,& exaduerso produci,& exhiberi videndum, ac productos,& exhibitos,productaq́; & exhibita recipi & admitti petendum & obtinendum. Contra,exaduerso producta & producenda, ac personas testium, exaduerso producendorum,eorumq́; dicta,& depositiones,dicendum,excipiendum,& opponendum,interrogatoria dandum,& exaduerso dari videndum. Ipsorumq́; te-

ſtium dicta,& depoſitiones(poſtquam rite examinati fuerint)in ſcriptis & in publicam formam fideliter redigi, atq; quæcunq; iura & munimenta tranſumi, & tranſcribi,ac decretum & auctoritatem,per iudices prædictos apponi procurandum,faciendum,& obtinendum, ac exaduerſo redigi,tranſumi, & tranſcribi, ac claudi,& ſigillari videndum. Portionem fidelem, pro reportanda ad Rom. Cu. remiſſoria,ſic,vt præmittitur,executa,deputari, & illum iurare videndum,petendum & obtinendum. ¶ Vnum quoq; vel plures,&c.

Conſtitutio ad exequendum literas de fructibus in abſentia percipiendis.

In nomine Domini. &c. Ad intimandum & notificandum R. in Chriſto Patri, & D. Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia,Epiſcopo N. necnon venerabilibus & circunſpectis viris dominis Præpoſito,Decano,& Capitulo,ſingulisq; canonicis,& perſonis eccleſiæ N.omnib⁹ aliis & ſingulis, ad quos de iure,vel de conſuetudine pertinet,quaſdã literas apoſtolicas, & proceſſus, earum vigore, deſuper decretos, de & ſuper gratia eidem domino A.conſtituen.per dictum D.N.Papam,de fructibus percipiendis in abſentia omnium & ſingulorum beneficiorum ſuorum, etiam ſi huiuſmodi beneficia,canonicatus,& præben. dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia fuerint,facta & conceſſa,prout in eiſdem literis & proceſſibus plenius cõtinetur. Ipſosq; dominos Epiſcopum,Præpoſitum,Decanum,Capitulum,ſingulosq; canonicos & perſonas dictæ eccleſiæ, & eorum quemlibet, ſub pœnis & cenſuris in dictis literis & proceſſibus contentis requirendum & monendum,vt huiuſmodi gratiæ,ſiue literis apoſtolicis,obtemperare & obedire ſtudeant. Necnon dictis procuratoribus,ſeu eorum alteri,ipſius conſtituen.nomine,de omnibus & ſingulis fructibus,redditibus,& prouen. dicto A.conſtituen.ratione dictorum canonicatus & præben.quos in eccleſia N.obtinet quomodolibet debitis, ſeu debendis integre reſpõdeant & quantum in eis fuerit, ab aliis faciant plenarie, & integre reſponderi,iuxta dictarum literarum apoſtolicarum,& proceſſuum indeſecutorū continentiam & tenorem.Necnon ad petendum,exigendum, & leuandum dictorum canonicatus, & præben. fructus, redditus, & prouen. a quibuſcunq; perſonis,eccleſiaſticis vel ſæcularibus,vbicunq; conſiſtant,ipſosq; fructus,redditus,& prouen.ſi opus fuerit,vendendum,arrendandum,locandum,& diſlocandum,& ad firmam,ſeu annuam penſionem,dandum & concedendum, & de receptis, & leuatis,finem & quietantiam dandum,& pactum de vlterius non petendo,faciendum. ¶ Et ſi neceſſe fuerit pro præmiſſis omnibus & ſingulis & eorum quolibet necnon denegatione dictorum fructuum in abſentia percipiendorum, & a quolibet alio grauamine,eis,ſeu eorum altero in præmiſſis illato vel inferendo, prouocandum,& appellandum,appellationem ſeu appellationes huiuſmodi proſequẽdum, earumq; cauſam & cauſas,intimandum inſinuandũ,& notificandum, apoſtolos ſemel & pluries petendum & obtinendum. ¶ Vnũ quoq; vel plures &c. ¶ Et generaliter,&c.

Cõſtit. ad exequeñ.cõpulſoriales gñales vel ſpãles.

Ad ipſius Domini conſtituen. nomine, & pro eo publicandum, intimandum, inſinuandum, & notificandum, ac debitæ executioñ.demandandum,demandariq; faciendum & petendum quaſdam literas compulſorias generales in cauſa, quam idem dominus conſtituens habet coram R.P.D.Friderico Fantucio ſacri palatii apoſtolici cauſarum Auditore, de & ſuper beneficio N.decretas & emanatas, ſuo nomine,in Ro. Cu.& in partibus exequendas,ipſarumq; vigore,quæcunq; iura,acta,actitata,literas,ſcripturas,inſtrumenta, & munimenta, huiuſmodi cauſam & cauſas,in Rom.Cu. pen-

deñ.

deñ.quomodolibet tangeñ.& tangentia,a quibuscunq; notarijs,& tabellionibus publicis & prothocollis eorum, seu quibuscunque alijs personis ecclesiasticis & sæcularibus,etiam collegijs,capitulis,& vniuersitatibus,quibuscunq; nominibus censeantur,apud quos & quæ fore dignoscuntur,extrahendũ, seu p̄ dictos executores & subexecutores, & eorum quemlibet extrahi, & in publicam & autenticam formam redigi,necnon transumi petendum & faciendũ, ita & taliter, quod eis,in Rom.Cu. ac alibi merito valeat & debeat fides plenaria adhiberi. ¶Et si necesse fuerit,recusantes & rebelles virtute censurarum in ipsius literis compulsorijs cõtentarum,ad exhibendum hmõi iura & munimenta compelli faciendũ. Necnõ pro præmissis omnibus & singulis,coram quibuscunq; D.Iudicibus,&c. vt in clausula. ¶Et si necesse fuerit,&c. vt supra in constitutione ad prosequendum gratiam expectatiuam ad duas collationes vsque. ¶Vnum quoque,vel plura,&c.

Constitutio ad prosequeñ.appellationem in partibus interpositam.

Ad ipsius domini constitueñ nomine,& pro eo,quandam appellationem pro parte dicti domini constitueñ. & eius nomine,in causa,quam habet contra quendam N. de & super parochiali ecclesia N.N.dioc.a nonnullis grauaminibus,per R.P.D. Abbatem Monasterii N. assertum iudicem,auctoritate apostolica deputatum,ad importunam dicti N. aduersarii instantiam eidem domino constitueñ.illatis & inflictis,ac inferri comminatis, ad S.Dominum nostrum Papam, eiusq; sanctam Sedem apostolicam,in scriptis interpositam,& interiectam prosequendum, intimandum, insinuandum, & notificandum. Et pro eodem domino constitueñ. coram præfato domino nostro Papa,sanctæq; Ro.Ecclesiæ Cardinalibus,& illius Vicecancellario,ac Cancellariam Apostolicam Regeñ.& alibi,vbi opportunum fuerit, comparendum. Iudicem,vel iudices, Auditorem seu Auditores, Commissarium seu Commissarios,super eadem appellatione prosequenda, sibi deputari petendum, impetrañ. & obtineñ Protestationes quascunque, in talibus necessarias,fieri consuetas,solemniter facieñ. Necnon quascunq; literas, tam simplices, quàm legendas, gratiam,seu iustitiam in se contineñ. in audientia publica literarum contradictarũ Domini nostri Papæ petendum & impetrandum, & impetratis exaduerso contradicendum & illa impugnandum,de iudicibus & locis conueniendum & concordandum,eosq; suspectos recusandum. Agendum quoq;,& defendendũ, &c. vt in forma generali.

Constitutio ad appellandum a sententia diffinitiua in Rom. cu. lata.

Ad ipsius domini constituentis nomine, & pro eo, a quodam prætensa diffinitiua sententia per R.P.D. Ioannem Suarem Reomanum,sacri palatii apostolici causarum Auditorem,in quadam causa,quæ coram eo tunc inter præfatum constitueñ ex vna,& quendam N. assertum clericum, in secunda vertebatur instañ. partibus ex altera, vt prætenditur, lata,& a quibuscunq; aliis grauaminibus illatis vel inferendis,prouocandum,appellandum,prouocationem, & appellationem seu appellationẽ. interponeñ. insinuañ.& notificañ.apostolos cum instañ. debita petendum,& recipiendum & ab apostolis non datis, quod per eum non stet, quominus illos recipiat, protestañ. Et pro eodem domino constitueñ.&c. vt in proxima constitutione.

Constitutio ad interponendum appellationem iudicialem, siue extraiudicialem ab intrusione, & appellatione intimãdum.

In nomine domini Amen. &c. speciales & generales, ita tñ ꝙ specialitas generalitati non deroget, nec econtra, videlicet venerabiles &c. Ad dicti D. constituen. nomine & p eo, interponendum quamcunqꝫ seu quascunqꝫ, appellationem seu appellationes tam iudiciales ꝗ extraiudiciales, coram quibuscunqꝫ personis, de & super intrusione, occupatione, & detentione quorundam canonicatus, & præben. ecclesiæ collegiatæ beatæ Mariæ de N.C. dioc. & ab illis, aliisqꝫ grauaminibus, eidem dño constituen. per quendam N. assertum clericũ occupatorem, siue detentorẽ, seu quemcunqꝫ alium forsan intrusum, vel postea intrudendũ, illatis, vt asseruit, seu inferi comminatis, prouocandum, & appellandum ad dictum dominum nostrum Papam, sanctam'ꝑ Sedem apostolicam, apostolosqꝫ primo, secundo, tertio, instanter, instantius & instantissime, sibi dari & concedi petendum, & obtinendũ necnon prouocation. & appellation. huiusmodi N. intruso, & cuiuscunqꝫ forsan alteri intruso, seu intrudendo, publicandum, intimandum, & notificandum, causasqꝫ appellationum huiusmodi prosequen. & ipsas ad Ro. Cu. deuoluendum, & deuolui faciendum. ¶ Vnum quoqꝫ &c. ¶ Et generaliter &c. ¶ De & super quibus &c. ¶ Acta &c. ¶ Præsentibus, &c.

Constitutio ad intimandum literas pensionis & emonendum pensionem annuam.

Ad ipsius domini constituen. nomine, & pro eo, quasdam literas apostolicas pensionis annuæ XX. Floren. auri de Camera, ipsi domino constituen. super fructibus, redditibus, & prouen. parochialis ecclesiæ N.N. dioc. per præfatum dominum nostrum Papam aliàs constitutæ, reseruatæ & assignatæ, per venerabilem virum dominum N. dictæ parochialis ecclesiæ modernum rectorem, quolibet anno, in terminis & loco, in præfatis literis apostolicis designatis, & expressis, persoluendæ, eidem domino N. rectori, aliisqꝫ dictæ parochialis ecclesiæ rectoribus pro tempore existentibus, intimandum, insinuandum, & notificandum, ac intimari, insinuari, & notificari faciendum, & procurandum. Ipsumqꝫ rectorem, & illius successores pro tempore existentes (vt literis apostolicis huiusmodi, iuxta omnimodam illarum continentiã, integre pareant, & pensionem ipsam quotannis persoluant) requirendum & monendum, ac requiri & moneri faciendum, aliasqꝫ dictas literas apostolicas, & processus desuper habitos & habendos, iuxta earum formam & tenorem, in omnibus & per omnia (prout in eisdem mandatur & continetur) exequen. & executioni debitæ demandandum, ac demandari faciendum. Necnon dictam pensionem ab N. rectore, & successoribus suis prædictis, tam pro lapsis ꝗ futuris terminis, debitam & debendam, petendum, exigendum, emonendum, recipiendum, & conseruandum. Necnon ipsum rectorem & successores, literis apostolicis & processibus prædictis parere, & satisfacere, ac pensionem soluere minime curantes, ad parendum, satisfaciendum, & persoluendum, iudicialiter, & extraiudicialiter etiam per censuras ecclesiasticas, compellendum, & compelli faciendum. ¶ Et si necesse, &c.

Constitutio, ad recipiendum literas missiuas cambij & pecunias, cõcordandum, impetrandũ, & fulminandum.

In nomine domini. Amen. &c. Ad recipiendum quascunq; missiuas literas cambij, siue bullettas & quæcunq; instrumenta, iura, & munimenta, dicto domino constituen. & eius nomine, de quibuscunq; partibus & personis, ad Rom. Cu. missas & mittendas, vel aliis quouismodo directas & dirigendas, ipsasq; literas aperiendum, & aperiri faciendum, necnon quascunque pecuniarum summas, quotas, & quantitates, ac quietantias, & quæcunq; debita, in ipsis literis expressa & contenta, ipsi dño constituen. vigore & prætextu dictarum literarum cambij, aut aliis quibuscunq; modo, causa, iure, forma, titulo, vel ratione, debitas vel debendas, & ad eundem dñm constituentem spectañ. & pertineñ. a quibuscunque mercatoribus debitoribus, campsoribus, siue banchariis, & personis aliis Ro. Cu. sequeñ. quibuscunq; hmõi pecunias, siue debita habeñ. deben. siue tenentibus, etiam ratione condemnatorum, petendum, exigeñ recipieñ. & leuandum, ac super præmissis, cum prædictis personis, siue debitoribus & creditoribus, computum & rationem faciendũ, atq; de receptis, leuatis, & solutis quietandum, finem, & quietantiam, ac pactum, de rem solutam vlterius non petendo, faciendum & procurañ. Quascunq; etiã cautiones, pacta, & contractus, occasione præmissorum, sub pœnis licitis & congruis, in eundum, necnon concordandum, & componendum, ac concordiam & compositionem subeundum, & faciendum, pro dicto domino constitueñ. & eius nomine cum quibuscunq; personis, tam ecclesiasticis, quàm sæcularibus, de & super præmissis, & infrascriptis, omnibusq; aliis & singulis negociis, & causis, ius habere prætendentibus, concordiam, & compositionem huiusmodi, iuramento & pœnis quibuscunq; vallandum, & confirmandum, & nunquam contrauenire, vel facere debere, promittendum. Et insuper quascunq; literas apostolicas impetrandum, & expediendum, ac processus necessarios & opportunos, fulminari petendum & faciendum, literasq; ipsas, & processus, executoribus & subexecutoribus, in dictis literis, & processibus expressis, omnibusq; aliis & singulis, quorũ interest, intererit aut interesse poterit quomodolibet in futurum, intimandum, in finuandum & notificandum præsentandum & publicandum, ipsosq; executores & subexecutores, in dictis literis & processibus deputatos, ac quoscunq; alios supradictos quatenus huiusmodi literis & processibus pareant & obediant, & ad executionem dictarum literarum & processuum huiusmodi, procedant, sub pœnis, sententiis & censuris, in eisdem expressis, prout in eis mandatur, monendum & requirendum, ac moneri, & requiri faciendum. Necnon quodcunq; licitum & honestum iuramentum, in animam ipsius domini constitueñ. præstandum. ¶Et si necesse fuerit, pro præmissis omnibus & singulis, coram &c. ¶Vnum quoq; vel plures &c. ¶Et generaliter &c.

Constitutio ad petendum generaliter quæcunque debita causa mutui.

In nomine domini Amen. &c. Ad ipsius domini constitueñ. nomine, & pro eo, petendñ, exigendũ leuandum, recipieñ. recuperandũ, a discreto viro domino N. summam CC. Duc. auri de Camera, boni & iusti ponderis, de qua quidem summa, ipse N. tenetur eidem D. constitueñ. ratione veri & legitimi mutui (prout in quadã cedula eiusdem debitoris, propterea manu signata plenius cõtinetur) ac quascunq; alias pe

cuniarum summas,omniaq; alia &singula debita,credita,res,& bona quæcunq; in quibuscunq; locis existentia,& quocunq; nomine censeantur,& quæ sibi debentur & debebuntur quouismodo,& a quibuscunq; debeantur & detineantur personis ecclesiasticis & sæcularibus aut regularibus,quibuscunq; status,gradus ordinis,vel conditionis existant, necnon huiusmodi personas, ad reddendum & restituendum huiusmodi debita,& bona,per captionem,arrestationem & detentionem corporum dictarum personarum debentium,si opus fuerit,in quocunque foro siue iudicio compellendum,seu compelli faciendum. Ac de receptis,& recuperatis,nomine quo supra,quietandum,liberandum,& absoluendum,cum pacto solenni & expresso,de rem habitam & recuperatam vlterius non petendo. Et super huiusmodi solutionibus,& earum qualibet,literas,quietantias,& instrumenta,cum omnibus & singulis pactis,pœnarum adiectionibus, obligationibus, & renunciationibus,cæterisq; solennitatibus & clausulis,in literis & contractibus apponi solitis & consuetis,dandum & concedendum. ¶ Et si necesse,&c. vt in constitutione,ad prosequendum gratiam expectatiuam ad duas collationes.

Cõstitutio ad peteñ.& manuteneñ.bona paterna.

Ad petendum,exigendum, recuperandum, recipiendum, percipiendum,& manutenendum, per se, vel alium, seu alios, eius nomine, ad eius vsum & vtilitatem, omnes & singulas domos,terras,hortos,decimas,syluas,pecuniæ summas, & res alias quascunque, ad ipsum domininum constitueñ. & ex testamentis, aut ab intestato, iure hæreditario,& alias deuolutas,& deuoluta,etiam bona paterna & materna, ad ipsum spectañ & pertineñ. ac spectantia, & pertinentia, a quibuscunq; personis, tam ecclesiasticis,quàm sæcularibus, ac capitulis,collegijs, & vniuersitatibus,quorũ interest,vel qui sua putauerint interesse, quibuscunq; nominibus censeantur, aut quacunq; præfulgeant dignitate,insuper testamenta quæcunq;, in ipsius domini constitueñ. præiudicium condita,cassandum,& annullandũ,ac cassari & annullari faciendum, Ipsarum quoq; vinearum,pratorum,domorum,terrarum,syluarum,& rerum aliarum,possessionem corporalem,realem,& actualem,necnõ fructus,redditus & proueñ.iura,obueñ.& emolumenta,pecuniarum summas & bona quæcunq;,tam ecclesiastica,q̃ temporalia,præsentia & futura,in quibuscunq; locis consisteñ.& consistentia,& eidem pertineñ.& pertinentia, intrandum,nanciscendum,appræhendendum,assequendum,exigendum,regendum,& gubernãdum. Et ipsos fructus, redditus, & proueñ. ac decimas & pecuniarum summas huiusmodi,quibuscunq; personis,ecclesiasticis vel sæcularibus, ad vnum,duos, tres,quatuor,quinq;,aut sex annos,& ad tempus,ac pro precio seu preciis,vel annuis pensionibus(prout eisdem suis procuratoribus visum fuerit expedire) vendendum,locandum,dislocandum,ac ad firmam,seu annuam pensionem dandũ, & concedendum,necnon de fructibus,redditibus,proueñ.iuribus,& obueñ.vniuersis,emolumentis, pecuniarum summis, & rebus aliis ac precio seu preciis,& annuis pensionibus prædictis,p præfatum suum procuratorem perceptis & leuatis,soluente, duntaxat quietandũ,absoluendũ & liberandũ,ac quietantias,& pactum,de rem solutam vlterius non petendo, faciendũ, obligationes & quietantias quascunq; licitas & rationabiles dandum & recipiendũ. ¶ Et si necesse fuerit &c. ¶ Vnum quoq;,&c. ¶ Et generaliter,&c. ¶ Super quibus,&c. Actum &c. ¶ Præsentibus &c.

Cõstitutio ad petendum bñficium absolutionis.

Ad ipsius Domini constitueñ.nomine, & pro eo beneficium absolutionis a quadam excommunicationis sententia contra eum,per Reuerendum Patrem Dominum Franciscum Albericum de Rechaneto

Rachaneto, Curiæ Cameræ apostolicæ generalem Auditorem, siue ipsius Locumteneñ. quacunq; ratione, vel causa lata, vel (vt timetur) inferenda, humiliter petendum, implorandum, & obtinendum, ac super his, sufficientem cautionẽ etiam fideiussoriam, si opus fuerit, de parendo & stando iuri, ac sanctæ matris ecclesiæ, & ipsius domini Auditoris mandatis parendo, offerendum & præsentandum. Et quatenus huiusmodi absolutio denegaretur, a denegatioñ. huiusmodi, & quibuscunq; aliis grauaminibus, illatis aut infereñ. ad sedem apostolicam appellandum & prouocandum, appellationem huiusmodi, intimandum, insinuandum, & notificandum, ac ad Rom. Cu. deuoluendum & prosequendum. ¶ Et generaliter, &c.

Constitutio ad cõcordandũ, & compromittendum in quibuscunque negociis.

In nomine domini Amen. &c. Ad concordandum, componendũ, paciscendum, transigendum, nomine dicti domini constitueñ & pro ipso, cum quodam N. & quibuscunq; aliis personis de & super omnibus & singulis negociis, iuribus, rebus, actionibus, & quærelis, quæ & quas ipse N. & quicunq; alius, ab eo constitutus, petere & exigere, seu etiam mouere posset, vel in futurum poterit quomodolibet, pactaq; & promissiones, concordias, cõpositiones quascũq;, cũ eodem N. & alia quacũq; persona. faciendum, necnon ad compromittendũ, nomine quo supra, in quemcunq; probum virum, seu viros, arbitrum seu arbitros, arbitratores, seu amicabiles compositores, eosq; pro præmissis terminandis eligendum, ac de alto & basso, se submittendum, consentiendumq;, vt iidem arbitri, arbitratores, seu amicabiles compositores, summarie & de plano, ac sine strepitu & figura iudicij, iuris ordine, & solẽnitatibus seruatis, seu omissis, ambabus partibus, præsentibus vel absentibus, aut ipsis, vel eorũ aliquo, vocatis vel nõ vocatis, diebus quibuscunq;, feriatis seu non feriatis, seruata vel nõ seruata forma huius cõpromissi, possint, prout ipsis placuerit, omnia & singula prædicta, cum suis depeñ. & connexis, decidere, examinare, terminare, & diffinire, arbitrando, laudando, ordinando, transigendo, disponendo, vel aliis quomodolibet faciẽdo, prout ipsis videbitur expedire, compromissumq; huiusmodi fide, pœna, obligatione, promissione, & iuramento vallandum, promittendum, & muniendum, ac in ipsius domini constitueñ. animam, iurãdum, quod ipse constituens, huiusmodi arbitratorum, seu amicabilium compositorum, dictũ arbitramentũ & ordinationem acceptabit, ratificabit, emologabit, ratumq; & gratum habebit, & inuiolabiliter obseruabit perpetuo, totum id, & quicquid super præmissis & ea tangentibus, dicti arbitratores seu amicabiles compositores, duxerint faciendum. Et propterea ad obligandum ipsum D. constitueñ. ac omnia & singula sua bona, mobilia & immobilia, præsentia & futura, vbicunq; existentia ac vbi inueniri poterunt.

Alia similis.

Ad ipsius Domini constitueñ. nomine, & pro eo, in quadam lite siue causa inter ipsum Dñm constituentem, vt asseruit, reum & conuentum ex vna & venerabilem virum Dominum N. de N. actorem partibus ex altera in Rom. Cu. coram certo causarum palatij apostolici causarum Auditore, siue illius Locumteneñ. de & super Canonicatu & præbeñ. ecclesiæ N. quos q. N. dum viueret obtinebat in prima siue vlteriori instantia indecise pendeñ. cum eodem domino N. super Canonicatu & præbeñ. huiusmodi sub dicti D. N. Papæ, & Sedis apostolicæ beneplacito concordandum transigendum, componendum, conueniendum, & paciscendum. Ac in euentum in quem dictus D. N. ex causa concordiæ huiusmodi omni iuri sibi in dictis Canonicatu

& præben. vel ad illos quomodolibet competenti. Necnon dictum dominum constituen. pacificum dimittendo liti & causæ huiusmodi in præfati D. N. Papæ manibus, vel alterius cuiuscunque ad id potestatem habentis, & hoc in fauorē dicti domini constituentis cesserit, ac cessione huiusmodi admissa ipsi D. constituenti de dictis Canonicatu & præben. prouisum seu prouideri cōcessum fuerit. Ex tunc & non alias aliter nec alio modo reseruationi pensionis annuæ decem ducatorum de Camera cū omnibus & singulis libertatibus, immunitatibus, exemptionibus & priuilegiis, clausulis, decretis, derogationibus, pactis, conditionibus, cautelis, vinculis, & obligationibus. Necnon regressu accessu, & ingressu ad eosdem Canonicatum & præbendam, tam per cessum vel decessum dicti Domini constituen. atque etiam in non solution. nullitatis, inualiditatis, seu alicuius reductionis dictæ pensionis, & alios euentus in supplicatione desuper signanda specifican. & exprimen. Necnon facultate pensionem huiusmodi in toto vel in parte ac in vnam vel plures personas successiue etiam in manibus alicuius ordinarii, siue alterius cuiuscunque personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ, seu etiam Canonici Cathedralis ecclesiæ etiam in mortis articulo transferendi pro eodem domino N. seu in fauorem illius, seu alterius cuiuscunque personæ ad hoc per ipsum Dominum N. nominandæ super fruct. bus, redditibus, & prouentibus etiam in dicta ecclesia residen. & in diuinis ac capitulo interessendo lucrari solitis, nec non distributionibus quottidianis ac iuribus, obuentionibus, & emolumentis vniuersis eorundem Canonicatus & præben. apostolica auctoritate reseruandæ cōstituen. & assignan. ac eidem domino N. seu alteri personæ, per eum, vt præfertur, nominandæ, & deinde illi vel illis, in quem vel quos eiusdem pensionis trāslatio pro tempore facta fuerit, quoad vixerit, vel eorum legitimis procuratoribus per dictum dnm constituen. & successores suos Canonicatum & præben. prædictos pro tempore obtinen. annis singulis in loco & terminis in supplicatione desuper signanda etiam specificandis & exprimendis, ac sub sententiis, censuris, & pœnis in similibus apponi solitis & literis desuper conficiendis, ipsi D constituenti, qui illas pro sibi legitime intimatis habere voluit minime intimatis integre persoluendæ, & alias in omnibus & per omnia iuxta formam & tenorem supplicationis desuper signandæ, literarumque quarumcunque necessariarum desuper expeditioni consentiendum. Ac super præmissis omnibus & singulis suum plenum & liberum consensum pariter & assensum præstandum. Ipsumque D. cōstituen. ac omnia bona sua pro solutione dictæ pensionis modo & forma in supplicatione desuper signanda exprimendis facien. in ampliori forma cameræ apostolicæ cum submissione, renunciatione, procuratorum constitutione, iuramento, & aliis clausulis in similibus apponi solitis, ac cum susceptione omnium censurarum & mandati executiui, nulla citatione præuia obligandum, iurandumque in animam ipsius D. constituentis quod in præmissis non interuenit, &c Et generaliter &c. Promittens &c. Releuans &c. Super quibus &c. Actum &c.

Ad concordandum super lite.

Ad ipsius domini constituen. nomine, & pro eo, cum venerabili viro domino N. occasione cuiusdam litis, causæ & differentiæ, quam habet in Romana Curia contra eundem N. eius aduersarium, de & super parochiali ecclesia N. N. dioc. tractandum, paciscen. concordandum, & conuenien. sic & taliter, quod si dictus N. aduersarius, eiusdem parochialis ecclesiæ possessionem, quam detinet occupatam, realiter & effectualiter dimiserit & euacuauerit, omnes & singulos fructus, redditus, & prouen. ex dicta parochiali ecclesia per eum perceptos, & in quibus venit cōdemnandus, necnon expen. in deductione dictæ litis fact. in toto, vel in parte remitten. & de ipsis quietan. cum pacto de rem habitam vlterius non peten. ac alias, de & super omnibus & singulis, compromitten. in quemcunque bonum virum, neutri partium suspectū

qui summarie,& de plano,ac sine strepitu & figura iudicii iuris ordine & solemnitatibus seruatis vel non seruatis, litem & differentiam huiusmodi examinare, decidere, terminare, & diffinire, ac componere possit & valeat, de alto & basso compromitten. Compromissum iuramento & pœna vallañ. & confirmañ. Et in euentum, quo possessionem dictæ parochialis ecclesiæ, euacuari contigerit, eandem intrañ, adipiscen. recipien. defenden. & continuandum. Fructus quoque, redditus & prouentus, iura, obuen. & emolumenta quæcunque eiusdem parochialis ecclesiæ percipiendum, leuañ. conseruañ. arrendañ. seu ad firmam, & annuam pensionem dandum,& dimittendum (prout dictis procuratoribus visũ fuerit expedire)& de receptis quietañ. Et nihilominus etiam liti & causæ prædictis,necnon omni iuri, eidem domino constituen. in dicta parochiali ecclesia, & ad illam quomodolibet competen. pure,libere,& simpliciter,aut ex causa permutationis,cum alio vel aliis beneficio vel beneficiis (prout dictis procuratoribus commodius & conuenientius visum fuerit)in dicti D. N. Papæ,vel loci ordinarii,aut cuiuscunque alterius ad id potestatem habentis manibus, ceden & renunciandum, cessionem & renunciationem hmõi admitti peteñ. & obtineñ. Et quod in huiusmodi cessione non interueniet fraus, dolus, simoniæ labes,aut alia quæuis corruptela,in animam ipsius Dñi constituen. iuran. Ac ad peteñ. & impetrañ. quodcunque beneficium,& quæcunque beneficia, quod vel quæ, ratione dictæ permutatioñ. resignari cõtigerit, sibi conferri,& prouideri etiam de eadem. Necnon possessionem illius petendum,intrandum,tenendum,& continuandum, fructusque leuandum,custodiendum,& conseruandum,&c.

Constitutio ad concordañ. cum Cam. Apost.

Ad ipsius Domini constituen. nomine, & pro eo, pro annatis, seu mediis fructibus, quorumcunque beneficiorum,ac dignitatum, quæ & quas idem Dñs constituens, in quibuscunque locis & ecclesiis, ac dioc. obtinet & possidet,de quibus,annata,cameræ apostolicæ,iure venit soluen. cum præsiden. & clericis eiusdem Cameræ concordañ. Terminos,ad dictam annatam seu medios fructus soluendum,petendum & impetrandum. Seque pro ea, in terminis & dilationibus huiusmodi soluenda, obligandum,& onus in similibus etiam sub pœnis cameræ,ob non solutionem annatæ apponi cõsuetis, suscipiendum,& quodlibet licitum,honestum,& necessarium iuramentum,in talibus præstari solitum,in animam ipsius domini constituen præstandum & subeundum,seque pro præmissis,iurisdictioni,rigori,compulsioni,& mero examini curiæ dictæ cameræ,in meliori forma,prout iuris & stylı est,submitten &c.

Constitutio procuratorum,facta per executorem testamenti ad vendendum.

Ad ipsius Domini constituen. nomine, & pro eo, omnes & singulas vestes,supellectilẽ,iocalia,clenodia, libros, aliasque res,& bona quæcunque, per dictum quondam N. testatorem in Rom. Cu. defunctum, relictas,& relicta,in bancho dominorum hæredum quondam Pandulphi della Casa,& Ludouici de Rucellais de Florentia,mercatorum Ro. Cu. sequen quodlibet depositas & deposita repeten exigen. recuperañ. & capien. Illasque & illa pro quocunque precio,seu preciis quibuscunque, emptoribus offerendum, vendendum,alienandum,tradendum,& consignandum,quascunque pecuniarum summas,inde prouenien. & receptas, dictis dominis mercatoribus,& rerum prædictarum depositariis, seu ipso bancho, in defalcationem & solutionem summæ 60. ducatorum,& pro quibus discretus vir dominus Andreas Granuccius Lucen. sacri palatii apostolici causarum, coram R. P. D. Peregrino Fabio Episcopo

Vestano, ac vnius,&c. Locumtenentem, notariis in fauorem dicti quondam N. testatoris, fuit & est fideiussorio nomine obligatus, tradendum & consignandum Et si quid pecuniarum, vltra dictos 60. Ducat. de rebus supradictis, vt præfertur, venditis & alienatis, superfuerit, dicto D. N. executori constituen. restituen. Insuper quietantias quascunque necessarias, a mercatoribus siue banchario, petendū & peti dandum & traden. in formis solitis & consuetis &c.

Cōstitutio ad locandū domum in emphyteosim.

In nomine Domini. &c. Ad ipsius domini constituen. nomine, & pro eo, omnes & singulas domos, in ciuitate N. situatas, ad præfatum dominum constituen. ratione cuiusdam perpetui simplicis seruitorii beneficii, quod in N. ecclesia obtinet, & ad ipsum beneficium spectan. & pertinen. cuiuscunque annui valoris existant, cum suis iuribus, introitibus, & exitibus, & pertinen. vniuersis, quibusuis personis, ecclesiasticis vel sæcularibus, in emphyteosim, & locationes sub annuo censu. & canone, ac pro preciis & summis, de quibus eisdem procuratoribus placuerit, & prout melius & cōmodius fieri poterit, concedendum, tradendum, & consignandum, ac huiusmodi cōductores, ad possessionem huiusmodi domorū, & cuiuslibet ipsarum iuriumque & pertinen. earundem, inducendum, & de illis, ac qualibet ipsarum, inuestiendū, ac huiusmodi locationem & dationem, in emphyteosim iuramēto, pacto promissione, & aliis clausulis in similibus fieri cōsuetis & quomodolibet necessariis, valIandum & roborandum, necnon pensiones annuas huiusmodi, & pecuniarum summas ab ipsis locatoribus (si opus fuerit) recipiendum, & exigendum. De receptis quietandum, cum pacto &c. Et pecuniarum summas huiusmodi, si quas receperint, in vtilitatem domini constituen. & ipsarum domorum, conuertendū, exponen. ¶ Et generaliter, &c. Promisit, &c. De & super quibus &c.

Constitutio ad vendendū possessionem siue domū

Ad ipsius domini constituen. nomine, & pro eo, quasdam domos, quas idem dominus constituens, in Vrbe N. sitas in regione N. habet & possidet, vt asseruit, aut si quos alios confines contineāt, quos, & eorum quemlibet, idem D. constituens, habere voluit pro expressis, pro meliori precio, ac personæ seu personis, quibus poterit, & sibi videbitur melius expedire, cum omnibus & singulis, quæ infra prædictos continentur fines, accessibus, & ingressibus suis, ac cum omnibus & singulis, quæ habent supra aut infra, seu intra se in integrum, omnibusque iuribus, actionibus, vsibus, seu requisitis sibi ex ea, & pro ea, modo aliquo pertinen. vendendum, & nomine puræ, liberæ, simplicis, & irreuocabilis venditionis alienandum, dandum, tradendum, & assignandum dictum precium, quod pro præfatis domibus conuenerint, seu alter eorum conuenerit, petendum, habendum, recipiendum, & recuperan. quascunque etiam conuētiones, obligationes, fideiussiones, stipulationes, pacta & instrumenta publica, etiā de euictioñ. in forma iuris, & quacunque alia re, quæ ad securitatem & cautelam personarum seu personæ, dictas domos ementis vel ementium fuerint opportuna & in similibus fieri consueta, cum obligationibus debitis & consuetis, faciendum concedendum & conficiendum. De habitis quoque, receptis, leuatis, & recuperatis finem & quietantiam, cum pacto solenni, de rem solutam vlterius non petendo, &c. vt supra in aliis.

Constitutio ad agendum, & defendendum gn̄aliter in quibuscunque causis.

Ad ipsius Domini constituen. nomine., & pro eo, in Romana & alia quacunque Curia ecclesiastica, aut sæculari, tam co

tam præfato domino nostro Papa, quam suis Vicecancellario, cameræ apostolicæ, & sacri palatij apostolici causarum, Auditoribus, ac aliis quibuscunq; iudicibus, siue commissariis, ordinariis, extraordinariis, delegatis, subdelegatis, delegandis, subdelegañ. deputatis, seu deputan. quacunq; auctoritate fungeñ. compareñ. ipsumq; & eius iura in omnibus & singulis causis, litibus, quæstionibus, petitionibus, controuersiis, & differentiis, tam beneficialibus, ciuilibus, criminalibus, quàm profanis, tam per ipsum dominum constitueñ. vt auctorem, quam sibi, vt reo, ex quibuscunq; causis seu occasioñ. motis & mouen. ac commissis & committeñ. in quacunq; instañ. pendentibus, defendeñ. & pro eo agendum. Libellum, seu libellos, & quamcunq; aliam petitionem dandum, offereñ. & recipieñ. litem seu lites contestañ. & contestari videñ. &c. de calumnia vitanda, & veritate dicenda, cum omnibus & singulis capitulis & clausulis, in & sub calumniæ iuramento contentis iurandum, & cuiuslibet alterius generis licitum & honestum iuramentum, etiam perhorrescentiæ, de eo, quod ipse dominus constituens non speret posse consequi in partibus iustitiæ complementum, ac paupertatis, videlicet, quod idem dominus constituens, non habeat tantum in bonis, quod causas suas in Rom. Cu. ordinarie prosequi possit, in animam ipsius domini constitueñ. præstandum, ac exaduerso præstan videndum, ponendum, & articulandum, poniq; & articulari videndum & audiendum, positionibus & articulis partis aduersæ respondendum & suis responderi faciendum, ac contra eos dicendum, & renunciandum, replicandum, duplicandum, triplicandum, & quadruplicandum, testes partis aduersæ iurare videndum, & contra ipsos, & eorum dicta dicendum & obiiciendum, crimina & defectus opponendum & probandum, testes, acta, literas, scripturas, instrumenta, priuilegia, iura, munimenta, ac quæcunq; alia probatioñ. genera producendum & exhibendum, & exaduerso produci & exhiberi videndũ, de loco & iudice, vel iudicibus concordandum & conueniendum, eumq; vel eos suspectum ac suspectos & suspecta recusandum & declinandum, ac suspitionis causas assignandum & allegandum, aliosq; iudices & notarios eligendum, petendum & nominandum, literas quoq; remissorias, cõpulsorias, & apostolicas quascunq;, gratiam seu iustitiam concernentes, & rescripta, tam in audientia literarũ contradictarum, quam alibi, vbicunq; impetrandum & obtinendum, ac impetratis exaduerso, in quocunq; foro, siue iudicio, ac alibi, vbi expediens fuerit, cõtradicendum & impediendum. Absolutionis beneficium, simpliciter vel ad cautelam, a quacunq; excommunicationis sententia lata vel ferenda, principaliter vel incidenter, ac restitutionem in integrum, petendum, obtinendum, iudicis officiũ implorandum, impetrandum, & obtinendum, in causa seu causis renunciandum & concludendum, renunciari & concludi petendum & obtinendum, sententiam vel sententias, tam interlocutorias, quàm diffinitiuas ferri petendum & audiendum, ac ab ea seu eis, & a quocunq; alio grauamine illato vel inferendo, prouocandum & appellandum, apostolosq; semel vel pluries, debita cum instañ. petẽdum & obtinendum, appellationemq; & appellatioñ. huiusmodi intimandum, insinuandum, & notificandum, ipsasq; ac nullitatis causas prosequendum, & ad Rom. Cu. si opus fuerit, deuoluendum, & deuolui faciendum, expẽsi damna, & interesse taxari petendum & extorquendũ, & super ipsis, si necesse fuerit, iurandũ Necnõ cõcordandũ & compromittendũ, compromissionem, fide, pœna, & iuramento vallandum, arbitros, & quoscunq; amicabiles compositores eligendum. ¶ Vnum quoq; vel plures &c. ¶ Et generaliter, &c.

Alia similis constitutio generalis cũ specificatione vnius causæ.

Ad ipsius Domini constitueñ. nomine, & pro eo, in Romana Curia coram R. P. D. Antonio Augustino sacri palatij

di,& incarcerandi,seu capi,ac detineri & incarcerari facieñ.& procurañ.ac eorum bona singula, res, equitaturas, & pecuniarum summas auferendi, & sequestrandi, arrestandi,ac sequestrari,& arrestari faciẽdi,& ab eis,& eorum quolibet fideiussionem idoneam,vel pignoraticiam cautionem petendi,& ad eã præstandum illos compelleñ.peteñ.de se iudicio sisti,& iudicatum soluendo, inuocato ad hoc(si opus fuerit) auxilio brachij sæcularis. Quæ bona,res,equitaturas,& pecuniarum summas huiusmodi, sic,vt præmittitur,recipiendo, per dictum nostrum procuratorem, per Præsidentem Vrbis, & Gubernatores debent deponi apud aliquem probum & bonæ conscientiæ virum,ad instañ. & petitionem nostram nominandum,nomine ciuitatis in qua reperiuntur huiusmodi falsarij.

¶ET pro præmissis omnibus & singulis realiter & effectualiter adimplendis, coram quibuscunq; Auditoribus, Viceauditoribus, tam iudicibus ecclesiasticis, quàm sæcularibus,legatis,delegatis,subdelegatis,ordinariis,extraordinariis,deputatis,seu deputandis,in quacunq; curia tam ecclesiastica quàm sæculari, pro nobis,& nostro nomine,comparendum,recipiendum, defendendum, libellandum, articulandum,& ponendum,articulosq; & probationes dandum & faciendum, & sic consequenter,vt in forma generali, vsq; præsentium & futurorum. Protestañ.nihilominus,quod per quemcunque actum, siue per quamcunque comparitionem,quem seu quam,nos(in iudicio vel extra)facere contigerit,non intendimus propterea,dictum N.procuratorem aut substituendos ab eo in aliquo reuocare,nisi de reuocatione huiusmodi specialem & expressam in nostris literis fecerimus mentionem. ¶In quorum,&c.

Constitutio ad obligandum se pro aliqua pecuniarnm summa.

Ad ipsius Domini constitueñ.nomine,& pro eo,a quocunq; mercatore,seu quibusuis mercatoribus aut aliis personis ecclesiasticis & sæcularibus,quamcunq; pecuniarum summam (ad CCC Ducatos auri in auro de Camera,& non vltra ascendeñ.)causa & nomine amicabilis mutui peteñ.recipieñ. & extraheñ. Et pro huiusmodi summa,ipsum Dominum constitueñ. eiusq; hæredes & successores,ac bona sua,& eorum, præsentia & futura,mobilia & immobilia,ac etiam fructus quorumcunq; beneficiorum, quæ de præsenti obtinet,& in futurum obtinebit, mercatoribus personis, ac creditoribus huiusmodi,in meliori forma obligatioñ.cautioñ.sufficieñ.tam iuratoriam,quam fideiussoriam desuper præstañ. offereñ. & facieñ. Et propterea iurisdictioni, examini,& coertioni Cu.Cameræ Apost. & D. Camerarii,eiusq; Auditoris,seu Cõmissarii,ac Locumteneñ.submitteñ.omnesq; & singulas sententias,etiam excommunicationis,processus,fulminatioñ. censuras alias,ac præcepta & mandata,præmissorum occasione,acceptañ. & subeundum. Exceptioñ. priuilegiis,indultis &c.literis & gratiis,tam apostolicis,quàm aliis ipsi D.constitueñ.concessis & concedeñ.ac etiam beneficio absolutioñ.& restitutioñ. in integrum appellationi,& omni iuris canonici & ciuilis, remedio, per quæ contra præmissa,vel eorum aliquod,posset quomodolibet se tueri,renunciañ. Quodq; ipse dominus constituens omnia & singula, quæ per dictos suos procuratores, seu eorum alterum,de & super præmissis,& circa ea conuenta, promissa & iurata, seu aliàs facta, gesta & habita fuerint,plene & integre persoluet,faciet, attendet,ac firmiter & inuiolabiliter adimplebit. Ipsosq; fideiussores obligatioñ. prædictæ accedentes indẽnes seruabit & releuabit, in ipsius domini constitueñ. animam iurandũ, & promitteñ. ¶Ynum quoq; &c.

Constitutio ad gubernandum,& manutenẽdum bona.

Ad ipsius Domini constitueñ. nomine,& pro eo, quæcunq; bona,possessiones,domos,terras,hortos,vineas,prata,nemora,redditus,& pensiones annuas,ac res quascunq;, quocunq; nomine censeantur,Omniaq; alia & singula bona mobilia & immobilia, ecclesiastica & sæcularia,etiam patrimonialia,vbicunq; locorum,tam in ciuitate & dioc.N.quàm aliis quibuscunq; locis existentia,quæ ipse dominus constituens,in præsenti habet & possidet,seu aliàs quouismodo,etiam iure hæreditario a quibuscunque personis acquisita & data,ac acquirenda & danda,regendum,gubernandum, tenendum, & possidendum,seruandum & manutenendum,ac regi,gubernari,teneri,possideri,seruari,& manuteneri faciendum,& diligenter procurandum. Illaq; bona indifferenter locandum,dislocandum,vendendum,& ad censum annuum,seu pensionem annuam aut firmam,pro precio,vt personis,quibus procuratori suo placuerit & expedire visum fuerit,dandum & concedendum. Fructus quoq;,redditus,& prouentus,iuraq;,obuentiones & emolumenta,ac decimas dictorum beneficiorum & bonorum petendum,exigendum,extorquendum,emouendum,& recipiendum,locariq;,dislocari,arrendari,recuperari,extorqueri & recipi peteñ faciẽ & obtineñ.ac quascunq; alias pecuniarum summas,& annuos redditus,perpetuo,siue ad vitam dicto dño constituenti hæreditario, aut alio quouis nomine & titulo,debitas a quibuscunq; personis,dominis,& communitatibus,petendum emonendum & recipiendum. De receptis quoq; habitis & leuatis &c.

DE CONFESSIONE DEBITI.

Confessio debiti cum obligatione in forma Cameræ,& procuratorum constitutione.

In nomine Domini. Amen. &c. personaliter cõstitutus N.N. dioc. &c. gratis & sponte, ac eius certa scientia, & spontanea voluntate, omnibusq; vi, dolo, metu, fraude,ac sinistra machinatione cessantibus pariter & semotis,recognouit pĺàm & publice confessus fuit,se habuisse,ac realiter recepisse, a discreto viro N.&c. ad p̃sens in Rom.Cu.resideñ,præsente,ac stipulañ. pro se,suisq; hæredibus, vz. summam siue quantitatem XV.Duc.auri de Camera,& hoc ratione & ex causa puri,meri, gratuiti,& amicabilis mutui,sibi per eundem facti,ad sui necessitatem,& euideñ. vtilitatem. Quos quidem XV.Duc.auri de camera idem N.per se,& suos hæredes dicto N.præsenti,& stipulanti,vt supra,reddere,soluere,& restituere in Vrbe, Ro.Cu.prædicta,hinc & per totum mensem N. proxime futurum,& immediate sequeñ. promisit,& per pactum validum & solemne conuenit, ac omnia & singula damna,interesse,& expeñ,quæ,quod,& quas eundem N. creditorem,ob defectum seu retardationem solutionis prædictæ,in loco & termino prædictis,tunc forsan non factæ,facere,pati,aut sustinere contigerit,in iudicio vel extra,restituere,quæ qualia & quanta forent,stare & credere voluit soli & simplici verbo ipsius N.creditoris,& suorum,absq; aliqua testium productione, dictorumq; damnorum interesse,& expensarum iudicis taxatioñ.& quauis alia super his facienda probatioñ.

¶ Forma obligatioñ.Cameræ Apostolicæ.

¶ PRO quibus omnibus & singulis tenendis & obseruandis seipsum,& suos in posterum successores,hæredes & quoscunq; alios bona sua hæreditaria,ipsius

nomine, possidentes, ac omnia & singula sua, & suorum prædictorum bona, mobilia & immobilia quæcunq; præsentia & futura, prædicto N. creditori præsenti, & ut supra stipulanti, obligauit, & hypothecauit. Ac etiam Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ D.N. Papæ, eiusq; Camerarij, Vicecamerarij, Auditoris, Viceauditoris, Regeñ. Locumteneñ. & Commissarij, ac omnium & singularum aliarum curiarum ecclesiasticarum & secularium, vbilibet constitutarum, iurisdictionibus, coertionibus, cõpulsionibus, iuribus, & rigoribus, stylis & meris examinibus supposuit & submisit. Per quas quidem curias, & earum quamlibet in solidum, tam coniunctim, quàm diuisim, voluit & expresse cõsensit, se, & suos hæredes, ac successores prædictos, posse & debere cogi, compelli, constringi, moneri, excommunicari, aggrauari, reaggrauari, & ad brachium seculare deponi, arrestari, capi, incarcerari, & detineri, vno & eodem tempore, vel diuersis temporibus, & per diuersorum temporum interualla, vsq; ad plenariam & integram solutionem prædictorum XV. ducatorum auri de camera, ac omnium & singulorum damnorum, interesse, & expensarum prædictarum, occasioñ. prædictorum, forsan, ut supra, faciendorum, patiendorum, & sustinendorum, refectionem, & restitutionẽ (ita tamen quod executio vnius curiæ, executionem alterius non impediat, nec retardet) non obstañ. iuri diceñ. ꝙ vbi iudicium inceptum est, ibidem finem accipere debeat, & qualibet alia iuris & facti exceptione, in contrarium facieñ. non obstañ.

¶Clausula Renunciat.

¶Renunciauit ꝗ insuper idem N. debitor, omni & cuilibet exceptioni, doli, mali, vis, metus, fraudis, læsionis, & machinationis & XV. Duc. auri de Camera, ex causa præmissa, sibi, ut præmittitur, non mutuatorum, & per ipsum non habitorum, non receptorum, & non numeratorum, speiq; futuræ habitioñ. & receptioñ eorundem, præsentis contractus, non sic, ut præmittitur, facti, celebrati, & initi, & aliter, aut plus vel minus, fuisse factum vel dictum, quàm recitatum & econtra, omnibusq; aliis & singulis exceptionibus, cauillationibus, & cautelis quibus mediantibus contra præmissa vel eorum aliqua, ipse N. debitor, facere, dicere, venire, aut se tueri quouis modo posset aut sui possent, & specialiter iuri dicenti, generalem renunciationem non valere, nisi præcesserit specialis & expressa.

¶Clausula constitutioñ.

¶ET ibidem statim & incontinenti idem N. debitor, pro maiori cautela & tutiori securitate dicti N. creditoris gratis & sponte, ac omnibus melioribus modo &c. quibus &c. debuit, fecit, constituit, creauit, & solemniter ordinauit suos veros, certos, legitimos & indubitatos procuratores, actores, factores, negociorũq; suorum infrascriptorum gestores, ac nuncios speciales & generales (ita tamen, quod specialitas generalitati non deroget, nec econtra) videlicet, prouidos & discretos viros D. Antonium Galesium, Ioannem Baptistam de Rochettis, Ioannem LemmeKen, & Octauianum de Vestris, ac dictæ curiæ Cameræ apostolicæ procuratores, necnon D. Ludouicum Reydettum, Georgium de Itinere, Gasparem Paganum, & Desiderium Bonauena eiusdem Curiæ notarios, omnesq; alios & singulos tam dictæ curiæ causarum Cameræ Apostolicæ, quàm quarumcunq; aliarum curiarum prænarratarum, procuratores & notarios, qui nunc sũt & pro tempore futuro erunt in Rom. Cu. quorum nomina & cognomina hic habere voluit pro expressis, absentes tanquam præsentes, & quemlibet ipsorum in solidum, ita tamen, quod non sit melior conditio primitus occupantis, nec deterior subsequentis, sed quod vnus ipsorum inceperit, alter eorundem id prosequi, mediare, terminare valeat & finire, ac ad effectum debitum & finem perducere specialiter & expresse. Ad ipsius domini constitueñ. nomine, & pro eo omni tempore & diebus feriatis & non feriatis, in termino solutioñ. præd. ctorũ XV. Duc. auri de camera, etiam post dictum terminũ, & quoties prædicto N creditori aut suis videbitur & placuerit coram prædicto Camerario, Vicecamerario, Audi-

ore Viceauditore, Regente, Locumteneñ. & Commissario eiusdem, & aliarum curiarum prædictarum offitialibus & iudicibus, seu eorum Locumteneñ. comparendum, ac ipsum debitum .XV. Duc. Auri de camera, vel partem ipsius semel & pluries confitendum, & recognoscendum & ad petendum audiendum & recipiendum, dicti domini constituentis. nomine omne præceptum, omnemq; monitionem, condemnationem, sententiam atq; mandatum quæ quod & quas p fati camerarius & vicecamerarius, & alii iudices & officiales, seu ipsorum locũteneñ. & eorum quilibet contra prædictum dominum constituen. eius hæredes & successores, ac bona prædicta, facere & promulgare voluerint seu voluerit, ac eis sponte acquiescendum, necnon submittendum & resumittendum propterea ipsum dominum constituen. pro præmissis firmiter obseruandis iurisdictioni curiarum prædictarum, & cuiuslibet earum, & ad volendum & cõsentiendũ, quod ipsi domini Camerarius, Vicecamerarius, Auditor, Viceauditor, Regens, Locumteneñ. Commissarii, & alii Iudices, & officiales prædicti in ipsum N. debitorem constituen. excommunicationis sententiam ferant proferant, & promulgent, aggrauent, reaggrauent, aliosq; processus reales & personales, gerant & faciant quos voluerint, & dicto creditori placuerit & visum fuerit expedire, quousque de dicto debito XV. duc. & expensarum prædictarum sibi fuerit plenarie & integre, ac realiter satisfactum, iuxta præsentis publici instrumenti seriem & tenorem.

¶ Clausula generalis.

¶ Et generaliter omnia alia & singula faciendum, dicendum, gerendum, exercendum, & procurandum, quæ in præmissis & circa ea necessaria fuerint, seu etiam quomodolibet opportuna. ¶ Promittens mihi notario publico infrascripto, vt communi & publicæ personæ præsenti stipulanti, & recipienti vice ac nomine omnium & singulorum quorum interest, intererit aut interesse poterit quomodolibet in futurum se omni tempore ratum, gratum, & firmum perpetuo habiturum totum id & quicquid per dictos procuratores suos constitutos & eorum quemlibet factum, dictum, factum, gestum fuerit in præmissis, seu alias quomodolibet procuratum.

¶ Clausula releuat.

¶ Releuans nihilominus & releuatos esse volens eosdem procuratores & quemlibet ipsorum ab omni onere satisdãdi iudicioq; sisti, & iudicatum solui cum suis clausulis & capitulis necessarijs & opportunis, sub expressa hypotheca & obligatione omnium & singulorum bonorum suorum mobilium & immobiliũ, præsentium & futurorum quorumcunq;, ac sub omni iuris & facti renunciatione ad hæc necessaria pariter & cautela. Et præmissa omnia & singula in præsenti publico instrumento contenta, tenere, attendere, complere, & inuiolabiliter obseruare, & contra ea, seu eorum aliqua non facere, dicere, vel venire, de iure vel de facto, quouis quæsito colore, dictosq; procuratores suos, vt præmittitur, constitutos & eorum quemlibet, quousq; præfato N. creditori, de dicta summa XV. duc. auri de camera, vna cum damnis, expeñ. & interesse prædictis, realiter, plenarie & integre satisfecerit, & præmissa omnia & singula obseruauerit, & adimpleuerit, nõ reuocare, seu reuocari facere, promisit & conuenit, ac ad ea & super sancta Dei Euangelia, scripturis sacrosanctis, per eundem corporaliter sponte tactis, iurauit. ¶ De & super quibus præmissis &c.

Confessio debiti cũ obligat. sub pœna dupli in forma Cameræ, sine cõstitutione procuratorũ.

In nomine Domini, &c. Constitutus N. nõ vi, dolo, metu, fraude, vel aliqua alia sinistra machinatione coact us, seu circumuentus, sed de eius certa scientia, mera, propria, libera, & spon-

tanea voluntate pro se & suis hæredibus, confessus fuit, & in veritate palam & publice recognouit se debere & teneri, honorabili & discreto viro, domino Georgio Ticineñ. clerico Luccoriñ dioc. præsenti stipulanti, & recipienti, vice & nomine suo, & suorum hæredum, & successorum quorumcunq;, videlicet in C. Floreñ. auri de camera, boni & iusti ponderis, ex causa veri, puri, & amicabilis mutui. Quosquidem C. Floreñ. idem N. debitor pro se, suosq; hæredes & successores dare, soluere & integraliter restituere promisit &c. conuenit, solemni stipulatione interueniente dicto D. Georgio creditori, ibidem præsenti, ac pro se suisq; hæredibus & successoribus vel procuratori suo ad hoc, ab eo sufficiens mãdatum habenti in Rom. Cu. vel extra eam, & in partibus hinc & per totum mensem N. proxime futurum, sub poena dupli, vna cum omnibus expeñ. eidem N. ad eius necessitatem & vtilitatem, alias per ipsum dominum G. fact. damnis & interesse per dictum dominum G. creditorem faciendis, incurrendis, seu quomodolibet sustinendis, occasione dicti debiti C. Floreñ in termino prædicto non soluti, seu pro ipso recuperando. Super quibus quidem expeñ. damnis, & interesse N. debitor stare & credere voluit & vult soli & simplici verbo dicti domini G. creditoris absq; aliqua testium probatione, seu iudicis taxatione, arbitrio seu arbitramento alicuius boni viri.

¶ Clausula obligat. in forma Cameræ.

¶ Pro quibus omnibus & singulis tenendis, complendis & inuiolabiliter obseruandis, idem N. debitor, seipsum, eius'q; hæredes & successores, ac omnia bona sua, mobilia & immobilia, præsentia & futura vbilibet constituta, prædicto domino G. creditori, vt supra stipulanti & recipienti, obligauit & hypothecauit seq; ac hæredes & successores suos, ac bona prædicta, iurisdictioni, coertioni, compulsioni & mero examini, iuribus, & rigoribus curiæ causarum Cameræ Apostolicæ S. D. N. Papæ, ipsiusq; Camerarij, ac dictæ curiæ Auditoris, Viceauditoris, & Locumteneñ. eiusdem, ac per pactum expressum, solemni stipulatione firmat, quarumcunq; curiarum, ecclesiasticarum & sæcularium vbilibet constitutarum, in qua seu quibus præsens publicum instrumentum exhiberi contigerit, seu produci, subiecit & submisit. Per quas quidem cúrias & quamlibet earũ præfatus N. debitor, ad instantiam dicti domini G. creditoris voluit posse conueniri, cogi, & compelli, ac constringi, arrestari, incarcerari, arctari, excommunicari, aggrauari, reaggrauari, ac realiter & personaliter capi & detineri, etiam cum inuocatione brachij sæcularis, vsq; ad integram satisfactionem &c. vt supra in instrumento obligatioñ. in forma cameræ, cum constitutione procuratorum, mutatis mutandis, & absq; constitutioñ. procuratorum clausula &c.

Confessio debiti cum obligatione in forma Cameræ, cum fideiussoribus, ac obligatioñ. de eos seruando indemnes.

In nomine Domini Amen. Personaliter constitutis venerabilibus & discretis viris D. N. & B. ex vna & honorabili viro A. pro se, suisq; hæredibus & successoribus partibus ex altera, præfatus D. N. principalis debitor, non vi, dolo, metu, fraude, seu aliqua sinistra machinatione seductus aut circumuentus, sed ex eius certa scientia, spontaneaq; & libera voluntate, palam & publice, confessus fuit, & in veritate recognouit, se teneri & obligatum esse, occasione & causa amicabilis mutui, inter eos amicabiliter contracti, præfato. A. creditori, ibidem præsenti ac pro se, suisq; hæredibus & successoribus, legitime stipulañ & recipieñ. in summa videlicet. X. Floreñ. auri de camera, boni & iusti ponderis, ei in prompta pecunia numeratorũ, prout tunc

dictus D. N. principalis manualiter dictos X. Floreñ. ab ipso A. principali creditore, habuit & numeraliter recepit. Quosq; X. Floreñ. ipse D. N. debitor, necnon honorabilis vir, Dominus B. ad eiusdem N. debitoris prece, instañ. & requisitionem, in dictis X. Floreñ. fideiussorem, & principalem debitorem se constituendo, præfato A. creditori, pro se, suisq; hæredibus & successoribus, legitime stipulanti, & recipienti, vna cum damnis, expeñ. & interesse, per dictum A. creditorem, vel suos hæredes prædictos, in termino infrascripto, occasione dicti debiti, non soluti, pro ipso debito recuperando, faciendis, incurrendis, & sustinendis, infra sex menses proxime & immediate sequeñ. in Rom. Cu. insolidum soluerunt, ac quilibet eorum insolidum promisit & conuenit, hoc tamen pacto, solemni stipulatione interueniente, posito & deducto, quàm cito, dictum debitum, per eos seu eorum alterum, solutum & restitutum, vnà cum damnis, expeñ. & interesse prædictis, extiterit. Omnes dicti, debitor & fideiussor, & quilibet eorum, sint liberati. Super quibus quidem damnis, expeñ. & interesse, præfatus N. principalis, & B. fideiussor, debitores & quilibet eorum insolidum, stare & credere voluerunt & volunt soli & simplici verbo dicti A. creditoris, suorum'q; hæredum & successorum sine aliquo iuramento, aut testiũ productione, seu probatione, iudicis'q; taxation. arbitrio seu arbitramento iudicis, seu alicuius alterius boni viri.

¶Pro quibus &c. vt supra præmissa omnia & singula iuxta præsentis publici instrumenti continentiam, vim, formam, & tenorem consequantur effectum.

¶Cæterum dictus dominus N. qui præfato D. B. vt præmittitur, fideiussit, & se in præmissis constituit, tanquam principalem debitorem, necnon Domini N. & N, pro se suosq; hæredes & successores, non vi, dolo, metu, fraude, aut aliqua sinistra machinatione seducti, seu circumuenti, sed ex eorum certa & spontanea voluntate similibus melioribus modo, via, iure, causa, & forma, quibus melius potuerunt & debuerunt, & quilibet eorum potuit & debuit insolidum venerabilem & circumspectum virum Dominum N. ab huiusmodi obligatione X. Floreñ. auri de Camera per dictum debitorem, occasione & causa prædictis habitorum, & receptorum factis & celebratis fideiussorem a fideiussione huiusmodi indemnem, immunem & liberum seruare & tenere promiserunt, & quilibet eorum promisit, cum promissionibus, obligationibus, & clausulis ad hæc necessariis & opportunis. ¶Super quibus, &c.

Confessio debiti cum simplici obligatione.

In nomine domini Amen. &c. Per huius publici instrumenti seriem, &c. quod anno &c. cõstitutus non vi, dolo, metu, fraude, neq; aliqua alia sinistra machinatione circumuentus, sed sponte, libere, & ex certa sua scientia & voluntate, maturaq; deliberatione p habita, cõfessus fuit, & in veritate publice & expresse recognouit se obligatũ esse & teneri venerabili viro D. Adamo Ducss Præposito Posnanieñ. in summa X. Duc auri boni & iusti põderis, quos idẽ D. A. amicabiliter cõcessit & mutuauit, vt asseruit, pfato D. C. debitori. Quos quidẽ X. Duc. auri, seu valorẽ eorundem dictus C. debitor, sub sua bona fide, sine aliqua dilatione infallibiliter q̃ cito ad patriã venerit, soluere & restituere dicto D. A dictã pecuniarum summã, petenti & postulanti, promisit. Quaquidem solutionem dictus C. firmiter & inuiolabiliter sine aliqua contradictione, vel impedimento eidẽ D. A. vel procuratori suo, facere vult, ac promisit, sub pœna & obligatione omniũ bonorum suorum mobiliũ & immobilium, præsentiũ & futurorum. Renuncians idẽ C. in pmissis omnibus & singulis exceptionibus, & defensionibus, et non numeratæ pecuniæ, & quibusuis aliis, quibus contra præmissa, vel aliquod præmissorum venire posset, aut se in aliquo defendere vel tueri ¶Super quibus omnibus & singulis, idem D. A. &c.

¶Acta sunt hæc Romæ, &c. ¶Præsentibus ibidem, &c.

DE COMPVLSORIIS.

Compulsoria simplex, siue generalis, quando citatio est decreta ad partes.

Antonius Augustinus vtriusq; iuris doctor. Sanctissimi D.N. Papæ Capellanus &c, vt in citation̄ vna cum inhibition̄. vsq; ad insertion̄. commission̄. & illius signaturæ, inclusiue. ¶ Cuiusquidem commissionis vigore, citation̄. legitima, vna cum inhibitione inserta, extra Rom. Cu. & ad partes, contra & aduersus quendam N. exaduerso principalem, in dicta nobis facta & præsentata commissione, exaduerso principaliter nominatum, omnes'q; alios & singulos sua communiter, vel diuisim interesse putantes, in forma solita & consueta, per nos decreta & concessa. ¶ Subsequenter fuit nobis pro parte honorabilis viri Domini N. principalis, in præinserta nobis facta & præsentata commissione, principaliter nominati, expositum cū quærela, q̄ nonulli Dñi prælati, iudices & officiales, cōmissarii, delegati, subdelegati, executores, subexecutores, ordinarii, extraordinarii, collegia, capitula, conuentus, clerici, notarii, tabelliones publici, aliæ'q; psonæ ecclesiasticæ & sæculares, ciuitat. & dioc. prædictarum, ac alibi constituti, penès se habent, detinent, in eoꝝ cistis, scriniis, arcis, custodiis, thecis, notis, manualibus, aut protocollis, siue registris, necnō habentes, scien̄ detinen̄. nonnulla acta, actirata, literas, scripturas, processus, instrumenta, priuilegia, statuta, regestra, ac alia iura & munimenta, causam & causas hmōi tangen̄. & tāgentia, cōcernen̄. & cōcernētia sibi p iuris sui cognitione, seu defensione, necessarias & necessaria, & sine quib⁹ de hmōi causæ meritis, ad plenum liquere nō potest, seu constare. Quaptopter fuimus pro parte dicti Dñi N. principalis debita cum instan̄. requisiti, quatenus sibi, super hoc, de opportuno iuris remedio, prouidere, literas'q; compulsorias generales, in talibus concedi solitas, extra Rom. Cu. & ad partes, in forma solita & consueta, decernere, & concedere dignaremur. ¶ Nos igitur Antonius Auditor præfatus attenden̄. requisitionem huiusmodi esse iustam, & consonam rationi, quo'q; iusta petenti non est denegandus assensus, boni'q; iudicis sit cuncta rimari, ne occasione occultationis iurium, & munimentorum partium hincinde prædictarum, vel alterius earundem veritas facti obumbretur, & iustitia pareat. Idcirco, auctoritate apostolica nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, vos omnes & singulos supradictos, & vestrum quemlibet, communiter vel diuisim, tenore præsentium, requirimus & monemus, primo, secundo, tertio, & peremptorie. Vobis'q; nihilominus & vestrum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ, & sub infrascriptis sententiarum pœnis, districte præcipien̄. mandamus, quatenus infra sex dierum spacium, post, præsentationem seu notificationem præsentium, vobis seu alteri vestrum factas & postquam pro parte dicti domini N. principalis, vigore præsentium, fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus, immediate sequen̄. quorum sex dierum, duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies, vobis vniuersis & singulis & vestrum cuilibet, pro tertio & peremptorio termino, ac monitione canonica assignamus, ita tamen, quod in his exequendis vnus vestrum alium non expectet, nec vnus pro alio se excuset, præfatos dominos prælatos, officiales, iudices, commissarios, collegia, conuentus, capitula, notarios & tabelliones publicos, alias'q; personas quascunq; ecclesiasticas & sæculares, atq; loca alia, vobis p parte dicti dñi N. principalis, vel p pſentiū exhibitores nominādos, nominādas, & nominādā, psonaliter accedatis, & qlibet vestrū accedat, eos'q; & eoꝝ quēlibet auctoritate nostra, immo verius apostolica, requiratis & moneatis (quos nos ēt tenore præsentiū, requirimus & et monemus) eis'q; nihilominus, & eoꝝ cuilibet,

in virtute sanctæ obedientiæ, & sub infrascriptis sententiarum pœnis, districte præcipien. mandetis (quibus nos etiam, tenore præsentium præcipimus & mandamus) quatenus infra xii. dierum spatium, post requisitione & monitionem vestras huiusmodi, eis seu eorum alteri factas, immediate sequen. quorum xii. dierum, quatuor pro primo, quatuor pro secundo, & reliquos quatuor dies, eis, & eorum cuilibet, pro tertio & peremptorio termino, ac monitione canonica assignetis, quos, & nos etiam assignamus eisdem omnia & singula acta, actitata, literas, scripturas, processus, instrumenta, iuraque & munimenta quæcunque causam & causas huiusmodi tangen. seu tangentia, ac concernen. & concernentia, penes eos existen. & existentia, originaliter, & in eorum veris originalibus, vel eorum, seu earum vera transumpta, ex eorum formis originalibus, aut eorum notis, seu manualibus, siue prothocollis huiusmodi, in publicam formam redacta, aut alias sub sigillis autenticis sigillatas, vel sigillata, ac sub talibus modo & forma, quod eisdem in dicta Rom. Cu. & alibi, in iudicio & extra merito valeat & debeat plenaria fides adhiberi, nil addendo, minuendo, vel mutando, quod facti substãtiam immutet, aut variet intellectum, præfato domino N. principali, aut eius legitimo procuratori, seu præsentium exhibitori, sine difficultate, & cõtraditione quibuscunque exhibeant, tradant libere & assignent, ac extrahi, transumi, & exemplari, eorumque sigilla, signa, & manus notariorum recognosci faciant, permittant & procurent, nobis seu alteri forsan loco nostri, in huiusmodi causa surrogando auditori, ad dictam Rom. Cu. defendendas, seu defendenda, satisfacto tñ primitus illi, vel illis, cui vel quibus satisfactio fuerit impendenda, pro & de eorum laboribus & salario competenti. Si vero iura & munimenta prædicta, per quoscunque detineantur abscondita, & nõ tradentur, vel alias, cõtra dicti D. N. principalis vel procuratoris sui voluntatem quomodolibet detineantur, aut habentes sciant, & detinentes, detentores ipsos, ad tradendũ ac exhibendũ, scientes ad reuelandum huiusmodi iura & munimenta, auctoritate nostra, immouerius apostolica, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita compellatis. Quod si forte præmissa omnia & singula, prout ad vos & eos, ac vestrum & eorum quemlibet, cõmuniter vel diuisim pertinet, & spectat, non adimpleueritis, adimpleuerint, seu adimpleuerit, ac mandatis & monitionibus nostris huiusmodi, immouerius apostolicis, non parueritis, paruerint, seu paruerit, realiter & cum effectu, aut aliquid in contrarium feceritis, fecerint, seu fecerit quoquomodo publice vel occulte, directe vel indirecte, quouis quæsito colore nos in vos & ipsos, ac vestrum, & eorum quemlibet, necnon contradictores quoslibet & rebelles, tam coniunctim quàm diuisim, exnunc, prout extũc, & extunc, prout exnunc, singulariter in singulos, dicta canonica monitione præmissa, excommunicationis, In capitula vero, conuentus, & collegia quæcunque in his delinquentia, suspensioñ. a diuinis, in ipsorum ãt delinquentium ecclesias, monasteria, & capellas interdicti ecclesiastici, sententias ferimus in his scriptis & etiam promulgamus. ¶ Die vero, siue dies requisitionis & monitionis vestrarũ huiusmodi, atque formam, & quanta fides, dictis iuribus & munimẽtis fuerit adhibenda, & quicquid in præmissis feceritis, aut aliquis vestrum duxerit faciendum nobis per vestras paten. literas seu instrumentum publicum, harum seriem siue designationem in se continen. seu continens remissis præsentibus quanto citius, fideliter intimare curetis. ¶ Absolutionem vero omnium & singulorũ, qui præfatas nostras sententias, aut earum aliquam incurrerint, siue incurrerit quoquomodo, nobis vel superiori nostro tantummodo reseruamus. ¶ In quorum omniũ & singulorum fidem & testimoniũ præmissorũ præsentes literas siue præsens publicum instrumentum, huiusmodi nostras literas cõpulsorias generales, in se cõtinen. siue continens, exinde fieri & per notarium publicũ, nostrumque huiusmodi causæ coram nobis scribam infrascriptum, subscribi & publicari mãdauimus Sigillique &c. Datum &c. Romæ apud sanctum Petrum &c. ¶ Præsentibus ibidem honestis & discretis viris, &c.

Compulsoria gñalis in contumaciã partis aduersæ.

Fabius Accorambonus &c. vt in citation. cum inhibition. vsq; in sertion. cõmissionis. ¶ Cuiusquidem cõmissionis vigore per nos, & corã nobis, in causa & causis hmõi inter partes, in præinserta cõmissione contentas, seu verius earũ legitimos procuratores, ad nonnullos actus iudiciales (citra tamen causæ conclusionem) rite & legitime processo. Subsequenter ad prouidi viri magistri N. in Rom. Cu. causarum & honorabilis viri, domini N. principalis in præinserta nobis facta & præsentata cõmissione, principaliter nominati procuratoris, instañ. prouidum virum magistrũ N. in eadem etiam curia causarum, & honorabilis viri domini N. exaduerso principalis, in eadem commissione, exaduerso principaliter descripti, procuratorem (prout de ipsorum hincinde procuratorum procurationum mandatis, apud acta causæ huiusmodi, legitimis constat documentis) ad vidẽdum & audieñ. nõnullas literas compulsorias generales, extra Rom. Cu. & ad partes in forma solita & consueta decerni & concedi, vel dicendum & causam, si quam haberet rationabilem, quare præmissa fieri non deberent, allegañ per quendam ex D. N. Papæ Cursoribus, citari mandauimus & fecimus ad certum peremptorium terminum competentem, videlicet, ad diem & horam infrascriptos. ¶ Quibus aduenieñ. comparuit in iudicio coram nobis, magister N. procurator prædictus, nomine quo supra procuratorio, & dicti magistri N. procuratoris non compareñ. contumaciam accusauit, ipsumq; contumacem reputari, & in eius contumaciam nobis etiam exponendo, graui cum querela, quod nonnulli D. Prælati, iudices, officiales, commissarij, delegati, subdelegati, conseruatores, subconseruatores, ordinarij, extraordinarij, collegia, conuentus, & capitula, ac communitates, clerici, notarij & tabelliones publici, aliæq; personæ ecclesiasticæ & sæculares in dictis ciuitat. & dioc. ac alibi constituti penes se habent, detinent, ac sciunt habentes & detineñ. in eorum scriniis, arcis, thecis, custodiis, notis, protocollis, registris, siue manualibus nonnulla acta actitata, literas, scripturas, processus, instrumenta, priuilegia, iura, & munimenta, causam & causas huiusmodi tangeñ & tangentia, ac concerneñ. & concernentia, pro huiusmodi causæ cognitione, ac iuris partis suæ defensione, necessarias & necessaria, & sine quibus de huiusmodi causæ meritis ad plenum liquere non potest seu constare. Nosq; quo supra nomine procuratorio, debita cum instañ. requirendo quatenus sibi, partiq; suæ, de opportuno remedio prouidere, ac literas compulsorias generales, extra Rom. Cu. & ad partes in forma solita & consueta decernere & concedere dignaremur. ¶ Nos tunc Fabius Auditor præfatus, dictum magistrum N. exaduerso procuratorem, nõ comparentem, reputauimus merito, id exigeñ. iustitia, contumacem, & in eius contumaciam attendeñ. requisitionem huiusmodi esse iustam & rationi consonam, ac quod iusta peteñ. non est denegandus assensus, boniq; iudicis sit cuncta rimari, ne ratioñ. occultatioñ. iurium, & munimentorum huiusmodi alterius partium veritas facti obumbretur, & iustitia pereat, literas compulsorias, præceptas supradicto magistro N. procuratori instanti & petenti, partiq; suæ, decreuimus & concessimus, ac decernimus & concedimus per præsentes. Quæ omnia & singula vobis omnibus & singulis supradictis, & vestrum cuilibet insolidum, intimamus insinuamus & notificamus, ac ad vestram & cuiuslibet vestrum notitiam deducimus & deduci volumus, præsentium per tenorem, Vosq; & vestrum quemlibet insolidum, auctoritate apostolica nobis cõmissa & qua fungimur in hac parte, tenore præsentium requirimus & monemus primo, secundo, tertio, & peremptorie. Vobisq; nihil ominus &c. mandamus quatenus infra sex dierum &c. factas, & postquam pro parte dicti domini N. principalis super hoc vigore præsentium &c. requisitus immediate sequeñ. quorum sex dierum, &c. assignamus

ita tamen, quod in his exequendis vnus vestrum &c. excuset, præfatos dominos iudices, officiales delegatos, conseruatores subcõseruatores ordinarios, extraordinarios, collegia, capitula, notarios & tabelliones publicos, aliasq; personas ecclesiasticas & sæculares per exhibitorem præsentiũ vobis nominandos, nominandas & nominanda, personaliter accedatis, & quilibet vestrum accedat, eosq; & eorum quemlibet, auctoritate nostra, immo uerius apostolica præfata, moneatis, & requiratis, quos nos etiam & quemliber eorum, tenore præsentium, requirimus & monemus, eisq; nihilominus, & eorum cuilibet, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœnis infrascriptis, districte præcipieñ. mandamus, quatenus intra XII dierum spatium, post monitionem & requisitionem vestras hmõi eis, per vos, aut alterum vestrum, factas, immediate sequeñ. quorum duodecim dierum, quatuor pro primo, quatuor pro secundo, & reliquos quatuor dies, ipsis & eorum cuilibet pro tertio & peremptorio termino, ac monitione canonica assigneris, quos nos ẽt assignamus eisdem, dicta iura, acta, literas, scripturas, priuilegia, instrumenta, iura & munimenta quæcunq;, causam & causas huiusmodi taugeñ. in eorum formis originalibus, seu eorum vera transumpta, & ab eorum notis, regestris, ac manualibus, vel originalibus huiusmodi in publicam formã redactas, & redacta, sigillisq; autenticis sigillatas & sigillata, aut aliàs sub talibus modo & forma, quod eidẽ in Rom Cu. & alibi in iudicio & extra valeat & possit merito fides plenaria adhiberi, nil addendo, minuendo, vel mutando, quod facti substantiam immutet, seu variet intellectum dicto domino N, principali, seu eius legitimo procuratori vel præsentium exhibitori, sine contraditione & difficultate quibuslibet, dẽt, tradãt, & assignent nobis vel alteri interim loco nostri, forsan surrogando Auditore, ad ad Ro. Cu. deferendas, & daferenda, satisfacto primitus illi, vel illis, cui vel quibus fuerit, ad præmissa satisfactio impendenda de salario eorum competenti. Si vero dicta iura & munimenta, per quoscunq; in abscondito, vel alias contra dicti N. principalis, vel procuratoris sui, voluntatem quomodolibet detineantur abscondita, detentores ipsos ad tradendum, & habere scientes, ad reuelandum huiusmodi iura & munimenta, auctoritate nostra, immo uerius apostolica, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compellatis. ¶ Quod si forte præmissa omnia & singula &c. Diem vero &c. Absolutioñ. vero &c. In quorum omnium &c. Dat. &c. vt supra in compulsoria simplici, siue generali, quando citatio est decreta ad partes, &c.

Compulsoria specialis.

Alexander Iunius, &c. vt in citatione, Auditor specialiter deputatus. ¶ Venerabili & circumspecto viro domino N. R. in Christo Patri, & Domino D. Burchardo, Dei & Apostolicæ Sedis gratia Episcopo Hildesemeñ. in spiritualibus Vicario, Iudice, Commissario, ad infrascripta specialiter deputato. Salutem in Domino, & præsentibus fidem indubiam adhibere, nostrisq; immo uerius apostolicis firmiter obedire mandatis. ¶ Noueritis, quod dudum felicis recordationis Paulus Papa III, quandam commissionis siue supplicationis cedulam, nobis, per quendam ex suis Cursoribus, præsentari fecit, quam nos, cum ea qua decuit reuerentia, recepimus huiusmodi sub tenore. ¶ Dignetur &c. ¶ Cuiusquidem commissionis prætextu, per nos, & coram nobis, in causis huiusmodi ac inter partes in eadem commissione contentas, seu verius earum legitimos procuratores, ad nonnullos actus iudiciales) citra tamn causæ conclusionem) rite & legitime processum. Consequenter nos ad prouidi viri magistri N. in Romana Cu. causarum, ac nobilis & magnifici domini N principalis in præinserta nobis facta & præsentata commissione principaliter nominati procuratoris, instantiam, prouidum virum magistrum N, in dicta Rom. Cu. similiter causarum & honorabilium virorum dominorum N. & N.

.N. & .N. principalium exaduerso in præinserta commission. exaduerso princi paliter nominatorum, procuratore (de quorum hincinde procurationum manda tis, apud acta causæ huiusmodi, legitimis constat documentis) Ad videndum & audiendum nostras compulsorias speciales, extra Rom. Cu. ad partes, in forma solita & consueta, decerni & concedi & ad conueniendum & concordandum, de loco in quo, ac termino infra quem, & iudice coram quo, nonnulla iura & mu nimenta, in vim literarum compulsoriarum specialium huiusmodi in partibus extrahi debeant, & transumi, vel dicendum & causam, si quam haberent rationa bilem, quare præmissa fieri non deberent, allegandum, per quendam ex domini nostri Papæ Cursoribus, citari fecimus & mandauimus ad certum peremptoriū terminum competeñ. videlicet ad diem & horam infrascriptos. ¶Q uibus ad- uenientibus, comparuit in iudicio legitime coram nobis, præfatus magister .N. procurator & eo nomine procuratorio, supra dicti magistri. N. exaduerso procu- ratoris, non comparentis, contumaciam accusauit, ipsumq; contumacem reputa ri, & in eius contumaciam, nobis etiam exposuit cum quærela, quod nonnulli do mini prælati &c. Vt compulsoria simplici, vsq; seu constare. Quapropter sibi partiq; suæ de remedio opportuno, prouideri, literasq; compulsorias speciales, extra Rom. Cu. & ad partes in forma solita & consueta, decerni & concedi & vos dominum Vicarium. N. iudicem & compulsorem, coram quo, & ciuitatem .N. pro loco & ecclesiam. N. pro loco loci terminumq; competētem infra quem iura ac munimenta prædicta in partibus extrahi debeant & transumi, ac exem- plari & in publicam formam redigi sigillaq; & signa & manus notariorum iuris & munimentorum recognosci testesq; desuper produci debeant siue possint præ fato magistro. N. exaduerso procuratori partiq; suæ licet absentibus deputari p- figi & assignari, per nos debita cum instañ. postulauit &c. ¶Nos igitur Alexan der Iunius Auditor præfatus dictum magistrum. N. procuratorem non compa- reñ. reputauimus merito (prout erat quoad actum & terminum huiusmodi) id exigente iustitia contumacem, & in eius contumaciam attendeñ. postulationem huiusmodi esse iustam, & consonam rationi, quodq; iusta peteñ non est denegan dus assensus &c. vt supra. Idcirco, auctoritate apostolica, nobis cōmissa, & qua fungimur in hac parte, huiusmodi literas compulsorias speciales, extra Ro. Cu. & ad partes, in forma solita & consueta, decerneñ. ac vos dominum Vicarium .N. pro iudice & compulsore, coram quo, & ciuitatem. N. ac curiam Epalem di ctæ ciuitatis. N. pro locis, in quibus iura huiusmodi & munimenta, in vim di- ctarum Compulsorialium specialium, in partibus extrahi debeant & transumi, deputandum, dictoq; magistro. N. exaduerso procuratori, licet absenti, & parti suæ ad comparendum coram vobis, ad videndum, & audiendum huiusmodi iu- ra & munimenta, coram vobis, in dicta ciuitate extrahi, transumi, & exemplari, ac in publicam formam redigi, sigillaq;, signa, ac manus notariorum, ac notarios, eisdem iuribus & munimentis, apposita & appensa, ac descripta, recognosci, te- stes desuper produci, recipi, & ad iurandum admitti, ac iurare singulis diebus, Lunæ, Mercurij, & Veneris, horis tertiarum & vesperorum dictorum dierū Men sium Iulij, Augusti, & Septembris proxime, & immediate sequeñ. pro termino peremptorio, infra quem, iura & munimenta produci & extrahi debeant & transumi, præfigendum, statuendum & assignandum duximus, prout decerni- mus, cōcedimus, deputamus, ordinamus, statuimus, & assignamus per præsentes. ¶Q uocirca vos dominum Vicarium. N. in iudicem & commissarium, in hu- iusmodi executioñ. negocio deputatum (de cuius probitate, integritate, & idonei tate, fiduciam in domino gerimus singularem) auctoritate apostolica prædicta, tenore præsentium, requirimus & monemus, primo, secundo, tertio, & perempto- rie. Vobisq; nihilominus, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub infrascriptis sen tentijs, & pœnis, districte præcipieñ. mandamus, quatenus infra sex dierum spa cium post præsentationem seu notificationem præsentiū, dicto termino per nos,

pro extractioñ. iurium prædictorum, assignato, durante, vobis factam. Et postq. pro parte dicti domini .N. principalis, fueritis requisitus, immediate sequeñ. Quorum sex dierum, duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies pro tertio & peremptorio termino, ac monitione canonica, assignamus, præfatos, dominos prælatos, iudices, officiales, collegia, capitula, notarios, & tabelliones publicos, aliasq; personas, tam ecclesiasticas, quam seculares, atq; loca alia, pro parte dicti domini .N. principalis, nominandos & nominanda, moneatis ac requiratis, primo, secundo, tertio, & peremptorie, quos nos etiam, & quemlibet eorum, tenore præsentium, requirimus & monemus eisdem nihilominus & eorum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ, & sub eisdem infrascriptis sententiarum pœnis, districte præcipieñ. mandañ. (quibus nos etiam tenore præsentium præcipimus & mandamus) quatenus dictis diebus & horis præfatorum mensium, infra terminum per vos ad hoc statuendum, omnia & singula acta, actitata, literas, scripturas, processus, priuilegia instrumenta, & alia iura & munimenta quæcunq;, causam & causas huiusmodi, tangentes & tangeñ. penes eos, & eorum quemlibet, seu quo modolibet, existentes & existeñ. originaliter, seu eorum vel earum vera transumpta, in eorum formis, originalibus huiusmodi, in publicam formam redactas & redacta, aut alias sub sigillis autenticis, sigillati, & sigillata, & sub talibus modo & forma, quod eisdem merito, in Rom. Cu. & extra, valeat & debeat fides plenaria adhiberi, nil addendo, minuendo, vel mutañ. quod facti substantiam mutet, seu variet intellectum, coram vobis in dicta ciuitate, & curia vestra, exhibeant, ac extrahi transumi, & exemplari, eorumq; signa, & sigilla, per testes desuper producen. recognosci faciant & permittant. Eaq;, ac exemplata, & transumpta huiusmodi dicto. D. principali, aut eius legitimo procuratori, vel præsentium exhibitori (dicto domino Locumteneñ. tunc auditore, pristinæ sanitati restituto) seu nobis vel alteri, forsan loco nostri, surrogato vel surrogando auditori, ad Ro. Cu. transmitteñ. & transmittenda, sine difficultate et contradictione quibuslibet, cors nobis tradant & assignent, ac extrahi transumi, & exemplari, eorumq; signa, sigilla & manus notariorum, iurium & munimentorum eorundem, recognosci faciat, permittant & procurent, satisfacien. tamen illi vel illis, cui vel quibus, erit satisfactio impendenda, pro eorum laboribus, de salario competeñ. Si vero huiusmodi iura & munimenta, per quoscunq; detineantur abscondita, detentores ipsos, ad tradeñ. & habere scientes, ad reuelañ. iura & munimenta huiusmodi, auctoritate nostra immo verius apostolica, & per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compellatis, ac testes, ad perhibeñ. testimonium veritati, super recognitione signorũ, sigillorum, & manuũ notariorum, dictorum iurium & munimentorũ, eadem auctoritate apostolica, compellatis & recipiatis. Quod si forte, vos domine iudex, Vicarie, compulsor, præfate, cæteriq; iudices officiales, clerici, notarij & tabelliones publici, aliæq; personæ prædictæ, penes, quas, iura & munimenta, priuilegia, processus, literæ, scripturæ, & instrumenta huiusmodi existant, moniti & requisiti ad exhibendum huiusmodi, modo & forma præmissis, facto, realiter & cum effectu, non parueritis seu paruerint, nos, in vos & ipsos, & vestrum, & eorũ quemlibet &c. vt supra. ¶ Absolutionem vero &c. ¶ In quorum &c. instrumentum huiusmodi, nostras compulsorias speciales in se contineñ &c. ¶ Quãdo plures iudices sunt deputati, ponatur, post. Quod si forte, hæc clausula infrascripta. ¶ Volumus autem q; si non omnes, his exequeñ. interesse poteritis, seu volueritis, aut vos legitime excusaueritis, quod adminus, duo vestrũ, pro qualibet parte vnus, ea nihilominus exequatur. ¶ Vel sic, si sunt duo. Volumus autem, quod si forsan aliquis vestrum, legitime impeditus, executioñ. præmissorũ interesse non poterit, & se canonice excusauerit, alter, ad executionem procedat, & procedere possit. ¶ Vel sic. Volumus autem, quod si non ambo, his exequeñ. interesse poteritis legitime, vnius excusatione præcedente, alter vestrum, ea nihilominus legitime exequatur, ac libere exequi possit & valeat.

Compulsoria quãdo decernitur partibus p̄sentibus.

Rite Et legitime processu. Tandem die & hora infrascriptis, comparuit in iudicio legitime coram nobis, prouidus & venerabilis vir dominus Antonius de Gallesio, clericus Vienneñ. dioc. ac Miles sancti Petri in Rom. Cu. causarum, & honorabilis viri domini.N. principalis &c. procurator (prout de suæ procurationis mandato nobis legitime constat) & in honorabilis viri domini.N.exaduerso principalis, in eadem præinserta commissione, exaduerso principaliter nominati, præsentia, exposuit nobis cum querela.

Compulsoria per edictum ad partes.

Cuiusquidem Commissioñ. vigore, per nos, & coram nobis in causa & causis huiusmodi, in & ad Rom. Cu. legitime deuolutis & introductis, ac inter partes in eadem commissione contentas, aliquali inchoato processu. Subsequenter, nos ad prouidi viri magistri.N.in Rom. Cu. causarum, & dicti domini.N. principalis, ad hanc causam per honorabilem virum.N. principalis, ad hanc causam constitutum procuratorem, legitime substituti procuratoris (prout ipsorum hincinde constituti & substituti procuratorum respectiue procurationum mandatis, nobis legitimis constat documentis) instañ. B &.C. exaduerso principales prædictos, omnesq; alios & singulos &c. putañ. eorumq; procuratores (si qui tunc erant in Rom. Cu. pro eisdem.) Ad videndum & audiendum literas compulsorias &c. concedi, per audientiam publicam literarum contradictarum. D.N.Papæ, citari mandauimus & fecimus ad diem & horam infrascriptos. Quibus quidem die & hora audieñ. Comparuit coram nobis.N.procurator substitutus prædictus, nomine quo supra procuratorio. Et quandam citationis pergameni cedulam, a nobis emanatam, de nostrisq; voluntate & mandato, in dicta audientia contradictarum positam, lectam, signatam & sigillatam, ac alias inibi, vt moris est, debite executam, facto, realiter, & in scriptis, reproduxit & præsentauit, citatorumq; in eadem contentorum, non comparen. contumaciam accusauit, ipsosq; contumaces reputari, & in eorum contumaciam, nobis exposuit cum querela &c.

Compulsoria per edictum ad partes.

Vniuersis Et singulis Christifidelibus, & præsertim Germanicæ natioñ. necnon venerabili & circumspecto viro D.Ioanni Hartman alias Vbstat Decano & Canonico sanctorum Germani & Mauritij Spireñ. P Antonius Augustinus &c. deputatus. Salutem in domino, & in commissis diligentiam debitam adhibere, ac nostris huiusmodi, immo verius apostolicis, firmiter obedire mandatis. ¶ Noueritis, quod nuper &c. ¶ Cuiusquidem commissionis vigore, citationi. legitima, cum vna inhibitione inserta, per edictum publicum, in locis ad hoc deputatis, exequeñ. pro parte honorabilis viri domini.N. principalis, in præinserta commissione principaliter descripti, contra & aduersus quosdam.N.&.N. exaduerso principales, in eadem præinserta commissione exaduerso principaliter nominatos, per nos, in forma solita & consueta, decreta, atq; concessa, de ipsius tamen citationis executione, nondum nobis facta fide. Constitutus in iudicio legitime coram nobis, præfatus dominus.N. principalis, principaliter pro seipso (citra &c. reuocationem) nobis exposuit, graui cum querela, quod nonnulli domini prælati &c. remedio prouide-

te, literasq; compulsorias generales, in talibus fieri consuetas, extra Rom. Cu. & ad partes. Necnon citationem legitimarum, per edictum publicum, in Ro. Cu. extra eam, & in partibus in locis circumuicinis exequeñ. contra & aduersus praefatos. N. & N. exaduerso principales, omnesq; alios & singulos, sua communiter vel diuisim, interesse putañ. ad videndum & audiendum acta, actitata, literas, scripturas, instrumenta, aliaq; iura & munimenta, causam & causas huiusmodi, concerneñ. coram vobis domino. N. Decano supradicto in partibus extrahi, transumi, & exemplari, ac collationari, auscultari, & in publicam formam redigi, aliaq; fieri, quae circa huiusmodi iurium & munimentorum extractionem, necessaria fuerint, seu opportuna, in forma consueta, decernere & concedere dignaremur.

¶ Nos igitur Antonius Auditor praefatus &c. pereat. Et quia, de non tuto accessu ad dictos. N. & N exaduerso principales, ex testibus fidedignis, coram nobis desuper productis, receptis, iuratis & rite examinatis, diligentem informationem recepimus & habuimus. Idcirco, auctoritate Apostolica, nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, Vos dominum. N. Decanum supradictum, tenore praesentium, primo, secundo, tertio, & peremptorie, requirimus & monemus. Vobisq; nihilominus &c. assignamus, praefatos dominos Praelatos, iudices &c. compellatis. Quod si forte &c. promulgamus. Diem vero seu dies &c. intimare curetis. Absolutionem &c. reseruamus. Et insuper quia per diligentem informationem, ex testium fidedignorum dictis & depositioñ. vt praefertur, per nos habitam, inuenimus praefatorum. N. & N. exaduerso principalium, praesentias, siue domicilia, pro citatione, per praefatum dominum. N. principalem, vt praefertur ad exequeñ. tute adiri non posse. Idcirco auctoritate apostolica supradicta, praefatos. N. & N. exaduerso principales, omnesq; alios & singulos, sua, communiter vel diuisim, interesse putañ. per hoc praesens publicum edictum, in Rom. Cu. in Audientia publica literarum contradictarum. D. N. Papae legendum, ac Basilicae principis Apostolorum in Vrbe, & sacri palatij apostolici causarum, necnon extra dictam Rom Cu. & in partibus, in Collegiatarum. N. & N. N. dioc. ecclesiarum, valuis seu portis, tanquam in locis circumuicinis & conuenieñ. affigendum, publicandum, & exequeñ. Praesentium tenoreq́, sic peremptorie citamus. Quatenus, singulis diebus, Lunae, Mercurij, & Veneris mensis Octobris proxime futuri, compareant coram vobis domino Decano supradicto, per se, vel pro curatorem, seu procuratores suos idoneos, supradicta acta, actitata, literas, scripturas, instrumenta, ac alia iura & munimenta, causam & causas huiusmodi, concerneñ. in partibus produci extrahi, transumi, exemplari, auscultari, ac in publicam formam redigi, aliaq; circa haec necessaria, fieri, visuri & audituri, prout ordo dictauerit rationis. Certificañ. eosdem. N. & N. exaduerso principales, omnesq; alios supradictos sic citatos, quod siue in dicto termino comparuerint, siue non, nihilominus, idem dominus Decanus, ad praemissa omnia & singula ac alias prout iustum fuerit, procedet, ipsorum contumacia, seu absentia, in aliquo non obstañ. Loca vero audientiae &c. vt supra in citatione per edictum. ¶ In quorum omnium &c.

Cópulsoria, quádo procurator nó habet mádatú, & se obligat, sub certa poena, q́ principalis ratificabit.

Post Cuiusquidem commissionis siue supplicationis cedulae praesentationem & receptionem, fuit nobis, per prouidum virum magistrum. N. in Ro. Cu. causarum, & dicti domini. N. principalis &c. nominati, procuratorem assertum, se de ipsius procurationis, mandato, fidem facere velle promitteñ. ac quod per eum in huiusmodi causa, acta, gesta & procurata, per praefatum. D. principalem, ante citatioñ. executionem, ratificari debeant, sub poena. CC. Floreñ

Floreñ.auri de camera,boni & iusti ponderis pro vna parte cameræ apostolicæ & pro reliqua parte, parti citandæ applicandorum, efficaciter obligantem, corã nobis constitutum,expositum cum quærela &c.

Clausula quando committitur alteri Auditori per mortem,vel absentiã,aut infirmitatem alterius, vel per aduocationem,aut remissionem ad Cancellariam.

SI PER MORTEM.

Huiusmodi nanq; cõmissionis vigore,postquã per dictum quondam D. Ioannem Clerici Auditorem in causa & causis huiusmodi, ac inter partes in eadem commissione contentas ad nonnullos actus iudiciales (citra tamen causæ conclusionem) legitime processum extiterat. Idem tunc quondam Ioan. Auditor (sicut altissimo placuit)debitum naturæ persoluit.Quapropter dictus dominus noster Papa,quandam generalis commissionis siue supplicationis cedulam nobis &c. huiusmodi sub tenore. ¶ Dignetur &c. ¶ Cuiusquidem commissionis prætextu,causa,& causis huiusmodi, necnon omnibus & singulis causis, præfato quondam Ioan. Auditori commissis, per nos in statu debito resumptis, ac inter partes prædictas, aliquali vlteriori continuato processu. Tandem &c. ¶ Si propter recessum,continua sic. Processum extiterat,idem dominus Auditor, certis de causis animum suum ad hoc moueñ.se ab ipsa Ro.Cu.absentauit,propter cuius absentiam,dominus N. Papa præfatus,causam& causas huiusmodi,cũ omnib⁹ & singulis suis emergeñ. annexis & connexis, nobis per quandam suam commissionem , quam desuper recepimus, commisit resumeñ. & vlterius audieñ. & fine debito terminañ. ¶ Quibusquidem causa & causis,vt præmittitur, in statu debito resumptis, & in eisdem,ac inter partes prædictas &c. ¶ Si propter infirmitatem,continua sic.Rite & legitime processo. Ac deinde dicto domino N. Coauditore nostro corporali infirmitate detento,adeo vt huiusmodi causæ cognitioñ. intendere nequeat. Idem dominus noster Papa,quandam aliam &c. ¶ Si per aduocationẽ continua sic.Rite & legitime processo. Præfatus dominus N. Papa causam huiusmodi tacite a domino N. Coauditore nostro aduocando,quandam commissionis siue supplicationis cedulam,nobis &c. ¶ Si per remissionem ad Cancellariam. Ad omnium terminorum substantialium,& multorum aliorum actuum iudicialium obseruationem, citra tamen causæ conclusionem,processu. Idem dominus N. Coauditor noster,causam & causas huiusmodi,certis de causis animum suum ad hoc moueñ.ad Cancellariam apostolicam remisit, seq; de illis in toto exonerauit.Quare præfatus D.N. Papa,quandã aliam cõmissionis,&c.

Compulsoria decreta per Auditorem Cameræ tanquam ordinarium.

Franciscus Albericus de Rachaneto Prothonotarius Apostolicus, Sanctissimi Dñi Nostri,eiusq; Camerarij,necnon curiæ causarum Cameræ Apostolicæ generalis Auditor. ¶ Vniuersis & singulis &c. vt in aliis compulsoriis ¶ Noueritis,quod nuper coram nobis,tanquam Rom.Cu. ordinario, ac iudice appellationis & appellationum in terris S.R.E.interpositæ,& interpositarum.Causa quadam appellatioñ. inter hone-

ctos viros D.N.& N.appellantes,actores & principales ex vna,& N.& N. appellatos reos,& exaduerso principales,de & super cert. possessioñ. siue petia terræ,in N. N.dioc. sita,alijsq; rebus in huiusmodi causa latius exprimendis, per quoddam publicum appellationis instrumentum, coram nobis realiter, & facto exhibitum,& productum,introducta &c.& introductioñ. huiusmodi per nos admissa,illiusq; vigore,citatioñ.legitima vna cum inhibitione inserta, nostra ordinaria auctoritate,extra Rom.Cu.& ad partes,in forma consueta, decreta & concessa. Consequenter,fuit nobis,pro parte dictorum N.& N.principalium,expositum cum querela,quod nulli &c.

Compulsoria,in qua cõmittitur iudicibus subdelegare. Et similiter põt fieri in remissoria.

Antonius Augustinus &c. per totum, vt supra, vsque promulgamus.Et insuper,vobis D.N.&.N.iudicibus & cõmissariis,sic,vt præmittitur, per nos deputatis,sub pœna,tam coniunctim,q̃ diuisim,committimus & mandamus,quod postquam pro parte dicti domini N.principalis,requisiti fueritis,alios iudices & executores in dignitate cõstitutos,in aliis ciuitatibus & locis,per dictum dominum N. principalem exprimendis,commorantes, & pro aliorum testium in huiusmodi causa necessariorũ receptioñ.& admissioñ.vel pro aliorum iurium & munimentorum extractioñ. nominandos,parte aduersa ad hoc vocata, subdelegatis, & subdeputatis, prout tenore præsentium eos subdelegamus & subdeputamus. Necnon ipsos, sic per vos subdelegatos,sub simili pœna moneatis & requiratis primo, secundo, tertio, & peremptorie,prout vos monuimus & requisiuimus, & tenore præsentium,ipsos requirimus & monemus.Quatenus infra terminum,eis per vos præfigeñ.& dictos sex menses superius expressatos,in omnibus & per omnia,perinde prorsus & sine vlla differentia etiam ad literarum huiusmodi executionem procedant, ac si in eisdem literis principaliter nominati fuissent.

clausula,in compulsoria speciali, & ẽt in remissoria ponenda quando iudex se excusat de consensu partium.

Promulgamus Et si vos domine N. iudex & commissarie præfate, per nos,vt præmittitur,deputate,in termino & loco prædictis,executionem huiusmodi nostrarum literarum recusare contigerit, aut alias vos prædictum allegaueritis, seu interesse nolueritis. Ex tunc & ego casu,vos honorabilem virum dominum N. in præmissis omnibus & singulis de dicti Domini N.exaduerso principalis,expresso consensu,deputañ. Vobisq; præsentium executionem modo & forma præmissis,ac loco & termino, quibus supra facieñ. committendum duximus,deputauimusq; & commissimus,ac deputamus & cõmittimus per præsentes. Diem vero seu dies,&c.

DE CONSECRATIONE,

Litera consecrationis Episcopi, de mandato Papæ, á consecrante emanata.

Vniuersis & singulis præsentes literas inspecturis. ¶N. Dei & apostolicæ sedis gratia, Episcopus N. Salutem in domino sempiternam. Vniuersitati vestræ, notum facimus per præsentes, quod nos de mandato & speciali commissione Sanctiss. in Christo patris, &c. Pauli, &c. Papæ IIII. &c. super hoc (viuæ vocis oraculo) nobis facto, in tali loco, die dat. præsentium, assisteñ. nobis R.P.D.N. & N. Episcopis, Reuereñ. in Christo P. & D. Nicolaum Venceyum S. Suæ Datarium, ac eadem gratia electum Balneoregieñ. in Episcopum consecrauimus, sibiq; munus episcopalis consecrationis, iuxta formam & consuetudinem sanctæ Romanæ ecclesiæ in talibus obseruari consuetas impendimus, cooperante nobis gratia spiritus septiformis. ¶In cuius rei, &c.

Litera consecratioñ. Episcopi, á domino Camerario Papæ in testimonium emanata.

Vniuersis & singulis præsentes literas inspecturis. ¶Guido Ascanius Sfortia, miseratione diuina sancti Eustachij Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconus Cardinalis de sancta Flora S. D.N. Papæ Camerarius, Salutem in domino sempiternam. ¶Noueritis quod R. in Christo P. & D. N. D. & apostolicæ sedis gratia Episcopus N. de mandato nostro, ac ex commissione præfati S. in Christo P. & D. N. D. Pauli, diuina prouidentia Papæ IIII. super hoc (viuæ vocis oraculo) nobis facto, in ecclesia N. de Vrbe, die dat. Reuerendo in Christo Patri & domino N. eadem gratia Episcopo N. assistentibus ei Reuerendis in Christo Patribus Dominis N. & N. Episcopis, iuxta formam & consuetudinem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, munus consecrationis impendit. ¶In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium, præsentes literas fieri, sigilliq; nostri Camerariatus officij, fecimus appensione muniri. Datum &c.

DE COMMENDA.

Commenda parochialis ecclesiæ, Cantoriæ, auctoritate ordinaria facta.

Ioannes N. Dei gratia Episcopus N. dilecto nobis in Christo venerabili viro N. Cantori ecclesiæ nostræ N. Salutem in Domino sempiternam. ¶Illa vobis libenter concedimus, quam commoditati vestræ fore conspicimus opportuna. ¶Nuper siquidem accepimus, quod ratione dictæ Cantoriæ, multa onera tenemini supportare, ad quæ facultates dictæ cantoriæ non suppetunt, propter quod nobis humiliter supplicastis, vt parochialem ecclesiam de N. nostræ dioc. ad præsens vacantem, per obitum N. ipsius ecclesiæ, dum viueret, rectoris, nuper vita functi, ad collationem & prouisionem nostram pleno iure pertineñ. vobis cum omnibus iuribus & pertineñ. suis per nos, vna cum Cantoria prædicta, tenendam in commendam, concedere dignaremur. ¶Nos vestris in hac parte supplicationibus inclinati, parochialem ecclesiam prædictam, sic vacañ. cum omnibus iuribus & pertineñ. suis supradictis, vobis, per vos, quoad vixeritis, vt onera prædicta commodius supportare valeatis, vna cum prædicta Cantoria, tenendam, regendam, & gubernãdam, aucto-

DE CVRIALITATE.

Litera Curialitatis, causa inhibitionis, ab Auditore Cameræ, ad Senatorem.

Franciscus Albericus &c. Magnifico viro domino Nicolao Tholosano, vtriusque Iuris Doctor, & equiti de Colle, ciui Floreñ. ac Almæ Vrbis Senatori illustri, ipsiusq́; necnon curiæ Capitolii Collateralibus maleficiorum, aliisq́; Iudicibus, Marescallis, Capitaneis, officialibus, armigeris ordinariis, & extraordinariis quibuscunq;. Salutem in domino. ¶ Tenore præsentium vobis & vestrum cuiuslibet significamus, intimamus, insinuamus, & ad vestram & cuiuslibet vestrum notitiam deducimus & volumus per præsentes, qualiter discretus vir N. clericus N. dioc. multo tempore, continuo fuit (prout est hodie) Curialis Romanam Cu. sequens, & pro tali habitus, tentus, nominatus, & reputatus, prout de hoc fidedignum recepimus testimonium. Nostræq́; propterea iurisdictioni totaliter suppositus & subiectus existit, ac a vestra & cuiuslibet vestrum potestate seu iurisdictione penitus exemptus, ipsumq́; N. talem reputamus, & reputari volumus & mandamus. Ob id vos de ipso N. eiusq́; bonis & rebus causis, ac controuersiis, & quæstionibus, tam ciuilibus quàm criminalibus cognoscere ac iudicare, ad nos & nostram curiam tanquam Rom. Cu. ordinarium dinoscitur pertinere, ac parati etiam sumus, tam nostro ex officio, quàm ad vniuscuiuscunq; instañ. bonam, tam pro dicto N. quã Senatori, omnibusq; aliis & singulis supradictis, & vestrum cuilibet insolidum, tenore præsentium, sub excommunicationis pœna, quam canonica monitione præmissa, in vos & vestrum quemlibet, exnunc ferimus in his scriptis, nisi feceritis, quæ mandamus, districte præcipiendo mandañ. ac inhibente, ne vos, aut aliquis vestrum, in præiudicium dicti N. curialis, quicquam attentare præsumatis seu præsumant, ipsum N. aut eius res, & bona capiendo, grauando, inuadendo, impignorando, immo eundem N. curialem, cum omnibus & singulis causis, quæstionibus, & inquisitionibus, tam criminalibus, seu mixtis & profanis, quam quibuscunq; aliis, ad nos, & nostram curiam, remittere quantocitius curetis, & vos vlterius de eisdem nullatenus intromittatis, Alioquin, si secus factum fuerit, seu vestrum quemlibet (vestra inobedientia id exigente) ad dictæ sententiæ declarationem, & alia grauiora (prout iuris fuerit) procedemus.

¶ Absolutionem vero &c. Datum &c. sub nostri proprij, & quo vtimur in talibus, sigilli impressione.

De curatore, vide infra in verbo Deputatio.

DE DATIONE.

Dationem Apostolorum, vide in instrumento appellationis extraiudicialis in penultimo & vltimo petitioñ. & datioñ. Apostolorum.

De dearrestatione de consensu partium.

Ioannes,&c. Tenore præsentium,quascunque literas apostolicas gratiam aut iustitiam in se continen. pro parte honorabilis viri domini N.impetratas,seu impetrandas,causam & causas concernentes, quæ vertitur & vertuntur,seu verti & esse sperantur inter dictum dominum N. ex vna,& honorabilem virum dominum N. de & super parochiali ecclesia sancti N. N. dioc & eius occasione partibus ex altera,coram nobis indecise penden.quomolibet concernen. per nos alias pro parte dicti domini N. in Cancellaria & Bullaria apostolicis,vel registro literarum apostolicarum,aut alibi arrestatas,de prouidi viri N.in Romana Curia causarum, & præfati Domini N. procuratoris (de cuius procurationis mandato,nobis legitimis constabat,prout constat,documentis) expresso consensu, in locis prædictis,& alibi vbicunque,dearrestamus, arrestumq; inde de & super eis positum tollimus,ac tolli,cassari & relaxari mandamus. ¶ In cuius rei fidem & testimonium &c.

DE DECLARATIONE.

Declaratio contra intrusum, ob non paritionem executorialium vnius sententiæ.

Peregrinus Fabius &c. Deputatus. ¶ Vniuersis &c.vt in citatione cum inhibitione & c.mandatis. ¶ Noueritis quod dudum fe. re. Paulus Papa I I I quandam commissionis siue supplicationis cedulam, nobis, per quendam suum Cursorem præsentari fecit, qua nos cum ea qua decuit reuerentia, recepimus huiusmodi sub tenore. ¶ Dignetur, &c. Huiusmodi si quidem supplication. vigore, nos in causa & causis huiusmodi,& ad Romanam Curiam & coram nobis legitime introductis & deuolutis, ac inter partes in eadem contentas, rite proceden. seruatis seruandis,ac cognitis causarum meritis. De dominorum Coauditorum nostrorum consilio & assensu,quibus de ipsius meritis,relationem plenariā fecimus,& fidelem nostram in scriptis tulimus & promulgauimus diffinitiuam sententiam, in hunc qui sequitur modum.Christi nomine &c. Quæ quidem diffinitiua sententia, postquā nulla prouocatione suspensa,in rem transiuerat iudicatam, dictus D. N. Papa quandam aliam,commissionis siue supplicationis cedulam, nobis,per quendam alium ex dictis suis Cursoribus,præsentari fecit, quam nos, cum ea qua similiter decuit reuerentia, recepimus, tenoris subsequentis. ¶ Beatissime pater &c. ¶ In fine &c. ¶ De mandato &c. ¶ Huiusmodi vero commissionis prætextu literis,siue processibus executorialibus,extra Rom.Cu.contra & aduersus præfatum N.exaduerso principalem,iuxta ipsius commissionis vim, formam & tenorem,in forma solita & consueta, per nos decretis & concessis, quibus inter alia præfatum N.exaduerso principalem, quatenus infra certos,tunc expressos, iam dudum vero elapsos peremptorios terminos competen. sub excommunicationis,aliisq; pœnis & censuris ecclesiasticis,in eisdem literis executorialibus contentis,quas ipsum N.exaduerso principalem,si monition. inhibition. & requisition.nostris huiusmodi, immo verius apostolicis, non pareret & obediret, incurrere voluerāmus ipso facto,quasq; propterea,in scriptis tulimus & promulgauimus,præfato domino N. principali vel procuratori suo legitimo, pro eo & eius

nomine,possessionem corporalem,realem,& actualẽ parochialis ecclesiæ N.N. dioc.cum omnibus iuribus & pertineñ. suis, vacuam, liberam, & expeditam dimitteret & relaxaret,sine difficultate &cõtradictione quibuscunq;,neq; de eadẽ parochiali ecclesia,ipsius'q; fructibus,redditibus,& proueñ.in præiudicium præfati domini N. principalis, vel procuratoris sui, aliquatenus per amplius se intromitteret. Necnon de fructibus,per eum, ex eadem ecclesia, a tempore motæ litis citra,perceptis,si extarent,alioquin eorum vero valore & XL. Floreñ.auri, de camera boni & iusti ponderis,ratione expensarum, p ipsum N. principalem, seu eius nomine,in deductione & prosecutione litis & causæ huiusmodi factarũ, in quibus idem N.exaduerso principalis, vt in præinserta sententia deducitur, extitit condemnatus,& ad quos Floreñ. expensæ ipsæ, per nos existunt taxatæ, ac quatuor aliis similibus Floreñ.auri de camera pro expeditione literarum siue processuum huiusmodi etiam expositis. In quibus quatuor Floreñ.nos dictum N·exaduerso principalem etiam condemnauimus,& literas siue processus ipsos taxauimus,ac eorundem debitam,plenam,& integram satisfactionem & solutionem impenderet,& impendi procuraret, realiter & cum effectu,aut interim,sup præmissis,cum eodem domino N.principali,vel eius procuratore prædicto, cõcordaret & conueniret,aliasq; & alia faceret & adimpleret,prout in eisdem literis executorialibus plenius continetur & mandatur,monuimus & requisiuimus. Ipsis'q; literis siue processibus executorialibus,prout in actis præsentis causæ registratæ fuerunt,per prouidum virum dominũ ac magistrum Andream de Castillo clericum Tornaceñ.dioc.literarum apostolicarum scriptorem,ac in Rom. Cu. causarum, & prædicti domini N. principalis procuratorem, de cuius procurationẽ mandato,in & ex eisdem actis legitime constat, & eo nomine procuratorio,coram nobis iudicialiter compareñ. in certo competeñ.termino repetitis, ipsarum literarum & processuum executorialium executioñ. extra dictam curiam,contra & aduersus præfatum dominum N.exaduerso principalem in eius propria persona debite & legitime fact.realiter & in scriptis datis, exhibitis atq; productis. Nos in huiusmodi negotio proceden. ad prælibati magistri Andreæ procuratoris instañ.supradictum dominum N.exaduerso principalem,omnesq; alios & singulos sua communiter vel diuisim interesse putantes, & eorum procuratores,(si qui essent in Rom.Cu.pro eisdem)ad dicendum & excipiendũ quicquid verbo vel in scriptis,contra literas siue processus executoriales & earũ executionem antedictam,dicere siue excipere volebant,primo. Et consequenter,ad docendum & fidem legitimam faciendum, præfatum dominum N. exaduerso principalem,prædictis literis siue processibus executorialibus, iuxta ipsarum cõtinentiam, formam, atq; tenorem paruisse, & obedisse, primo, secundo, tertio,& quarto ad idem,& ex superabundanti ad omnem ipsorum malitiam conuincendam per audientiam publicam literarum contradictarum D.N. Papæ citari mádauimus & fecimus ad certos peremptorios terminos,competeñ.cum temporum congrueñ.interuallis In quorum terminorum,primo, secundo, tertio, & quarto, tunc successiue aduenientibus, prælibato D. ac magistro A. procuratore,dicto nomine, coram nobis iudicialiter compareñ. & citatorum prædictorum ,in quibusdam citatioñ.cedulis,a nobis emanatis, ac de nostris voluntate & mandato, in dicta audientia literarum contradictarum p̃ fitis, sigillatis, signatis, & debite executis,ac ibidem,vicissim,facto & in scriptis, repræsentatis, contentorum, non compareñ.contumacia accusata,dictos citatos, non compareñ.reputauimus,nõ immerito(prout erant in singulis terminorum terminis huiusmodi, iustitia exigente,contumaces. ¶ In vltimo autem termino eorundem,per præfatum magistrum A.procuratorem,dicto nomine,coram nobis iudicialiter compareñ. citatorum prædictorum,in certa alia citatioñ.cedula,etiam in dicta audientia debite executa,& coram nobis realiter repræsentata,contentorum non comparentium,contumacia accusata,ipsosq; pro contumacibus,prout erant, reputari peti-

to,& per nos,dictante iustitia,pro contumacibus,non immerito,reputatis,dataq; postmodum,& oblata,per præfatum magistrum A.procuratorem,quandam petitionis cedulā,coram nobis iudicialiter facto & in scriptis,cuius tenor est talis. ¶Petit &c.¶Tandem,nos,ad præfati magistri A. procuratoris, similem instañ. citatos prædictos,per audientiam contradictarum antedictam , ad videndum & audiendum præfatum N. principalem,pœnas, sententias, & censuras, in dictis literis siue processibus executorialibus,contentas (ob & propter non paritionē earundem literarum,siue processuum)incidisse declarari, literasq; desuper opportunas,in forma solita & consueta decerni & concedi, nostramq; in scriptis ferri & promulgari sententiam, vel dicendum & causas (si quas habebant rationabiles)quare præmissa fieri non debebant,allegandum,citari mandauimus, & fecimus,ad certum peremptorium terminum competentem, videlicet ad diē & horam infrascriptos.¶Quibus aduenientibus, comparuit iudicialiter coram nobis magister A. procurator prædictus,nomine quo supra procuratorio,& quādam aliam,citationis antedictæ audientiæ cedulam,à nobis emanatam,ac de nostris voluntate & mandato, in dicta audientia literarum contradictarum, etiam legitime executam,facto,realiter,& in scriptis repræsentatam,ipsorum citatorum inibi contentorum,non comparentium,contumacia accusata, ipsos contumaces reputari,& in eorum cōtumaciam(quantum in eo fuit & erat) conclusit,fecitq; concludi, & pro concluso haberi, necnon præfatum N. exaduerso principalem (ob & propter non paritionem dictarum literarum, siue processuum executorialium, pœnas,sententias,& censuras,in eisdem literis contentas, incidisse,& damnabiliter incurrisse,declarari,literasq; desuper opportunas,in forma solita & cōsueta decerni & concedi,nostramq; desuper, iuxta prædictæ petitionis vim, formam,continentiam,& tenorem,in scriptis ferri & promulgari sententiam, p nos debita cum instantia,postulauit. ¶Nos tunc Peregrinus Locumtenens præfatus,dictos citatos non compareñ. reputauimus iterum,prout erant, iustitia suadeñ. contumaces,& in eorum contumaciam , vna cum dicto magistro A. procuratore,in huiusmodi causa concludentes secumq; concludi & pro cōcluso haberi,petente,deduximus,more solito,concludendū,& conclusimus, habuimusq; & haberi voluimus eadem pro sufficienter conclusis. Et nihilominus, visis tamen primitus & diligenter inspectis omnibus & singulis actis,& actitatis in huiusmodi causa quomodolibet habitis & factis,ipsisq; cum diligentia & maturitate debite recensitis, de dominorum Coauditorum nostrorum consilio & assensu, quibus,propter hoc, relationem plenariam fecimus & fidelem præfatum N.exaduerso principalem,ob & propter non paritionem antedictas,pœnas,sententias & censuras,in dictis literis siue processibus executorialibus contentas, incidisse, & damnabiliter incurrisse,declarandum, literasq; desuper opportunas decernendum,& ad nostram declaratoriam desuper ferendam, & in scriptis promulgandum sententiam,producendum duximus,& processimus, eamq; per ea quæ vidimus,& cognouimus,ac de præsenti ferimus & promulgamus,in hunc qui sequitur modum . ¶De dominorum &c.¶Quam quidem sententiam,de manu nostra,sic subscripsimus. Ita &c. ¶Quæ omnia & singula præmissa, præscriptamq; nostram sententiam,& in ea contenta, vobis omnibus & singulis supradictis,intimamus,insinuamus & notificamus, ac ad vestram & cuiuslibet vestrū notitiam deducimus & deduci volumus per præsentes. Vosq; nihilominus & vestrum quemlibet,auctoritate prædicta,tenore præsentium, requirimus & monemus,primo,secundo,tertio,& peremptorie,ac vobis & vestrum cuilibet,in virtute sanctæ obedientiæ,& sub excommunicationis pœna,quam in vos, & vestrum quemlibet canonica monitione præmissa,ferimus in his scriptis,nisi feceritis quæ mandamus,districte præcipien.mandañ. quatenus infra tres dies post requisitionem & monitionem, vobis seu alteri vestrum, pro parte dicti domini N. principalis,

desuper

desuper factas, inmediate sequen. quos tres dies, vobis, & vestrum cuilibet, p ro omni dilatione terminoq; peremptorio, ac monitione canonica, assignamus ita tamen, quod vnus vestrum alterum non expectet, nec vnus pro alio, seu per alium se excuset, praefatum. D. N. exaduerso principalem, per vos vt praefertur, excommunicatum, & sententias praedictas incidisse, declaratum vt talem in vestris ecclesiis, monasteriis & capellis infra missarum & aliarum horarum solemnia, ac alias vbi quando & quotiens expedierit, publice denuncietis, ac ab aliis quorum in vobis fuerit, denunciari ac ab omnibus Christifidelibus arctius euitari faciatis permittatis & procuretis, ab huiusmodi denunciatione non cessando donec & quousq; aliud a uobis vel superiori nostro desuper receperitis in mandatis.

¶ Absolutionem vero omnium & singulorum qui praefatam nostram excommunicationis sententiam &c. ¶ In quorum &c. huiusmodi nostram sententiã declaratoriam in se continen &c. communiri. Lecta lata & in scriptis promulgata fuit, haec nostra declaratoria sententia, per nos P. Locumtenentem praefatũ Romae &c. pro tribunali, seden. Sub anno &c. Praesentibus &c.

Declaratoria ob non paritionem Monitorii.

Antonius Augustinus &c. vt supra. ¶ Cuiusquidem cõmissionis vigore, postquã ea fidedignorum relationis & testimoniis ac aliis iuribus & munimentis coram nobis productis, reperimus contenta & narrata in eadem commissione, veritate fulciri Quendam. N. exaduerso principalem in eadem praeinserta commissione exaduerso principaliter nominatum, necnon Decanum, & capitulum ecclesiae. N & alios sua communiter vel diuisim interesse putan sub excommunicationis suspensionis & interdicti aliisq; sententiis, censuris & poenis monuimus & requisiuimus ac moneri, & requiri mandauimus. Quatenus infra certum, tunc expressum futurum, nunc vero dudum effluxum terminum ipse. N. exaduerso principalis ab occupatione & detentione Canonicatus, & praeben. dictae ecclesiae, iuriumq; & pertinen omnium eorundem abstineret, ac illorum corporalem, realem & actualem possessionem venerabili viro D. N. principali in eadem praeinserta commissione principaliter descripto siue eius legitimo procuratori pro eo & eius nomine & nulli alteri vacuam liberam & expeditam dimitteret & de illa peramplius nullatenus se intromitteret. Ac fructibus per eum tempore intrusion. suae citra ex dictis Canonicatu & praeben. perceptis eidem domino N. principali vel procuratori suo plenam & condignam satisfactionem impenderet, necnon Decanus & Capitulũ & alii praedicti, eundem Dominum. N. principalem, vel dictum procuratorem, pro eo & eius nomine, in, & ad corporalem, realem, & actualem, possessionem Canonicatus & praeben. ac iurium & pertinen. praedictorum restituerent, reintegrarent & reponerent, sibiq; de ipsorum Canonicatus & praeben fructibus, redditibus & prouen. iuribus & obuen. vniuersis responderent, & se, praemissa omnia & singula, adimpleuisse, nos, vel alium, forsan loco nostri, surrogandum Auditorem, certificarent. Alioquin, eosdem monitos, citauimus & citari mandauimus, quatenus in alio competen. termino, comparerent coram nobis, se, poenas, sententias, & censuras praedictas incidisse, declarari, visuri, audituri, & alias responsuri, & recepturi, id quod iustitia suaderet, & ordo dictaret rationis, prout in quibusdam nostris monitoriis & citatoriis literis, a nobis emanatis & decretis, plenius continetur & habetur. Ipsisq; literis contra dictum. N. exaduerso principalem, necnon Decanum, & capitulum, dictae ecclesiae, in eorum propriis personis, in partibus debite executis, & vna cum executione huiusmodi, per preuidũ virum magistrum. N. in Rom. Cu. causarum, & dicti domini. N. principalis, procuratorem (prout de ipsius procuration. mandato in actis causae huiusmodi, legitime extitit doctum) in certo congruen, termino, coram nobis, iudicialiter comparentem, facto, realiter, & in scriptis, reproductus. Nos extunc, termino in eius

dem literis præfixo, dudum effluxo. Ad præfati magistri.N.procuratoris instañ. .N.intrusum, necnon Decanum, & Capitulum prædictos, omnesq; alios & singulos, sua communiter vel diuisim interesse putañ. eorumq; procuratores, si tũc qui erant in Rom. Cu. pro eisdem. Ad diceñ. & excipieñ. quicquid verbo vel in scriptis contra præinsertam, nobis factam, & præsentatam, cõmissionem, necnon Monitorium, in euentum citatorium, ad partes vt præfertur, decretum, & apud acta causæ huiusmodi, vna cum executioñ. reproductum & registratum, cõtraq; ipsam executionem, dicere, siue excipere, volebant, per audientiam publicam literarum contradictarum &c. citari mandauimus & fecimus ad certum terminũ competentem, in quo dicto magistro .N. procuratore, quo supra nomine procuratorio, coram nobis iudicialiter comparente. Et dictorum citatorum, in quadam citatioñ. audieñ. pergameni cedula, in dicta audientia, nostris de mandato & voluntate, debite lecta, executa & publicata & per eum facto reproducta, citatorum non comparentium, contumaciam accusañ. ipsosq; contumaces reputari peteñ. Nos dictos citatos reputauimus merito (prout erant iustitia suadente) contumaces. Et in eorum contumaciam, ipsos vlterius, ad continuam dicti magistri .N. procuratoris instañ. ad docendum, & fidem legitimam facieñ. se literis monitorijs & citatorijs supradictis, realiter & cum effectu, paruisse & obtemperasse, primo, secundo, tertio, quarto, & ex superabundanti &c. vt supra in alia forma, per totum. ¶ Instrumentum declaratioñ. in causa vbi duæ vel tres, latæ fuerunt diffinitiuæ sententiæ, hoc modo conficies. ¶ Exordium, fac vt in citatioñ. simpliei, vsq;. ¶ Noueritis &c. & continua vt in executorialibus, quæ in eadem causa fuerunt decretæ, in qua debet fieri declaratio, vsq; ad commissionem, executorialem inclusiue. ¶ Post quam quidem commissionem, continua, vt in proxima forma, iuxta exigentiam causæ & rei super qua agitur.

Declaratio facta ab Auditore Cameræ, ob similem non paritionem tanquam iudice ordinario, in absentia Commissaria.

Franciscus Albericus de Rachaneto Prothonotarius Apostolicus Sanctissimi Domini nostri Papæ, ac eius Camerarij, necnon Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ generalis Auditor. ¶ Vniuersis & singulis Domini Abbatibus, prioribus, præpositis, decanis, archidiaconis, scholasticis, cantoribus, custodibus, thesaurarijs, sacristis, succentoribus tam cathedralium quam collegiatarum canonicis, parochialiumq; ecclesiarum, rectoribus, seu locateneñ. earundem plebanis, capellanis, curatis & non curatis, vicarijs perpetuis, altaristis, cæterisq; presbyteris, clericis, notarijs, & tabellionibus publicis quibuscunq;, per ciuitatem & dioc.N. ac alijs vbilibet constitutis, & eorum cuilibet in solidum, ac illi, vel illis, ad quem, vel ad quos, præsentes huiusmodi nostræ literæ peruenerint, salutem in domino, & nostris huiusmodi immo uerius apostolicis, firmiter obedire mandatis. ¶ Noueritis, quod dudum Fe. re. Paulus Papa IIII. quandam commissioñ. siue supplicatioñ. cedulam. R. P. D.N. tunc sedis apostolicæ Prothonotario, nunc vero.N. Episcopo, iudici, commissario, per quendam suum Cursorem, præsentari fecit, huiusmodi sub tenore. Dignetur &c. ¶ Quæ quidem commissio, in eius fine, taliter signata reperitur. ¶ De mandato Domini nostri &c. ¶ Cuiusquidem commissionis vigore, idem dominus.N. Episcopus, iudex & commissarius, in causa & causis huiusmodi, de partium hincinde consensu, rite & legitime procedens seruatis seruandis & cognitis per eum huiusmodi causæ meritis, suam diffinitiuam in scriptis tulit & promulgauit, sententiam, in hunc qui sequitur modum. ¶ Christi nomine &c. Quã quidem sententia, de manu dicti domini Episcopi.N. iudicis & commissarij, ita

subscripta fuit. Ita &c. Deinde postquam prouidus vir, magister.N.& honorabilis viri domini.N.exaduerso principalis, in præ ac sub inserta commissione & diffinitiua sententia, exaduerso principaliter nominati, procurator (prout de suæ procurationis mandato, dicto dom.no.N.commissario, siue iudici, existebat facta fides) antedictæ diffinitiuæ sententiæ, tanquam iuste & canonice latæ, sponte acquiuisset, appellationiq; ab eadem interpositæ & interponendæ, expresse renunciasset, necnon honorabilis atq; discretus vir. D.N.principalis, in præmissis commissione & diffinitiua sententia, principaliter nominatus, omnes & singulos fructus, redditus, & prouen.ex vicaria super qua agitur, per nominatum.N.exaduerso principalem & eius nomine quomodolibet perceptis & subleuatis, necnon expen.in huiusmodi causa factas, & in quibus condemnatus extitit, eidem N.exaduerso principali, expresse & ex certa sua scientia remisisset. Dictus dominus noster Papa, quandam aliam commissionis, siue supplicationis cedulam, præfato domino.N.Episcopo, similiter per quendam suum Cursorem præsentari fecit, tenorem qui sequitur continen. ¶ Dignetur &c. In fine &c. Demandato.D.N. Papæ &c. ¶ Cuiusquidem commissionis vigore, dictus dominus.N. Episcopus in causa & causis huiusmodi, de partium hincinde consensu, vlterius rite & legitime procedens, literas executoriales, cum aggrauatione, reaggrauatione & auxilij brachij secularis inuocatione inclusiue præfato.N. principali instan. & peten. contra dictum.N. exaduerso principalem, intrusum, ac omnes alios & singulos in dicta perpetua vicaria, tunc forsan intrusos, & in posterum intrudendos iuxta dictæ vltimæ commissionis vim, formam, atq; tenorem, in forma solita & consueta, decreuit atq; concessit, in quibus eundem.N. exaduerso principalem, omnesq; alios & singulos intrusos & intrudendos inter cætera, sub excommunicationis & alijs pœnis, censuris & sententijs, in ipsis literis executorialibus & processibus contentis monuit & requisiuit, ac moneri & requiri fecit & mandauit, vt infra certum terminum competentem, in ipsis processibus contentum, ac & expressum iamdiu effluxum, possessionem corporalem realem & actualem dictæ perpetuæ vicariæ iuriumq; & pertinen. omnium eiusdem liberam, vacuam, & expeditam, dicto domino.N.principali, vel procuratori suo, eius nomine ad hoc legitime constituto, & nulli alteri, sine contradictione & difficultate quibuslibet dimitteret & relaxaret, prout in eisdem literis executorialibus, plenius continetur & habetur. Quibusquidem literis executorialibus cuidam.N. in dicta perpetua viceria.N. ad altare.N. intruso, in partibus debite insinuatis & contra eundem vigore clausulæ intrusos & intrudendos in dicta vltima commissione contentæ, legitime executis, necnon vna cum earundem executione, coram nobis.N.de.N. Auditore præfato, in Rom.Cu.ordinario, propter dicti domini Episcopi, iudicis & commissarij, a Rom.Cu. absentiam legitime edocto ac propterea per nos processu, per audientiam publicam literarum contradictarum domini nostri Papæ, decreto atq; concesso. Nos ad prouidi viri magistri.N.in Rom.Cu. causarum, & dicti domini.N.principalis procuratoris (de cuius procurationis mandato, nobis legitime extitit facta fides) instan. præfatum.N. exaduerso principalem, omnesq; alios & singulos, sua communiter vel diuisim interesse putantes, eorumq; procuratores (si qui tunc erant in Rom. Cu. pro eisdem) ad dicendum vel excipiendum, quicquid verbo vel in scriptis, contra dictas literas executoriales & executionem earundem, dicere siue excipere volebat, ad vnum primo, & deinde ad docendum, & fidem legitimam &c. vt supra in proxima forma per totum.

Declaratio non consumption. gratiæ expectatiuæ in vim commissionis.

Vniuersis & singulis &c. Ioan. &c. in Rom.Cu.residens iudex & commissarius ad infrascripta auctorita-

te apostolica, specialiter deputatus. Salutem in domino & præsentibus fidem indubiam adhibere. ¶ Pridem. S. in Christo P. & quandam commissionis siue supplication. cedulam, nobis I. &c. per quandam suum Curs. præsentari fecit, huiusmodi sub tenore. ¶ Dignetur &c. In fine &c. De mandato &c. Cuiusqui dem commissionis, siue supplicationis vigore. Compareñ. coram nobis, honorabilibus viris dominis. N. rectore, ex vna, & hincinde, principaliter pro seipsis, volen (vt asseruerunt) litium anfractus euitare & hincinde laboribus & expen parcere ac ad pacem bonam & concordiam inter se deuenire, ac omnes & singulos necessarios & opportunos (qui de iure, stylo & consuetudine sacri palatij causarum apostolici, in huiusmodi causa seruari debent & possunt) terminos simul & semel ac eodem contextu, seruare, & nihilominus, contra commissionem, nobis Io. iudici & commissario præfato factam & præsentatam, se nihil dicere vel opponere volen. in nos Ioan. iudicem & commissarium prælibarum, tanquam in eorum & huiusmodi causæ iudicem competen. & nostram iurisdictionem expresse consenserunt, & quilibet eorum consensit. ¶ Nos tunc Io. iudex præfatus supradictis. N. & N. exaduerso principalibus, coram nobis præsentibus, volen. constituen. & requiren. in causa huiusmodi, ad obseruationem omnium & singulorum terminorum, de stylo obseruari solitorum, rite & legitime, duximus procedendū & processimus. Et deinde per dominum. N. principalem, quadam summaria petitione inferius inserta, in scriptis oblata, huiusmodi sub tenore. ¶ Petit &c. ¶ Tandem vero, visis primitus per nos, & diligenter inspectis, omnibus & singulis, actis, actitatis, literis, instrumentis, & processibus, alijsq; iuribus & munimentis in huiusmodi causa, coram nobis, per dictas partes datis & exhibitis ac productis, ipsisq; debita cum diligentia recensitis, facta quoq; de illis, cum nonnullis iurisperitis relation. plenaria & fideli, ac cum eis matura deliberatione præhabita: De eorum consilio & assensu, ad nostram, in huiusmodi causa, profere. diffinitiuam sententiam & promulgañ. procedendum duximus & processimus, eamq; per ea quæ vidimus & cognouimus in his scriptis, tulimus & promulgauimus, in hunc qui sequitur modum. ¶ Christi nomine &c. Hæc sententia per nos fuit taliter subscripta. Ita &c. gratiam vero apostolicam dicti Ioan. ad quæcunq; beneficia ecclesiastica, cum cura vel sine cura, sibi debita vel debenda omnibus melioribus modo, via, iure, causa, & forma, quibus &c. de iure potuimus & debuimus, reseruauimus, ac tenore præsentium, sanam & illæsam reseruamus, ipsamq; talem remansisse, & de præsenti remanere, tenore præsentium declaramus. ¶ Quæ omnia & singula, vobis omnibus & singulis supradictis, & vestrum cuilibet, intimamus, insinuamus, & notificamus, ac ad vestram, & cuiuslibet vestrū notitiam deducimus, & deduci volumus per præsentes. ¶ In quorum &c.

De litera declaration. excommunication.

Vide sub verbo excommunicatio.

DE DEPOSITO.

Instrumentū depositi, cū obligatione de restituēdo.

In nomine Domini amen &c. Pontificatus S. &c. Anno. N. In mea notarij &c. cōstitutus honorabilis vir, dominus. A. ex certa sua scientia, & spontanea voluntate non per metum, fraudem, siue aliam machinationem circūuentus, publice & palam, cōfessus fuit, & recognouit, quod ex causa veri & puri depositi, in depositū, & nomine depositi, ad se recepit, in prompta, ac parata & numerata pecunia, ab honorabilibus

viris

viris dominis.B.&.C.ibidem præsentibus,traden.& deponen.pro se, suisq; hæredibus, & successoribus quibuscunq; legitime stipulan. & recipien. C. duc.auri de camera, boni & iusti ponderis per ipsum, ad custodiendum & seruandum, periculo, damno & fortuna dicti.N. eisdem.B. &.C. suisq; hæredibus & successoribus in posterum restituendum,ad omnem ipsorum simplicem requisitionem & petitionem,vbicunq; & quandocunq; eisdem.B.&.C.suisq; in posterum hæredibus & successoribus,expediens fuerit,& videbitur expedire. Et si ipsi, pro procuratione dictorum,C.ducatorum auri,aliquod damnum incurrerint, vel exponendo fecerint,seu interesse passi fuerint occasione non restitutionis dictorum .C. Ducatorum. Illa damna,expen. & interesse ipse.A. vult, ac voluit & promisit eisdem.B. &.C.reddere & implere. ¶ Pro quibus &c. ipse. A. seipsum, suosq; hæredes & successores,ac bona sua quæcunq; mobilia & immobilia præsentia & futura,vbiq; existentia,& prædictis.B.&.C suisq; in posterũ hæredibus & successoribus,stipulan.& recipien.vt supra,obligauit & hypothecauit, ac etiã Cameræ apostolicæ,& cuiuslibet alterius curiæ ecclesiasticæ seu secularis, earumq;,seu cuiuslibet ipsarum,iudicibus,officialibus,auditoribus seu locatenentibus,aut commissariis,& eorum cuilibet coram quibus dictum depositum & expensæ damna & interesse petentur,& petita fuerunt,seu fuerit,subiecit & submisit. ¶ Quibus quidem curiis & eorum officilibus,auditoribus,locatenen. commissariis,& eorum quolibet dictus. A. depositarius, voluit & expresse consensit, posse cogi,& compelli, constringi,detineri,ac personaliter côueniri,& coarctari vsq; ad integram obseruationem,& satisfactionem omnium & singulorũ in præsenti publico instrumento,contentorum. Renunciauit &c. vt in obligatione in forma Cameræ,cum constitutione procuratorum &c. ¶ Super quibus & singulis præfati.B. &.C.petierunt,& quilibet eorum petit,sibi a me notario publico infrascripto,vnum vel plura &c. Actum &c. Præsentibus &c.

Aliud instrumentum depositi in publica forma.

In nomine Domini amen &c. Et publice recognouit, penes se, habere,& recepisse in depositũ & ex causa ac nomine depositi,veri & legitimi,a domino.N.præsente deponen. stipulan.& legitime acceptan.pro se,suisq;hæredibus & successoribus,vz. duc.x. auri in auro de camera. ¶ De quibus quidem.x.duc.auri,seu deposito prædicto præfatus N.creditor,se habuit,& tenuit, pro bene contento & quietato. Quos quidem .x. duc,auri siue depositum prædictum præfatus.N. debitor, eidem.N. creditori saluos & illæsos saluum & illæsum facere & tenere omni suo periculo videlicet incendii ruinæ naufragii forciamenti latrocinii & omni alio, tam cœlesti,quam terrestri periculo,ac fortuito casu,promisit & conuenit. Quos quidem .x.duc.siue depositum prædictum,dictus.N.creditori præsenti &c. reddere restituire tradere & expedire & deliberare ad omnem ipsius simplicem requisitionem & petitionem,vbicunq; & quandocũq; eidem domino.N.creditori vel suis heredibus & successoribus prædictis in præmissis omnibus doli,mali,vis,metus, fraudis,in factum actioni conditioni indebiti & sine causa,ac ob iniustam & turpem causam,necnon dictorum. x. duc. siue depositi non habitorum, non receptorum,non numeratorum,ac spei futuræ numeration. & reception. eorundem, non sic celebrati contractus,nec rei sic gestæ,aliterq; fuisse dictum, factum, gestũ stipulatum,seu recitatum,& econuerso,necnon priuilegiis,feriis messium,& vindemiarum,omni tempore,feriato & non feriato,ac quadrimestri beneficio, nouæ constitution. epistolæ diui Adriani,remedio copiæ præsentis instrumenti, siue ipsius notæ,per modum actorum,& recursui ad arbitrium boni viri,& vtriusq; iuris auxilij,& quibuscunq; constitutionibus & statutis Papalibus, Imperialibus,

Regis,Legalibus & temporalibus,a iure vel ab homine editis vel edendis,in genere vel in specie concessis,& concedendis,omnibusq; aliis & singulis exceptionibus &c.vt in præcedenti.

DE DEPVTATIONE.

Deputatio tutoris per officialem.

In nomine domini amen. ¶Nos.N. vtriusq; iuris doctor,Reuerēdi in Christo Patris,& D.D.Theodorici de Rheden,Dei & Apostolicæ sedis gratia,Episcopi Lubiceñ. in spiritualibus & tēporalibus vicarius seu officialis generalis.¶Vniuersis & singulis præsens publicum instrumentum inspecturis,visuris,& audituris, Salutem in domino & rei gestæ coram nobis,noscere veritatem.¶Noueritis,quod comparuit corā nobis,in ecclesia sancti.N N. dioc.nobis inibi,in figura iudicii, pro tribunali sedeñ.more solito & consueto: Honesta Matrona. N. vna cum filio suo.B. clerico.C,dioc. Et idem.B.Pupillus,exposuit,quod cum ipse existeret in pupillari ætate,& esset minor.14.annis,sitquod ipse,certa bona,tam mobilia quam immobilia,res clenodia, mercimonia,& alias res qualcūq;,quas,& quæ dicta Matrona .N.sibi pro portione sua,seu quota paternæ hæreditatis assignare prætendit & conatur,per se exigere,regere,nancisci,& gubernare non sufficiat, neq; valeat ad præsens. Supplicamus a nobis pariter,cum matre sua prælibata,vt ex officio nostro,prouidum virum dominum.N. ibidem præsentem & voleñ.dicto.B.minori in Curatorem,Tutorem,seu defensorem,quo ad præscriptas res,& bona, ac eas, seu a tangeñ. statuere seu deputare dignaremur. Vnde nos. N. iudex, memoratus prænominatorum.N. Matronæ &.B. minoris siue pupilli, precibus tanquā rationabilibus,fauorabiliter annueñ.eidem.B. minori,vt præfertur,instañ. & petēti.nostro ex officio,supradictum dominum.N.ibidem præsentem, acceptantē & consentientem (recepto prius ab eodem,solito ad sancta dei Euangelia, ac ad sacrosanctam imaginem Crucifixi,corporali præstito iuramento) de & super eo, quod in huiusmodi curæ officio,vtilia dicti.B.minoris,pro posse facere & inutilia eius prætermittere ipsius res,& bona in commodum & vtilitatem dicti.B.minori,custodire & conseruare,inuentarium quoq;,de rebus & bonis,quæ ad ipsum peruenerint & spectant,facere,& administrationis suæ rationem debito tempore reddere,sine dolo quocunq;,ipsum indefensum non derelinquere & semper, in ꝑmissis veritate vti. Necnon omnia alia & singula facere,dicere,gerere, & exercere debeat & velit,quæ circa lites,& causas & quæcunq; alia negocia, necessaria fuerint,& quomodolibet opportuna,& quæ ad officium curæ pertinent & spectant,in Curatorem & Tutorem dedimus,& deputauimus,nostram auctoritatem ordinariam interponendo,pariter & decretum. ¶Quibus sic gestis, præfata Matrona,omnibus melioribus modo,via,iure,causa,forma,& effectu,quibus melius & efficacius,potuit & debuit,deputauit & assignauit præfato domino. N. Tutori & Curatori,præscriptas res,& bona infrascripta,pro quota, seu portione hæreditaria,seu paternæ hæreditatis,nomine ipsius.B.minoris prælibati,quas,& quæ sibi in posterum pro posse intendit meliorare & specialiter,tres hortos sibi obligatos.N.& consequenter alios duos hortos, ad ipsam pertineñ.& vnum hortum situatum in oppido.N.in loco communiter appellato N.N. dioc. Rursum &c.¶In quorum omnium & singulorum fidem & euidens testimoniū, præsens publicum instrumentum,per.N.notarium publicum causarumq; coram nobis, scribam subscribi & publicari mandamus,nostriq; sigilli officialatus maioris, fecimus appensione communiri. Acta fuerunt hæc in loco &c.

Deputatio Curatoris, facta per iudicem apud acta Causæ, Minorenni instañ.

In nomine Domini amen. Anno a natiuitate Dñi M.D.&c. Indictione &c. Die &c. Mens. N. Pontificatus &c. Anno. N. Coram. R. P. domino Paulo Aemilio Verallo &c. causæq; & causis, ac partibus infrascriptis, a Sanctissimo domino nostro Papa iudice specialiter deputato. In mea notarij publici, testiumq; infrascriptorũ ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum præsentia, personaliter constitutus, Discretus iuuenis & adoloscens. N. principalis principaliter pro seipso, citra &c. Et eidem. D. Paulo Aemilio iudici & Auditori exposuit seu exponi fecit, causam, ad sui & suorum instantiam, contra quosdam. N. de & super bonis. N. ac alijs rebus, in actis latius specificatis & specificandis, commissam fore, & coram eodem domino. N. Auditore, in prima instantia pendere indecisam. Et cum ipse. N. principalis, huiusmodi causam, prosequi omnino intendat, sitq; minor XXV. annis, maior tamen. XIIII, adeo, quod legitime in iudicio stare non possit. Idcirco, sibi de Curatore idoneo, ad causam & litem huiusmodi prouideri cupiens, nominauit prouidum, virum dominum, ac magistrum Julianum Corbinum Romanũ, in Rom. cu. causarum procuratorem, ibidem pñtem, quem sibi in Curatorem, ad causam & litem huiusmodi deputari, ac sibi de illo prouideri per dominum Auditorem præfatum, debita cum instañ. postulauit. Qui quidem dominus. N. Auditor præmissis auditis, attendens postulationem huiusmodi fore iustam & rationi consonam. Volensq; indemnitati dicti. N. principalis Minorennis consulere, eidem. N. principali, instanti & peteñ. de præfato magistro Juliano ibidem præsente, & onus huiusmodi curæ in se sponte suscipiente, tãquam Curatore ad hanc causam sufficienti, prouidit. Ipsumq; magistrum Julianum in Curatorem huiusmodi deputañ. duxit & deputauit, recepto, ab eodem magistro. N. Curatore, iuramento, quod ibidem, ad mandatum ipsius domini Auditoris, & in eius manibus (tactis per eum, ob hoc corporaliter scripturis sacrosanctis ad sancta Dei Euangelia) præstitit, quod supradictam Curationem, siue curæ officium, aut mãdatum, iuxta informationem sibi desuper traditam & collatam, ac tradendam p tempore, fideliter & legaliter defendet, deducet, & exercebit. Vtilia dicti principalis sui, & huius causæ, procurabit, & damnosa euitabit. In lite & causa huiusmodi, pro eodem principali suo, aget & comparebit. Ipsumq; & eius iura, in omnibus & per omnia defendet. Libellum seu libellos & quascunq; alias petitiones offeret & producet &c. Et sic consequenter vt in forma constitutioñ. procuratorum, vsq; etiam si talia forent, quæ mandatum exigerent magis speciale, quã præsentibus est expressum. In quibus omnibus & singulis præmissis, tanquam rite & legitime factis, & celebratis, dominus Auditor præfatus, suam auctoritatẽ iudiciariam interposuit, pariter & decretum. ¶ De & super quibus omnibus & singulis &c.

Et Ego Dedesiderius Bona Auena, clericus Tulleñ. dioc. &c. Quia dict. Curatoris, apud acta causæ deputatioñ. de creti, & auctoritas interpositiosi. Omnibusq; alijs & singulis &c.

DE MONITORIA.

Monitorium in euentum citatorium, contra Minorennem, ad eligendum, aut sibi dari videndum curatorem ad litem.

Antonius Augustinus &c. vt in citation. simplici, vsq; ad continuationem conclusiue. ¶ Post cuiusquidem cõmissionis &c. fact. fuimus pro parte &c. requisiti, quatenus sibi, literas monitorias, in euẽtum citatorias, contra & aduersus quendam. N. exaduerso principalem &c. nominatum, extra Rom. Cu. & ad partes iuxta, dictæ vltimæ commissioñ. vim formam & tenorem, in forma solita & consueta, decernere & concedere dignaremur. ¶ Nos igitur Antonius &c. nec vnus pro alio, seu per alium se excuset. Accedeñ. personaliter, vbi propter hoc fuerit accedeñ. Et postquam pro parte dicti. N. principalis fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus præfatum. N. exaduerso principalem, in eius propria persona &c. poteritis, alioquin in hospitio habitationis suæ &c. accessus. Et in parochiali. N. &c. moratur, Sinautem in cathedrali N. & dicta parochiali, aliis'ue ecclesiis &c. expediens fuerit, ex parte nostra, immonerius Apostolica, moueatis & requiratis (quem nos etiam, monemus & requirimus, præsentium per tenorẽ) quatenus infra. xii. dies, post notificationem præsentium sibi factam, immediate sequen Quem terminum ei pro omni dilatione, terminoq; perẽptorio, ac monitione canonica, assignetis & præfigatis, prout nos assignamus eidem, per Curatorem, ad causam & litem huiusmodi deducendum, exerceñ. & defendendum per eum nominatum & electum, ac qui pro eo in iudicio standi, personam legitimam habẽs in dicta causa, coram nobis, vel alio forsan interim surrogando auditore, compareat, atq; omnia & singula alia, in eadem causa necessaria & opportuna, faciat & exerceat. Et cum quo tanquam cum legitima persona, pro eodem. N. exaduerso principali, in eadem causa iudicialiter expediri possit & valeat, aut sibi a nobis, vel alio quocunq; adhoc petestatem habente, talem dari, & deputari, petat & obtineat. Et in euentum, quo idem. N. exaduerso principalis, infra dictum terminũ expressum, dictis nostris, immouerius apostolicis, monitioñ. & mandatis, non paruerit. Vobis omnibus & singulis supradictis (quibus præsentes nostræ literæ diriguntur) sub pœnis & censuris prædictis, districte præcipieñ. mandamus, quatenus ipsum. N. exaduerso principalem, sic monitum, ex parte nostra, immouerius apostolica, peremptorie citare curetis (quem nos etiam sic citamus) quatenus. XL. die post lapsum dictorum. XII. dierum proxime & immediate sequeñ. qua nos vel surrogandum Auditorem præfatum Romæ &c. compareat in iudicio &c. per se, vel procuratorem, seu curatorem legitimum ad præmissa omnia faciendum. Alioquin, ad videndnm audiendum aliquem alium probum & dignum virum, de quo nobis vel dicto surrogando auditori, videbitur, ad hanc litem & causam, exercendam, per nos vel præfatum surrogandum Auditorem, sibi dari pariter & deputari, ac alias, iuxta dictæ vltimæ præinsertæ commissionis tenorẽ ad omnia & singula in ea contenta, procedi visurus & auditurus, prout iustum fuerit & ordo dictauerit rationis. Certificeañ. nihilominus, eundem sic monitũ & citatum, quod siue in dictis monitioñ. & citationis terminis comparere curauerit, siue non. Nos nihilominus, vel surrogandus Auditor præfatus altera parte instañ. ad dicti Curatoris dationem & deputationem, ac ad præmissa omnia & singula in dicta commissione vltima contenta, procedere curabimus, iustitia mediañ. Diem vero, seu dies, requisitiouis, monitionis, & citationis huiusmodi atq; formam.

De Deuolutione, vide sub appellatioñ. quia ibi habetur ad longũ modus deuoluẽdi causam ad Ro. Cu.

DE DILIGENTIA.

Dilegentia persecutioñ. appellatioñ. in Cancellaria Apostolica facta cum commissione.

Innomine Domini Amen. Anno a natiuitate eiusdem &c. ℭ In mea notarii publici, testium(que) infrascriptorum, ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum, præsentia, personaliter constiturus, prouidus vir, Dominus Ioãnes Bronierz clericus Cracouieñ. dioc. in Rom. Cu. causarũ, & honorabilis viri domini. N. clerici dictæ dioc. ac Archinij Ro. Scriptoris in causa, in infrascripta commissione narrata, procurator, vt asseruit, habens & tenẽs suis in manibusquandam supplicationis siue commissionis cedulam, cum infrascripta commissioñ. cedula, per me notarium infrascriptum, in subscriptorum testium præsentia de verbo ad verbum, collationatã & auscultatam. Eandem(que) commissioñ. cedulam, ad capsam, pro supplicatioñ & commissioñ. per Dominum Regentem Cancellariæ Apostolicæ signandis, in domo habitationis eiusdem domini Regentis, deputatam, pro signatura einsdem commissionis obtinenda, imposuit. Et nihilominus, de diligentia, circa suam signaturam huiusmodi obtinendam, sic, vt præmittitur, per eum facta, & quod fatalia interim sibi non currant, solemniter protestatus fuit, & protestabatur expresse. ℭ Tenor vero commissionis &c. ℭ Dignetur &c. ℭ Super quibus omnibus & singulis, prænominatus D. Ioannes, petiit sibi, parti(que) suæ, a me notario &c. Acta fuerunt hæc Romæ in domo solitæ resideñ. R. P. D. Baldi Episcopi Lipareñ. Cancellariæ Apostolicæ Regeñ. præsentibus &c.

DE DIMISSORIA.

Dimissoria litera, pro illo, qui vult clericali carractere insigniri.

Ioannes de. N. Dei gratia, Episcopus Parisieñ. Dilecto filio. N. scholari nostræ dioc. Salutem in Dño sempiternam. ℭ Vt a quocunq(ue) catholico Antistite (gratiam & communionem sedis Apostolicæ obtineñ.) quem malueris, primam clericalem tonsuram recipere valeas, eidem Antistiti, illam ei conferendi, tibi(que) eam, ab eo recipiendi, licentiam, tenore præsentium, impartimur. Dat. in Castro &c.

Dimissoria pro Accolito.

Antonius de. N. Dei gratia Episcopus Aurelianeñ. Dilecto nobis in Christo. N. scholari nostræ dioc. Salutem in domino sempiternam. Vt a quocunq(ue) catholico Antistite (gratiam & communionem sedis apostolicæ obtineñ.) quẽ malueris, te valeas (statutis ad id a iure tp. bus) ad quatuor minores ordines, seu ad accolitatus ordinẽ, rite facere pmoueri, dicto Antistiti, ei conferendi, tibi(que) ab eodem recipiendi, ordines supra dictos, tenore præsentium, licentiam impartimur. Dat. &c.

tiate nostra ordinaria conferimus & assignamus,& prouidemus etiam de eadē ita quod de fructibus,redditibus,& prouen. dictæ parochialis ecclesiæ,disponere & ordinare libere & licite valeatis,sicut ipsius ecclesiæ rectores,qui pro tempore fuerunt,de illis disponere & ordinare potuerunt,seu etiam debuerunt,alienatione tamen quorumcunq; bonorum immobilium & preciosorum mobilium ipsius parochialis ecclesiæ, vobis penitus interdicta, prouisio tamen,quod dicta parochialis ecclesia,debitis propterea non fraudetur obsequiis, & animarum cura,in ea nullatenus negligetur,sed per bonum & sufficientem presbyterum inibi instituendum,cui de prouen. eiusdem ecclesiæ,congrue pro vitæ suæ sustentatione sit prouisum, vt inibi laudabiliter deseruiatur in diuinis & animarum cura nullatenus negligatur. ¶ Vobis igitur vniuersis & singulis personis ecclesiasticis tabellionibus & notariis nostrarum ciuitatum & dioc. qui super hoc,per præfatum dominum Cantorem fueritis requisiti, seu fuerit requisitus, tenore præsentium damus in mandatis quatenus ad dictam parochialem ecclesiam accedatis, seu accedat,& dictum dominum Cantorem vel procuratorem suum pro eo, ad corporalem,realem & actualem possessionem dictæ parochialis ecclesiæ,sibi per nos commendatæ,iuriumq; & pertinen. prædictorum inducatis, & recipi faciatis,ac quemlibet detentorem ab ea amoueatis,sibiq; de ipsius fructibus,redditib' prouen. iuribus,& obuen. vniuersis integre respōderi faciatis. ¶ In quorũ,&c.

DE CONVENTIONE.

Instrumentum conuentionis & contractus quando quis cum alio se ponit ad artem addiscendam.

In nomine domini Amen.&c. Discretus vir N. de N. posuit,& de pacto dedit N. filium suum magistro N. de N. ad discendum,& studendum talem artem,hinc ad quinq; annos proxime futuros promittens,& sine aliqua exceptione iuris vel facti,se obligando dicto N. pro se,suisq; hæredibus,stipulan. se facturum & curaturum, q̄ dictus N. hinc ad dictum terminum perseuerabit, & continue cum dicto magistro N. morabitur,& fideliter & studiose faciet & operabitur quæcunq; dictus magister N. sibi circa doctrinam & exercitium ipsius artis præceperit,& res eius & cuiuscunq; alterius,quæ opponentur pœnes ipsum,bona fide custodiet & seruabit,& furtum non faciet,nec volenti facere consentiet, neq; fugiet, vel discedet ab eo, hinc ad terminum supradictum, q̄ si aliquod eorũ fecerit,satisfaciet de hoc ipse N. dicto magistro N.& eum indemnem,seruabit. Et specialiter faciet & procurabit q̄ ipse N. quot diebus,ante terminum,præter ipsius magistri N. voluntatem, discedet,vel se absentabit, ea continuo exercitio dictæ artis, tot ei reficiet, & restaurabit,in eodem operis exercitio, ad suam voluntatem,post terminum supradictum. Et q̄ dabit eidem magistro N. tale quid,quolibet anno in festo N.& hoc die tali. ¶ Et econtra,dictus magister N. promisit dicto N. pro se & suis hæredibus vice & nomine dicti N. stipulan. q̄ docebit dictum N. bona fide,sine fraude in arte prædicta,& dabit ei quolibet anno vnum per solutarum, & etiam talia & talia. ¶ Quæ omnia & singula supradicta promiserunt vicissim hincinde, vnus alteri ad inuicem (solemnibus stipulationibus hincinde interuenientibus) firma & rata habere,tenere,ac obseruare,& implere,& non contrafacere,vel venire aliqua ratione,vel causa,de iure,vel de facto,sub pœna X. Floren. auri,adinuicem,inter ipsos stipulan. præmissa. Et refection. hincinde damnorum,& expen. litis & causæ ac obligation. bonorum vtriusq; partis & pœna soluta, vel non prædicta omnia & singula firma permanent. Actum,&c.

DE CVRIALITATE.

Litera Curialitatis, causa inhibitionis, ab Auditore Cameræ, ad Senatorem.

Franciscus Albericus &c. Magnifico viro domino Nicolao Tholosano, vtriusque Iuris Doctor, & equiti de Colle, ciui Floreñ. ac Almæ Vrbis Senatori illustri, ipsiusq́; necnon curiæ Capitolii Collateralibus maleficiorum, aliisq́; Iudicibus, Marescallis, Capitaneis, officialibus, armigeris ordinariis, & extraordinariis quibuscunq;. Salutem in domino. ℭ Tenore præsentium vobis & vestrum cuiuslibet significamus, intimamus, insinuamus, & ad vestram & cuiuslibet vestrum notitiam deducimus & volumus per præsentes, qualiter discretus vir N. clericus N. dioc. multo tempore, continuo fuit (prout est hodie) Curialis Romanam Cu. sequens, & pro tali habitus, tentus, nominatus, & reputatus, prout de hoc fidedignum recepimus testimonium. Nostræq́; propterea iurisdictioni totaliter suppositus & subiectus existit, ac a vestra & cuiuslibet vestrum potestate seu iurisdictione penitus exemptus, ipsumq́; N. talem reputamus, & reputari volumus & mandamus. Ob id vos de ipso N. eiusq́; bonis & rebus causis, ac controuersiis, & quæstionibus, tam ciuilibus quàm criminalibus cognoscere ac iudicare, ad nos & nostram curiam tanquam Rom. Cu. ordinarium dinoscitur pertinere, ac parati etiam sumus, tam nostro ex officio, quàm ad vniuscuiuscunq; instañ. bonam, tam pro dicto N. quã Senatori, omnibusq; aliis & singulis supradictis, & vestrum cuilibet insolidum, tenore præsentium, sub excommunicationis pœna, quam canonica monitione præmissa, in vos & vestrum quemlibet, exnunc ferimus in his scriptis, nisi feceritis, quæ mandamus, districte præcipiendo mandañ. ac inhibente, ne vos, aut aliquis vestrum, in præiudicium dicti N. curialis, quicquam attentare præsumatis seu præsumant, ipsum N. aut eius res, & bona capiendo, grauando, inuadendo, impignorando, immo eundem N. curialem, cum omnibus & singulis causis, quæstionibus, & inquisitionibus, tam criminalibus, seu mixtis & profanis, quam quibuscunq; aliis, ad nos, & nostram curiam, remittere quantocitius curetis, & vos vlterius de eisdem nullatenus intromittatis, Alioquin, si secus factum fuerit, seu vestrum quemlibet (vestra inobedientia id exigente) ad dictæ sententiæ declarationem, & alia grauiora (prout iuris fuerit) procedemus.

ℭ Absolutionem vero &c. Datum &c. sub nostri proprij, & quo vtimur in talibus, sigilli impressione.

De curatore, vide infra in verbo Deputatio.

DE DATIONE.

Dationem Apostolorum, vide in instrumento appellationis extraiudicialis in penultimo & vltimo petitioñ. & datioñ. Apostolorum.

DE ARRESTATIONE

De dearrestatione de consensu partium.

Ioannes,&c. Tenore præsentium,quascunque literas apostolicas gratiam aut iustitiam in se continen. pro parte honorabilis viri domini N.impetratas,seu impetrandas,causam & causas concernentes, quæ vertitur & vertuntur,seu verti & esse sperantur inter dictum dominum N. ex vna,& honorabilem virum dominum N. de & super parochiali ecclesia sancti N. N. dioc & eius occasione partibus ex altera,coram nobis indecise penden.quomolibet concernen. per nos alias pro parte dicti domini N. in Cancellaria & Bullaria apostolicis,vel registro literarum apostolicarum,aut alibi arrestatas,de pro uidi viri N.in Romana Curia causarum, & præfati Domini N. procuratoris (de cuius procurationis mandato,nobis legitimis constabat,prout constat,documentis) expresso consensu, in locis prædictis,& alibi vbicunque,dearrestamus, arrestumq́ inde de & super eis positum tollimus,ac tolli,cassari & relaxari mandamus. ¶ In cuius rei fidem & testimonium &c.

DE DECLARATIONE.

Declaratio contra intrusum, ob non paritionem executorialium vnius sententiæ.

Peregrinus Fabius &c. Deputatus. ¶ Vniuersis &c.vt in citatione cum inhibitione & c.mandatis.¶ Noueritis quod dudum fe. re. Paulus Papa I I I quandam commissionis siue supplicationis cedulam, nobis, per quendam suum Cursorem præsentari fecit, qua nos cum ea qua decuit reuerentia, recepimus huiusmodi sub tenore. ¶ Dignetur, &c. Huiusmodi si quidem supplication. vigore, nos in causa & causis huiusmodi,& ad Romanam Curiam & coram nobis legitime introductis & deuolutis, ac inter partes in eadem contentas, rite proceden. seruatis seruandis,ac cognitis causarum meritis. De dominorum Coauditorum nostrorum consilio & assensu,quibus de ipsius meritis,relationem plenariā fecimus,& fidelem nostram in scriptis tulimus & promulgauimus diffinitiuam sententiam, in hunc qui sequitur modum.Christi nomine &c. Quæ quidem diffinitiua sententia, postquā nulla prouocatione suspensa,in rem transiuerat iudicatam, dictus D. N. Papa quandam aliam,commissionis siue supplicationis cedulam, nobis,per quendam alium ex dictis suis Cursoribus,præsentari fecit, quam nos, cum ea qua similiter decuit reuerentia, recepimus, tenoris subsequentis. ¶ Beatissime pater &c. ¶ In fine &c. ¶ De mandato &c.¶ Huiusmodi vero commissionis prætextu literis,siue processibus executorialibus,extra Rom.Cu.contra & aduersus præfatum N.exaduerso principalem,iuxta ipsius commissionis vim, formam & tenorem,in forma solita & consueta, per nos decretis & concessis, quibus inter alia præfatum N.exaduerso principalem, quatenus infra certos, tunc expressos, iam dudum vero effluxos peremptorios terminos competen. sub excommunicationis,aliisq́ pœnis & censuris ecclesiasticis,in eisdem literis executorialibus contentis,quas ipsum N.exaduerso principalem,si monicion. inhibition. & requisition.nostris huiusmodi, immo uerius apostolicis, non pareret & obediret, incurrere voluerimus ipso facto,quasq́ propterea,in scriptis tulimus & promulgauimus,præfato domino N. principali vel procuratori suo legitimo, pro eo & eius

nomine,possessionem corporalem,realem,& actualē parochialis ecclesiæ N.N. dioc.cum omnibus iuribus & pertineñ. suis, vacuam, liberam, & expeditam dimitteret & relaxaret,sine difficultate &cōtradictione quibuscunq;,neq; de eadē parochiali ecclesia,ipsius'q; fructibus,redditibus,& proueñ.in præiudicium præfati domini N. principalis, vel procuratoris sui, aliquatenus per amplius se intromitteret. Necnon de fructibus,per eum, ex eadem ecclesia, a tempore motæ litis citra,perceptis,si extarent,alioquin eorum vero valore & XL. Floreñ.auri, de camera boni & iusti ponderis,ratione expensarum, p ipsum N. principalem, seu eius nomine,in deductione & prosecutione litis & causæ huiusmodi factaꝝ, in quibus idem N.exaduerso principalis, vt in præinserta sententia deducitur, extitit condemnatus,& ad quos Floreñ. expensæ ipsæ, per nos existunt taxatæ, ac quatuor aliis similibus Floreñ.auri de camera pro expeditione literarum siue processuum huiusmodi etiam expositis. In quibus quatuor Floreñ.nos dictum N.exaduerso principalem etiam condemnauimus,& literas siue processus ipsos taxauimus,ac eorundem debitam,plenam,& integram satisfactionem & solutionem impenderet,& impendi procuraret, realiter & cum effectu,aut interim,sup præmissis,cum eodem domino N.principali,vel eius procuratore prædicto, cōcordaret & conueniret,alias'q; & alia faceret & adimpleret,prout in eisdem literis executorialibus plenius continetur & mandatur,monuimus & requisiuimus. Ipsis'q; literis siue processibus executorialibus,prout in actis præsentis causæ registratæ fuerunt,per prouidum virum dominū ac magistrum Andream de Castillo clericum Tornaceñ.dioc.literarum apostolicarum scriptorem,ac in Rom. Cu. causarum, & prædicti domini N. principalis procuratorem, de cuius procurationē mandato,in & ex eisdem actis legitime constat, & eo nomine procuratorio,coram nobis iudicialiter compareñ. in certo competeñ.termino repetitis, ipsarum literarum & processuum executorialium executioñ. extra dictam curiam,contra & aduersus præfatum dominum N.exaduerso principalem in eius propria persona debite & legitime fact.realiter & in scriptis datis, exhibitis atq; productis. Nos in huiusmodi negotio proceden̄. ad prælibati magistri Andreæ procuratoris instañ.supradictum dominum N.exaduerso principalem,omnes'q; alios & singulos sua communiter vel diuisim interesse putantes, & eorum procuratores,(si qui essent in Rom.Cu.pro eisdem)ad dicendum & excipiendū quicquid verbo vel in scriptis,contra literas siue processus executoriales & earū executionem antedictam,dicere siue excipere volebant,primo. Et consequenter,ad docendum & fidem legitimam faciendum, præfatum dominum N. exaduerso principalem,prædictis literis siue processibus executorialibus, iuxta ipsarum cōtinentiam, formam, atq; tenorem paruisse, & obedisse, primo, secundo, tertio,& quarto ad idem,& ex superabundanti ad omnem ipsorum malitiam conuincendam per audientiam publicam literarum contradictarum D.N. Papæ citari mādauimus & fecimus ad certos peremptorios terminos,competeñ.cum temporum congrueñ.interuallis In quorum terminorum,primo, secundo, tertio, & quarto, tunc successiue aduenientibus, prælibato D. ac magistro A. procuratore,dicto nomine, coram nobis iudicialiter compareñ. & citatorum prædictorum ,in quibusdam citatioñ.cedulis,a nobis emanatis, ac de nostris voluntate & mandato, in dicta audientia literarum contradictarum p finis, sigillatis, signatis, & debite executis,ac ibidem,vicissim,facto & in scriptis, repræsentatis, contentorum, non compareñ.contumacia accusata,dictos citatos, non compareñ.reputauimus,nō immerito(prout erant in singulis terminorum terminis huiusmodi, iustitia exigente,contumaces. ¶In vltimo autem termino eorundem,per præfatum magistrum A.procuratorem,dicto nomine,coram nobis iudicialiter compareñ. citatorum prædictorum,in certa alia citatioñ.cedula,etiam in dicta audientia debite executa,& coram nobis realiter repræsentata,contentorum non comparentium,contumacia accusata,ipsos'q; pro contumacibus,prout erant,reputari peti-

to,& per nos,dictante iustitia,pro contumacibus,non immerito,reputatis,dataq; postmodum,& oblata,per præfatum magistrum A.procuratorem,quandam petitionis cedulã,coram nobis iudicialiter facto & in scriptis,cuius tenor est talis. ℂPetit &c. ℂTandem,nos,ad præfati magistri A. procuratoris, similem instañ. citatos prædictos,per audientiam contradictarum antedictam , ad videndum & audiendum præfatum N. principalem,pœnas, sententias, & censuras, in dictis literis siue processibus executorialibus,contentas (ob & propter non paritionẽ earundem literarum,siue processuum)incidisse declarari, literasq; desuper opportunas,in forma solita & consueta decerni & concedi, nostramq; in scriptis ferri & promulgari sententiam, vel dicendum & causas (si quas habebant rationabiles)quare præmissa fieri non debebant,allegandum,citari mandauimus, & fecimus,ad certum peremptorium terminum competentem, videlicet ad diẽ & horam infrascriptos. ℂQuibus aduenientibus, comparuit iudicialiter coram nobis magister A. procurator prædictus,nomine quo supra procuratorio,& quãdam aliam,citationis antedictæ audientiæ cedulam,à nobis emanatam,ac de nostris voluntate & mandato, in dicta audientia literarum contradictarum, etiam legitime executam,facto,realiter,& in scriptis repræsentatam,ipsorum citatorum inibi contentorum,non comparentium,contumacia accusata, ipsos contumaces reputari,& in eorum cõtumaciam(quantum in eo fuit & erat) conclusit,secũq; concludi, & pro concluso haberi, necnon præfatum N. exaduerso principalem (ob & propter non paritionem dictarum literarum, siue processuum executorialium, pœnas,sententias,& censuras,in eisdem literis contentas, incidisse,& damnabiliter incurrisse,declarari,literasq; desuper opportunas,in forma solita & cõsueta decerni & concedi,nostramq; desuper, iuxta prædictæ petitionis vim, formam,continentiam,& tenorem,in scriptis ferri & promulgari sententiam, p nos debita cum instantia,postulauit. ℂNos tunc Peregrinus Locumtenens præfatus,dictos citatos non compareñ. reputauimus iterum,prout erant, iustitia suadeñ. contumaces,& in eorum contumaciam , vna cum dicto magistro A. procuratore,in huiusmodi causa concludente, secumq; concludi & pro cõcluso haberi,petente,deduximus,more solito,concludendũ,& conclusimus, habuimusq; & haberi voluimus eadem pro sufficienter conclusis. Et nihilominus, visis tamen primitus & diligenter inspectis omnibus & singulis actis,& actitatis in huiusmodi causa quomodolibet habitis & factis,ipsisq; cum diligentia & maturitate debite recensitis, de dominorum Coauditorum nostrorum consilio & assensu, quibus,propter hoc, relationem plenariam fecimus & fidelem præfatum N.exaduerso principalem,ob & propter non paritionem antedictas,pœnas,sententias & censuras,in dictis literis siue processibus executorialibus contentas, incidisse, & damnabiliter incurrisse,declarandum, literasq; desuper opportunas decernendum,& ad nostram declaratoriam desuper ferendam, & in scriptis promulgandum sententiam,producendum duximus,& processimus, eamq; per ea quæ vidimus,& cognouimus,ac de præsenti ferimus & promulgamus,in hunc qui sequitur modum . ℂDe dominorum &c. ℂQuam quidem sententiam,de manu nostra,sic subscripsimus. Ita &c. ℂQuæ omnia & singula præmissa, præscriptãq; nostram sententiam,& in ea contenta, vobis omnibus & singulis supradictis,intimamus,insinuamus & notificamus, ac ad vestram & cuiuslibet vestrũ notitiam deducimus & deduci volumus per præsentes. Vosq; nihilominus & vestrum quemlibet,auctoritate prædicta,tenore præsentium, requirimus & monemus,primo,secundo,tertio,& peremptorie,ac vobis & vestrum cuilibet,in virtute sanctæ obedientiæ,& sub excommunicationis pœna,quam in vos, & vestrum quemlibet canonica monitione præmissa,ferimus in his scriptis,nisi feceritis quæ mandamus,districte præcipieñ.mandañ. quatenus infra tres dies post requisitionem & monitionem, vobis seu alteri vestrum,pro parte dicti domini N. principalis,

desuper

desuper factas, immediate sequeñ. quos tres dies, vobis, & vestrum cuilibet, p ro omni dilatione terminoq; peremptorio, ac monitione canonica, assignamus ita tamen, quod vnus vestrum alterum non expectet, nec vnus pro alio, seu per alium se excuset, præfatum. D. N. exaduerso principalem, per vos vt præfertur, excommunicatum, & sententias prædictas incidisse, declaratum vt talem in vestris ecclesiis, monasteriis & capellis infra missarum & aliarum horarum solemnia, ac alias vbi quando & quotiens expedierit, publice denuncietis, ac ab aliis quantum in vobis fuerit, denunciari ac ab omnibus Christifidelibus arctius euitari faciatis permittatis & procuretis, ab huiusmodi denunciatione non cessando donec & quousq; aliud a uobis vel superiori nostro desuper receperitis in mandatis.

¶ Absolutionem vero omnium & singulorum qui præfatam nostram excommunicationis sententiam &c. ¶ In quorum &c. huiusmodi nostram sententiã declaratoriam in se contineñ &c. communiri. Lecta lata & in scriptis promulgata fuit, hæc nostra declaratoria sententia, per nos P. Locumtenentem præfatũ Romæ &c. pro tribunali, sedeñ. Sub anno &c. Præsentibus &c.

Declaratoria ob non paritionem Monitorii.

Antonius Augustinus &c. vt supra. ¶ Cuiusquidem cõmissionis vigore, postquã ea fidedignorum relationis & testimoniis ac aliis iuribus & munimentis coram nobis productis, reperimus contenta & narrata in eadem commissione, veritate fulciri. Quendam. N. exaduerso principalem in eadem præinserta commissione exaduerso principaliter nominatum, necnon Decanum, & capitulum ecclesiæ. N & alios sua communiter vel diuisim interesse putañ sub excommunicationis suspensionis & interdicti aliisq; sententiis, censuris & pœnis monuimus & requisiuimus ac moneri, & requiri mandauimus. Quatenus infra certum, tunc expressum futurum, nunc vero dudum effluxum terminum ipse. N. exaduerso principalis ab occupatione & detentione Canonicatus, & præbeñ. dictæ ecclesiæ, iuriumq; & pertineñ omnium eorundem abstineret, ac illorum corporalem, realem & actualem possessionem venerabili viro D. N. principali in eadem præinserta commissione principaliter descripto siue eius legitimo procuratori pro eo & eius nomine & nulli alteri vacuam liberam & expeditam dimitteret & de illa peramplius nullatenus se intromitteret. Ac fructibus per eum tempore intrusioñ. suæ citra ex dictis Canonicatu & præbeñ. perceptis eidem domino N. principali vel procuratori suo plenam & condignam satisfactionem impenderet, necnon Decanus & Capitulũ & alii prædicti, eundem Dominum. N. principalem, vel dictum procuratorem, pro eo & eius nomine, in, & ad corporalem, realem, & actualem, possessionem Canonicatus & præbeñ. ac iurium & pertineñ. prædictorum restituerent, reintegrarent & reponerent, sibiq; de ipsorum Canonicatus & præbeñ fructibus, redditibus & prouẽñ. iuribus & obueñ. vniuersis responderent, & se, præmissa omnia & singula, adimpleuisse, nos, vel alium, forsan loco nostri, surrogandum Auditorem, certificarent. Alioquin, eosdem monitos, citauimus & citari mandauimus, quatenus in alio competeñ. termino, comparerent coram nobis, se, pœnas, sententias, & censuras prædictas incidisse, declarari, visuri, audituri, & alias responsuri, & recepturi, id quod iustitia suaderet, & ordo dictaret rationis, prout in quibusdam nostris monitoriis & citatoriis literis, a nobis emanatis & decretis, plenius continetur & habetur. Ipsisq; literis contra dictum. N. exaduerso principalem, necnon Decanum, & capitulum, dictæ ecclesiæ, in eorum propriis personis, in partibus debite executis, & vna cum executione huiusmodi, per prouidũ virum magistrum. N. in Rom. Cu. causarum, & dicti domini. N. principalis, procuratorem (prout de ipsius procurationñ. mandato in actis causæ huiusmodi, legitime extitit doctum) in certo congrueñ, termino, coram nobis, iudicialiter comparentem, facto, realiter, & in scriptis, reproductus. Nos extunc, termino in eius

dem literis præfixo, dudum effluxo. Ad præfati magistri .N. procuratoris instañ. .N. intrusum, necnon Decanum, & Capitulum prædictos, omnesq; alios & singulos, sua communiter vel diuisim interesse putañ. eorumq; procuratores, si tũc qui erant in Rom. Cu. pro eisdem. Ad diceñ & excipieñ. quicquid verbo vel in scriptis contra præinsertam, nobis factam, & præsentatam, cõmissionem, necnon Monitorium, in euentum citatorium, ad partes vt præfertur, decretum, & apud acta causæ huiusmodi, vna cum executioñ. reproductum & registratum, cõtraq; ipsam executionem, dicere, siue excipere, volebant, per audientiam publicam literarum contradictarum &c. citari mandauimus & fecimus ad certum terminũ competentem, in quo dicto magistro .N. procuratore, quo supra nomine procuratorio, coram nobis iudicialiter comparente. Et dictorum citatorum, in quadam citarioñ. audieñ. pergameni cedula, in dicta audientia, nostris de mandato & voluntate, debite lecta, executa & publicata & per eum facto reproducta, citatorum non comparentium, contumaciam accusañ. ipsosq; contumaces reputari peteñ. Nos dictos citatos reputauimus merito (prout erant iustitia suadente) contumaces. Et in eorum contumaciam, ipsos vlterius, ad continuam dicti magistri .N. procuratoris instañ. ad docendum, & fidem legitimam facieñ. se literis monitorijs & citatorijs supradictis, realiter & cum effectu, paruisse & obtemperasse, primo, secundo, tertio, quarto, & ex superabundanti &c. vt supra in alia forma, per totum. ¶ Instrumentum declaratioñ. in causa vbi duæ vel tres, latæ fuerunt diffinitiuæ sententiæ, hoc modo conficies. ¶ Exordium, fac vt in citatioñ. simplici, vsq;. ¶ Noueritis &c. & continua vt in executorialibus, quæ in eadem causa fuerunt decretæ, in qua debet fieri declaratio, vsq; ad commissionem, executorialem inclusiue. ¶ Post quam quidem commissionem, continua, vt in proxima forma, iuxta exigentiam causæ & rei super qua agitur.

Declaratio facta ab Auditore Cameræ, ob similem non paritionem tanquam iudice ordinario, in absentia Commissaria.

Franciscus Albericus de Rachaneto Prothonotarius Apostolicus Sanctissimi Domini nostri Papæ, ac eius Camerarij, necnon Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ generalis Auditor. ¶ Vniuersis & singulis Domini Abbatibus, prioribus, præpositis, decanis, archidiaconis, scholasticis, cantoribus, custodibus, thesaurarijs, sacristis, succentoribus tam cathedralium quam collegiatarum canonicis, parochialiumq; ecclesiarum, rectoribus, seu locateneñ. earundem plebanis, capellanis, curatis & non curatis, vicarijs perpetuis, altaristis, cæterisq; presbyteris, clericis, notarijs, & tabellionibus publicis quibuscunq;, per ciuitatem & dioc. N. ac alijs vbilibet constitutis, & eorum cuilibet in solidum, ac illi, vel illis, ad quem, vel ad quos, præsentes huiusmodi nostræ literæ peruenerint, salutem in domino, & nostris huiusmodi immo verius apostolicis, firmiter obedire mandatis. ¶ Noueritis, quod dudum Fe. re. Paulus Papa IIII. quandam commissioñ. siue supplicatioñ. cedulam. R. P. D. N. tunc sedis apostolicæ Prothonotario, nunc vero .N. Episcopo, iudici, commissario, per quendam suum Cursorem, præsentari fecit, huiusmodi sub tenore. Dignetur &c. ¶ Quæ quidem commissio, in eius fine, taliter signata reperitur. ¶ De mandato Domini nostri &c. ℣ Cuiusquidem commissionis vigore, idem dominus .N. Episcopus, iudex & commissarius, in causa & causis huiusmodi, de partium hincinde consensu, rite & legitime procedens seruatis seruandis & cognitis per eum huiusmodi causæ meritis, suam diffinitiuam in scriptis tulit & promulgauit, sententiam, in hunc qui sequitur modum. ℣ Christi nomine &c. Quæ quidem sententia, de manu dicti domini Episcopi .N. iudicis & commissarij, ita

subscripta fuit. Ita &c. Deinde postquam prouidus vir, magister.N.& honorabilis viri domini.N.exaduerso principalis, in præ ac sub inserta commissione & diffinitiua sententia,exaduerso principaliter nominati,procurator (prout de suæ procurationis mandato,dicto dom.no.N.commissario,siue iudici, existebat facta fides) antedictæ diffinitiuæ sententiæ,tanquam iuste & canonice latæ, sponte ac quiuisset,appellationiq; ab eadem interpositæ & interponendæ, expresse renunciasset,necnon honorabilis atq; discretus vir. D.N.principalis, in præmissis commissione & diffinitiua sententia, principaliter nominatus, omnes & singulos fructus,redditus,& prouen.ex vicaria super qua agitur,per nominatum.N.exaduerso principalem & eius nomine quomodolibet perceptis & subleuatis, necnon ex pen.in huiusmodi causa factas,& in quibus condemnatus extitit,eidem N.exaduerso principali,expresse & ex certa sua scientia remisisset. Dictus dominus noster Papa,quandam aliam commissionis,siue supplicationis cedulam,præfato domino.N.Episcopo,similiter per quendam suum Cursorem præsentari fecit, tenorem qui sequitur continen. ¶ Dignetur &c. In fine &c. Demandato.D.N. Papæ &c ¶ Cuiusquidem commissionis vigore, dictus dominus.N. Episcopus in causa & causis huiusmodi,de partium hincinde consensu, vlterius rite & legitime procedens,literas executoriales,cum aggrauatione, reaggrauatione & auxilij brachij secularis inuocatione inclusiue præfato .N. principali instan.& peten.contra dictum.N. exaduerso principalem, intrusum,ac omnes alios & singulos in dicta perpetua vicaria,tunc forsan intrusos,& in posterum intrudendos iuxta dictæ vltimæ commissionis vim,formam, atq; tenorem, in forma solita & consueta,decreuit atq; concessit,in quibus eundem.N.exaduerso principalem, omnesq; alios & singulos intrusos & intrudendos inter cætera, sub excommunicationis & alijs pœnis,censuris & sententijs, in ipsis literis executorialibus & processibus contentis monuit & requisiuit,ac moneri & requiri fecit & mandauit, vt infra certum terminum competentem,in ipsis processibus contentum, ac & expressum iamdiu effluxum, possessionem corporalem realem & actualem dictæ perpetuæ vicariæ iuriumq; & pertinen. omnium eiusdem liberam, vacuam, & expeditam, dicto domino. N.principali,vel procuratori suo,eius nomine ad hoc legitime constituto,& nulli alteri, sine contradictione & difficultate quibusl.bet dimitteret & relaxaret,prout in eisdem literis executorialibus,plenius continetur & habetur. Quibusquidem literis executorialibus cuidam.N. in dicta perpetua vicaria.N. ad altare.N. intruso, in partibus debite insinuatis & contra eundem vigore clausulæ intrusos & intrudendos in dicta vltima commissione contentæ, legitime executis,necnon vna cum earundem executione,coram nobis.N.de.N. Auditore præfato,in Rom.Cu.ordinario,propter dicti domini Episcopi, iudicis & commissarij,a Rom.Cu. absentiam legitime edocto ac propterea per nos processu,per audientiam publicam literarum contradictarum domini nostri Papæ, decreto atq; concesso. Nos ad prouidi viri magistri.N.in Rom.Cu. causarum, & dicti domini.N.principalis procuratoris (de cuius procurationis mandato, nobis legitime extitit facta fides) instan. præfatum.N. exaduerso principalem, omnesq; alios & singulos, sua communiter vel diuisim interesse putantes, eorúq; procuratores (si qui tunc erant in Rom. Cu. pro eisdem) ad dicendum vel excipiendum, quicquid verbo vel in scriptis, contra dictas literas executoriales & executionem earundem, dicere siue excipere volebat,ad vnum primo, & deinde ad docendum,& fidem legitimam &c. vt supra in proxima forma per totum.

Declaratio non consumption. gratiæ expectatiuæ in vim commissionis.

Vniuersis & singulis &c. Ioan. &c. in Rom.Cu.residens index & commissarius ad infrascripta auctorita-

te apostolica, specialiter deputatus. Salutem in domino & præsentibus fidem indubiam adhibere. ¶ Pridem. S. in Christo P. & quandam commissionis siue supplicatioñ. cedulam, nobis I. &c. per quandam suum Curs. præsentari fecit, huiusmodi sub tenore. ¶ Dignetur &c. In fine &c. De mandato &c. Cuiusquidem commissionis, siue supplicationis vigore. Compareñ. coram nobis, honorabilibus viris dominis. N. rectore, ex vna, & hincinde, principaliter pro seipsis, voleñ (vt asseruerunt) litium anfractus euitare & hincinde laboribus & expeñ parcere ac ad pacem bonam & concordiam inter se deuenire, ac omnes & singulos necessarios & opportunos (qui de iure, stylo & consuetudine sacri palatij causarum apostolici, in huiusmodi causa seruari debent & possunt) terminos simul & semel ac eodem contextu, seruare, & nihilominus, contra commissionem, nobis Io. iudici & commissario præfato factam & præsentatam, se nihil dicere vel opponere voleñ. in nos Ioan. iudicem & commissarium prælibatum, tanquam in eorum & huiusmodi causæ iudicem competeñ. & nostram iurisdictionem expresse consenserunt, & quilibet eorum consensit. ¶ Nos tunc Io. iudex præfatus supradictis. N. & N. exaduerso principalibus, coram nobis præsentibus, voleñ. consentieñ. & requireñ. in causa huiusmodi, ad obseruationem omnium & singulorum terminorum, de stylo obseruari solitorum, rite & legitime, duximus procedendū & processimus. Et deinde per dominum. N. principalem, quandam summaria petitione inferius inserta, in scriptis oblata, huiusmodi sub tenore. ¶ Petit &c. ¶ Tandem vero, visis primitus per nos, & diligenter inspectis, omnibus & singulis, actis, actitatis, literis, instrumentis, & processibus, alijsq; iuribus & munimentis in huiusmodi causa, coram nobis, per dictas partes datis & exhibitis ac productis, ipsisq; debita cum diligentia recensitis, facta quoq; de illis, cum nonnullis iurisperitis relatioñ. plenaria & fideli, ac cum eis matura deliberatione præhabita: De eorum consilio & assensu, ad nostram, in huiusmodi causa, proferẽñ. diffinitiuam sententiam & promulgañ. procedendum duximus & processimus, eamq; per ea quæ vidimus & cognouimus in his scriptis, tulimus & promulgauimus, in hunc qui sequitur modum. ¶ Christi nomine &c. Hæc sententia per nos fuit taliter subscripta. Ita &c. gratiam vero apostolicam dicti Ioan. ad quæcunq; beneficia ecclesiastica, cum cura vel sine cura, sibi debita vel debenda omnibus melioribus modo, via, iure, causa, & forma, quibus &c. de iure potuimus & debuimus, reseruauimus, ac tenore præsentium, sanam & illæsam reseruamus, ipsamq; talem remansisse, & de præsenti remanere, tenore præsentium declaramus. ¶ Quæ omnia & singula, vobis omnibus & singulis supradictis, & vestrum cuilibet, intimamus, insinuamus, & notificamus, ac ad vestram, & cuiuslibet vestrū notitiam deducimus, & deduci volumus per præsentes. ¶ In quorum &c.

De litera declaratioñ. excommunicatioñ.
Vide sub verbo excommunicatio.

DE DEPOSITO.

Instrumentū depositi, cū obligatione de restituēdo.

In nomine Domini amen &c. Pontificatus S. &c. Anno. N. In mea notarij &c. cōstitutus honorabilis vir, dominus. A. ex certa sua scientia, & spontanea voluntate non per metum, fraudem, siue aliam machinationem circumuentus, publice & palam, cōfessus fuit, & recognouit, quod ex causa veri & puri depositi, in depositū, & nomine depositi, ad se recepit, in prompta, ac parata & numerata pecunia, ab honorabilibus

viris dominis. B. &.C. ibidem præsentibus, tradeñ. & deponeñ. pro se, suisq; hæredibus, & successoribus quibuscunq; legitime stipulañ. & recipieñ. C. duc. auri de camera, boni & iusti ponderis per ipsum, ad custodiendum & seruandum, periculo, damno & fortuna dicti. N. eisdem. B. &. C. suisq; hæredibus & successoribus in posterum restituendum, ad omnem ipsorum simplicem requisitionem & petitionem, vbicunq; & quandocunq; eisdem. B. &. C. suisq; in posterum hæredibus & successoribus, expediens fuerit, & videbitur expedire. Et si ipsi, pro procuratione dictorum, C. ducatorum auri, aliquod damnum incurrerint, vel exponendo fecerint, seu interesse passi fuerint occasione non restitutionis dictorum .C. Ducatorum. Illa damna, expeñ. & interesse ipse. A. vult, ac voluit & promisit eisdem. B. &. C. reddere & implere. ¶ Pro quibus &c. ipse. A. seipsum, suosq; hæredes & successores, ac bona sua quæcunq; mobilia & immobilia præsentia & futura, vbiq; existentia, & prædictis. B. &. C. suisq; in posterũ hæredibus & successoribus, stipulañ. & recipieñ. vt supra, obligauit & hypothecauit, ac etiã Cameræ apostolicæ, & cuiuslibet alterius curiæ ecclesiasticæ seu secularis, earumq; seu cuiuslibet ipsarum, iudicibus, officialibus, auditoribus seu locatenentibus, aut commissariis, & eorum cuilibet coram quibus dictum depositum & expensæ damna & interesse petentur, & petita fuerunt, seu fuerit, subiecit & submisit. ¶ Quibus quidem curiis & eorum officilibus, auditoribus, locateneñ. commissariis, & eorum quolibet dictus. A. depositarius, voluit & expresse consensit, posse cogi, & compelli, constringi, detineri, ac personaliter cõueniri, & coarctari vsq; ad integram obseruationem, & satisfactionem omnium & singulorũ in præsenti publico instrumento, contentorum. Renunciauit &c. vt in obligatione in forma Cameræ, cum constitutione procuratorum &c. ¶ Super quibus & singulis præfati. B. &. C. petierunt, & quilibet eorum petit, sibi a me notario publico infrascripto, vnum vel plura &c. Actum &c. Præsentibus &c.

Aliud instrumentum depositi in publica forma.

In nomine Domini amen &c. Et publice recognouit, penes se, habere, & recepisse in depositũ & ex causa ac nomine depositi, veri & legitimi, a domino. N. præsente deponeñ. stipulañ. & legitime acceptañ. pro se, suisq; hæredibus & successoribus, vz. duc. x. auri in auro de camera. ¶ De quibus quidem. x. duc. auri, seu deposito prædicto præfatus N. creditor, se habuit, & tenuit, pro bene contento & quietato. Quos quidem .x. duc. auri siue depositum prædictum præfatus. N. debitor, eidem. N. creditori saluos & illæsos saluum & illæsum facere & tenere omni suo periculo videlicet incendii ruinæ naufragii forciamenti latrocinii & omni alio, tam cœlesti, quam terrestri periculo, ac fortuito casu, promisit & conuenit. Quos quidem .x. duc. siue depositum prædictum, dictus. N. creditori præsenti &c. reddere restituire tradere & expedire & deliberare ad omnem ipsius simplicem requisitionem & petitionem, vbicunq; & quandocũq; eidem domino. N. creditori vel suis heredibus & successoribus prædictis in præmissis omnibus doli, mali, vis, metus, fraudis, in factum actioni conditioni indebiti & sine causa, ac ob iniustam & turpem causam, necnon dictorum. x. duc. siue depositi non habitorum, non receptorum, non numeratorum, ac spei futuræ numeratioñ. & receptioñ. eorundem, non sic celebrati contractus, nec rei sic gestæ, aliterq; fuisse dictum, factum, gestũ stipulatum, seu recitatum, & econuerso, necnon priuilegiis, feriis messium, & vindemiarum, omni tempore, feriato & non feriato, ac quadrimestri beneficio, nouæ constitutioñ. epistolæ diui Adriani, remedio copiæ præsentis instrumenti, siue ipsius notæ, per modum actorum, & recursui ad arbitrium boni viri, & vtriusq; iuris auxilij, & quibuscunq; constitutionibus & statutis Papalibus, Imperialibus,

Regis, Legalibus & temporalibus, a iure vel ab homine editis vel edendis, in genere vel in specie concessis, & concedendis, omnibusq; aliis & singulis exceptionibus &c. vt in præcedenti.

DE DEPVTATIONE.

Deputatio tutoris per officialem.

In nomine domini amen. ¶ Nos. N. vtriusq; iuris doctor, Reuerēdi in Christo Patris, & D.D. Theodori cide Rheden, Dei & Apostolicæ sedis gratia, Episcopi Lubiceñ. in spiritualibus & tēporalibus vicarius seu officialis generalis. ¶ Vniuersis & singulis præsens publicum instrumentum inspecturis, visuris, & audituris, Salutem in domino & rei gestæ coram nobis, noscere veritatem. ¶ Noueritis, quod comparuit corā nobis, in ecclesia sancti. N N. dioc. nobis inibi, in figura iudicii, pro tribunali sedeñ. more solito & consueto: Honesta Matrona. N. vna cum filio suo. B. clerico. C, dioc. Et idem. B. Pupillus, exposuit, quod cum ipse existeret in pupillari ætate, & esset minor. 14. annis, sit quod ipse, certa bona, tam mobilia quam immobilia, res clenodia, mercimonia, & alias res qualcūq;, quas, & quæ dicta Matrona .N sibi pro portione sua, seu quota paternæ hæreditatis assignare prætendit & conatur, per se exigere, regere, nancisci, & gubernare non sufficiat, neq; valeat ad præsens. Supplicamus a nobis pariter, cum matre sua prælibata, vt ex officio nostro, prouidum virum dominum. N. ibidem præsentem & voleñ. dicto. B. minori in Curatorem, Tutorem, seu defensorem, quo ad præscriptas res, & bona, ac eas, seu a tangeñ. statuere seu deputare dignaremur. Vnde nos. N. iudex, memoratus prænominatorum. N. Matronæ & B. minoris siue pupilli, precibus tanquā rationabilibus, fauorabiliter annueñ. eidem. B. minori, vt præfertur, instañ. & peteñ. nostro ex officio, supradictum dominum. N. ibidem præsentem, acceptantē & consentientem (recepto prius ab eodem, solito ad sancta dei Euangelia, ac ad sacrosanctam imaginem Crucifixi, corporali præstito iuramento) de & super eo, quod in huiusmodi curæ officio, vtilia dicti. B. minoris, pro posse facere & inutilia eius prætermittere ipsius res, & bona in commodum & vtilitatem dicti. B. minori, custodire & conseruare, inuentarium quoq; de rebus & bonis, quæ ad ipsum peruenerint & spectant, facere, & administrationis suæ rationem debito tempore reddere, sine dolo quocunq;, ipsum indefensum non derelinquere & semper, in p̄missis veritate vti. Necnon omnia alia & singula facere, dicere, gerere, & exercere debeat & velit, quæ circa lites, & causas & quæcunq; alia negocia, necessaria fuerint, & quomodolibet opportuna, & quæ ad officium curæ pertinent & spectant, in Curatorem & Tutorem dedimus, & deputauimus, nostram auctoritatem ordinariam interponendo, pariter & decretum. ¶ Quibus sic gestis, præfata Matrona, omnibus melioribus modo, via, iure, causa, forma, & effectu, quibus melius & efficacius, potuit & debuit, deputauit & assignauit præfato domino. N. Tutori & Curatori, præscriptas res, & bona infrascripta, pro quota, seu portione hæreditaria, seu paternæ hæreditatis, nomine ipsius. B. minoris prælibati, quas, & quæ sibi in posterum pro posse intendit meliorare & specialiter, tres hortos sibi obligatos. N. & consequenter alios duos hortos, ad ipsam pertineñ. & vnum hortum situatum in oppido. N. in loco communiter appellato N. N. dioc. Rursum &c. ¶ In quorum omnium & singulorum fidem & euidens testimoniū, præsens publicum instrumentum, per. N. notarium publicum causarumq; coram nobis, scribam subscribi & publicari mandamus, nostriq; sigilli officialatus maioris, fecimus appensione communiri. Acta fuerunt hæc in loco &c.

Deputatio Curatoris, facta per iudicem apud acta Causæ, Minorenni instañ.

In nomine Domini amen. Anno a natiuitate Dñi M.D.&c. Indictione &c. Die &c. Mens. N. Pontificatus &c. Anno. N. Coram. R.P domino Paulo Aemilio Verallo &c. causæq; & causis, ac partibus infrascriptis, a Sanctissimo domino nostro Papa iudice specialiter deputato. In mea notarij publici, testiumq; infrascriptorũ ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum præsentia, personaliter constitutus, Discretus iuuenis & adolescens: N. principalis principaliter pro seipso, citra &c. Et eidem. D. Paulo Aemilio iudici & Auditori exposuit seu exponi fecit, causam, ad sui & suorum instautiam, contra quosdam. N. de & super bonis. N. ac alijs rebus, in actis latius specificatis & specificandis, commissam fore, & coram eodem domino. N. Auditore, in prima instantia pendere indecisam. Et cum ipse. N. principalis, huiusmodi causam, prosequi omnino intendat, sitq; minor XXV. annis, maior tamen. XIIII, adeo, quod legitime in iudicio stare non possit. Idcirco, sibi de Curatore idoneo, ad causam & litem huiusmodi prouideri cupiens, nominauit prouidum, virum dominum, ac magistrum Julianum Corbinum Romanũ, in Rom. cu. causarum procuratorem, ibidem pñtem, quem sibi in Curatorem, ad causam & litem huiusmodi deputari, ac sibi de illo prouideri per dominum Auditorem præfatum, debita cum instañ. postulauit. Qui quidem dominus. N. Auditor præmissis auditis, attendens postulationem huiusmodi fore iustam & rationi consonam. Volensq; indemnitati dicti. N. principalis Minorennis consulere, eidem. N. principali, instanti & peteñ. de præfato magistro Juliano ibidem præsente, & onus huiusmodi curæ in se sponte suscipiente, tãquam Curatore ad hanc causam sufficienti, prouidit. Ipsumq; magistrum Julianum in Curatorem huiusmodi deputañ. duxit & deputauit, recepto, ab eodem magistro. N. Curatore, iuramento, quod ibidem, ad mandatum ipsius domini Auditoris, & in eius manibus (tactis per eum, ob hoc corporaliter scripturis sacrosanctis ad sancta Dei Euangelia) præstitit, quod supradictam Curationem, siue curæ officium, aut mãdatum, iuxta informationem sibi desuper traditam & collatam, ac tradendam p tempore, fideliter & legaliter defendet, deducet, & exercebit. Vtilia dicti principalis sui, & huius causæ, procurabit, & damnosa euitabit. In lite & causa huiusmodi, pro eodem principali suo, aget & comparebit. Ipsumq; & eius iura, in omnibus & per omnia defendet. Libellum seu libellos & quascunq; alias petitiones offeret & producet &c. Et sic consequenter vt in forma constitutioñ. procuratorum, vsq; etiam si talia forent, quæ mandatum exigerent magis speciale, quã præsentibus est expressum. In quibus omnibus & singulis præmissis, tanquam rite & legitime factis, & celebratis, dominus Auditor præfatus, suam auctoritatẽ iudiciariam interposuit, pariter & decretum. ¶ De & super quibus omnibus & singulis &c.

Et Ego Dedesiderius Bona Auena, clericus Tulleñ. dioc. &c. Quia dict. Curatoris, apud acta causæ deputatioñ. decreti, & auctoritas interpositioñ. Omnibusq; alijs & singulis &c.

DE MONITORIA.

De Deuolutione, vide sub appellatioñ. quia ibi habetur ad longũ modus deuoluẽdi causam ad Ro. Cu.

DE DILIGENTIA.

Dilegentia persecutioñ. appellatioñ. in Cancellaria Apostolica facta cum commissione.

In nomine Domini Amen. Anno a natiuitate eiusdem &c. ℂ In mea notarii publici, testiumq́; infrascriptorum, ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum, præsentia, personaliter constitutus, prouidus vir, Dominus Ioãnes Bronierz clericus Cracouieñ. dioc. in Rom. Cu. causarũ, & honorabilis viri domini. N. clerici dictæ dioc. ac Archiuij Ro. Scriptoris in causa, in infrascripta commissione narrata, procurator, vt asseruit, habens & tenẽs suis in manibusquandam supplicationis siue commissionis cedulam, cum infrascripta commissioñ. cedula, per me notarium infrascriptum, in subscriptorum testium præsentia de verbo ad verbum, collationatã & auscultatam. Eandemq́; commissioñ. cedulam, ad capsam, pro supplicatioñ & commissioñ. per Dominum Regentem Cancellariæ Apostolicæ signandis, in domo habitationis eiusdem domini Regentis, deputatam, pro signatura eiusdem commissionis obtinenda, imposuit. Et nihilominus, de diligentia, circa suam signaturam huiusmodi obtinendam, sic, vt præmittitur, per eum facta, & quod fatalia interim sibi non currant, solemniter protestatus fuit, & protestabatur expresse. ℂ Tenor vero commissionis &c. ℂ Dignetur &c. ℂ Super quibus omnibus & singulis, prænominatus D. Ioannes, petiit sibi, partiq́; suæ, a me notario &c. Acta fuerunt hæc Romæ in domo solitæ resideñ. R. P. D. Baldi Episcopi Lipareñ. Cancellariæ Apostolicæ Regeñ. præsentibus &c.

DE DIMISSORIA.

Dimissoria litera, pro illo, qui vult clericali carractere insigniri.

Ioannes de. N. Dei gratia, Episcopus Parisieñ. Dilecto filio. N. scholari nostræ dioc. Salutem in Dño sempiternam. ℂ Vt a quocunq; catholico Antistite (gratiam & communionem sedis Apostolicæ obtineñ.) quem malueris, primam clericalem tonsuram recipere valeas, eidem Antistiti, illam ei conferendi, tibiq; eam, ab eo recipiendi, licentiam, tenore præsentium, impartimur. Dat. in Castro &c.

Dimissoria pro Accolito.

Antonius de. N. Dei gratia Episcopus Aurelianeñ. Dilecto nobis in Christo. N. scholari nostræ dioc. Salutem in domino sempiternam. Vt a quocunq; catholico Antistite (gratiam & communionem sedis apostolicæ obtineñ.) quẽ malueris, te valeas (statutis a iure tpibus) ad quatuor minores ordines, seu ad accolitatus ordinẽ, rite facere pmoueri, dicto Antistiti, ei conferendi, tibiq́; ab eodem recipiendi, ordines supra dictos, tenore præsentium, licentiam impartimur. Dat. &c.

Dimissoria pro scholari ad omnes ordines.

Robertus de.N Dei gratia Episcopus Cathalneñ. Dilecto nobis in Christo.N.nostræ dioc. Scholari. Salutem in domino. ¶ Vt a quocunq; Archiepiscopo vel Episcopo catholico executionem sui officij exerceñ. ac gratiam & communionem sedis apostolicæ habent (statutis ad id a iure temporibus) ad omnes clericatus minores, etiam sacros & presbyteratus ordines, successiue promoueri valeas (dummodo certum habueris titulum, de quo tibi minime teneri volumus, ac alias habilis & idoneus repertus fueris, super quo ordinantium prædictarum conscientias oneramus) tibi tenore præsentium, liberam concedimus facultatem, harum testimonio literarum, sigilli nostri impressioñ. roboratarum. Dat. in Castro nostro.N.die.N.mẽsis.N.anno &c. ¶ Simili modo facies de aliis, mutatis mutandis.

DE DIMISSIONE.

Dimissio possessionis spoliato, per spoliatorem.

In nomine Domini amen Anno &c. præsentia, personaliter constitutus venerabilis, & discretus vir, dominus. A. presbyter.N.dioc. sanus mente & corpore, non cõpulsus, nec coactus, neq; quouis errore seductus, sed mera, & libera, ac spontanea volũtate, maturoq; suorum amicorum consilio, ecclesiam.N.N.dioc pro qua, in Rom. cu. & extra eam, cum venerabili viro domino. B. presbytero. N. dioc. ipsius ecclesiæ vero & legitimo rectore, a pluribus annis, & retroactis temporibus, litigabat, prout id ẽ dicebat & asserebat se præfatam parochialem ecclesiam. N.& eius possessionẽ iniuste & indebite occupasse, & pro eadem se opposuisse, ac ipsum dominum.B. etiam de eadem spoliasse & plura alia damna ei intulisse & irrogasse. Propterea tamen, prænominatam ecclesiam parochialem, & eius veram possessionem, prænominato domino.B. restituit, dedit, contulit, assignauit, ac realiter eidem cessit, & resignauit, & cum eo amicabiliter concordauit, ita tamen, quod præfatus dominus. A. de & super perceptis fructibus, & etiam damnis, impedire non debeat. Et ibidem & incontinenti, præfatus dominus. A. præfatum dominum.B.in domum eiusdem. N. induxit. Qui quidem dominus.B. tanquam vetus & legitimus ipsius ecclesiæ rector ipsam ecclesiam, & eius possessionẽ realiter & effectualiter, apprehendit, & (nullo sibi contradicente) fructus redditus & prouẽ. ex eadem percepit. Et insuper dictus dominus. A. ad sancta Dei Euangelia, iurauit, nunquam dictum dominum.B. super dicta ecclesia, amplius impedire, neq; quouismodo perturbare velle. ¶ Super quibus omnibus & singulis præmissis p̃fati domini. A. &. B petierunt a me notario publico infrascripto, fieri & confici vnum vel plura, publicum seu publica, instrumentum seu instrumenta. ¶ Actum &c. Anno, indictione, Die, Mense, & Põtificatu, quib⁹ supra. Præsentibus &c.

Dimissio possessionis parochialis, cum reuocatione procuratorum, ad gubernandum eandem.

In nomine domini amen &c. In mea notarii &c. honorabilis vir. D. N. presbyter.N.dioc. exposuit & dixit, quod nuper, p̃fatus.S.D N.&c. honorabili viro, domino. G.&c p̃ suas certi tenoris literas omnem inhabilitatis, & infamiæ maculam siue notã, quã pro eo quod ipse dominus.G. parochialem ecclesiam.N.N.dioc. tunc certo modo vacañ.& dispositioni apostolicæ generaliter reseruatam, & illius possessioñ.

virtute quarundam præsentation. & institution. literarum, auctoritate ordinaria, de persona ipsius factarum, assecutus fuerit, & aliquandiu, tenuit & possedit, forsan contraxerat aboleuit, prout in eisdem literis apostolicis dixit plenius contineri, ipseq; dominus. G. literis apostolicis, ac voluntati domini nostri Papæ obtemperare, ac eiusdem parere, & obedire volens]. Ea propter, omnibus melioribus modo, via, iure, causa & forma, quibus &c. potuit & debuit, ac potest & debet, dictam parochialem ecclesiam, sancti. N. eiusq; possessionem iuxta, dictarum, literarum apostolicarum, tenorem, realiter se dimittere velle, dixit, & dimisit, ac pro dimissa, illam extunc haberi voluit, prout illam in manibus mei notarii infrascripti, immo verius eiusdem domini nostri Papæ, aut cuiuscunq; eam conferendi facultatem habentis, dimisit realiter & cum effectu, quoscunq; procuratores, per ipsum dominum. G. ad regendum & gubernandum dictam parochialem ecclesiam sancti. N. ac fructus, redditus, & prouentus, eiusdem ecclesiæ percipień. & leuandum hactenus quomodolibet constitutos & ordinatos reuocando. Omnemq; potestatem eis, super præmissis quomodolibet traditam, ab eisdē auferendo, prout, vigore huius publici instrumenti, quantum melius potuit, eosdem suos procuratores, ad præmissa, vt præfertur, constitutos, reuocat, & pro reuocatis habere voluit, & eos de onere, procuration. huiusmodi euacuauit. Super quib⁹ &c. Actum &c.

DE DIMEMBRATIONE.

Dimembratio ordinaria parochialis certorum locorum, cum erectione vnius corūdem in nouam Ecclesiam. auctoritate ordinaria.

Iacobus dc. N. Dei gratia Episcopus Vladislauień. ¶ Vniuersis & singulis præsentes literas inspecturis. Salutē in eo, qui est omnium vera salus. ¶ Circa, ecclesiam & locorum, statum, salubriter dirigendū, iuxta pastoralis officij nostri debitū, cōsideration. extendeń. intuitum, in his eis libenter assistimus, per quæ animarum occurritur periculis, & personarum commoditatibus prouidetur, quemadmodum ecclesiarum ipsarum necessitas exigit, causæ suadeant rationabiles, catholici populi incrementum exposcat, quatenus ecclesiarum earundem status immutetur, seu in melius reformetur, prout rerum, temporum & locorum circunstantiis pensatis, id cognoscim⁹ in domino salubriter expedire. ¶ Sane, pro parte incolarum & inhabitatorum villarum. N. &. N nostræ dioc. quæ sub ecclesia parochialis. N. existunt, nobis expositum fuit, lamentabili cum querela, quod flumen Vistula inter ipsas Villas N. &. N. mediat, quod rapido decursu, persæpe labitur, multa pericula, ipsis, inhabitoribus villarum. N. &. N. ad eorum matricem ecclesiam, diebus dominicis & festiuis, nauigio tendentibus, sæpenumero obuenerunt, plures ex ipsis repetitis vicibus submersi sint, etiam cum funeribus, versus dictam ecclesiam, nauigio delati, nonnulli ex ipsis sacramenta ecclesiastica desiderātes, sine ipsis, ab hac vita plerisq; vicibus decesserunt, mulieres partui appropinquantes, timore, partus abortum fecerunt, & quandoq; submersæ sunt, partus ad baptismum delati, sine baptismo mortui fuerunt, ac interdum in festo Natiuitatis Christi, cum duobus diebus sequeń. nullus de. N &. N. ad villam. N. propter congelationem dicti fluminis, innundationemq; aquarum intermediarum, & ventorum, ac aliarum tēpestatum abundantiam, poterat peruenire. Ac multo plura his similia, ipsis contigissent. Nec etiam vicarius perpetuus in. N. hoc consentire voluit, vt alius sacerdos ipsis incolis, in capella. N. notabiliter constructa & fundata, incolis. N & N. eisdem missam celebraret. Et quoniam domini Decanus, & capitulum san-

Simonis & Iudæ Apostolorum, ac Rochi confessoris, in dicta noua parochiali ecclesia in N. reseruetur, domini, præpositus, decanus, & capitulum ecclesiæ huiusmodi, pro tempore existeñ. ad nouam ecclesiam prædictam, quotiens ipsam, de cætero, per cessum aut decessum dicti curati & illius successorum vacare contigerit, personam habilem & idoneam, Archidiacono loci, per illum instituen. præsentabunt, & quod institutus in ipsa noua ecclesia Papalia, Episcopalia, Archidiaconalia, Imperialia, Regia, & alia iura & onera eidem incumbentia, sine dominorum Præpositi, Decani, & capituli, ac alterius cuiuscunque præiudicio supportabit, sustinebit, & subibit ac sustinere sit astrictus. Voleñ. nihilominus & statueñ. vt omnes & singuli vtriusque sexus homines, præfatæ ecclesiæ N. subditi, ætatem legitimam habentes, qui sacramento Eucharistiæ, annuatim communicari consueuerunt, & apti sunt, annis singulis, in festo Ascensionis Domini, præfatam matricem ecclesiam in N. cum reliquiis, processionaliter visitare, & in signum recognitionis, singuli, vnum denarium argenteum, ad altare inibi offerre, & in processionibus aliis, eandem matricem ecclesiam, ad consueta loca, processionum temporibus fieri consuetis, associare debeant & teneantur. ¶ Quæ omnia & singula, nos. I. Episcopus præfatus, ex certa scientia, auctoritate nostra ordinaria statuimus ordinamus, ac ab omnibus, quorũ interest, vel intererit, quousque præsens tangit negotium, seu tangere poterit quomodolibet in futurum, inuiolabiliter obseruari volumus & præcipimus, ¶ Vt autem præmissa omnia & singula, per nos, vt præmittitur, statuta, ordinata & indulta, firmitatis robur obtineant, nec super illis vlla dubietatis valeat quæstio suboriri. Nos. I. Episcopus antedictus, præsentes literas, nostri Pontificali sigilli, iussimus & fecimus appensione communiri. Datum in oppido nostro &c.

DE DISPENSATIONE.

Dispensatio ordinaria, pro rectore, vt ratione parochialis, in studio residendo, non teneatur ad sacerdotium promoueri.

Vniuersis & singulis præsentes literas inspecturis. ¶ Theodoricus Dei gratia, Episcopus Lubiceñ Salutem in domino sempiternam. ¶ Noueritis, quod nos hodie, cum dilecto nostro A. rectore parochialis ecclesiæ de N. nostræ dioc. cupieñ. per aliquod tempus Parisius studere, & gradum licentiæ in facultate decretorum recipere, vt ratione dictæ parochialis Ecclesiæ, vsque ad annum, a data præsentium, computandum, ad sacrum presbyteratus ordinem, minime promoueri teneatur, auctoritate nostra ordinaria, dispensauimus, & tenore præsentium dispensamus, prouiso, quod dicta parochialis ecclesia, debitis interim, non fraudetur obsequiis, sed per sufficientem presbyterum nobis præsentandum & per nos vsque ad dictum tempus instruendum & approbandum, qui omnia ipsius ecclesiæ onera habeat supportare laudabiliter deseruiatur in diuinis, & animarum cura in ea minime negligatur. ¶ In quorum &c.

Dispensatio ordinaria, pro rectore parochialis ecclesiæ, vt in seruitiis Ducis insistendo, non teatur ad certum tempus residere.

Vniuersis & singulis Præsentes literas inspecturis. ¶ Rodulphus a Franckenstein, Dei gratia Episcopus Spirensis. Salutem in domino sempiternam. ¶ Noueritis, quod nos hodie, cum dilecto nostro. N. rectore parochialis ecclesiæ de. N. nostræ dioc. in obsequiis Illustris Principis domini Friderici Ducis Bauariæ Comitis Palatini Rheni & Electoris Imperii, existente, & nobis super hoc supplicantis, vt ad duos annos, a data præsentium computañ. personalem residentiam minime facere teneatur, contemplatione, & fauore dicti domini Ducis, auctoritate nostra ordinaria dispensauimus, prout etiam dispensamus per præsentes volentes quod dicta parochialis ecclesia, per dispensationem huiusmodi, debitis non fraudetur obsequiis, sed per bonum & sufficientem Vicarium, a dicto rectore præsentandum, & per nos ad curam dictæ ecclesiæ approbandum, in ea deputetur vt eidem ecclesiæ debite deseruiatur in diuinis, & animarum cura in ea nullatenus negligatur. ¶ In quorum &c.

De Doctoratu, vide sub gradu.

DE DONATIONE.

Donatio, facta filio per patrē, de aliqua hæreditate.

In nomine domini amen. In mea notarii publici, testiumq; infrascriptorum &c. personaliter constituti venerabiles viri, domini. N. de. N. laicus ciuis & legitimi Pater carnalis domini N. clerici. N ex vna ac Io. de. N. procurator sufficiens, ad infrascripta, ac procuratorio nomine dicti domini. N. partibus ex altera, dictus. N. non vi, dolo, metu, fraude, aut aliqua sinistra machinatione, seductus, aut circumuentu, sed ex eius certa scientia, & spontanea voluntate, animoq; deliberato, vt asseruit, & præsertim, ob multa seruitia, & benemerita, eidem. N. patri a præfato. N. filio suo retroactis temporibus, impēsa, & quia sic facere & donare dicto. A. filio suo, erga ipsum semper obedienti, placuit, & placet, pro se, suiq;, forsan, in hac parte hæredibus & successoribus, donauit, dedit, transtulit, cessit & concessit, palam publice & expresse, pure, libere, & simpliciter donatione pura, mera, valida, simplici & irreuocabili, quæ dicitur inter viuos, sine spe alicuius reuocationis habenda, nec vllo vnquam genere, causa vel specie ingratitudinis, aut paupertatis vitio, siue causa, ac aliqua quauis occasione reuocanda siue spe rehabendi, seu repetendi quandam domum, quam dictus dominus. N. habet in ciuitate. N. in parochiali sanct. N. habentem pro confinibus, ex vno latere, talem domum &c. Et sub quibuscunq; aliis verioribus limitibus limitatam, cum omnibus & singulis actionibus, vtilibus, & directis realibus & personalibus, meris & mixtis, quas ipse dominus. N. donator, in præfata domo, quocunq; iure, directo vel vtili, tam hypothecario, quam pignoraticio nominibus, habuit, vel habere potuit, atq; possit, constituens ponens, atq; faciens, dictum dominum. N. in personam dicti. N. procuratoris sui, dominum & procuratorem irreuocabilem, vt in rem suam propriam huiusmodi. Surrogansq; eundem. N. in locum & ius suum, ita videlicet quod præfatus dominus. N. virtute donationis, cessionis, & concessionis huiusmodi, actionibus, vtilibus & directis, realibus & personalibus, meris, & mixtis, possit aduersus quascunq; personas, tam ecclesiasticas, quam seculares, quacunq; auctoritate fungentes, eorumq; successores, & hæredes (quorum nomina & cognomina hic habere voluit pro expressis) pro huiusmodi domo, & eius occasione, in iudicio agere & experiri, excipere & replicare ac petere dictamq; domum titulo locationis seu concessionis, in emphyteosim perpetuam, vel ad tempus, quibuscūq; per-

sonis dare & cōcedere, ac omnes & singulas pecuniarum summas, ex fructibus locationis seu concessionis huiusmodi recipere, & suos ac dictæ domus vsus, vel alias, collocare vel conuertere, quictantias dare, damnaq; expeñ. & interesse, petere, procuratores ad præmissa constituere, omniaq; alia & singula facere & exercere, quæ præfato domino. N. necessaria fuerint, seu alias quomodolibet opportuna, & quæ ipsemet dominus. N donator, ante donationem, cessionem & concessionem huiusmodi, facere poterat & debebat, & quæ verus donatarius, in rem suam propriam facere potest & debet. Et huiusmodi donationem, cessionem & concessionem, præfatus Dominus. N. donator, dicto domino Io. procuratori, in personam dicti domini. N principalis, in manibus mei notarij publici, tanquam publicæ, & autenticæ personæ legitime stipulañ. pro dicto domino. N. suisq; hæredibus, & in posterum successoribus, & pro omnibus, quorum interest, intererit, aut interesse poterit quomodolibet in futurum promisit, & (tactis ab eo, scripturis sacrosanctis ad sancta Dei Euangelia) iurauit, nunquam velle aut debere reuocare, vel contra eam venire, de iure, neq; de facto quibuscunq; rationibus, vel causis, etiam propter ingratitudinem talem per quam, de iure, donatio huiusmodi, reuocari posset, quam dictus dominus. N. contra præfatum dominum N. suosq; in hac parte hæredes & successores (quod absit) commiserit. Et insuper idem dominus. N. donator, dicto. N. in personam dicti sui procuratoris, dictamdomum donatam & concessam, ad se de iure spectare & pertinere expresse recognouit & confessus fuit & si contrarium appareret aliquo tempore, voluit teneri ad omnia damna, expeñ. & interesse, quæ & quas, occasione prædictorum dictus U. N subire posset, & passus fuit. Et insuper dictus. D. N. donator, certioratus & auisatus per me notarium infrascriptum, renunciauit beneficio, dicenti donationem propter ingratitudinem vel immensitatem, posse reuocari, vel ob defectum alimentorum, vel religionis ingressum, & iuri dicenti, donationem excedentem summam Quingentorum Floreñ. sine insinuatione, coram iudice facta, non valere. Quibus ac omnibus alijs & singulis concessionibus, indultis, & priuilegijs a iure, vel ab homine, etiam motu proprio, sibi concessis, & per quæ, contra præmissa, vel aliquod præmissorum, dicere, facere, aut se opponere posset, vel quomodolibet tueri publice & expresse renunciauit. Etiam iuri dicenti, generalem renunciationem non valere, nisi præcesserit specialis. ¶ De & super quibus omnibus & singulis præmissis &c. Actum &c. Præsentibus &c.

Donatio fructuum certorũ beneficiorũ, cũ mãdato ad eos recuperañ. tanquam in rem propriam.

In nomine Domini amen &c. Constitutus. N. asserẽs se alias donasse, prout de pñti, nõ vi, dolo, metu, fraude, aut aliqua sinistra machinatione interueniente, seductus, quinimo ex libero, & spontaneæ voluntatis arbitrio, matura super hoc deliberatioñ p̃habita, ac certa dilectione, & charitate motus, dedit, & donauit, donatione pura libera, simplici, valida, perfecta & irreuocabili facta inter viuos, ac transtulit, & sopportauit, sine spe aliquid reposcendi, pure libere simpliciter, omnibus melioribus modo, via, iure, causa & forma, quibus melius, validius, & efficacius, potuit & debuit, nobili viro. D. præsenti & consentienti, ac acceptañ. omnes & singulos fructus redditus & proueñ. omnium & singulorum præstimoniorum, præstimonialium portionum, & simplicium beneficiorum, quæ idem D. N. habet in ciuitate Pampiloneñ. de anno natiuitatis M. D. &c. Transferens in eundem. N. omne ius, & omnes actiones præfato D. N. prætextu fructuum, redditum, & prouentuum dictorum præstimoniorum, præstimonialium portionum, & simplicium beneficiorum, eorumq; occasioñ. & in eisdem competen. Idcirco idem. D. N. dictus melioribus modo, via, iure, causa, & forma &c. Constituit suum procuratorẽ

irreuocabilem,vt in rem suam propriam, eundem. N. præsentem & acceptañ. surrogans eundem,in locum ius,& priuilegium suum,ad petendum, exigendum, leuandum,& recuperandum,virtute donatioñ. cessionis,& trãslationis huiusmodi, dictos fructus, redditus,& prouẽñ. & pecuniarum summas ad quas,fructus, prædictorum præstimoniarum,præstimonalium portionum & simplicium, beneficiorum,ascendunt) a quibuscunq; arrendatoribus,debitoribus cuiuscũq; dignitatis,status,gradus,ordinis vel conditionis,aut cuiuscunq; dio.existant, necnon a quibuscunq; alijs, qui nomine dicti domini.N habuerunt, receperunt, & leuauerunt prædictos redditus,& prouẽñ.eorundem præstimoniorum, præstimonialium portionum,& simplicium beneficiorum. Et specialiter. N. ac aliis quibuscunq;,qui eosdem fructus receperunt,leuauerunt,& habuerunt. De receptis quoq; habitis & leuatis absoluendũ quietandum & liberandum,finem'q;, quietãtiá,ac pactum de rem habitam vlterius non petendo,faciendum & dandum.

¶Et si necesse fuerit &c. vt in constitutione procuratorum ad prosequeñ. gratiã ad duas collationes. ¶Et generaliter omnia alia & singula faciendum,dicendũ & exercendum,quæ prædicto.N.in præmissis necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna,& quæ ipsemet.D.N.donator, ante donationem, & cessionem huiusmodi,facere poterat & debebat,& quæ verus & legitimus procurator,in rẽ suam propriam facere potest & debet ¶Promisit insuper idem. D. N.donator, mihi notario publico infrascripto,tanquam publicæ personæ solemniter stipulañ. & recipienti,vice & nomine,omnium & singulorum,quorum interest interest aut interesse poterit quomodolibet in futurum,dictas donationem, cessionem, ac omnia & singula supradicta,ratas,& rata,ac firmas,& firma tenere & inuiolabiliter obseruare,nec contra ea facere,dicere, vel venire velle per se, vel alium, seu alios,directe vel indirecte, quouis quæsito colore,vel ingenio,tã de iure,quã de facto,propter quod effectus donationis & cessionis huiusmodi, possit seu valeat quomodolibet impediri,sub omnium & singulorum bonorum suorum, mobilium & immobilium,præsentium & futurorũ obligatioñ.& hypotheca, ac sub omni iuris & facti renunciatione,ad hoc necessaria,pariter & cautela. ¶Super quibus omnibus & singulis præmissis,idem.N. petit a me notario publico &c. Vnum vel plura &c. Act. &c. præsentibus &c.

DE ELECTIONE.

Electio Episcopi sine scrutinio.

IN NOMINE Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis,Patris, & filii. & spiritussancti Amen. ¶Nouerint vniuersi & singuli,præsens publicum instrumentum inspecturi,quod cum de Anno domini M.D.&c. Indictione &c. die vero &c. Mens N. Pont. S. &c. Pauli &c. Papæ IIII. Anno.N.ecclesia. N. Pastoris solatio careret,& vacaret, ac distituta esset,per obitum bo.me.A.dictæ ecclesiæ (dum viueret in humanis)Episcopi et pastoris,sicut domino placuit, vita,functi,eiusq; corpore,honeste & debite, ecclesiasticæ sepulturæ tradito,ac exequiis,& nouena factis,vt moris est. ¶Venerabiles,& circumspecti viri,domini Dacanus.N.& canonici dictæ ecclesiæ(qui tunc pñtes erant in loco capitulari,vbi alias,pro agendis ecclesiæ rebus, capitulariter congregari solent) congregati & conuocati vt moris est, ad videndum inter se, ꝑ quem modum & viam,sanctius & honestius,ad electionem episcopi.N. seu noui pastoris procedere possent. Tandem ad tertiam diem peremptoriam, per decanum,& canonicos prædictos,conuocatis omnibus & singulis ipsius ecclesiæ canonicis,& aliis qui electioni faciendæ de futuro episcopo & pastore, potuerunt & debuerunt,poterantq; & debebant,commode interesse.Die,ad eligendum,præ

fixa,

xæ, adueniente & miſſa de ſancto Spiritu celebrata, ac oratione deuota perfuſa ad dominum Decanus, canonici & perſonæ dictæ eccleſiæ, qui tunc præſentes erant, poterantq; & debebant, electioni de futuro epiſcopo & paſtore ipſius eccleſiæ intereſſe, ad ſonum campanæ, in capitulo eiuſdem eccleſiæ, ad electionem prædictam faciendam capitulariter congregati in vnum conuenerunt capitulum inter ſe facientes. Idem tunc decanus ipſius eccleſiæ, tanquam os eiuſdem capituli, ſurgens, allocutus eſt alios dominos de capitulo in generali, dicens.

¶ Venerabiles & honorabiles domini, ac fratres in Chriſto chariſſimi, & deuoti, gratia Spiritusſancti nobis aſſiſtat, & concedat nobis poſſe id debite peragere, propter quod in eodem ſpiritu ſumus congregati. Fratres & domini mei præſtantiſſimi, ſcitis, quod pro electione futuri epiſcopi noſtri, & paſtoris, ſumus hic congregati, vos itaq; rogo & in viſceribus Ieſu Chriſti hortor, quatenus, dimiſſa affectione propria, cor eleuatum habeatis ad dominum, & quilibet veſtrum, in ſe ipſo, eligat meliorem & probiorem, quem in conſcientia ſua ſciet, in epiſcopum & paſtorem noſtrum, & eccleſiæ noſtræ, ¶ Modico deinde dato interuallo, Venerabilis & circumſpectus vir D. N. Archidiaconus ipſius eccleſiæ, maior prælatus in eadem eccleſia poſt decanum ſurrexit & dixit. Venerabilis domine Decane, vobis in primis tanquam ſuperiori incumbit, in conſcientia veſtra, ſolum reſpectum habere ad dominum, quod eligatis vnum, quem ſcitis meliorem & vtiliorem ad regimen eccleſiæ noſtræ, in epiſcopum & paſtorem noſtrum. Tunc præfatus dominus Decanus ſurgens & ſignaculo ſanctæ Crucis ſe muniens ait. In conſcientia noſtra, habendo ſolum reſpectum ad Deum, pro meliori & vtiliori, ac prouido viro, quem ſciam, ad regimen eccleſiæ noſtræ, eligo in epiſcopum noſtrum & paſtorem, Venerabilem & circumſpectum virum dominum meum Archidiaconum noſtrum hic præſentem, virum, de magno & potenti, ac nobili genere, procreatum, iuris vtriuſq; doctorem, mitem, & quietum, ac pacis zelatorem, deum & eccleſiam amantem, humilem & pium dulcem & manſuetum, conſiliarium magnum, & in negociis eccleſiæ defenſorem, caritatiuumq; & bonum iuſtitiariũ, in 34. vel circa ſuæ ætatis anno, conſtitutum, pulchrum, elegantis compoſitioñ. ac bonæ & ſanctæ vitæ, honeſtæ conuerſatioñ. ac eleemoſinarium magnum exiſtentem, in ſpiritualibus & temporalibus, quam plurimum circumſpectum, de legitimo matrimonio procreatum, ac effabilem amicum bonum & miſericordem exiſtentem, paremq; communioni fidelium. ¶ Poſtea vero, ſurrexit venerabilis & circumſpectus vir, dominus. N. Scolaſticus dictæ eccleſiæ, & dixit. Venerabilis domine, bene, & vtiliter, ac fructuoſe, in conſcientia veſtra, elegiſtis, electionem veſtram, quantum in me eſt, approbo, illam laudo & confirmo, & in cõſcientia mea præfatum dominum Archidiaconum, electum per vos in epiſcopum & paſtorẽ noſtrum eligo Cæteriq; alii domini canonici, & perſonæ dictæ eccleſiæ, electionem huiuſmodi confirmañ. vnanimiter, nemine ex ipſis diſcrepañ. in ſpiritu ſancto præfatum dominum Archidiaconum, in epiſcopum & paſtorem ſuum, & eccleſiæ ſuæ prædictæ, elegerunt. Qua electione ſic in ſpiritu Sancto, facta & celebrata, præfati, domini Decanus, Scolaſticus, aliiq; canonici, & perſonæ dictæ eccleſiæ, qui tunc præſentes erant, & elegerant, acceſſerũt ad dictum electum, & quæſierunt ab eo, ſi electioni huiuſmodi, de ſe, in ſpiritu Sancto factæ, conſentiebat, qui reſpondit humiliter. Electioñ. de me licet immerito, in ſpiritu ſancto factæ, non poſſum, nec volo contradicere, eam in Dei patris, & filii & ſpiritusſancti, nomine accepto eamq; ratam & gratam habeo. ¶ Tunc præfati domini Decanus & alii canonici & perſonæ eligentes, nimio præ gaudio, de reſponſioñ. dicti domini electi, gaudentes & exultantes, eundem dominum electum (cantantes, alta deuotaq; voce, canticum iocunditatis & lætitiæ, Te deũ laudamus, dictæ eccleſiæ, & aliarum eccleſiarum dictæ ciuitatis. N. campanis pulſantibus, ad eccleſiam. N. duxerunt & ibi oratione facta eidem domino electo obedientiam, reuerentiam & honorem impenderunt. ¶ De quibus omnibus & ſingulis prædi

ctis,præfati domini eligentes petierunt fieri,per me notarium infrascriptum,vnũ vel plura publicum seu publica,instrumentum & instrumenta. Acta fuerũt hæc, sub sigillo capituli ipsius ecclesiæ.N.in ecclesia prædicta.Sub anno &c. Indictione,Die,mensis,& Pontificatu,quibus supra. Præsentibus ibidem. A.B.&.C. canonicis dictæ ecclesiæ testibus &c.

Electio Episcopi per viam Scrutinii.

IN NOMINE Domini Amen &c. ¶ Nouerint vniuersi & singuli,præsens publicum instrumentum inspecturi,quod cum de anno &c.vt supra ecclesia.N.pastoris solatio careret,& vacaret atq; destituta esset, per obitum bo.me. A.& C.Capitulariter congregati in vnũ & capitulum facientes,dictus.D. Decanus,ipsius ecclesiæ,tanquam caput, post Episcopum surgens,allocutus est,alios dominos de capitulo in generali dicens. ¶ Venerabiles & honorabiles domini,ac fratres in Christo charissimi, scitis quãta incommoda,& damna,passi sumus a tempore obitus bo. me. A. Episcopi & pastoris nostri,igitur ad euitandum maiora damna & incommoda, consulo bonũ esse(si vobis ita videtur quod nos eligamus vnam viam bonã,breuem & commodam,ac vtilẽ,per quam breuius possimus ad electionem Episcopi & pastoris nostri peruenire. Qui responderunt.Placet nobis.Ac ipsis in vnum conuenientibus,super via huiusmodi eligenda,viam Scrutinii communiter elegerunt,& publicata illa,certos scrutatores elegerunt,& nominauerunt. Qui scrutatores, iurauerunt bene & fideliter referre,quæ in Scrutinio huiusmodi,reperirent.Et singulis ipsis canonicis huiusmodi primam horam post meridiem ad dandum vota sua in scriptis,assignarunt,alioquin vltra non auditiuris. Audien. huiusmodi prima post meridiem hora,singuli Canonici ipsius ecclesiæ, præfatis Scrutatoribus vota sua in scriptis dederunt. Qui Scrutatores,eisdem Canonicis dixerũt, quod statim post vesperas dicti diei,essent in capitulo,ad audiendum relationem suam & prouidendum ecclesiæ prædictæ de futuro pastore. Dicta vero die,post vesperas expletas,præfati Decanus, Archidiaconus,& Canonici,ac personæ dictæ ecclesiæ,ad sonum campanæ ,in capitulo dictæ ecclesiæ conuenieñ & inibi sedeñ capitulariter ad audiendum relationem dictorum Scrutatorum.Qui scrutatores retulerunt ea,quæ per vota prædicta,repererant,dicentes maiorem & saniorem , multorum dominorum de capitulo,partem , in venerabilem & circumspectum virum dominum. N. Decanum dictæ ecclesiæ,consentire,& illa maior & sanior pars,illum eligebat in episcopum & pastorem dictæ ecclesiæ . Quæ quidem relatio toti capitulo grata & accepta fuit,& dictum Decanum,communiter elegerunt in episcopum & pastorem ecclesiæ prælibatæ,& ostenso eidem domino electo,decreto suæ electionis electionem huiusmodi ratam habuit atque gratam . ¶ Tunc præfati domini Archidiaconus,aliiq; canonici,& personæ dictæ ecclesiæ eligentes,nimio præ gaudio &c. vt supra.

Electio Episcopi per viam Compromissi.

In nomine Domini &c.Anno &c. ¶ Nouerint vniuersi & singuli,præsens publicũ instrumentum inspecturi,q; anno &c. Capitulariter congregati in vnum,& capitulũ facientes.D.N.Præpositus prædictus,tanquam caput ipsius ecclesiæ post Epũm , surgens,allocutus est alios dominos de capitulo in generali,dicens. ¶ Venerabiles,honorabiles,ac circumspecti viri domini,Fratres in Christo charissimi & deuoti vestræ dñationes non ignorant,quanta passi sumus damna & incommoda, quantasq; tribulationes habuimus & sustinuimus, a tempore obitus bo. me. A. quondam episcopi & pastoris nostri,ad euitandum igitur maiora damna & incõmoda,ac inconuenientia,consulo,bonum esse (si vobis ita videtur) vt eligamus vnam viam breuem,ac cõmodam,& vtilem,per quam celerius,citius & breuius

possimus peruenire ad electionem futuri episcopi & pastoris nostri. Cui alii domini capitulares respondentes, dixerunt. Venerabilis domine Præposite, bene dixistis, omnes itaq; rogamus vos, quatenus illam viam, in conscientia vestra, & habentes præ oculis solum deum (omni affectione carnali & personali sublata) nobis aperire velitis. Tunc præfatus dominus Præpositus, dixit. In conscientia mea (omni affectione carnali & persona relecta) haben. solum Deum præ oculis, mihi videtur, quod via compromissi est bona, breuis, & sancta. Et respondentibus alijs dominis de capitulo, sic dixerunt. Hæc via nobis quoq; placet, & illam eligimus, sed oportet videre de compromissarijs probis, & honestis, non affectionatis ad seipsos, neq; ad genus suum, sed solum duntaxat deū præ oculis habentibus. Quibus præfatus præpositus dixit, eligatis vos illos. Qui respondentes, dixerunt præfato domino præposito, ne discordia oriatur inter nos de eligendo, rogamus vos, quatenus illos nominetis in conscientia vestra. Præpositus respondit. Venerabiles in Christo fratres charissimi, videtur, quod venerabiles viri. D. N. Archidiaconus. M. Thesaurarius &. C. Cantor, sint notabiles viri, probi, & honesti, atq; scientifici. Si placet vobis, nos compromittemus in eos, qui respondentes, fore bene visum, & quod eis idipsum placeret, & prædictos A. B. &. C. in compromissarios elegerunt, Et tunc aperto libro Euangeliorum, præfati compromissarij, iurauerunt ad sancta Dei Euangelia, quod ipsi eligent in conscientia sua probiorem & vtiliorem hominem, quem sciunt, in episcopum & pastorem ecclesiæ prælibatæ, & alij domini de capitulo, videlicet Decanus, canonici & personæ, iurauerunt ad sancta Dei Euangelia electionem, quam dicti compromissarii facient, ratam & gratam habere, approbare, ratificare, & emologare, & contra eā non venire quomodolibet de iure vel de facto. Quo sic hincinde præstito iuramento, præfati domini compromissarij, capellam beatæ A. prope capitulum dictæ ecclesiæ, intrauerunt, & ibi libere, non cōpulsi neque coacti, elegerunt siue fecerunt suam electionem. Et inde, ad alios in capitulo existentes, & capitulum facientes, reuersi retulerunt, quæ ipsi inter se, circa electionem huiusmodi, fecerunt videlicet, q in conscientia sua, ad solum deum habentes respectum, in episcopū & pastorem ecclesiæ prædictæ venerabilem & circumspectum virum dominum A. Decanum dictæ ecclesiæ. N. elegerant. Quam quidem electionem, omnes & singuli de capitulo ibi præsentes, approbarunt, tenuerunt, laudarunt, cōfirmarūt, & emologarunt. Qua quidem electione, & decreto ipsius, ostenso præfato. D. N. Electo, idem dominus electus, ratam habuit atq; gratam electionem prædictam de ipso factam. ¶ Tunc præfati. D. Archidiaconus, & alij canonici & personæ eligentes, nimio præ gaudio &c. vt supra electione episcopi sine Scrutinio.

Electio futura intimatur cum præfixione termini, post obitum Abbatis, vt compareāt in Monasterio pro futura electione.

FRATRES Capituli Monasterii. N. ordinis S. B. ad Rom. Eccl. nullo modo pertineñ. & fratres. N. humilis Prior Claustri cuiusdam Monasterii, & curam ipsius gerens, sede Abbatiali vacañ. dilectis Conreligiosis & fratribus de. N. &. N. Prioratuum & membrorum a dicto Monasterio dependentium respectiue. Salutem in domino. ¶ Cum bo. me. dominus. N. abbas ipsius monasterii nouissimus, die quarta præsentis mensis. N. (quod non sine grandi mentis amaritudine referimus) naturæ soluendo debitū, spiritum suum reddiderit creatori. Nos ipsius corpore tradito, reuerenter, vt decuit, ecclesiasticæ sepulturæ, nolentes dictum nostrum Monasterium existere pastoris diutius solatius destitutum. Quare diem. N. post festum S. N. X. mens. N. proxime futuri, cum continuatione dierum omniū sequentiū, concorditer præ-

fiximus ad electionem futuri pastoris,& Abbatis in dicto monasterio & capitulo nostris celebrandum. Ac ad omnia alia peragenda,quæ ipsius electioñ. negotium concernere dinoscuntur. Vt igitur ignorantiam super hoc prætendere nequeatis vllam vobis,& cuilibet vestrum,ac aliis omnibus & singulis conreligiosis præfixionem huiusmodi duximus intimandum,vos & quemlibet vestrum tenore præsentium citantes (prout citamus & vobis mandamus) quatenus dicta die.N.mensis.N.mane hora capituli,quam diem & horam,cũ omnibus diebus sequentibus quousq; ipsius electionis negotium fuerit expeditum, vobis, harum serie,assignamus & præfigimus,ad monasterium nostrum prædictum, si volueritis,& vestra credideritis interesse,veniatis & compareatis,vna nobiscum de electione futuri Abbatis tractaturi,& ad ipsum Abbatem,dante domino, eligendũ, ac in ipso electionis negotio modo debito processuri. Alioquin vobis non expectatis,nec vlterius,si prædictus,per nos,non fuerit terminus prorogatus, conuocati,in huiusmodi electioñ.negotio procedemus, vestra absentia non obstañ. Ad istas autem literas,vobis & cuilibet vestrum,præsentandas & intimandas, dilectos nostros.N.&.N.duximus specialiter deputandos. Et in signum huiusmodi mandati nostri suscepti,ac nunciorum,quilibet vestrum sigillum suum hic apponat,aut se manu propria subscribat,aut per alium suis nomine & mandato faciat subscribi. ¶ Datum in dicto capitulo nostro,sub sigillo nostro communi,vna cũ signis notarij subscripti &c.

Iuxta præmissa conficies alias formas electionum.

DE EMPTIONE ET VENDITIONE.

Instrumentum emptionis & venditionis.

IN NOMINE Domini amen. Anno.&c.personaliter constitutus nobilis vir, dominus.N non coactus, nec conuictus,aut circumuentus,nec per errorem aliquem seductus,aut deceptus,sed pure,libere,& ex certa eius scientia & spontanea voluntate, pro se, suosq; hæredes & successores,titulo venditionis,ac iure proprio,& in perpetuum,ad verã & omnimodam proprietatem,perpetuamq; hæreditatem,vendidit,dedit,cessit,& concessit,transtulit,tradidit,& donauit venerabili viro domino.N. ibidem præsenti recipiẽti,& legitime stipulañ.pro se,suisq; hæredibus & successoribus, videlicet quandam domum dicti.D.N.venditoris a fundamento terræ, vsq; ad cœlũ,cum integra medietate cuiusdam putei communis eiusdem domus,& cuiusdam alterius domus,& horrei domini.N.notarii de regione.N.& etiam quandam aliam domum,eidem primæ contiguam,sitas in dicta regione.N.cuius cõtiguæ domus pars terrea est.N.& pars superius ædificata vsq; ad cœlum,est dicti.N. venditoris,distructas,tamẽ de tectis & solariis,sed muratas,& cum porticali ante se,quarum confines sunt ab vno,quædam domus.N.extra & prope muros dictæ vrbis, ab alio quædam domus.N.& ab alio tertio quædam domus eiusdem.N. de. N. & ab alio lateribus est, via publica,vel si qui alii sunt,vel esse possunt, ad dictas domos,supra venditas,plures aut veriores confines,antiqui vel moderni, & nomina ac vocabula veriora,liberas & exemptas ab omni onere seruitutis,redditus canonis siue census,cum omnibus & singulis introitibus & exitibus earum, omnibusq; earum iuribus,iurisdictionibus,spectantiis,& pertineñ.commoditatibus, & adiacentiis earum vniuersis,ad dictas domos,vt supra venditas,quomodolibet spectañ.& pertineñ.tam de consuetudine,quam de iure,ad habendum, tenendũ possidendum,vtendum,fruendum,& fructificandum,vendendum,donandum,pignorandum,& alienandum,ac de eis,cum iuribus & pertineñ.earum,faciendum & dispo-

& disponendum, ad ipsius. N. emptoris, libitum voluntatis. ¶ Item similiter, titulo venditionis, ac iure proprio, & in perpetuum, vt supra dictus D.N. venditor pedit & concessit, transtulit, & donauit, dicto. D. N emptori, praesenti & legitime stipulañ. vt supra videlicet, omnia & singula iura & omnes reales & personales, vtiles & directas, tacitas & expressas, hypotecaticias, pignoraticias, siue mixta & in rem scriptas, & officium iudicis, ac beneficium iuris, quae quas, & quot dictus. N. venditor, aliquo vnquam tempore, habuit seu habet, & sibi competit sua competit aut competere potuit, seu potest, vel poterit quomodolibet in futurum, inde & super dictis domibus, & iuribus, vt supra, venditis, contra quascunq; personas, vniuersitates, & loca nullo iure, nullaq; actione, sibi venditori, & suis haeredibus & successoribus, super eis quomodolibet de caetero reseruatis, ponens d. dictus N. venditor, dictum dominum emptorem praesentem, & stipulañ. vt supra, in de & super dictis domibus, cum iuribus & pertineñ. earum, vt supra, venditis, in locum ius & priuilegium, ipsius. N. venditoris, ac constituens eum, super illis, procuratorem, vt in rem suam propriam, ita quod exnunc, & in posterum, dictus emptor, pro dictis iuribus, dictisq; actionibus, eius proprio nomine, agat, petat, exigat excipiat recipiat & defendat, eisq; libere vtatur, fruatur, & experiatur, in iudicio & extra iudicium vbilibet, & directis actionibus ad eius velle, quemadmodum dictus. D.N. venditor, vti agere, petere, & experiri poterat ante venditionem & alienationem praedictas. Et nobilem virum. N. de. N. praesentem & acceptantem prout melius potuit de iure, idem dominus. N. venditor, suum verum procuratorem & nuncium specialem, constituit, & deputauit ad inuestiendum dictum dominum. N. emptorem, de dictis domibus, illarum & earum possessionem, realem actualem & corporalem ei tradendum & consignandum cũ iuribus & pertineñ. earundem, vt supra venditis, dictamq; possessionem, liberam & expeditam, ac illarum attinentiam, eidem dimittendum donec inuestitus fuerit, & ipsarum domorum, cum iuribus & pertineñ. suis corporalem & realem possessionem interim se dictus, N. venditor, nomine dicti emptoris, & pro eo tenere & possidere, constituit atq; recognouit, dans & concedens nihilominus dictus. N. venditor, dicto domino. N. emptori praesenti & stipulañ. prout supra, plenam licentiam & liberalem potestatem, dictas domos, vt supra venditas, cum iuribus & pertineñ. praedictis & earum possessionem, propria ipsius. N. emptoris, auctoritate, & sine alicuius iudicis, vel curiae, licentia vel mandato intrandi, capiendi, & approhendendi & de eis faciendi & disponendi, ad ipsius emptoris libitum voluntatis. ¶ Hanc autem venditionem, dationem, cessionem & concessionem, ac omnia & singula supradicta, & quae infra dicentur, fecit dictus. N. venditor, praedicto. N. emptori praesenti, ementi & stipulanti pro precio & nomine precii. C. &. XXV. Floreñ. auri de camera. Quos. C. &. XXV. Floreñ. praefatus dominus. N. emptor, ibidem adhuc praesens, statim in praesentia mea dicti notarii & testium infrascriptorum, eidem domino. N. venditori recipienti, & manualiter numeranti in auro boni & iusti ponderis, tradidit & consignauit. Quos ipse dominus. N. venditor ad seipsum & eius posse recepit & retinuit. De quibus. C. &. XXV. Floreñ. auri pro dicto precio, post manualem receptionem, se dictus. N. vẽditor, bene cõtentum & solutum vocauit & dixit, ac quãtum opus esset renũciauit omni exceptioni, nõ habitorum, non receptorum, non ponderatorum, non numeratorum, & sibi non assignatorum dictorum. C. XXV. Floreñ. auri precii praedicti, atq; exceptioni non numeratae pecuniae, doliq;, mali, fraudis, metus, & in factum conditionis indebiti ob iniustam & turpem causam, aa sine causa, speiq; futurae numerationis, & receptionis omnibusq; aliis exceptionibus, & defensionibus, iuris canonici & ciuilis, ac statutis, priuilegiis, & consuetudinibus vrbis factis & fiendis, quibus contra ꝓdicta, vel aliquod praedictorum, facere, dicere, vel venire, posset, & quomodolibet se defendere, vel iuuare, renunciauit & refutauit expresse, ac ex certa scientia. Et si plus dicto precio dictorũ. C. & XXV. Floreñ. auri, dictae domus, vt supra, ven-

ditæ,cum iuribus & pertineñ.earum,valent,valerent,aut valere possent, quomodolibet in futurum,totum illud plus,siue fuerit parua siue magna quantitas,etiã si quantumcunq; excederet vltra dimidiam iusti precij partem,dictus.N.venditor,illam etiam si sciret,aut crederet,plus valere,illud quod plus valeret,seu valerent,dicto domino emptori,præsenti,ementi,& legitime stipulanti,donauit, & expresse,titulo donationis inter viuos,ob amorem & dilectionem, quem, & qua, se habere in dictum.N.emptorem dixit,irreuocabiliter,& in perpetuum,ei dedit cessit & concessit,transtulit,& donauit,& quia sic voluit,& sibi sic facere beneplacuit,& placet.¶ Et insuper,promisit dictus.N.venditor, eidem domino emptori,præsenti,&stipulanti,vt supra,in præsentem venditionem,facere consentire omnem personam adiacentem,vel aliquod ius habentem,vel habere quomodolibet prætendentem,inde & super dictis domibus,vt supra venditis,cum iuribus & pertineñ.earundem,ad omnem,solam & simplicem petitionem,requisitionem & voluntatem dicti emptoris.Et etiam promisit,super dictis domibus & iuribus,vt supra venditis,emptori eidem litem non inferre,nec inferenti quomodolibet consentire,quinimo,ipsum dominum emptorem,auctorizare,& disbrigare, ab omni persona,vniuersitate,capitulo,siue loco,litem,differentiam, siue controuersiam & quæstionem,quomodolibet,inferente,in iudicio & extra iudicium. Iudiciumq; in se suscipere,& illud prosequi & finire,a principio,medio.vsq; ad finem ipsis,dicti venditoris,sumptibus& expeñ.& cum propriis ipsius procuratoribus & aduocatis ¶ Insuper promisit dictus venditor,eidem emptori, præsenti & stipulañ.vt supra,quod dictæ domus,vt supra venditæ,cum iuribus, & pertineñ.earum sunt ipsius.N.venditoris,& ad eum spectant & pertinent pleno iure dominii,& nulli alteri personæ,loco vel vniuersitati,in totum,nec in partẽ, fuerunt & sunt venditæ,datæ,donatæ,cessæ,concessæ,pignoratæ,nec quomodolibet alienatæ,alienatioñ.etiam largissimo modo sumpto vocabulo,nec de eis factus est,nec factus apparet,nec apparebit,aliquis cõtractus,vel quasi contractus vel distractus,cum aliqua alia persona,in præiudicium dicti emptoris,& præsentis contractus venditionis,quod si prædicta omnia & singula,vt supra,præmissa, seruata non fuerint,& ea occasione,vel quæuis alia emptio quomodo in totũ vel in partem aliter reperta fuerit, voluit dictus venditor,eidem emptori, præsenti,& stipulañ.vt supra teneri & obligatum esse,de euictione & ad duplũ precii rei euictæ,asserens & affirmans talem vigere & esse in vrbe consuetudinem approbatam quod duplum rei euictæ,restituatur emptori, & ad refectionem, & restitutionem omnium & singulorum damnorum,expensarum, & interesse quomodolibet patiendorum,faciendorum,& incurrendorum,per eum,occasionibus prædictis,in iudicio & extra iudicium ¶ De quibus damnis expeñ & interesse, & eorum quantitate,& numero,dictus venditor,stare & credere voluit, soli simplici verbo,dicti emptoris,vel suorum successorum prædictorum,absq; sacramẽto,& quauis alia probatione,in iudicio seu extra fiend.exnunc,prout extunc, & extunc,prout exnunc,dictus venditor,habere voluit,& promisit,pro plena & sufficienti probatione,absq; alterius onere probationis,iudicis taxatiõe,arbitrio seu arbitratu alicuius alterius boni viri,cæterisq; alijs exceptionibus & defensionibus iuris & facti quibus se,quomodolibet defendere & iuuare posset renunciauit & refutauit expresse,& ex eius certa scientia.

¶ Clausula obligat. Cameræ.

¶ Pro quibus omnibus & singulis obseruandis plenarieq;, firmiter adimplendis, dictus.N.venditor,obligauit & pignori posuit dicto emptori,& suis successoribus præsenti vt supra,ementi,& recipienti,pro eo,omnia & singula ipsius venditoris bona mobilia & immobilia præsentia & futura. Et voluit pro prædictis obseruãdis,posse cogi compelli constringi & conueniri omni tẽpore,& in omni loco & qualibet curia ecclesiastica vel seculari & coram quocunq; iudice vel Auditore Rectore,vicario ordinario delegato,diebus feriatis & nõ feriatis, quibus feriatis

& non feriatis diebus, renunciauit & refutauit expresse, & ex certa scientia, renũciauit etiam in his priuilegio fori. Et generaliter omnibus & singulis exceptionibus & defensionibus, iuris & facti, quibus se quomodolibet iuuare tueri & defẽdere posset. ¶ Quæ quidem omnia & singula supradicta promisit dictus. N. venditor eidem. N. emptori præsenti, & stipulan. vt supra, semper & perpetuo attendere & obseruare, rataq; grata & firma habere & teuere & in nullo contrafacere dicere vel venire per se vel alium, seu alios ipsius nomine & pro eo, aliqua ratione, iure, modo, titulo ingenio, siue causa, sub obligatione bonorum suorum prædictorum & pœnarum vnius libræ, & alias omnibus & singulis melioribus modo, via, causa, & forma, quibus melius & efficacius & vtilius eidem emptori, ac successoribus huiusmodi potuit & debuit de iure. Qua pœna soluta vel non, prædicta omnia & singula nihilominus, firma perdurent. Et ad maiorem cautelam omnium & singulorum prædictorum dictus. N. venditor iurauit ad sancta Dei Euangelia in manibus meis notarij infrascripti (tactis per eum scripturis sacrosanctis) contra prædicta omnia & singula non velle facere dicere vel venire aliqua ratione modo titulo siue causa, sed omnia & singula semper perpetuo & inuiolabiliter obseruare sub obligatione bonorum prædictorum, & vinculo dicti p eum præstiti iuramenti me notario infrascripto, vt publicæ & autẽticæ personæ, in omnibus & singulis capitulis huius præsentis contractus præsente & recipiente vice & nomine omnium quorum nunc interest, vel in futurum poterit quomodolibet interesse. Rogañ. me notarium infrascriptum, vt de prædictis omnibus vnum vel plura, conficerem instrumentum & instrumenta. Actum Romæ &c.

Instrumentum emptionis & venditionis vsufructus ad plures annos.

In nomine Domini amen &c. Discretus vir. N. dedit & vendidit, omnes & singulos vsufructus redditus & prouen. cuiusdam vineæ suæ, sitæ in. N. loco cuius hi dicuntur confines &c. hinc ad quinq; annos proximos, & continuos, Dans & concedens eidem N. dictam vineã, arbores & omnia quæ in ea sunt, & infra dictos cõtinentur cõfines, ad habendum vtendum & fruendum, libere, per se, vel per alium, seu quem voluerit, hinc ad terminum prædictum, pro precio. X. Floren. &c. Quod precium dictus. N. confessus fuit, se ab ipso. N. habuisse & recepisse, exceptioni sibi nõ dati & non soluti precii omnino renuncians, & promittens dicto. N. pro se, & suis hæredibus stipulañ. dictam vineam, & omnia quæ in ea sunt, libere vtenda & fruenda, vt dictum est pro se, & suis hæredibus, ab omni homine & vniuersitate hinc ad terminum supradictum. Et dictos vsufructus, quos in dictis quinq; annis percipiet, legitime, tam infra terminum, quam postea perpetuo manutenere defendere auctorizare & de omni euictioni totali vel particulari custodire eiusdem N. propriis sumptibus & expeñ. dictamq; venditionem, ac omnia & singula supradicta firma & rata habere & tenere, & non contrafacere, vel venire, per se, vel alium, aliqua ratione vel causa de iure vel facto sub pœna. X. Floreñ. stipulatioñ. præmissa, & refectioñ. damnorum & expeñ. litis exorta, & obligatioñ. omnium bonorum suorum & pœna soluta vel non, prædicta omnia & singula firma perdurent. Et dictus. N. promisit ipsi. N. pro se & suis hæredibus stipulañ. prædicta vinea, cum omnibus quæ in ea sunt, sine fraude, vti, frui, & ipsam ac fossata, & sepes eius, manutenere & conseruare, atq; eam quolibet anno, debitis temporibus, bene parare reuelare ligonizare, fodere & in omnibus bene & sine fraude, colere, arbores siccas, vel virides in ea non incidere, sine domini mandato, & licẽtia speciali, & finito termino, dictam vineam in æquo & bono statu, vt in præsentiarum est, ipsi domino libere relaxare, & contrasignare, sub pœna. X. Floreñ. auri &c.

Instrumentum emptionis & venditionis libri.

In nomine Domini &c. anno &c. Discretus vir, Magister Ioannes Priuosi Parisien. & in vrbe librarius, vendidit, tradidit, & concessit honorabili viro dño. M. quoddam volumen librorum legalium quod inforciatum vulgariter nuncupatur, scriptum in charta N quod incipit in textu sic, & in apparatu sic, primæ chartæ, & sic sun in eadem charta in textu, & apparatu sic, & dictum inforciatum principalem, in manibus ei tradidit, pro precio. X. Floreñ. auri de Camera. ¶ Quos quidem X. Floreñ. auri, idem. I. venditor, confessus fuit, & recognouit, se habuisse & recepisse a dicto domino. M. emptore, exceptioñ non habitorum, non receptorū, sibiq; non traditorum, non solutorum, dictorum. X. Floreñ. auri, ob causam prædictam, renuncians pœnitus & expresse, & promisit, voluit & conuenit idem. I. venditor M. emptori præfato & mihi notario legitime stipulañ. de euictioñ. dicti libri teneri, secundum iuris ordinem & prædictam venditionem ac omnia & singula supradicta & infrascripta firma habere & rata tenere & non contrafacere vel venire, aliqua ratione vel causa de iure vel de facto, sub pœna dupli precij, stipulatioñ. præmissa, & refectioñ. damnorum, & expeñ. litis exortæ. Et obligation omnium bonorum suorum, & pœna soluta vel non, rata maneant omnia & singula supradicta. ¶ Et insuper. N. de ipsi⁹. I. precibus fideiubens, & se principalem constituens, promisit principaliter & insolidum, se obligando dicto M. pro se, suisq; hæredibus stipulañ. dictum librum, ab omni homine & vniuersitate legitime defendere, auctorizare, & manutenere & se facturum & curaturum, q dictus. I. prædictam venditionem, ac omnia & singula supradicta, firma, & rata habebit & tenebit, & nō contraueniet, aliqua ratione, vel causa de iure vel de facto sub pœna. X Floreñ. stipulatioñ. præmissa & refection. damnorum & expeñ. litis exortæ, & obligatioñ omnium bonorum suorum & pœna soluta vel non, rata firma maneant omnia & singula supradicta. Renuncians dictus. N. beneficio nouæ constitutionis, de fideiussoribus, & omni alio iuris auxilio canonici & ciuilis, & iuri dicenti, generalem renunciationem non valere, nisi &c. Actum &c.

Instrumentum emptionis & venditionis equorum.

In nomine Domini amen &c. Discretus vir. N. de N. sponte & ex certa scientia, dedit & vendidit. N. vnū equum. N. quem sibi ibidem, per frenum tradidit, nominatim cū his vitiis, & mazauis, siue defectibus, specificatis, & dictis ab eo ipsi. N. emptori, ibidē & in præsenti, videlicet, quod vna tibia &c. & quod lunaticus est, & vulsus & retrogradus, & generaliter pro tali, qualis est, cum omnibus vitiis, & mazauis, latentibus & manifestis, & quæ habet intus & extra, asserens, & protestans, prædicta vitia specificata, in ipso equo existere, ipsorum vitiorum & morborum siue quorūcunq; aliorum latentium vel apparentium, ratione vel occasione ipsi emptori, de cætero, in aliquo nolle teneri, pro precio. V. Floreñ auri &c. Quod precium, dictus venditor, confessus & contentus fuit, se ab ipso emptore habuisse & recepisse, exceptioni sibi non dati, & non soluti precii, omnino renuncians, & promittēs ipsi emptori, pro se & suis hæredibus stipulañ. dictum equum, sibi ab omni homine, & vniuersitate, legitime defendere, auctorizare, & disbrigare, sub pœna dupli dicti precii, stipulatioñ. præmissa, & refectioñ. damnorum & expeñ. litis, ac obligatione omnium bonorum suorum, & pœna soluta vel non, prædicta omnia & singula firma perdurent. Qui. N. emptor, dictum equum, ibidem, cum dictis specificatis vitiis & mazauis, se bene agnoscere, & ea sibi expressa & ostensa esse dixit & confessus est. Et generaliter cum omnibus vitiis, & mazauis occultis & apparentibus, & quæ habet intus & extra, & pro tali qualis est, Asserens, & prote-

ftans nolle ipsum venditorem, sibi teneri, occasione dictorum vitiorum vel morborum ipsius equi expressorum, aut quorumcunque aliorum apparentium, & non apparentium, & signanter, intus vel extra, & faciens eidem, finem, & refutationē & pactum, de vlterius non petendo, de omni iure, & occasione, quod & quam habear, vel in futurum habebit, vel habere poterit, contra ipsum, occasione ipsorū vitiorum vel morborum, aut quorumcunque aliorum ipsius equi, necnō protestās ipsum. N. solemni stipulatione interueniente, non opponere legem redhibitoriā, volendo rem reddere, & precium sibi reddi, nec quanti minoris, petens aliquam partem precii, quod non dedisset, si sciuisset rem vitiosam, nec in futurum actionē. quibus legibus, & omni alteri legum, auxilio omnimode renunciauit. Et nullam aliam contrariam exceptionem & defensionem, iuris vel facti, specialem vel generalem, in aliquo facere, vel opponere, & litem vel controuersiam, prædictorum occasione, nullo tempore, de iure vel de facto mouere, sed prædicta omnia & singula, firma & rata, habere & tenere, & nō contra facere vel venire, de iure vel de facto, sub pœna. X. Floreñ. auri stipulañ. singulis capitulis huius contractus, insolidum, præmissa, & refectioñ. damnorum, & expeñ. litis exortæ, & obligatioñ. omnium & singulorum suorum bonorum. Et pœna soluta vel non, prædicta omnia & singula firma perdurent. Actum &c. Præsentibus &c.

Notula super emptione & venditione animalium.

Nota quod in venditione bonorū, & aliorum animalium, breuiter dices. ¶ A. dedit & vēdidit. B. vnū bouem, talis pili, & cū tali curuatura, ipsum sibi tradens ibidem, cū omnibus vitiis & marauis, occultis & manifestis in eo, & pro tali precio, & promittat legitimā defensionem bouis, vt supra habes in venditione equi. ¶ Idem de omnibus dices, exprimens numerum omniū, sed non signa cuiuscunque, propter confusionē euitañ. Potest tamē poni quæ ex eis sint albæ, & quæ nigræ &c. & sic de aliis.

Instrumentum emptionis & venditionis Sclauæ.

In mea notarii &c. personaliter cōstitutus discretus vir, dñs. N. cuius N. asserens, se quoddā mancipium, videlicet vnā Sclauam, nomine. N. de partibus Rossiæ oriundam, ætatis annorum. N. vel circa, dudum, per eum, a tali mercatore. N. pro certo precio, emptam, prout in quodam publico instrumēto, per me notarium infrascriptum viso & lecto, per duos annos cum dimidio vel circa, habuisse, tenuisse, & possedisse, ac de præsenti habere, tenere, & possidere, pacifice & quiete, illamque personaliter ibidem exhibens & præsentans, necnon vt rem suam propriam, & ad eum pleno iure spectañ. ac in nullo contradicentem, sed ad præ & infrascripta, hilari taciturnitate acquiescentem, tanquam verus illius patronus & dominus non per errorem, sed sponte, libere, & ex certa eius scientia, honorabili viro Magistro. N. ibidem præsenti, ementi ac legitime stipulanti, & recipienti, pro se, & hæredibus ac successoribus suis, iure proprio, & in perpetuum, vendidit & titulo venditionis dedit tradidit, cessit & assignauit, pro precio & nomine precii. C, Floreñ. ibidem. N. manualiter, & in numerata pecunia, me notario & testibus infrascriptis præsentibus, a præfato domino. N. recepit. Postquam quidem receptionem, dictus. N. se, bene contentum, & solutum vocauit & dixit, ac dictum dominum. N. de dicta summa. C. floreñ. propterea quietauit. Etiam dictus. N. venditor promisit dicto domino. N. præsenti, recipieñ. & stipulañ. vt supra, quod dicta. N. vsque in præsentem huiusmodi vēditionis diem, fuit ipsius venditoris, & ad eum spectauit, & pertinuit, pleno iure, & quod nulli alteri personæ, loco, vel vniuersitati, in toto vel in parte, est vēdita data, donata, concessa, obligata, pignorata, nec quomodolibet alienata, in præiu-

dicium dictæ venditionis,& contentorum in ea. Et si contrarium aliquo vnquã tempore apparebit,voluit & vult teneri idem: N. venditor,de euictioñ. in forma iuris valida & consueta,ac ad omnia & singula damna expeñ. & interesse, quæ idem dominus. N. emptor,propterea pati & facere,seu in quibus & ad quæ deuenire & incurrere posset De quibus damnis,expeñ.& interesse, stare & credere voluit soli & simplici sacramento dicti domini N emptoris,& eius hæredum & successorum. Et si aliquo tempore,litis causa, & controuersia moueretur contra dictum dominum N. emptorem,uel eius hæredes & successores, quacunq; occasione vigore prædictorum,dictam litem,causam,seu controuersiam,dictus N. vẽditor,promisit & conuenit dicto domino. N. emptori,præsenti & stipulañ. vt supra,in se suscipere,& ipsum defensare,a principio,medio,vsq; ad finem, sumptibus & expeñ. ipsius. D. N. venditoris, Et si euictio aliqua sequeretur, voluit teneri de re euicta. ¶ Pro quibus omnibus & singulis obseruandis & plene adimplendis,dictus.N.venditor obligauit & pignori posuit eidem domino. N. emptori præsenti,recipieñ.& stipulañ.vt supra,se,& omnia bona sua,mobilia & immobilia præsentia & futura, vbilibet existentia , voluitq; pro prædictis posse cogi,compelli,constringi,& conueniri,omni tempore, & in omni curia,ecclesiastica vel seculari,vel coram quocunq; iudice,aut auditore, capitaneo vel rectore,diebus feriatis vel non feriatis,quibus feriis & feriatis diebus,ac beneficio fori renunciauit expresse & legi Cedo bonis,Cedendarum & diuidendarum actionũ, de quibus vel pluribus reis debeñ. Ac illi legi,qua cauetur,quod si debitor nõ habeat aurum vel argentũ,aut quid mobile vade possit suo satisfacere creditori quod possit offerre de bonis stabilibus,cæterisq; aliis exceptionibus defensionibus legibus,statutis,auxiliis & fauoribus quibus contra prædicta facere, dicere, vel venire posset. Quæ omnia & singula,dictus.N.venditor,promisit,& conuenit,perpetuo,rata,grata,& firma,habere attendere & obseruare,& contra ea non facere,dicere,vel venire,aliqua ratione titulo,iure,seu causa, sub hypotheca & obligatioñ.omnium & singulorum bonorum suorum,mobilium & immobilium, præsentium & futurorum,ac sub vinculo iuramenti,per eundem.N.venditorem in manibus mei notarii infrascripti præstiti. ¶ De & super &c.

DE EMPHYTEOSI.

Instrumentum emphyteosis.

In nomine Domini amen. Per hoc præsens publicum instrumentum &c. personaliter cõstitus,discretus vir. A. sponte locauit,& titulo locationis dedit & concessit,discreto viro. N. præsenti,& acceptanti,pro se,suisq; hæredibus,possessiones,& prata. N. &. N. &c. Spectañ ad dictum. A. in emphyteosim,seu cõtractum perpetuum,ad ipsum. N. & eius vtriusq; sexus liberorũ,vitã,seu ad sex annos proxime futuros , incipieñ. in termino,a die celebrati contractus,& finieñ. dictis annis sex decursis , scilicet ad tenendum possidendum laborandum fructificandum,& de eis disponendum ad voluntatem ipsius. N.& suorum hæredum, cum conditionibus & pactis sequentibus,videlicet,quod idem. N. teneatur respondere annuatim, eidem. A. de summa. N. Floreñ.& ad hoc se,& bona sua,præsentia & futura obligauit. ¶ Insuper idem. A. dedit,cessit,& concessit,ac transtulit,& donauit,dicto. N. præsenti,& legitime stipulanti,vt supra omnia & singula iura,actiones,& petitiones,reales & personales,meras,mixtas,vtiles & directas, quæ,& quas,ipse. A. habuit & habet,& in futurum ei competere poterunt in dictis possessionibus & bonis, superius specificatis, & in emphyteosim concessis , ponens dictum. N. in locum us,& priuilegium suum in prædictis, vt in rem suam propriam, dans sibi pote-

ftatem, auctoritate propria, ingrediendi, manutenendi, laborandi & possidendi, dictas possessiones, necnon, eorum bonorum prædictorum & iurium superius locatorum, possessionem, dictus. A. eidem N. dedit, & concessit. ¶ Item promisit dictus. N dicto. A. dictas possessiones & prata laborare & laborari facere, ad vsū. boni laboratoris, ac etiam dictas possessiones & prata, non vendere nec alienare, seu de eis aliquem contractum facere, fine consensu dicti. A. ¶ Insuper promisit dictus. A. dicto. N. præsenti & stipulan. vt supra, quod dictæ possessiones & bona sunt & fuerunt ipsius. A. & quod ad ipsum spectant, & pertinent ac spectarunt, & pertinuerunt pleno iure, & quod nemini alteri personæ, vniuersitati, vel loco, fuerunt aut sunt vendita, & alienata, nec apparebit aliquis contractus, in præiudicium præsentis locationis, & omnium cōtentorum in ea, factis, quod si contrarium aliquo tempore apparebit, voluit idem. A. dicto. N. & eius hæredibus, de euictioñ. & omni damno expeñ. & interesse, quæ incurrerint & passi fuerunt satisfacere. De quibus damnis, expeñ. & interesse, stare & credere voluit, soli & simplici verbo, & iuramento dicti. N. fine aliqua testium productione Pro quibus omnibus & singulis obseruandis & adimplendis vt supra.

DE EXCOMMVNICATIONE.

Excōmunicatio Auditoris Cameræ, contra debitorem absentem, obligatum in forma Cameræ per confessionem procuratoris.

Franciscus Albericus &c. vt supra Curiæq; causarum Cameræ Apostolicæ generalis Auditor. ¶ Vniuersis & singulis &c. Salutem in domino, & nostris, immo uerius apostolicis firmiter obedire mandatis. ¶ Alias confessione honorabilis & discreti viri magistri Ludouici Raydetti clerici Gebenneñ. dioc. dictæ curiæ causarum Cameræ Apostolicæ notarii, ac venerabilium & circumspectorum virorum dominorum. N. &. N. debitorum procuratoris in iudicio legitime coram nobis facta monuimus & condemnauimus eosdem debitores ad dandum & soluendum nobilibus viris, dominis. N. &. N mercatoribus. N. Romañ. curiam sequentibus, summam & quantitatem. N. D. Ducatorum infra certum tunc expressum, nunc verō efflaxum, peremptorium terminum competentem, in quibus iidem debitores, præfatis mercatoribus creditoribus, ex causis legitimis, sub pœnis Cameræ obligantur & ipsorum procuratorum, ad id, expresso accedeñ. consensu, prænominatos debitores, iurisdictioni dictæ curiæ, atq; nostræ) propterea totaliter (prout ex tenore sui procuratorij id melius facere poterat) sponte submittendo, contra eosdem debitores, extunc, in scriptis, excommunicationis sententiam promulgauimus, si in ipsius debiti solutioñ. in loco & termino constitutis, deficeret integre facienda. Et quia iidē debitores, in solutione antedicta integre facienda, cessarunt, dictam propterea excommunicationis sententiam temere incurrendo. ¶ Nos tunc Franciscus Auditor præfatus, prælibatos debitores, primitus tanē per quēdam domini nostri Papæ Cursorem (per edictum publicum, in valuis Audientiæ nostræ, ad instar edictorum publicorum, quæ olim in albo prætorio scribebā tur, affixum, & ibidem, per quendam domini nostri Papæ Cursorem, de mandato nostro, debite executum. Cum propter vacatioñ. iam indictas, in audientia litterarum contradictarum præfati domini nostri Papæ, legi nō posset) vocatos et legitime citatos, ac per nos nō immerito, suadente iustitia, pro contumacibus reputatos, excommunicationis sententiam antedictam, in eos (vt præmittitur) occasione præmissorum, latam & promulgatam, incurrisse & incidisse declarauimus, ac

eosdem in scriptis, excommunicatos, publice denunciādos, fore decreuimus, prout declaramus & decernimus per præsentes literas nostras huiusmodi desuper concedeñ. Quocirca discretioni vestræ, & cuilibet vestrum, tenore præsentium committimus & sub excommunicationis pœna (quam canonica monitione præmissa, si ea quæ vobis committimus & mandamus distuleritis seu neglexeritis cō tumaciter adimplere) in vos & vestrum quemlibet exnunc, prout extunc, ferim⁹ in his scriptis districte præcipiendo mandañ. quatenus statim visis & receptis p̃sentibus, vos & quicunq; vestrum, postquam pro parte dictorum mercatorū principalium fueritis requisiti. seu alter vestrum fuerit requisitus, per vos vel alium seu alios supradictos debitores tandiu in vestris ecclesiis monasteriis & capellis singulis diebus dominicis & festiuis infra missarum solemnia, dum ibidem populi multitudo ad diuina audienda conuenerit, pulsatis campanis, & candelis accensis, ac demum extinctis & in terram proiectis sic excommunicatos publice nuncietis, & nunciari faciatis donec aliud a nobis vel superiori nostro, desuper habueritis in mandatis. ¶ Quicquid autem in præmissis feceritis nobis per vestras pateñ. literas, aut instrumentum publicum harum seriem, seu designationē in se contineñ. siue continens remissis præsentibus fideliter intimare curetis.
¶ Absolutionem vero omnium & singulorum qui præfatam nostram excommunicationis sententiam incurrerint, seu incurrerit quoquomodo nobis vel superiori nostro tantummodo reseruamus. Datum & actum Romæ &c.

Excommunicatio contra præsentem in curia, qui non paruit monitorio.

Franciscus &c. ¶ Noueritis, quod nuper, ad honorabilis viri domini. A. principalis, instañ. Discretum virum. B. in Rom. Cu. præsentem sub excommunicationis pœna, per quendam ex domini nostri Papæ Cursoribus, monuimus & moneri fecimus vt infra certū terminum, tunc expressum nunc vero elapsum eidem. A. decem Floreñ. auri de Camera boni & iusti ponderis (in quibus eidem. A. obligatus fuit) efficaciter solueret, & cum effectu consignaret, aut interim, cum eodem amicabiliter desuper componeret & concordaret. Et deinde, in quodam alio termino, eundem. B. per quendam, ex dictis Cursoribus, citari mandauimus & fecimus, quatenus infra alium terminum peremptorium competeñ. tunc sequeñ. compareret coram nobis, ad videndum & audiendum se, huiusmodi excommunicatioñ. sententiam incidisse, per nos declarari, & in scriptis excommunicari, nisi causam haberet rationabilem, quare præmissa fieri minime deberent, quam coram nobis, infra eundem terminum, proponere & allegare curaret, Alioqui ipso dicto termino, ad declarationem & publicationem dictæ sententiæ, & alia grauiora (prout iustum foret) procederemus. Et quia præfatus. B. neutrum præmissorum facere curauit ¶ Nos tunc Franciscus Auditor præfatus, eundem. B. ad prouidi viri Magistri. N. in Rom. Cu. causarum & dicti. A. principalis procuratoris (prout de suæ procurationis mandato nobis legitime constat) instañ. coram nobis, in termino sibi ad hoc statuto, in iudicio compareñ. & dicti. B. exaduerso principalis, non compareñ. contumacia accusata, in ipsis cōtumaciam, ipso prius, per nos pro contumace reputato, aliisq; omnibus & singulis, quæ in hoc seruando erant, rite & legitime obseruatis, excommunicationis sententiam incidisse declarauim⁹ ipsumq; in scriptis, excommunicauimus, & excommunicatum publice denunciauimus, ac decreuimus, prout excommunicamus declaramus, & decernimus publice per præsentes literas nostras, desuper decernendo opportunas. Quapropter vobis omnibus & singulis supradictis & vestrum cuilibet &c. ¶ Quicquid autem in præmissis feceritis, nobis per vestras literas pateñ. aut instrumentū pu-

blicum harum feriem feu defignationem in fe continen. feu continens moderatis expen. latori præfentium exinde cōficiendis,remiffis præfentibus fideliter in timare curetis. ¶ Datum Romæ in domo habitation noftræ, inibi mane, hora audientiæ caufarum confueta,ad iura redden. & caufas audien. in loco noftro folito & confueto pro tribunali feden. Sub dictæ curiæ caufarum Cameræ apoftolicæ figilli,quo vtimur appenfione. Anno &c.

Excommunicatio, ob non refponfionem libelli.

Alexander Iunius &c. vt in citation. fimplici. ¶ Cuiufquidem commiffionis vigore, citatione legitima, per nos,ad inftan. D. A. principalis in dicta nobis facta & præfentata commiffione, principaliter nominati extra Rom. Cu. ad partes contra & aduerfus fupradictum. B. exaduerfo principalem,in eadem commiffione, exaduerfo principaliter nominatum,omnesq; alios & fingulos &c. in forma folita & confueta, decreta & conceffa: Ea demq; citatione, vna cum eius execution. in partibus legitime fact. coram nobis,pro parte ipfius domini. A. principalis, iudicialiter reproduct. Tandem,nos ad prouidi viri Magiftri. N. in Rom. Cu. caufarum & dicti domini. A. principalis, procuratoris (de cuius procurationis mandato, nobis legitime conftabat) inftan. Supradictum. B. exaduerfo principalem, omnesq; alios & fingulos &c. aut eorum procuratores (fi qui fint in Rom.Cu.pro eifdem) ad dicendum & opponendum,quicquid verbo vel in fcriptis,dicere vel opponere volebant,contra huiufmodi commiffionem nobis factam, necnon citationem,per nos ad partes decretam,& eius executionem de partibus reportatam per literas noftras fpeciales,in audientia literarum contradictarum dicti domini noftri Papæ,citari mādauimus & fecimus, ad certum peremptorium terminum competen. in quo dictus Magifter.O. procurator,nomine quo fupra,coram nobis iudicialiter comparuit,& dictas citation. literas, in audientia contradictarū antedicta,debite executas,præfentauit,citatorum q; in eadem contentorum,non comparentium,neq; quicquam verbo vel in fcriptis contra huiufmodi commiffionem,citationem,& eius executionem,dicere aut excipere curan. contumacia accufata,ipfosq; contumaces reputari,per nos debita cum inftan. poftulauit. ¶ Nos tūc Alexander Iunius Auditor præfatus,dictos citatos non comparen. neq; huiufmodi termino,in aliquo fatisfacien. reputauimus merito(prout erant quo ad actum & terminum huiufmodi)contumaces,& in eorum contumaciam, eofdem citatos,ad prælibati magiftri.N.procuratoris inftan. ad dandum & recipiendum,dariq; & recipi videndum, libellum,feu fummariam in huiufmodi caufa petitionem,per audientiam publicam literarum cōtradictarum antedictā citari mandauimus & fecimus ad certum peremptorium terminum competentē eundemq; terminum,ad actum confimilem faciendum,eidem magiftro.N.procuratori,nomine quo fupra,inftan. & petenti, partiq; fuæ,duximus præfigendū. In quo quiquidem termino,per dictum magiftrum. N. procuratorē,nomine quo fupra,coram nobis iudicialiter comparentem,citatione,antedicta,in audiētia publica literarum contradictarum,debite executa,coram nobis reprefentata,& citatorum in eadem contentorum non comparen. neq; libellum feu fummariam in hac caufa petionem,dare,aut exaduerfo dari videre curantium, contumacia accufata,ipfosq; contumaces reputari &c.repetito, & in eorum contumaciam, quodam libello,curam nobis oblata,huiufmodi fub tenore. ¶ Coram nobis &c. ¶ Poft cuiufquidem libelli oblationē,nos Alexander Iunius Auditor præfat. fupradictos citatos,non comparen.neq; huiufmodi diei termino,in aliquo fatiffacere curan. reputauimus merito (prout erat exigen. iuftitia) contumaces, & in eorum contumaciam eundem.B.exaduerfo principalem, ad antedicti magiftri.N procuratoris inftan.ad refpondendum dicto libello,litemq; fuper eodem conteftandum,& conteftari videndum,necnon de calumnia vitanda, & veritate

dicenda,cum omnibus & singulis capitulis &c.per alias nostras literas, in audientia publica literarum contradictarum præfata, primo simpliciter, secũdo sub excommunicationis pœna, & tertio ad idem, uel dicendum &c. allegandum, ac quarto & ex superabundanti,& etiam ad idem,necnon ad videndum, & audiendum dictum. B.exaduerso principalem, excommunicationis sententiam huiusmodi incidisse declarari &c. successiue citari mandauimus ad certos peremptorios terminos competeñ. per nonnulla dierum & temporum interualla, in quibus,& eorum singulis dictarum citationum terminis, dicto magistro N.procuratore,quo supra nomine,coram nobis iudicialiter compareñ.& dictis citationum literis,in dicta audientia publica literarum contradictarum, debite executis, successiue representatis,citatorumq; in eisdem literis contentorum non comparentium,nec dicto libello responderi,aut alias huiusmodi termino in aliquo satisfacere curantium,contumacia accusata,ipsos contumaces reputari,& in vltimo dictarum citationum termino,ipsum.B. exaduerso principalem,per nos in scriptis excommunicari, & excommunicatum publice denunciari mandari, debita cum instañ. postulauit. Quos quidem citatos, non compareñ. &c. contumaces, & in eorum contumaciam,dictum B. in vltimo dictarum citationum termino, in scriptis excommunicauimus; & excommunicatum publice denunciari mandauimus,& fecimus prout excommunicamus & excommunicatum denunciari mandamus præsentes nostras speciales literas desuper concedendo. ¶ Quæ omnia & singula &c. Qua propter &c. vt supra.

Alia excommunicatio, ob non solutionem notarii.

Antonius &c. ¶ Vniuersis &c. ut in citatioñ. & tabellionibus publicis quibuscunq;, ac domini nostri Papæ Cursoribus, per Rom. Cu. & almam vrbem,eiusq; districtum,ac alias vbilibet constitutis,ac illi,vel illis,ad quem,vel ad quos præsentes nostræ literæ peruenerint Salutem in domino,& nostris huiusmodi, immo uerius apostolicis,firmiter obedire mandatis. ¶ Noueritis, quod nuper, ad prouidi viri Magistri. N.in Rom.Cu. causarum,& honorabilis viri,domini.B.principalis,in causa infrascripta principaliter nominati procuratoris (prout, de suæ procurationis mandato, apud acta causæ huiusmodi,legitimis constare dicitur documentis)instañ. quendam.C. exaduerso principalem,infra exaduerso principaliter nominatum, ad satisfaciendũ discreto viro Magistro.N.dicti palatij causarum apostolici, & huiusmodi causæ notario publico,atq; scribæ,de suo salario deseruito,in causa & causis verteñ. coram nobis inter dictum dominum.B.ex vna,& præfatum.C. exaduerso principalem,de & super parochiali ecclesia.N.N. dioc. rebusq; aliis, in actis causæ huiusmodi latius expressis, & eorum occasione partibus ex altera,infra certum, tunc expressum,nunc vero effluxum,terminum, sub excommunicationis pœna, primo,in scriptis moneri,& requiri,& deinde,ad videndum,& audiendum,se ob non satisfactionem huiusmodi,in scriptis excommunicari,& eandem sententiam in eum,occasiobe non satisfactioñ.huiusmodi,per nos latam & promulgatam, incidisse declarari,excõmunicatumq;,& vt talem,publice denunciari,& pro tali euitari mandari,literasq; excommunicatorias,& declaratorias desuper opportunas,in forma solita & consueta,decerni & concedi,vel dicendum &c.allegandum,per quosdam domini nostri Papæ Cursores citari, successiue mandauimus & fecimus,ad certos peremptorios terminos competeñ. In quorum terminorum quolibet,per dictum Magistrum.N procuratorem, nomine quo supra procuratorio,coram nobis iudicialiter compareñ prælibati.C. exaduerso principalis nõ compareñ. aut huiusmodi termino satisfacere minime curañ. contumacia accusata,ipsumq; contumacem reputari,& in eius contumaciam,eũdem.C. exaduerso principalem,ob non satisfactionem seu solutionem salarii huiusmodi, in scriptis excommunicari, & in vltimo huiusmodi terminorum termino,eandem ex-

communicationis sententiam,præmissorum occasione,incidisse declarari, ac ipsum, vt & tanquam talem publice denunciari mandari,literasq; excommunicatorias & declaratorias,desuper necessarias & opportunas, in forma solita & consueta,decerni & concedi,per nos instanter petiit. ℭ Nos tunc Antonius auditor præfatus,prælibatum.C. exaduerso principalem , non compareñ. reputauimus merito (prout erat in quolibet termino huiusmodi,exigeñ.iustitia) contumacem,& in eius contumaciam,ipsum.C.ex & pro eo,quod Magistro.D. notario causæ huiusmodi,atq; scribæ præfato,de suo salario in huiusmodi causa deseruito,legitime satisfacere minime curauerit , in scriptis excommunicandum duximus & excommunicauimus, ac huiusmodi excommunicationis sententiam incidisse declarauimus, ipsumq; vt talem publice denunciari, & ab omnibus Christifidelibus arctius euitari mandauimus, prout excommunicamus per præsentes,quas desuper duximus decerneñ. ℭ Quæ omnia & singula &c.

Excommunicatio contra illum,qui arrestatus recessit, ob non satisfactionem Notarii.

Ioannes Antonius &c. Specialiter deputatus. ℭ Vniuersis &c.vt in citatioñ. ℭ Noueritis,quod causa verteñ.coram nobis,ex commissione apostolica,inter venerabilem virum dominum.N. ex vna,& quendam.B. exaduerso principalem de & super canonicatu & præbeñ. N.N.dioc.& eorum occasione,partibus ex altera.Nos ad prouidi Magistri.N. in Rom. Cu. causarum, & dicti domini.N.principalis, procuratoris (prout de suæ procuratioñ.mandato nobis legitime extitit facta fides) instañ. præfatum. B.exaduerso principalem,ad satisfaciendum priorum huiusmodi causæ instantiarum notariis,de salariis eorum,in eam causã deseruitis, sub excommunicationis pœna,infra certum,tunc futurum,nunc vero diu effluxum terminum in scriptis monuimus,& seu requiri fecimus,ac sub eadem pœna,ne a Rom. Cu. recederet,antea quam dictis notariis,vt præmittitur,satisfaceret,similiter in scriptis, per quendam domini nostri Papæ Cursorem,arrestauimus,& arrestari mandauimus. Idem tamen.B.exaduerso principalis, id facere minime curauit , immo in arresto se absentauit. ℭ Postquam igitur,de absentia ipsius a dicta Rom.Cu.per nonnullos testes fidedignos,ad hoc,in manibus nostris,in forma iuris iuratos , legitime edoctum fuerat. Nos ad dicti Magistri.N.procuratoris instañ. eundem. N.exaduerso principalem,ad videndum & audiendum,se, propterea, in scriptis excommunicari,& excommunicatum publice denunciari mandari,literasq; excommunicatorias desuper opportunas,per nos,in forma solita & consueta,decerni & concedi,in audientia literarum contradictarum domini nostri Papæ, citari mandauimus & fecimus,ad certum terminum peremptorium competeñ.videlicet ad diem & horam infrascriptos,in quibus comparuit iudicialiter coram nobis,Magister.N.procurator prædictus,nomine quo supra procuratorio,& quandam citationis audientiæ pergameni cedulam,in eadem audieñ. debite executam,facto præsentauit, citatorumq; in eadem contentorum non compareñ. contumacia accusata,ipsos contumaces reputari,& in eorum contumaciam, dictum B.exaduerso principalem , ob non satisfactionem & absentiam , ac contumaciam prædictas, per nos, in scriptis excommunicari, & excommunicatum publice denunciari mandari, literasq; excommunicatorias desuper opportunas, in forma solita & consueta , decerni & concedi per nos, instanter postulauit. ℭ Nos tunc Io. Antonius Auditor præfatus, dictos citatos non cõpareñ. neq; huiusmodi diei termino in aliquo satisfacere curañ. reputauimus (prout erant exigente iustitia) contumaces & in eorum contumaciam, ad dicti Magistri.N. procuratoris instañ. eundem. B. exaduerso principalem, ob non satisfactionem

& recessum huiusmodi,& eius contumaciam,in scriptis excommunicandum duximus,& excommunicatum publice denunciandum fore mandauimus, necnon excommunicauimus & excommunicamus,& denunciari mādamus per præsentes nostras literas desuper decernen. ¶Quæ omnia & singula,vobis omnibus & singulis supradictis,intimamus,insinuamus & notificamus, ac ad vestram , & cuiuslibet vestrum,notitiā,deducimus & deduci volumus per præsentes Vosq; nihilominus, vt supra.

Excommunicatio contra illum,qui non paruit monitorio speciali ad partes decreto.

Franciscus &c. ¶Noueritis,quod nuper,per nostras certi tenoris literas monitorias,ad honorabilis viri domini.N. instan. quendam T.monuimus,& sub excommunicationis pœna moneri & requiri fecimus, & mandauimus,quatenus infra certum tunc expressum terminum,nunc vero effluxum,solueret,& cum effectu traderet. X. Floren. auri de Camera,dicto domino.N.in quibus idem . T. eidem.N.efficaciter obligatur,aut interim,cum eodem. N. amicabiliter componeret & concordaret, vel saltem , infra etiam tunc expressum terminum , per se, vel procuratorem suum legitime compareret coram nobis , si in aliquo sentiret se grauatum, vel dicendum & allegandum causam sui grauaminis,prout & quemadmodum hæc , & alia, in dictis literis monitorialibus desuper confectis,plenius continentur. ¶Tandem , executi. ñ. dictarum literarum monitorialium,in partibus debite fact. & coram nobis iudicialiter reproduct. Quia dictus. T . neutrum præmissorum facere curauit, dictam propterea excommunicationis sententiam temere incurrendo . ¶Nos tunc Franciscus auditor præfatus ad dicti domini.N.instan.omnibus & singulis terminis,in similibus obseruari solitis,rite & legitime obseruatis, debitis processu & citationis præceden. & in ipsorum terminis,& maxime in eorum vltimo præfati.T. debitoris, non compareñ. contumacia accusata , ipsumq; per nos, non immerito,in singulis terminis huiusmodi, pro contumace reputato,postquam omnes & singuli,sua communiter vel diuisim,interesse putañ. eorumq; procuratores (si qui tunc erant in Rom. Cu. pro eisdem) per audientiam publicam literarum contradictarū domini nostri Papæ(vt moris est)citati essent,& ipsis pro cōtumacibus reputatis,ipsum dominum debitorem,excommunicationis sententiis, in dictis literis monitorialibus contentam,ob contumaciam huiusmodi,incidisse & incurrisse,declarauimus &c.

Excommunicatio lata ante tempus solutionis, contra absentem obligatum in forma Cameræ, in vim obligationis.

Franciscus Albericus &c. ¶Vniuersis&c. ¶Noueritis, q cum alias. honorabiles viri Domini . N. &.N.honorabilibus viris dominis.N. & N. sociis&c. pro summa. V. ducatorum auri de camera,in meliori forma cameræ , obligarunt . Quodq; sententia excommunicationis,per nos,aut locumteneñ. nostrum,in eos,& eorum quemlibet,post confessionem alterius procuratoris eorundem,ferretur & promulgaretur literæq; desuper excommunicatoriæ,actiuæ contra ipsos debitores expedirentur,dictisq; mercatoribus creditoribus,absq; aliqua vocatioñ,dictorum debitorū, seu alteri eorundem,traderentur,nisi ipsis.N.&.N.sociis mercatoribus creditoribus,de dictis. V.ducatis,in dicta obligatione expressis & specificatis, satisfecerint,expresse consenserunt,prout præmissa omnia & singula,in actis dictæ causæ plenius continentur. Idcirco die dat. præsentium confessione discreti Viri magi stri

stri. N. condemnauimus &c. in dictis. V. ducatis, dandis & soluendis, prædictis mercatoribus &c. & ipsius magistri. N. &c. submitteñ. &c. ❡ Nos tunc Franciscus Auditor præfatus. Ad dicti domini. N. instañ. sæpe dictos. N. & N. principales, nisi infra terminum tunc expressum, prænominatis mercatoribus creditoribus, de dicta summa satisfecerint cum effectu, in dictam excommunicationis sententiam incidisse declarauimus, & excommunicatos publice denunciandos fore decreuimus, prout decreuimus & declaramus, per præsentes nostras literas opportunas, exnunc prout, extunc desuper conceden. ❡ Quapropter &c.

DE EXCVSATIONE.

Excusatio iudicis apostolici impediti.

In nomine Domini amen &c. ❡ Constitutus venerabilis vir, dominus. A. Canonicus. N. in quib⁹dam literis apostolicis principaliter nominatus. Quas quidem literas apostolicas S. in Christo P. & D. N. D. Pius, diuina prouidentia Papa IIII. præfatus, in forma significauit, Videlicet sub dat. X. Caleñ. Aprilis, Pont. sui, Anno secundo cũ cordula canapis, vera bulla plumbea ipsius D. N. Papæ præfati, more Ro. cu. impendeñ bullatas sanas, siquidem & integras, non vitiatas, nõ cancellatas, neq; in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio, & suspicione careñ. vt in eis prima facie apparebat, venerabili & circumspecto viro domino. N. Abbati. S. A. in ecclesia. N. facto realiter & in scriptis, exhibuit & præsentauit. Et nihilomin⁹ eundem dominum, N. tanquam de iudicibus & executoribus, in literis huiusmodi deputatum, debita cum instañ. requisiuit, quatenus, ad eorum & in eis contentorum plenariam executionem, procedere dignaretur, iuxta per eas, a sede apostolica, directam ipsi formam. ❡ Memoratus tunc. N. Abbas, iudex & executor præfatus literas apostolicas huiusmodi, cum ea qua decuit reuerentia, recipit qui cum aliis arduis in Rom. Cu. negotiis, in præsentiarum esset legitime impeditus & (vt asseruit) in huiusmodi executionis negotio, iuxta ipsarum literarum seriẽ procedere non valebat. Et quod propterea extunc, tanquam legitime impeditus, se excusabat, seq; pro legitime excusato, ab aliis collegiis suis, haberi & teneri voluit, & intendebat, prout se excusat, & pro excusato, haberi vult & intendit, ꝓ sentium per tenorem, præfato domino. A. principali, ibidẽ (vt præmittitur) præsenti, duxit respondendum, atq; respondit hanc suam responsionem, pro vltima & legitima excusatione, ipsi D. N. principali, mihiq; notario publico infrascripto, vice & nomine aliorum dominorum, & collegarum suorũ, & omnium, quorum interest, interérit, seu interesse poterit, quomodolibet in futurum, dãdo & cõcedendo. ❡ De & super quibus omnibus & singulis, dictus dominus. A. principalis, petiit sibi a me notario publico infrascripto, vnum vel plura &c.

DE EXECVTORIALIBVS.

Executoriales vnius sententiæ, cõtra intrusum in beneficio, per Audientiam contradictarum.

Gloriosissimo & Inuictissimo Principi, & Domino Carolo diui na fauente cleme ñ. Romanorum Imperatori semper Augusto &c. ❡ Vel sic, Regi Franciæ. ❡ Illustrissimo, & Christianissimo Principi, & domino. Domino Henrico Francorũ Regi &c. ❡ Vel sic, Hispaniarum Regi. ❡ Illustrissimo & Catholico Principi &c.

¶ vel sic, cuicunque alteri Regi. ¶ Illustrissimo & Serenissimo Principi, & domino, &c. ¶ Vel sic, alicui communitati. ¶ Magnificis & potentibus vel excellentissimis viris dominis, Vexillifero iustitiæ &c. Imperij Regnorum, Ducatuum, & aliorum dominorum vestrorum, felicis prosperitatis augumentum. Necnon Reuerendissimis, ac Reuerendis in Christo patribus & dominis, dominis, Dei & Apostolicæ sedis gratia, Colonien. & Treueren. Archiepiscopis, ac Traiecten. Basilien. & Argentin. Episcopis, eorum, & cuiuslibet ipsorum, in spiritualibus & temporalibus Vicarijs seu officialibus generalibus, Curiæque causarum Cameræ Apostolicæ generali Auditori, eiusque Viceauditori, seu locumtenen. ¶ Vniuersis quoque & singulis dominis Abbatibus, prioribus, præpositis, decanis, archidiaconis, scholasticis, archipresbyteris, primiceriis, cantoribus, custodibus, thesaurariis, succentoribus, sacristis, tam cathedralium, quam collegiatarum canonicis, parochialiumque ecclesiarum rectoribus, seu locatenen. eorundem, plebanis, vice plebanis, capellanis, curatis & non curatis, ac monasteriorum ordinum quorumcunque generalibus, prouincialibus, ministris, prioribus, vicariis, guardianis, custodibus, fratribus, monachis. S. Ioannis Hierosolimitan. Beatæ Mariæ Teutonicorum, & Sancti Iacobi de Spata, magistris, commendatoribus, præceptoribus bailiuis, eorumque, necnon prædicatorum, minorum, eremitarum Sancti Augustini, & Beatæ Mariæ, Carmelitarum, ac aliorum ordinum quoruncunque, domorū & conuentuum, fratribus regularibus & conuentualibus, exemptis & non exemptis, Cæterisque presbyteris, clericis, notariis, & tabellionibus publicis, ac fructuū redd. & prouen. Cameræ apostolicæ, debitorum collectoribus & subcollectoribus, pro tempore existentibus quibuscunque, per dictorum Archiepiscoporum & Episcoporum prouincias, ciuitates, & diocel. ac alias vbilibet constitutis, & eorum cuilibet insolidum. Necnon illustribus principibus, & magnificis viris dominis Ducibus, Marchionibus, Lantgrauiis, Comitibus, Baronibus, Vicecomitibus, militibus, militaribus, nobilibus, armigeriis, domicellis, burggrauiis, senescallis, exercitium, & armorum, conductoribus, capitaneis, potestatibus, prioribus, marescallis, castellanis, proconsulibus, consulibus, scabinis, iudicibus, iustitiariis, sculteтis, aduocatis, ac curiarum quarumcunque, tam spiritualium, quam temporalium, terrarumque, ciuitatum, oppidorum, castrorum, suburbiorum, villarum, ac vniuersitatum quorumcunque maioribus, rectoribus, & præfectis. Necnon seruientibus clientibus, scribis, præconibus, & officialibus, cæterisque dñis. & personis quibuscunque, iurisdictionem spiritualem temporalem, & ordinariam, per se vel alium, seu alios, mediatate, vel immediate, vbicunque, pro tempore exercentibus vbicunque constitutis, & cuilibet eorum insolidum, ac etiam venerabilibus & circumspectis viris dominis, Decanis, & capitulo ecclesiæ. N. ac illi, vel illis, ad quem, vel ad quos canonicatus & præben. eiusdem ecclesiæ N. quos quondam. N. tubi (dum vixit) tenebat collatio, prouisio, præsentatio, electio, seu quæuis alia dispositio, ac fructuum redd. & prouen. quorumcunque ad dictos canonicatū & præben. spectan. & pertinen. datio, & solutio, communiter vel diuisum pertiner. Necnō venerabilibus & circumspectis viris dominis. N. &. N. dictæ parochialis ecclesiæ & fructuum redditūum prouentuum iurium & obuentionum eiusdem, alias deputatis sequestratoribus. Vniuersis quoque & singulis arrendatoribus, redditūariis, vindemiatoribus, colonis, agricolis, decimatoriis, pensionariis, censuariis, receptoribus, debitoribus, laboratoribus, possessoribus, & detentoribus, fructuum, redd. & prouen. iuriumque obuen. & emolumentorum huiusmodi quibuscūque, & præsertim cuidam. N. exaduerso principali, in commissionibus & sententia infrascriptis, exaduerso principaliter nominato, in dictis canonicatu & præben. intruso, cæterisque forsan intrusis & in posterum intruden. omnibusque alijs & singulis, quorum interest, intererit, aut interesse poterit quomodolibet in futurū, quibuscunque nominibus censeantur, aut quacunque præfulgeant dignitate.

¶ Alexander Iunius, vtriusque iuris doctor. S. Domini nostri Papæ capellanus, &

psius sacri palatii apostolici causarum Auditor, & executor vnicus, ad infra scripta, a sede apostolica specialiter deputatus, Salutem in domino, & nostris huiusmodi, immo verius apostolicis, firmiter obedire mandatis. ¶ Noueritis, quod nuper. S. in Christo pater, & dominus noster, dominus Pius, diuina prouidentia Papa IIII. quandam commissionis siue supplicationis cedulam, nobis, per quendam suum Cursorem, præsentari fecit, quam nos, cum ea qua decuit reuerentia, recipimus, huiusmodi sub tenore. Dignetur &c. ¶ Quæ quidem commissio, in eius fine sic reperiebatur signata ¶ De mandato domini nostri Papæ &c. ¶ Huiusmodi itaq; commission. prætextu, nos in causa, & causis huiusmodi, in & ad Rom. Cu. coram nobis legitime introductis & deuolutis, ac inter partes in eadem commissione contentas, rite proceden. seruatis seruandis, ac cognitis eiusdem causæ meritis, De dominorum Coauditorum nostrorum consilio & assensu (quibus de ipsius causæ meritis relationem plenariam fecimus & fidelem) nostram diffinitiuam, in scriptis tulimus & promulgamus, sententiam, in hunc qui sequitur modum. ¶ Christi nomine &c. ¶ Huiusmodi diffinitiua sententia, taliter erat subscripta. ¶ Ita pronunciaui &c. ¶ Quæ quidẽ diffinitiua sententia, postquam nulla prouocatione suspensa, in rem transiuisset iudicatam, præfatus dominus noster Papa, quandam aliam commissionis siue supplicationis cedulam, nobis, per vnum ex dictis Cursoribus, præsentari fecit, quã nos, cum simili qua decuit reuerentia, recepimus, tenoris subsequen. ¶ Beatissime pater &c. Commissio huiusmodi in eius fine taliter erat signata. ¶ De mandato &c. ¶ Post cuiusquidem vltimæ commissionis siue supplicationis cedulæ præsentationem & receptionem, nobis & per nos, vt præmittitur, factas. Nos ad venerabilis viri domini. N. principalis, in præ & subinsertis commission. & sententia principaliter nominati, instañ. præfatum. N. exaduerso principalem intrusum, omnesq; alios & singulos, sua communiter vel diuisum, interesse putañ. eorumq; procuratores (si qui erant in Rom. Cu. pro eisdem) ad dicendum, & excipien. quicquid verbo vel in scriptis, contra proximo præinsertam commissionem nobis vltimo præsentatam, dicere seu excipere volebant, Necnon ad videndum & audiendum, omnes & singulas expeñ. pro parte dicti domini. N. principalis, in deductione & prosecutione litis & causæ huiusmodi, quomodolibet factas, & in quibus. N. exaduerso principalis præfatus, per præinsertam sententiã, sententialiter condemnatus exiſtit, taxari & moderari, sententiamq; præinsertã, & expeñ. taxationem huiusmodi: exequi, & executioni debitæ demandari, ac literas siue processus executoriales, desuper opportuñ. in forma solita & consueta, decerni & concedi, vel dicendum & causam, si quam haberent rationabilem, quare præmissa fieri non debebant, allegandum, per audientiam publicam literarum contradictarum domini nostri Papæ citari mandauimus & fecimus, ad certum peremptorium terminum competentem, videlicet, ad diem & horam infrascriptos. ¶ Quibusdam die & hora aduenientibus, comparuit in iudicio legitime corã nobis, prouidus vir magister N in Ro. Cu. causarum, & præfati domini. N. principalis, procurator (prout de suæ procurationis mandato, in & ex actis causæ huiusmodi, legitimis nobis constat documentis) & eo nomine procuratorio. Et citatorum prædictorum in quadã citationis audientiæ Pergameni cedula a nobis emanata, de nostrisq; voluntate & mandato, in dicta audientia literarum contradictarum posita, lecta, signata, ac inibi debitæ executioni demandata, & per eum facto, realiter & in scriptis, reportata, contentorum non cõparentium, contumaciam accusauit. Ipsosq; contumaces reputari, & in eorum contumaciam, omnes & singulas expensas, pro parte dicti domini. N. principalis in hac causa, vt præmittitur, factas, & in quibus N. exaduerso principalis, per p̃insertam sententiam, sententialiter condemnatus existit, taxari & moderari, Necnon sententiam & taxationem expeñ. huiusmodi, exequi & executioni debitæ demandari. Literasq;, siue processus executoriales desuper opportuñ. iuxta &

fecundam vltimo præinfertæ commiffionis vim,formam continentlam & tenorem in forma folita & confueta,decerni & concedi per nos, debita cum inftãtia poftulauit ℂ Nos tunc Ioãnes Suauis auditor, & executor præfatus dictos citatos non comparentes, reputauimus non immerito(prout erant iuftitia fuadẽte) contumaces. Et in eorum contumaci m,attendentes poftulationem huiufmodi fore iuftam & rationi confonam quodq; parum prodeffet, fententias ferre, & expenfas taxare, nifi debitæ executioni demandentur. Ac volentes,dictam nobis vltimo factam & præfentatam commiffionem,ad effectum debitum deducere,vt tenemur. Idcirco auctoritate apoftolica,nobis commiffa,& qua fungimur in hac parte.Primitus,omnibus & fingulis expeñ.fupradictis,vt præmittitur, ꝑ parte domini.N.principalis,factis & in quibus.N.exaduerfo principalis,per nos fententialiter condemnatus exiftit,ad.LX.Ducatos auri de camera boni & iufti ponderis,prouida moderatione præuia,per nos rite taxatis & moderatis iuramento eiufdem magiftri N.procuratoris defuper legitime fubfecuto, quod eius principalis in huiufmodi caufæ fiue litis profecutione,tantum & vltra exponere habuit,fententiam præinfertam,& expeñ taxationem prædictas, exequendas & executioni debitæ demandandas,literasq;,fiue proceffus executoriales, defuper opportunũ iuxta vltimæ præinfertæ commiffionis,vim,& tenorem,in forma folita & confueta,decernendas & concedendas duximus & decernimus, prout decernimus & concedimus per prefentes,fub modificatione infrafcripta.

ℂQuæ omnia & fingula præmiffa,& hunc noftrum proceffum,ac in eis contẽta,vobis omnibus & fingulis fupradictis,quibus præfens nofter proceffus dirigitur,intimamus,infinuamus,& notificamus,ac ad veftrum,cuinslibet veftrum, notitiam deducimus & deduci volumus per præfentes. Vofq; nihilominus,& veftrum quemlibet,auctoritate prædicta tenore præfentium,requirimus & monemus,primo,fecundo,tertio,ac vobis & veftrum cuilibet,in virtute fanctæ obediẽtiæ,& fub infrafcriptis fententiarum pœnis,diftricte præcipieñ.,mandamus quatenus infra fex dierum fpatium poft præfentationem feu notificationem præfentium & requifitionem,vobis feu alteri veftrum,pro parte dicti domini N.principalis,defuper factas,immediate fequeñ. Quorum fex dierum, duos pro primo, duos pro fecundo,& reliquos duos dies,vobis vniuerfis fupradictis,pro tertio,& peremptorio termino,ac monitione canonica,affignamus,eundem dominum N. principalem,vel procuratorem fuum,eius nomine,in & ad corporalem, realem, & auctualem poffeffionem dictorum canonicatus & præbeñ.iuriumq; & pertineñ.omnium eorũdẽ ponatis & inducatis,ac poni & induci faciatis, inductũq; defendatis,amoto exinde dicto.N.exaduerfo principali,ac intrufis & intrudendis prædictis,quos nos etiam,& eorum quemlibet,in quantum poffumus,amouemus,& per præfentes denunciamus amotos,ac ipfum dominum.N. principalẽ, vel dictum procuratorem fuum pro eo, ad præbeñ. huiufmodi, in dicta ecclefia N in canonica recipiatis,& in fratrem,ftallo fibi in choro,& locũ in capitulo ipfius ecclefiæ,cum plenitudine iuris canonici,affignatis,eũq;,vt moris eft, admittatis,ac admitti faciatis,ac ei de ipforum canonicatus & præbeñ.fructibus, redditibus,prouẽñ.iuribus & obueñ. vniuerfis plenarie & integre refpondeatis, & faciatis,quantum in vobis eft vel fuerit,ab alijs refponderi. ℂ Vel fic,fi eft fuper fpolio.Corporalem,realem,& actualem poffeffionem,canonicatus & præbeñ.ꝑdictorum,in qua ante tempus,& tempore fpolii,per dictum,N.exaduerfo principalem,perpetrati erat,reponatis reftituatis,& reintegretis,ac repofitum, reftitutũ & reintegratum defendatis,necnon reponi,reftitui,& reintegrari faciatis, amotis &c.Et tu.N.exaduerfo principalis detẽtor,ac intrufi & intrudeñ.prædicti, poffeffionem canonicatus & præbeñ.prædictorum,cum omnibus iuribus & pertineñ.fuis,eidẽ domino.N.principali,vel procuratori fuo legitimo pro eo, vacuã, liberam & expeditam dimittatis & relaxetis,ac quilibet veftrum dimittat & relaxet,fine contradictione & rebellione quibufcunq; Nec vos de prædictis canoni-

cau &

catu & præben. in præiudicium eiusdem domini. N. principalis vel procurato- ris sui, aliqualiter post hac intromittatis Et nihilominus vos arrendatores deci- matores reddituarij coloni laboratores & alii prædicti de omnibus & singulis fructibus redditibus & prouentibus huiusmodi per vos seu alterum vestrum, ra- tione arrendation. & denunciationis aut alias qualitercunque occasione dictorũ canonicatus & præben. soluendis dicto domino. N. vero & indubitato canonico præbendato ecclesiæ N. vel procuratori suo legitimo pro eo & nulli alteri respõ deatis & persoluatis, ac plenariam & integram solutionem & satisfactionem im pendatis absque contradictione & rebellione quibuscunque. ¶ Monemus insu per modo & forma præmissis ac sub eisdem infrascriptis sententiarum pœnis te .N. detentorem prædictum quatenus infra. XXX. dierum spatium post præsen- tationem & requisitionem tibi vigore præsentiũ pro parte dicti domini. N. prin- cipalis desuper fact. immediate sequen. quorum. XXX. dierum. X. pro secundo & reliquos. X. dies tibi pro tertio & peremptorio termino, ac monitione canonica assignamus eidem domino. N. principali vel procuratori suo, pro eo, ad hoc suf ficiens mandatum habenti de fructibus per te ex canonicatu & præben. a tem- pore motæ litis huiusmodi. Vel sic a tempore spolij huiusmodi. ¶ Vel sic si est super beneficio generaliter reseruato a tempore intrusion. huiusmodi) citra per- ceptis alioquin eorum vero valore ac de. XL. Ducat prædictis ration. expensa rum, per dictũ dominũ. N. principalem in lite & causa huiusmodi factarum in quibus (vt in præinserta sententia deducitur) sententialiter condemnatus existis & quatuor aliis similibus Ducat. auri de Camera in & pro expeditione nostri præ- sentis processus expositis, in quibus quatuor Ducat. te etiam condemnauimus & processum nostrum huiusmodi taxauimus ad eosdem (prout condemnamus & taxamus per præsentes) condignam satisfactionem & solution. impendas, reali- ter & cum effectu, aut medio tempore, conuenias & concordes super præmissis amicabiliter cum eodem. ¶ Inhibemus præterea, modo & forma præmissis, vo bis omnibus & singulis supradictis, & generaliter quibuscunque aliis, quibuscunque status, gradus, ordinis vel conditionis existant, ne præfato domino. N. principali vel procuratori suo, quominus possessionem canonicatus & præben. cum omni- bus iuribus, & pertinen. supradictis, pacifice assequatur, sibique de illorũ fructibus redditibus, prouentibus, iuribus, & obuen. vniuersis plenarie & integre respõdea tur, ac de dictis perceptis fructibus & Floren. summis, condigna satisfactio & so- lutio impendatur, omniaque alia & singula, supra & infrascripta, suũ debitum cõ sequantur effectum, impedimentum aliquod præstetis, seu præstent, ac impedien in ipsum dominum. N. principalem vel procuratorem suum, super præmissis, in aliquo, detis vel dent auxilium, consilium vel fauorem, publice vel occulte, dire cte, vel indirecte, quouis quæsito colore vel ingenio. ¶ Alioquin si forte præ- missa omnia & singula non adimpleueritis, mãdatisque, monition. & inhibition. no stris huiusmodi, immo verius apostolicis, non parueritis seu paruerint cum effe- ctu, nos in vos, & ipsos omnes & singulos supradictos, qui culpabiles fueritis, seu fuerint in præmissis, ac in contradictores quoslibet & rebelles, ac impedien. ip- sum dominum. N. principalem, vel procuratorẽ suum, super præmissis, in aliquo ipsumque impedien, dantes auxilium, consilium vel fauorem, publice vel occulte, per se alium seu alios, exnunc prout extunc, & extunc, prout exnunc, singulariter in singulos, dictis canonicis monitionibus præmissis, excommunicationis, in di- ctæ vero ecclesiæ. N. ac aliarum quarumcunque ecclesiarum & monasteriorum, capitula, collegia, & conuentus quæcunque, in his delinquentia, suspension. a diui nis, & in ipsorum delinquentium & rebellium ecclesias, monasteria, & capellas, interdicti ecclesiastici sententias, ferimus in his scriptis, & etiam promulgamus. ¶ Vobis vero Reuerendissimis, ac Reuerendis Patribus, dominis Archiepiscopis & Episcopis præfatis, duntaxat exceptis, quibus ob reuerentiam vestram Pontifi calium dignitatum, deferimus in hac parte, si contra præmissa, vel aliquod præ-

missorum,per vos,vel submissas personas feceritis, prædicta sex dierum canonica monitione,præmissa, ingressum ecclesiarum interdicimus in his scriptis. Si vero huiusmodi interdictum,per alios sex dies,dictos sex immediate sequen. sustinueritis,vos in scriptis,eadem canonica monitione præmissa,suspendimus a diuinis. Verum si præfatas,interdicti & suspension.sententias,per alios sex dies,præfatos. XII.dies immediate sequen animis(quod absit) sustinueritis induratis, vos & quemlibet vestrum,in his scriptis, canonica monitione præmissa, exnunc, prout extunc,& extunc,prout exnunc,excommunicationis sententia innodam⁹.
¶Cœterum,cum ad executionem præmissorum vlterius facien nequeamus quo ad præsens(aliis arduis in Romana Curia præpediti negotiis) personaliter interesse. Vniuersis & singulis dominis Abbatibus,prioribus,præpositis,decanis, archidiaconis,scholasticis,cantoribus,custodibus, thesaurariis, tam cathedralium, quam collegiatarum canonicis,parochialium'q; ecclesiarum rectoribus, seu loca tenen.eorundem plebanis,viceplebanis,capellanis, curatis & non curatis,cæterisq; presbyteris,clericis,notariis,& tabellionibus publicis quibuscunq;, per prouincias,ciuitates,& dioeceses prædictas,ac alias vbilibet constitutis, & eorum cuilibet insolidum super vlteriori executione,dictæ nobis vltimo factæ,& præsentatæ commissionis, facienda, auctoritate prædicta, tenore præsentium,cõmittimus plenarie vices nostras,donec eas,ad nos duxerimus reuocandas, quos, & eorum quemlibet insolidum,eisdem auctoritate & tenore,requirimus & monemus, primo,secundo,tertio,& peremptorie,ipsis & cuilibet eorum,in virtute sanctæ obedientiæ,& sub excommunicationis pœna,(quam in eos,& eorum quemlibet, canonica monitione præmissa ferimus in his scriptis, nisi fecerint quæ mãdamus) districte præcipien. mandan. quatenus infra tres dies, post requisitionem, ipsis seu alteri ipsorum,pro parte dicti domini.N.principalis, vigore præsentium, desuper factam,immediate sequen. quos tres dies,ipsis, & eorum cuilibet,pro omni dilatione,termino'q; peremptorio,ac monition.canonica, assignamus, ita tamen, quod in his exequendis,vnus eorum alterum non expectet, nec alter pro alio se excuset,ad vos omnes & singulos supradictos, quibus præsens noster processus dirigitur, personas'q; & loca alia,de quibus,vbi,quando, & quotiens expediens fuerit,personaliter accedant,seu alter eorum accedat, huiusmodi nostros processus,ac quæcunq; in eis contenta,vobis,communiter,vel diuisim,legant,'intiment insinuent, & fideliter publicare procurent,necnon præfatum dominũ.N.vel procuratorem suum,pro eo,& eius nomine,in & ad corporalem,realem,& actualem possessionem canonicatus & præben.ecclesiæ.N.iuriumq; & pertinentiarũ prædictorum,inducant auctoritate nostra,immouerius apostolica,& defendant inductum, amoto exinde.N.ac intrusis & intrudendis prædictis, quos nos etiam, vt supra,amouemus & denunciamus amotos, ipsum'q; dominum.N. vel procuratorem suum prædictum,ad præben.huiusmodi,in dicta ecclesia.N. in canonicum recipi faciant & in fratrem,stallũ sibi in choro, & locum in capitulo ipsius ecclesiæ,cum dicti iuris plenitudine,assignatis,& alias, vt moris est, admittant, & admitti faciant,sibiq;,de ipsorum canonicatus & præben.fructibus,redditibus, prouen.iuribus & obuen. vniuersis,plenarie & integre respondeant,& ab aliis,quantum in eis fuerit,responderi,ac de prædictis perceptis fructibus, necnon Floren. summis,ratione expensarum,& alias,vt præfertur, taxatis, debitam & condignã satisfactionem impendi faciant & procurent,infra terminos superius annotatos.
¶Vel sic,si est super spolio,omnium eorundem,restituant, redintegrent, & reponant,auctoritate prædicta,& defendant restitutum, redintegratum, & repositum, &c. ¶Et si forsan(quod non credimus) .N. exaduerso principalis, ac intrusi & intrudendi,cæteriq; contradictores & rebelles prædicti, mandatis, monition. requisition. inhibition. & processibus nostris huiusmodi,'immouerius apostolicis infra dictos eis respectiue terminos,superius expressos, parere & obedire neglexerint,aut recusauerint,pœnas sententias,& censuras prædictas,in eos,vt præmis

ditur, latas, damnabiliter incurrendo, extunc, prædictis subdelegatis nostris, sub dicta excommunicationis pœna, committimus & mandamus, quatenus singulis diebus dominicis & festiuis, in suis ecclesiis monasteriis, & capellis, infra missarum & aliarum horarum diuinarum solemnia, ac alias, vbi, quando & quotiens expedierit, & pro parte dicti domini. N. principalis, desuper, requisiti fuerint, seu alter eorum fuerit requisitus, præfatum. N. ac intrusos, & intrudendos, cæterosque contradictores & rebelles prædictos, sic excommunicatos publice denuncient, & ab aliis, quantum in eis fuerit, denunciari faciant, donec & quousque aliud, a nobis vel superiori nostro, super hoc habuerint in mandatis. ¶ Si vero. N. ex aduerso principalis, ac intrusi & intrudendi, contradictoresque & rebelles prædicti, dictam excommunicationis sententiam, per. X. dies, illius denunciationem immediate sequen. pertinaciter sustinuerint. Nos extunc, quia crescen. contumacia & inobedientia, crescere debet & pœna, ne facilitas pœnæ, audaciam tribuat delinquen. processus nostros huiusmodi aggrauamus, dictis subdelegatis nostris, modo & forma præmissis, præcipientes, quatenus singulis diebus dominicis & festiuis, in suis ecclesiis, monasteriis, & capellis, infra missarum & aliarum præscriptarum horarum solemnia, dictam excommunicationis denunciationis denunciationem reiterando & innouando, eundem. N. ac intrusos & intrudendos contradictores & rebelles, sic, vt præmittitur, excommunicatos denunciatos nominatim, campanis pulsatis, candelis accensis, ac demum extinctis, & in terram proiectis, cruce erecta, & religione indura, aquam benedictam aspergendo, ad fugandum demones, qui eos detinent sic ligatos, & laqueis suis catenatos, orando quod dominus noster Iesus Christus, ipsos ad catholicam fidem, & sanctæ matris Ecclesiæ gremium, reducere dignetur, nec eos, in talibus peruersitate & duritia, dies eorum finire permittat, cum decantatione Responsorij, Reuelabunt cœli iniquitatem Iudæ &c. & psalmi, Deus laudem meam ne tacueris &c. Cum antiph. Media vita in morte sumus totaliter. Et his finitis ad ianuas ecclesiarum suarum, vna cum clericis & parochianis accedant, & ad terrorem (vt eo citius ad obedientiam redeant) tres lapides, versus domos habitation. suarum proiiciant, in signum maledictionis æternæ, quam deus dedit Choræ, Dathan, & Abyron quos terra sustinere non potuit, sed iusto dei iudicio, illos absorbuit, vt in infernum descenderent viuentes. Etiam post missam, & in vesperis, aliisque horis canonicis, & sermonibus & prædicationibus publicis, solemniter publicent & denuncient, ac ab aliis, quantum in eis fuerit, publicari & denunciari, ac ab omnibus Christifidelibus arctius euitari faciant, donec aliud a nobis, vel superiori nostro, super hoc, receperint in mandatis. ¶ Verum si præfati denunciati & aggrauati, aggrauationem huiusmodi, per alios. X. dies, illius publication. & dictos. X. dies immediate sequen. animis (quod absit) sustinuerint induratis. Nos extunc, quia peruersorum audacia præsumptiua id exigit, vt vnica pœna non contenti, fortioribus arceantur pœnis, ne fides illorum lædatur, qui suis superioribus, obedientiam semper impenderunt, processus nostros huiusmodi reaggrauamus, supradictis subdelegatis nostris, vt supra mandan. quatenus, dicta auctoritate apostolica, omnes & singulos Christifideles vtriusque sexus homines, & præser im familiares & seruitores denunciatorum & aggrauatorum huiusmodi, modo & forma præmissis, moneant & requirant, primo, secundo, tertio, & peremptorie, prout etiam nos requirimus & monemus eosdem, ipsis & eorum cuilibet, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna districtius iniungen. quatenus infra sex dies, monition. & requisition. huiusmodi ipsis factis, immediate sequen. quos dies, ipsis, & eorum cuilibet, pro omni dilatione, terminoque peremptorio, ac moniti ne canonica, assignent, prout nos eisdem assignamus, a participatione, communione, familiaritate, & seruitio ipsorum denunciator. aggrauatorum, pœnitus & omnino desistant, nec cum eis, vel eorum aliquo, seruiendo, loquendo, conuersando, cibum, potum, aquam vel ignem, aut alia necessaria mini

ſtando,aut aliquo humanitatis ſolatio(præterquam in caſibus & perſonis a iure permiſſis)participare præſumant,ſeu aliquis eorum præſumat. Et ſi contrarium fecerint,nos in eos,& eorum quemlibet,cum dictis denunciatis & aggrauatis,rebelliter partipañ.& contrafacieñ.exnunc,prout extunc,& extunc, prout ex nunc(dicta ſex dierum canonica monitione præmiſſa) excommunicationis ſententiam ferimus in his ſcriptis,& etiam promulgamus,dictis ſubdelegatis noſtris modo & forma præmiſſis,diſtricte præcipieñ.mandañ.quatenus ſingulis diebus dominicis & feſtiuis,in ſuis eccleſiis,monaſteriis,& capellis infra miſſarũ & aliarum præſcriptarum horarum,ſolemnia,ac vbi,quando,& quoties expedierit,præfatos Chriſtifideles,familiares & ſeruitores,qui cum dictis denunciatis, & aggrauatis,rebelliter participauerint,excommunicatos tandiu publice denuncient, & ab aliis,quantum in eis fuerit,publicari,denunciari,& ab omnibus Chriſtifidelibus arctius euitari faciant,donec & quouſq; abſolutionis beneficiũ,deſuper meruerint obtinere. ¶ Præterea,ſi præfati denunciati,aggrauati,& reaggrauati,reaggrauationem noſtram huiuſmodi,per alios.X.dies,illius denunciatioñ. & ſupradictos.XX. dies immediate ſequeñ.dictas noſtras ſententias, pertinaciter ſuſtinuerint,Pharaonis duritiam imitando, ad modum aſpidum ſurdarum, aures ſuas obturantium,ne vocem audiant incantantium, nos extunc, omnes & ſingulas ciuitates,terras,oppida,caſtra,villas ſuburbia,& quantumcunq;,eccleſiarum collegia,parochias,& alia quæcunq; loca,in & ſub quibus, & ad quæ denunciatos,aggrauatos,& reaggrauatos prædictos,aut eorum aliquem,morari, declinare ſeu deuenire contigerit,quandiu ibidem fuerint,ſeu aliquis eorum fuerit,eccleſiaſtico ſupponimus interdicto,ſupradictis ſubdelegatis noſtris,ſub dicta excommunicationis pœna mandañ. quatenus extunc (quamdiu idem denunciati,aggrauati,& reaggrauati,in locis prædictis fuerint,ſeu aliquis eorũ fuerit) ceſſent, & ab aliis ceſſari faciant a diuinis. Quam quidem ceſſationem , etiam per tres dies continuos,poſt ipſorum denunciatorum,aggrauatorum & reaggrauatorum, vel alterius eorundem,abinde receſſum,obſeruent & continuent,ac ab aliis , quãtum in eis fuerit,obſeruari & continuari faciant & permittant,ita & taliter, quod huiuſmodi ſtante interdicto,nulla eccleſiaſtica ſacramenta , in & ſub eiſdem locis,in quibus dicti denunciati,aggrauati & reaggrauati fuerint, ſeu aliquis eorũ fuerit,miniſtrentur,niſi pœnitentia,& baptiſmus,omnibus indifferenter,euchariſtia infirmis tantum,& matrimonium,ſine eccleſiaſtica ſolennitate, contrahatur. Inibiq; & ſub eiſdem locis deceden. eccleſiaſtica denegetur ſepultura. ¶ Demũ vero,ſi præfati denũciati,aggrauati,reaggrauati,& interdicti, interdictum huiuſmodi,per alios.X.dies,ipſius publicatioñ.& dictos.XXX. dies immediate ſequeñ.ſuſtinuerint,ac proceſſibus,mandatis,monitionibus,& inhibitionibus noſtris huiuſmodi,immo uerius apoſtolicis, non paruerint cum effectu , quod deus auertat. Nos extunc,quia mucrone non proficiente eccleſiaſtico, temporalis ſaltem gladius , non immerito ſuffragatur, auxilium brachij ſecularis duximus inuocandum,vt quos dei timor a malo non reuocat,temporalis ſaltem coerceat ſeueritas diſciplinæ. ¶ Hinc eſt,quod vos glorioſiſſimum & inuictiſſimum Principem,& dominum dominum Carolum,Romanorum Imperatorem antedictũ, dicti gladij principalem vibratorem & iuſtitiæ zelatorem. ¶ Vel ſic. Hinc eſt, quod vos Illuſtriſſimum & Chriſtianiſſimum Principem,& dominum dominum Henricum Francorum Regem antedictum,præfati gladij,in illis partibus,principalem vibratorem &c.in domino exhortemur. Voſq; dominos Duces, Comites Marchiones,Barones,proconſules,magiſtros ciuium,ſcabinos,iudices,officiales & alios ſupradictos,iuriſdictionem temporalem & ordinariam, per vos, vel aliũ, ſeu alios exerceñ. (quibus præſens noſter proceſſus dirigitur) dicta auctoritate, tenore præſentium,requirimus & monemus,primo,ſecundo,tertio,& peremptorie,vobis,& veſtrum cuilibet,in virtute ſanctæ obedientiæ,& ſub excommunicationis pœna (quam in vos,& veſtrum quemlibet,canonica monitione præmiſſa,

ferimus

feri mus in his scriptis,nisi feceritis quæ mandamus)districte præcipien.mādan. quatenus infra sex dierum spacium,post supradictos terminos successiue præex pressos,necnon notificationem & publicationem præsentium,vobis, seu alteri ve strum ,in vestris territoriis,iurisdictioñ.& districtibus,ac requisitioñ.pro parte di cti domini.N.principalis,desuper factas,immediate sequeñ. quorum sex dierū, duos pro primo,duos pro secundo,& reliquos duos dies, vobis, & vestrum cuili bet,pro tertio & peremptorio termino, ac monitione canonica, assignamus , vos omnes & singuli domini temporales antedicti (quorum omnium,super hoc,auxi lium brachu secularis inuocamus)quotiens,& quādo pro parte dicti domini.N. principalis,vigore præsentium,super hoc,fueritis requisiti in iuris subsidium,cō tra præfatos denunciatos,aggrauatos,reaggrauatos,& interdictos,dicta auctorita te apostolica,per captionem,inuasionem,incarcerationem & detentionem perso narum,corporum,rerum,& bonorum eorundem, insurgatis, & alios insurgere fa ciatis,necnō personas,corpora,res,& bona eorum, & cuiuslibet ipsorū, inuadatis incarceratis,& in firma & tuta custodia teneatis,arrestetis & occupetis , per vos, vel alium,seu alios,ac quilibet vestrum, qui super hoc requisitus fuerit , inuadat, incarceret,custodiat,detineat, arrestet & occupet , libere & licite ,super quibus omnibus & singulis,vobis, & vestrum cuilibet, licentiam,ac plenariam potesta, tem,concedimus,per præsentes,dictos denunciatos,aggrauatos,& interdictos,ita & taliter astringatis & compellatis potenter,etiam manu forti, absq; tamen gra, ui læsione corporum eorundem, vsq; ad integram satisfactionem , & paritionem omnium & singulorum præmissorum,ac donec & quousq;. N .detentor, ac intru si & intrudendi prædicti,possessionem dictorum canonicatos & præbeñ N.cum iuribus & pertineñ.suis præfato domino.N.principali, vel procuratori suo pro eo,vacuam & expeditam dimiserint,ac ipse.N.exaduerso principalis , eidem do mino.N.principali vel procuratori suo,de prædictis perceptis fructibus , ac.L. &.IIII.Floreñ.auri de Camera,ratione expeñ.litis & causæ,& alias, vt præfer tur,taxatis,realiter & cum effectu satisfecerit,necnon ipse.N. cæteriq; contradi, ctores & rebelles prædicti,ab occupatione detentione,intrusione, rebellione, con tradictione,& impedimentis,ac consilio,auxilio & fauore prædictis , pœnitus & omnino destiterint & ad sanctæ matris ecclesiæ gremium,redierint, & beneficiū absolutioñ.a supradictis sententiis,& censuris,a nobis,vel superiori nostro merue rint obtinere. ¶Quod si forte vos gloriosissime & inuictissime Imperator Ro, executor iustitiæ,præsentis nostri processus, & mandatorum nostrorum immo, uerius apostolicorū,transgressor,contradictor,vel neglector fueritis (quod tamē vestræ imperialis maiestatis, vel regalis celsitudinis, vel ducalis serenitatis per, fulgidæ,iamdudum per totum orbem diuulgatæ,obedientia, suspicari non sinit) proculdubio,iusti iudicis officium offenderitis,& præmium,alias pro executio, ne iustitiæ,vobis a domino deo paratum,nihilominus amitteretis,licet vos,huius modi nostris sententiis, ligari nolumus, ob reuerentiam vestræ imperialis maie, statis,vel regalis celsitudinis,vel ducalis serenitatis,non immerito defereñ.Intui tu tamen iustitiæ,& ob sanctæ sedis apostolicæ,& præfati Sāctissimi Domini no stri Papæ reuerentiam,eandem vestram imperialem maiestatem, vel regalē cel, situdinem,vel ducalem serenitatem, ad præfatam executionem efficaciter adim plendam,in domino exhortamur. ¶Et generaliter dicti subdelegati nostri,om nia & singula,nobis in hac parte commissa,plenarie exequantur, iuxta traditam seu directam,a sede apostolica,nobis formam, & dictæ vltimæ commissionis, no bis factæ tenorem,ita quod ipsi subdelegati nostri,vel quicunq; alii, nihil in præ, iudicium dicti domini.N.principalis , valeant attentare,neq; in processibus per nos habitis,& sententiis per nos latis,absoluendo vel suspendēdo,aliquid immu tare. In cæteris autem,quæ eidem.N.principali,nocere possent, super præmis, sis,in aliquo,seu obesse,ipsis & quibuscunq; aliis, potestatem omnimodam dene, gamus. Et si contingat nos,super præmissis,in aliquo procedere (de quo nobis

potestatem plenariam reseruamus)non intendimus propterea commissionem nostram huiusmodi in aliquo reuocare,nisi de reuocatione ipsa, in literis nostris, specialem & expressam fecerimus mentionem. Presentes quoq; literas,siue hunc nostrum processum executorialem,volumus penes dictum dominum.N. principalem,vel procuratorem suum,remanere, & non per vos, aut aliquem vestrum, contra ipsorum voluntatem detineri. Contrarium vero facien. præfatis nostris sententiis(prout per nos in scriptis latæ sunt)prædicta canonica monitione præmissa,ipso facto volumus subiacere. Mandamus tamen copiam fieri de præmissis,eam petentibus,& habere debentibus,petentium quidem sumptibus & expen̄. ¶ Absolutionem vero omnium & singulorum, qui præfatas nostras sententias, aut earum aliquam incurrerint, seu incurrerit quoquomodo, nobis vel superiori nostro tantummodo reseruamus. ¶ In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium præmissorum,præsentes literas,siue præsens publicum instrumentum huiusmodi,nostrum processum executorialem,in se continen̄. siue continens exinde fieri,& per notarium publicum, nostrumq; & huiusmodi causæ,corā nobis scribam infrascriptum,subscribi & publicari mandauimus,sigilliq; nostri, iussimus & fecimus appensione communiri. ¶ Datum & actum Romæ apud S. Petrum, in palatio apostolico,in quo iura reddi solent,nobis inibi,mane hora audientiæ causarum consueta, ad iura reddendum, & causas audiendū in loco nostro & consueto, pro tribunali seden̄.(Sub anno &c. Pont.&c. Præsentibus &c.

¶ Simili modo conficies instrumentum executorialium vnius sententiæ, per Cursorem vel parte præsente, mutatis mutandis.

Executoriales trium sententiarum contra intrusum, cum relaxatione sequestri.

Illustri Domino Cosmo de Medicis II. Duci reip. Florentinæ, ac magnificis excellentissimis & potentibus viris dominis Vexillifero iustitiæ, Confallonerio, ac Prioribus artium. Necnon populo, potestati, capitaneo & executori iustitiæ ciuitatis Floren̄. Cæterisq; potestatibus, capitaneis, executoribus, iudicibus, officialibus, commissariis, iustitiariis, & aliis iurisdictionem temporalem & ordinariam, per ciuitatem & dioc. Floren̄. & eius districtum & dominium exercen̄. Necnon Reueren̄. & Reuerendis in Christo patribus, & dominis dominis Dei,& apostolicæ sedis gratia, Archiepiscopo Florentin̄. ac Vulterran̄. Pistorien̄. & Cortonien̄. Episcopis &c. vsq; datio & solutio, communiter vel diuisim pertinet. Ac venerabilibus & circumspectis viris, dominis. N.&.N. ecclesiarum Præpositis, Sequestratoribus fructuum,redditutum,& prouentuum dictorū canonicatus & præben̄. auctoritate apostolica specialiter deputatis,vniuersis quoq; & singulis arrendatoribus &c., prx fulgeant di gnitate. ¶ Antonius Augustinus, vtriusq; iuris doctor, Sanctissimi Domini nostri Papæ capellanus,& ipsius sacri palatij apostolici causarum,& in loco Reuerend. P. D. N. Coauditoris nostri a Rom. Cu. absentis, certæ generalis,nobis desuper factæ & præsentatæ, commissionis,vigore,surrogatus Auditor, & executor vnicus, ad infrascripta,a sede apostolica,specialiter deputatus,Salutem &c. ¶ Noueritis,quod dudum felic.record.Paulus Papa III.quandam cōmissionis siue supplicationis,cedulam Bo.mem.Petro Vestrio Episcopo Aquen̄. vnius dū vixit,dicti palatij Apostolici causarum Auditoribus, Locumtenen̄. per vnum ex suis Cursoribus præsentari fecit, tenoris subsequentis. ¶ Dignetur &c.

¶ Huiusmodi siquidem commissionis prætextu,in causa & causis huiusmodi, in & ad Rom.Cu.coram dicto Petro Episcopo, & Locumtenen. legitime introductis,ac per eum,inter partes,in præ & sub insertis Commissiō. & sententiis coñ tentas, seu verius earum procuratores, rite & legitime processu. Tandem idem Petrus Episcopus,& Locumtenen̄.seruatis,in huiusmodi causa seruandis, & cog

gnitis per eum Illius meritis, suam in scriptis, tulit & promulgauit sententiam, in hunc qui sequitur modum. ¶ Christi nomine &c. ¶ Huiusmodi sententia, de manu eiusdem Petri Episcopi, & Locumtenen. taliter erat subscripta.

¶ Ita &c. A qua quidem diffinitiua sententia, pro parte dicti N. exaduerso principalis, ad præfatum Paulum Papam III. eiusq; sanctam sedem apostolicam appellato, Apostolisq; petitis, & reuerentialibus obtentis, Sequestroq; super dictis canonicatu & præben. illorumq; fructibus, redditibus & prouen. per eundem Petrum Episcopum, & Locumtenen. auctoritate apostolica prædicta, apposito & decreto. ¶ Deinde, idem Paulus Papa, causam huiusmodi appellation. committens, quandam aliam commissionis siue supplicationis cedulam, etiam bo. me mo. Ioanni Paulo Ptholomeo, vtriusq; iuris doctori, dum vixit, Capellano suo, & dicti palatij apostolici causarum Auditori, per vnum ex dictis Cursoribus, præsentari fecit, huiusmodi sub tenore.

¶ Dignetur &c. ¶ Cuius commission. vigore, per dictum Ioannem Paulum auditorem, in causa, & causis huiusmodi, coram eo legitime introductis, ac inter partes, seu verius earum procuratores prædictos, similiter rite processu. Ipse postmodum, seruatis seruan. & cognitis earundem causarum meritis, præinsertam sententiam diffinitiuam, per suam, quam desuper tulit & promulgauit, sententiã diffinitiuam confirmauit, sub hac verborum forma. ¶ Christi nomine &c. Ab ista vero diffinitiua sententia, pro parte dicti. N. exaduerso principalis, ad præfatum dominum Papam, ac sedem apostolicam præfatam, similiter appellato. Et interim, prælibat. felic. record. Paulo Papa III. (sicut altissimo placuit) ab hac luce sublato Sanctissimoq; in Christo Patre, & domino nostro Domino Iulio, diuina prouidentia Papa III. ad summi apostolatus apicem assumpto. Idem dominus Iulius Papa III. quandam commissionis siue supplicationis cedulam, nobis Antonio Augustino Auditori præfato, per vnum ex suis Cursoribus, præsentari fecit, quam nos, cum ea qua decuit reuerentia, recepimus huiusmodi tenoris.

¶ Dignetur &c. ¶ Huiusmodi commissionis prætextu, nos in causa & causis prædictis, similiter rite & legitime proceden. seruatis etiam seruandis, nostram præinsertarum sententiarum confirmatoriam, in scriptis tulimus & promulgauimus sententiam diffinitiuam, sub verbis subsequen. ¶ Christi nomine &c. Quæ quidem diffinitiua sententia, quia tertia & conformis erat, & a qua appellare non licuit postquam, in rem transiuisset iudicatam, præfatus dominus noster Papa, quandam aliam commissionis siue supplicationis cedulam, nobis, per vnum ex sæpe dictis suis Cursoribus præsentari fecit, quam nos, cum simili qua decuit reuerentia, recepimus, tenoris subsequen. ¶ Beatiss. Pater &c. ¶ Post cuius quidem vltimæ commissionis &c. Factas. Nos, ad prouidi viri magistri. N. in Ro. Cu. causarum, & venerabilis viri domini. N. principalis, in præinsertis commissionibus & sententiis, principaliter nominati, procuratoris, instan. Prouidum virum magistrum. N. in eadem curia, etiam causarũ, & præfati N. exaduerso principalis procuratorem, (prout de ipsorum hincinde procuratorũ procurationum mandatis, nobis legitimis constat documentis) ad dicendum & excipien. quicquid verbo &c. dicere, siue excipere volebat, ad vnum primo, & deinde, ad videndum & audiendum, omnes & singulas expen. &c. taxari & moderari. Sequestrumq; super dictis canonicatu & præben. & illorum possessi ñ. necnon fructibus, redditibus, & prouen. iuribus & obuen. vniuersis eorundem per præfatum Petrum Episcopum & locumtenen. in vim specialis commissionis sibi desuper factæ, vel iuxta & secundum cuiusdam constitutionis per fe. recor. Innocentium Papam octauum, R.P.D. sacri palatij apostolici causarum Auditoribus & Locatenen. eorundem, editæ & concessæ, continen. & tenorem, appositum tolli & relaxari. Ac sententias præinsertas &c. decerni & concedi, vel dicendum & causam &c. per quendam ex dictis Cursoribus, citari mandauimus & fecimus,

ad reliqua certum peremptorium terminum competeñ. videlicet ad diem & horam infrascriptos. Quibusquidem die & hora aduenieñ. Comparuit in iudicio legitime coram nobis, magister. N. procurator prædictus, nomine quo supra procuratorio,& dicti magistri.N.exaduerso principalis non comparentis, contumaciam accusauit. Ipsumq; contumacem reputari, & in eius contumaciam, in altero terminorum huiusmodi,omnes & singulas expeñ. &c. taxari & moderari Ac sequestrum superius,vt præmittitur, super possessione canonicatus,& præbeñ.de quibus agitur,eorumq; fructibus reddi.& proueñ. appositum tolli, & relaxari. Necnon sententias præinsertas &c.decerni & concedi per nos, instanter postulauit. ¶Nos tunc Antonius Augustinus Auditor præfatus, dictum magistrum.N.exaduerso principalem,non comparētem reputauimus merito(prout erat iustitia suadeñ.) contumacem. Et in eius contumaciam, attendeñ. postulationem &c. Idcirco auctoritate apostolica &c· primitus omnibus & singulis expeñ. &c. Tantum & vltra exponere habuit, Sequestrumq; prædictum tollendum & relaxandum,ac sententias præinsertas,cū expeñ. taxatione prædicta exequeñ. &c. Et sic consequenter, vsq; ad finem,vt supra in proxima forma continetur. Et nota quod vbicunq; reperies de perceptis fructibus, addas tu semper sequestratis,scribendo de perceptis & sequestratis fructibus,

Executoriales super expeñ.pro possessore absolutoria per sententiam ab impetitione.

Illustrissimo &c. Per totum, vt in prima forma, excepta clausula. ¶Vniuersis & singulis Arrendatoribus, Reddituariis &c. quæ est obmittenda, quando executoriales sunt pro possessore. ¶Quæ omnia & singula &c. assignamus eundem dominum.N. principalem, ad impetioñ. oppressioñ. molestatioñ. vexatioñ. perturbatioñ. & impedimentis, sibi, per præfatum.N.exaduerso principalem, de & super parrochiali ecclesia.N.& illius occasione quomodolibet factis, præstitis, & illatis,defendatis & tueamini, & ab aliis defendi & tueri faciatis & procuretis. Nec cum, a dicto.N.exaduerso principali, de & super parochiali ecclesia, seu eius occasione quoquomodo molestari, impeti, inquietari, perturbari, & impediri permittatis. Tu quoq;.N. exaduerso principalis, ab impetitioñ. molestatioñ. vexatioñ. perturbatioñ. & impedimentis, præmissorum occasione factis, & illatis, pœnitus & omnino desistas, neq; eundem dominum.N.principalem,de & super parochiali prædicta,& illius occasione,de cætero molestes impetas, perturbes, vexes, aut impedias,seu molestare, impetere, vexare, perturbare, seu quomodolibet impedire præsumas. ¶Monemus &c canonica monitione assignamus,eidem domino.N. principali, vel eius legitimo procuratori, ad hoc sufficieñ. mandato suffulto pro eo,de.XX.Ducat. auri de camera boni & iusti ponderis, ratione expeñ. prædictorum, per ipsum dominum.N.principalem, seu suo nomine, in huiusmodi causa fact. & per nos,vt præmittitur, taxatis. Ac etiam de quatuor similibus &c. vsq; ad finem. ¶Inhibemus &c. nequominus præfato domino .N.principali vel procuratori suo,de dictis Floreñ.summis,ratione expeñ.condigna satisfactio & solutio impendatur,omniaq; alia &c. ¶Cæterum &c.procurent, nec non præfatum dominum N. principalem, ab impetitioñ. molestatioñ. vexatioñ. perturbation. & impedimentis,sibi,per dictum.N.exaduerso principalem,de & super dicta parochiali ecclesia, & illius occasione factis, præstitis & illatis,tueantur & defendant,ac tueri & defendi, sibiq;, vel procuratori suo legitimo pro eo, de dictis Floreñ. summis debitam & condignam satisfactionem &c. vsq; ad finem, notando verba sententiæ.

Executoriales, quando appellans renunciauit appellationi, & appellatus, remisit fructus & expensas.

Gloriosissimo &c. Vsq; tibi, A qua quidem sententia, pro parte præfati N. exaduerso principalis, ad S. dominum nostrum Papam, ac eius sedem apostolicam, appellato & prouocato, apostolisq; petitis & reuerentialibus obtentis, causaq; appellationis huiusmodi R. P. D. Antonio Augustino, dicti palatij causarum Coauditori nostro commissa. Tandem constituti coram nobis dicti domini N. &: N. hincinde principales, pro seipsis (citra tamen quorumcunq; procuratorum suorum, per eos & eorum quemlibet constitutorum reuocationem) dictus. A. exaduerso principalis, in dicti domini. E. præsentia, omnibus melioribus &c. Potuit & debuit, ac in eo fuit & erat, appellationi superius, vt præmittitur, pro eo vel eius nomine interpositæ, expresse renunciauit, illamq; pro non interposita haberi voluit, ac sententiæ pro dicto domino. E. & contra eum latæ acquiescendo, eamq; tanquam iuste & sancte latam approbando & laudando. Continuo vero præfatus. C. principalis, dicto. D. A. exaduerso principali, omnes & singulas expēñ. in dicta causa fact. Fructusq; ex dicta perpetua vicaria. N. per eum percept. & in quibus sibi sententialiter condemnatus extitit, libere remisit, eumq; desuper quietauit liberauit, & absoluit, ita & taliter, quod huiusmodi sententia, per nos vt præmittitur, lata in rem transiuit iudicatam Et postquam præfata sententia diffinitiua, in rem transiisset iudicatam. Tandem præfatus dominus noster Papa, quandam aliam cō missioñ. siue supplicatioñ. cedulam, per vnum ex dictis suis Cursoribus nobis præsentari fecit, sub horum verborum tenore. ¶ Beatissime Pater &c. in fine ad longum &c. ¶ Cuiusquidem vltimæ commissioñ. vigore &c. continuando vt supra,

Executoriales in Romana Curia.

Reuerendissimo Ac Reuerendis in Christo Patribus, & dominis, dominis Guidoni Ascanio Sfortiæ mis. diuina, Sancti Eustachij, Sacrosanctæ Romañ. Ecclesiæ, Diacono Cardinali de sancta Flora vulgariter nuncupato, Sanctissimi in Christo Patris & domini nostri, domini Pii, diuina prouidentia Papæ IIII. Camerario, necnon Cameram apostolicam Regenti, ac ipsius Vicecamerario, & eiusdem domini nostri Papæ Vicario generali, almæq; vrbis Gubernatori, & curiæ causarum Cameræ apostolicæ generali Auditori, eiusq; viceauditori & locumteneñ. ¶ Vniuersis quoq; & singulis dominis, abbatibus, prioribus &c. Cæterisq; præsbyteris, clericis, notariis, scribis, tabellionibus publicis, & præfati domini nostri Papæ cursoribus quibuscunq; Necnon magnificis & nobilibus viris domino Senatori, & præfatæ almæ vrbis, ac Rom. Cu. & curiæ de Sabellis marescallis præfati domini nostri Papæ, eorumq; & cuiuslibet ipsorum, iudicibus, auditoribus, collateralibus, commissariis, locateneñ. seu vicegereñ. earundem. Necnon barisellis, capitaneis, notariis, mandatariis, & officialibus, cæterisq; dominis & personis quibuscunq; iurisdictionem spiritualem & temporalem, ac ordinariam, pro tempore, habentibus & exercentibus per almam vrbem, eiusq; districtum, ac Rom. Cu. Necnon ciuitates, terras, & loca, sacrosanctæ Rom. Eccl. & præfato sanctissimo domino nostro Papæ, mediate vel immediate, subiectas & subiecta, & præsertim &c. omnibusq; aliis & singulis quorum interest, intererit, seu interesse poterit quomodolibet in futurum, quibuscunq; &c. dignitate illiq, vel illis, ad quem, vel ad quos præsentes nostræ literæ peruenerint. ¶ Franciscus &c. Auditor &c. Salutem vt supra in aliis vsq;. ¶ Quod si forte vos Reuerendissime in Christo Pater & domine, domine Cardinalis Camerarie antedi-

ac executor iustitiæ, præsentis nostri processus & mandatorum nostrorum, im-mouerins apostolicorum, transgressor, contradictor, vel neglector fueritis (quod tamen vestræ Reuerendissimæ Paternitatis & dignitatis obedientia, suspicari nō finit) proculdubio &c. vobis ob reuereñ. vestræ dignitatis, non immerito defe-reñ. intuitu tamen iustitiæ, & ob sedis apostolicæ, & præfati S. Domini nostri Papæ reuerentiam, vestram Reuerendissimam paternitatem, ad præfatam execu-tionem ex officio Camerariatus sanctæ Romanæ Ecclesiæ, efficaciter adimplen-dam, prout ad eandem spectat & pertinet, in domino exhortamur. ¶ Et gene-raliter &c. ¶ In quorum &c.

Executoriales, in terris Romanæ Ecclesiæ immediate subiectis.

Reuerendissimo Ac Reuerendis in Christo patribus, & dominis Guidoni Ascanio Sfortiæ, miser. diuina Sancti Eu-stachij, Sacrosanctæ Romañ. Ecclesiæ Diacono Cardinali de sancta Flora vul gariter nuncupato, ac Sanctissimi Domini Nostri, Domini Julii, diuina proui-dentia Papæ III. Camerario, ac apostolicam Cameram Regenti, & Vicecame rario, eiusdemq; Domini nostri Papæ Vicario generali, atq; almæ Vrbis Guber-natori. Necnon Reuerendis etiam in Christo patribus, & dominis dominis Dei, & Apostolicæ sedis gratia. N. & N. episcopis, eorumq;, & cuiuslibet ipsorum, in spiritualibus & temporalibus Vicariis, seu Officialibus generalibus, Curiæq; cau sarum Cameræ Apostolicæ generali Auditori, eiusq; Viceauditori, seu Locum-teneñ. & fructuum Cameræ Apostolicæ collectoribus, & subcollectoribus, pro tempore existentibus. Vniuersis quoq; & singulis dominis, Abbatibus, &c. Cæ terisq; presbyteris, clericis, notariis, scribis, tabellionibus publicis, ac dicti Do-mini nostri Papæ Cursoribus, & aliis quibuscunq;, per Vrbem prædictam, nec-non terras, territoria, ciuitates, oppida, castella, & loca sanctæ Ro. Ecclesiæ, & præfato domino nostro Papæ subiectas, & subiecta ac dictorum dominorum Episcoporum Ciuitates, & dioc. & alias vbilibet constitutis, & eorum cuilibet in solidum. Necnon magnificis & nobilibus viris dominis Senatori, & Præfecto almæ Vrbis, ac Ducibus, Marchionibus, Vicecomitibus, Baronibus, militibus, nobilibus, armigeris, gentium armorum conductoribus, & rectoribus, Potestati-bus, prioribus, marescallis, capitaneis, castellanis, vniuersitatibus, communitati-bus, ciuibus, oppidanis, incolis quorumcunq; locorum, aduocatis, iudicibus, iu-stitiariis, præsidẽ ibus, scribis, præconibus, & aliis officialibus, & personis quibus cunq;, iurisdictionem spiritualem, temporalem, & ordinariam, per se, vel alios, mediate vel immediate per vrbem, ac terras, territoria, dominia, ciuitates, & dioc. dictæ Ro. Ecclesiæ subiectas, & subiecta, ac alias vbicunque pro tempore exer ceñ. constitutis, & eorum cuilibet in solidum, &c.

Executoriales per edictum.

Illustrissimo Et Christianissimo Principi, ac domino domino Henri-co, diuina fauente clementia, Francorum Regi, &c. vt primo, vsq; post insertionem commissionis executorialis. ¶ Post cuius-quidem vltimæ commissionis siue supplicationis cedulæ præsentationem & receptionem, nobis & per nos, &c. vsq; ad verbum taxatis & moderatis. Ad videndum & audiendum sententiam diffinitiuam præinsertam, ac ex-peñ. taxationem antedictas exequi, & executioni debitæ demandari, literasq; si ue processus executoriales desuper opportunas, in forma solita & consueta, per edictum publicum decerni, & concedi, vel dicendum & causam, si quam habe bant rationabilem, quare præmissa fieri non debuerant, allegandum, per au-dientiam publicam literarum contradictarum domini nostri Papæ, citati manda

uimus & fecimus, ad certum peremptorium terminum competentem, videlicet ad diem, & horam infrascriptos. Quibus aduenien. comparuit in iudicio legitime coram nobis, magister. N. procurator prædictus, nomine quo supra procuratorio, & citatorum præd ctorum, in quibusdam citationum Audientiæ, cedulis a nobis emanatis, & de nostris voluntate & mandato, in dicta audientia literarũ contradictarum, positis, sigillatis, lectis, & inibi executioni demandatis, ac per eũ coram nobis, facto & in scriptis successiue representatis, contentorum, non comparentium contumacia accusata, ipsosq; contumaces reputari, & in eorum contumaciam, productis primitus coram nobis. per eundem magistrum. N. nõnullis testibus fidedignis, ad informandum animum nostrum, de & super eo, quod dicto domino. N. eius principali, aut alicui alteri pro eo, & eius nomine ad. N. ex aduerso principaliter, pro præsentibus nostris literis, siue processibus executoria libus, in eius personam, seu præsentia, exequendis & publicandis, tutus non pateat accessus, ipsisq; testibus deinde, per nos desuper, rite receptis admissis, & in forma iuris iuratis, ac postea per nos interrogatis & examinatis, ipsorumq; testiũ dictis & depositionibus in scriptis, de mandato nostro, fideliter redactis omnes & singulas expeñ. pro parte dicti domini. N. &c. ac sententiam diffinitiuam præinsertam, & expensarum taxationem huiusmodi, exequi, & executioni debitæ demandari, literasq; siue processus executoriales desuper opportunas, iuxta & secũdum, dictæ vltimæ, nobis factæ & præsentatæ commissioñ. vim, formam & tenorem, in forma solita & consueta, per edictum publicum, decerni & concedi, per nos, debita cum instañ. postulauit. Nos tunc dictos citatos, non compareñ. reputauimus (prout erant non immerito, suadeñ. iustitia) contumaces. Et in eorum contumaciam, attendeñ. requisitionem huiusmodi esse iustam, & consonam rationi, quodq; parum prodesset, sententias ferre, & expeñ. taxare, nisi debitæ executioni demandentur, ac volentes dictam vltimam nobis factam & præsentatam commissionem, ad effectum debitum deducere, vt tenemur. Et quia per examinationem dictorum testium, & ex ipsorum dictis ac attestationibus, siue depositionibus, reperimus præfato. N. principali, aut alicui alteri, pro eo, & eius nomine, ad dictum. N. exaduerso principalem, pro præsentibus nostris literis, in eius propriam personam, exequendis, & executioni debitæ demandandis, tutum non patere accessum. Idcirco auctoritate apostolica nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, Primitus omnibus & singulis expeñ. supradictis &c. vt supra in prima, Sententiam diffinitiuam præinsertam, ac expeñ. taxationem huiusmodi, per edictum publicum exequendum, & executioni debitæ demandandum, literasq; siue processus executoriales, desuper opportunas, iuxta & secundum eiusdem vltimæ commissionis siue supplicationis cedulæ vim, formam, continentiam & tenorem, in forma solita & consueta, decernendum & concedendum duximus, & decreuimus, prout decreuimus & decernimus per præsentes, sub modificatione infrascripta. ¶ Quæ omnia & singula præmissa, & hunc nostrum processum executorialem, ac in eis contentas, vobis omnibus & singulis supradictis quibus præsens noster processus dirigitur, per hoc præsens publicum edictum, in Romana Curia, in audientia publica literarum contradictarum Domini Nostri Papæ, in qua talia legi consueuerunt, legendum, ac basilicæ principis Apostolorum de vrbe, & audientiæ causarum palatij Apostolici, necnon extra dictam Romanam Curiam & in partibus, in. N. &. N. oppidorum. N. dioc. parochialium ecclesiarum valuis seu portis, tanquam in locis magis vicinis & conuenientibus, affigeñ exequeñ. & publicañ. intimamus, insinuamus, & notificamus, ac ad vestram, & cuiuslibet vestrum, notitiam, deducimus per præsentes. Et nihilominus per huiusmodi edictum publicum, modo & forma præmissis exequeñ. vos omnes & singulos supradictos, & vestrum quemlibet, quibus præsens noster processus dirigitur tenore præsentium requirimus & monemus, primo, secundo, tertio, & peremptorie, ac vobis, & cuilibet vestrum, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub infrascri-

ptis sententiarum pœnis, districte præcipiendo mandamus, quatenus infra sex dierum spacium, post lectionem huiusmodi nostri processus executorialis, in dicta audientia, literarum contradictarum, & affixionem in valuis seu portis ante dictis, ac requisitionem, pro parte dicti domini. N. principalis, vobis seu alteri vestrum factas, immediate sequeñ. Quorum sex dierum, duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies, pro tertio & peremptorio termino, ac monitione canonica, assignamus, eundem dominum. N. principalem, vel procuratorem suũ pro eo, & eius nomine, in & ad corporalem, realem, & actualem possessionem dictorum canonicatus & præbeñ. iuriumq; & pertinentiarum omnium eorundem, ponatis & inducatis, ac poni & induci faciatis, inductumq; defendatis, amoto exinde. N. exaduerso principali, ac intrusis & intrudendis prædictis, quos nos etiam & eorum quemlibet, quantum possumus, amouemus & denunciamus, tenore præsentium, amotos, ipsumq; dominum. N. principalem, vel procuratorem suum &c. ¶ Monemus insuper, modo & forma præmissis, per simile edictum publicum, & sub eisdem infrascriptis sententiarum pœnis, te. N. exaduerso principalem & detentorem prædictum, quatenus infra. XXX. dierum spacium, post affixionem, lectionem & requisitionem prædictas, tibi vt præmittitur, pro parte dicti domini. N. principalis, factas, immediate sequeñ. quorum. XXX. dierũ &c.
¶ Inhibemus insuper, modo & forma præmisis, per simile edictum publicum, vobis omnibus & singulis &c. ¶ Cæterum &c. vsq; processus dirigitur, necnõ loca, pro executione præmissorum, per nos, vt præfertur, deputata, ac alias quascunq; personas, & loca quæcunq; de quibus, & quando expedierit, personaliter accedeñ. huiusmodi nostram sententiam, ac præsentes nostros processus, & in eis contenta, communiter vel diuisim, intiment, insinuent, legant &c vt in prima forma, vsq; post clausulam. ¶ Et generaliter & immediate post clausulam.
¶ Absolutionem vero omnium & singulorum &c. vt supra, vsq; reseruamus.
¶ Loca vero audientiæ contradictarum, ac ecclesiarum, valuarum seu portarũ prædictarum, tanquam publica & idonea, ad huiusmodi nostros processus executoriales, publicandum & exequeñ. ad instar edictorum publicorũ, quæ olim in albo prætorio scribebantur, duximus eligenda, quæ huiusmodi nostros processus, suo quasi sonoro præconio, & patulo indicio publicabunt, in quibus, eosdem processus, modo & forma præmissis, decernimus legendos, affigẽdos & exequendos ne prænominatus N. exaduerso principalis, aliiq; omnes & singuli supradicti culpabiles, necnon contradictores & rebelles, de præmissis, aliquã ignorantiam prætendere valeant, seu etiam quomodolibet allegare, cum non sit veri simile, apud ipsos, sic monitos & inhibitos, remanere incognitum, quod tam patenter, & notorie, omnibus extitit publicatum. Volumus autem, & nihilominus dicta auctoritate decernimus, quod præsentes nostri processus modo & forma præmissis, executi, lecti, affixi, & publicati, prædictos monitos & inhibitos, taliter afficiant arceant & astringant, ac si, in eorum propriis personis, lecti fuissent & publicati. ¶ In quorum &c.

Executoriales, quando de consensu partium, causa aduocatur ab Auditore Rotæ, & committitur vni Prælato extra Rotam.

Illustrissimo & Serenissimo Principi &c. ¶ Habeas respectũ ad sentẽtiã, si est pro possessore, vel contra, & secundum illius tenorem, consideres formare instrumentum. ¶ Ioachinus a Latorf. Miles sancti Petri de vrbe ac Magdeburgeñ. Halberstadeñ. & Merseburgeñ. ecclesiarũ Canonicus. Iudex & executor vnicus ad infrascripta specialiter deputatus, Salutẽ &c. ¶ Noueritis, qđ nuper

.S.in

S. in Christo Pater, & dominus noster, dominus Paulus, diuina prouidentia Papa. IIII. quandam commissionis siue supplicationis cedulam, nobis per quendam suum Cursorem, præsentari fecit, quam nos, cum ea qua decuit reuerentia, recepimus huiusmodi sub tenore. ¶ Beatissime pater &c. ¶ Huiusmodi cõmissioñ. prætextu, nos in causa & causis huiusmodi, ad ipsarum hincinde partium, in præinserta commissione nominatarum, seu verius earundem legitimorũ procuratorum, instañ. & petitionem, iuxta eiusdem cõmissionis vim, formam, continentiam, & tenorem, per nos, primitus, in statu debito, resumptis, rite & legitime proceden̄ seruatis seruañ. nostram diffinitiuam, in scriptis, tulimus & promulgauimus, sententiam, sub hoc verborum tenore. ¶ Christi nomine &c. ¶ Cuiusquidem diffinitiuæ sententiæ, per nos, vt præmittitur, in hincinde partium præsentia, & ad vtriusq; earundem instañ. latæ & promulgatæ, prouidus vir, magister. N. in Rom. Cu. causarum & dicti domini. N. exaduerso principalis procurator (prout de suæ procurationis mandato, nobis legitime, ad hoc, extitit edoctum) coram nobis personaliter constitutus, tanquam rite, iuste & sancte, latæ acquieuit, Illamq; ratificauit, approbauit & laudauit, ac ab ea appellare, seu prouocare non velle, dixit & allegauit, & quatenus ab eadem sententia ejus nomine appellatum fuerit, aut appellari contigerit, eandem appellationem tanquam non factam, reuocauit, anullauit, & pro non facta haberi, protestatus fuit expresse. Et extunc, dominus. N. principalis præfatus, ibidem præsens, & principaliter pro seipso (citra tamen procuratorum &c.) iudicialiter comparens, omnes & singulas expeñ. pro parte sua, in huiusmodi causa, legitime factas, in quib9 sibi dictus. N. exaduerso principalis, sententialiter, vt præfertur, condẽnatus existit, eidem. N. exaduerso principali, liberaliter remitteñ. duxit atq; remisit, eumq; desuper quietauit, liberauit, & absoluit. Quo facto, idem dominus. N. principalis &c. iudicialiter comparens, in dicti domini. N. exaduerso principalis consentieñ. præsentia, sententiam diffinitiuam præinsertam, exequi &c. vt in prima forma. Et omittas omnia, quæ concernunt condemnationem fructuum, & expeñ.

Aliæ executoriales, de consensu partium.

Gloriosissimo &c. ¶ Noueritis quod dudum, lite & causa, in sacro palatio apostolico, coram R. P. D. Antonio Augustino, dicti palatij causarum Auditore, inter honorabilem virum dominum. A. clericum. N. dioc. actorem ex vna, & dominum. B exaduerso principalem, reum & possessorem, de & super canonicatu & præbeñ. ecclesiæ sancti. N. Rebusq; alijs, in actis causæ & causarum huiusmodi, latius deductis, & illorum occasione, partibus ex altera, in prima instañ. indecis. pendeñ. ac per eundem dominum Antonium Auditorem, in causa, & causis huiusmodi, ad Rom. Cu. legitime introductis, & inter partes prædictas, seu verius earundem, legitimos procuratores, ad nonnullos, actus iudiciales (citra tamen causæ ipsius conclusioñ.) rite & legitime processu. Tandem. S. in Christo P. & D. N. D. Paulus diuina prouidentia Papa. IIII. causam & causas huiusmodi, de præfatarum partium, seu eorum legitimorum procuratorum, expresso consensu, nobis. N. iudici & executori præfato, prætextu commissioñ. specialis, per quendam suum Cursorem, desuper factæ & præsentatæ, ac cum ea qua decuit reuerentia, per nos receptæ, audiendas, cognoscendas, & decidendas, fineq; debito terminañ. commisit. Cuius commissionis, tenor sequitur & est talis.
¶ Beatissime pater &c. Signatura vero commissionis huiusmodi, talis erat.
¶ De mandato &c. ¶ Cuius quidem commissionis vigore, nos in causa & causis huiusmodi, eisdem partibus, seu eorum legitimis procuratoribus, in nos, tanquã iudicem eis competeñ. hincinde expresse consentientibus, rite & legitime proce

ueñ.seruatisq; seruandis,& cognitis ipsius causæ meritis,nostram in scriptis tu dimus & promulgauimus,sententiam diffinitiuam , in hunc qui sequitur modũ. ICCh ist nomine &c. ¶ Huiusmodi autem nostra sententia,manu nostra,taliter fuit subscripta. Ita pronunciaui &c. ¶Q ua sic per nos lata diffinitiua sententia,præfatus dominus. N. principalis,principaliter pro seipso (citra &c.reuocationem)omnes & singulos fructus dictorum Canonicatus & præbeñ. a tempore motæ litis, vsq; in diem consensus impositioñ. sequestri , pro parte dicti domini.B perceptis,& expeñ. in huiusmodi causa, tam coram præfato domino Antonio Auditore,quam coram nobis factas,eidem domino.B. ibidem præsenti & acceptanti,sponte & libere remisit,ipsumq;,de illis quietauit pœnitus , & absoluit. Extunc præfatus dominus.B. exaduerso principalis, præinsertæ nostræ diffinitiuæ sententiæ,sponte acquieuit,illam,omnibus melioribus modo, via , iure, causa & forma,quibus melius & efficacius,potuit & debuit,ratificauit, approbauit,& emologauit,illamq; ratam & gratam habuit, & se ab eadem, nullo vnquã tempore,prouocare seu appellare velle,dixit,ac ad sancta Dei Euangelia(tactis scripturis sacrosanctis in manibus nostris)iurauit.Consequenter nos,in causa & causis huiusmodi,ac negocio executioñ.rite & legitime procedere voleñ.ad præfati domini. A.principalis instañ.sententiam diffinitiuam præinsertã exequeñ. & executioñ. debitæ demandandum &c. vt supra.

Executoriales, super indebita molestatione,pro possessione.

Illustrissimo Et Serenissimo Principi , & domino D. Philippo , diuina fauente clementia , Castellæ , & Legionis &c. Regi , regni & dominiorum vestrorum , fœlicis prosperitatis augumentum . Necnon Reuerendissimis , & Reuerendis &c. vsq; ad clausulam. ¶Quæ omnia & singula præmissa , & hunc nostrum processum , & in eis contenta , vobis omnibus &c. assignamus eundem dominum. N. principalem , in parochialis ecclesiæ de.N.N. dioc. iuriumq; & pertineñ. omnium eiusdem, possessione pacifica & quieta , manuteneatis & defendatis. Fructus quoq; , redditus , & proueñ. iura, obueñ. & emolumenta, ad dictam parochialem ecclesiam , de .N.quomodolibet spectañ. & pertineñ. integre percipere & leuare , ac eisdem , libere vti, frui, & gaudere , nec a dicto.N. exaduerso principali,seu quouis alio, eundem dominnm.N.principalem, super præmissis, impediri, aut indebite molestari, quoquomodo permittant. ¶ Monemus &c. vsq; assignamus,eidem domino.N.principalis,vel procuratori suo pro eo, ad hoc sufficiens mandatum habenti,de prædictis.XX.Floreñ.auri de Camera, ratione expensarum litis & causæ huiusmodi,vt præmittitur,sententialiter taxatis,ac etiam quatuor aliis similibus floreñ.auri de Camera,in & pro expeditione præsentium nostrarum literarum expositis, in quibus &c. vt in alia præcedeñ. ¶Inhibemus propterea modo & forma præmissis,& sub eisdem infrascriptis sententiarum pœnis vobis. N. ac omnibus & singulis supradictis, & generaliter quibuscunq; aliis , cuiuscunq; dignitatis,status,gradus,ordinis,vel conditionis existant, ne præfato domino. N. principali,vel procuratori suo prædicto, quominus parochiali de. N. prædicta, pacifice & quiete,gaudere,ac vti,& frui,fructus,redditus,& proueñ.iura, obueñ. & emolumenta quæcunq; eiusdem parochialis ecclesiæ, libere & integre, ac plenarie,recipere & leuare , possit & valeat & sibi, de dictis fructibus perceptis, & XIIII.Floreñ. tam ratione expensarum, quam alias,vt præmittitur,taxatis,debita & condigna satisfactio,impendatur cum effectu,omniaq; alia & singula, supra & infrascripta suum debitum consequantur effectum, impedimentũ aliquod præstetis seu præstent,ac impedieñ.ipsum dominum.N.principalem , aut proc

ratorem suum, super præmissis, in aliquo &c. vt in alia prima. ℭ Cæterum &c. vt in prima, vsq; procurent. Necnon præfatum dominum. N. principalem, in dictæ suæ parochialis ecclesiæ, possessione, iuriumq; & pertinentiarum omnium eiusdem, manuteneant & defendant, nec ipsum, prædictum. N. exaduerso principalem, seu quemuis alium, impediri & indebite molestari, quoquomodo permittant, nec ipsum dominum. N. procuratorem suum, prædictos fructus, redditus & prouen. iura obuen. & emolumenta prædicta, integre percipere, & plenarie leuare, eisq; libere vti, frui, & gaudere, sibiq; de prædictis. XXIIII. floren. summis, ratione expen. ac alias, vt præfertur, taxatis, debitam & condignam satisfactionem & solutionem, impendi faciant & procurent. ℭ Et si forsan &c. vt in aliis, omittendo intrusis & intrudendis. Et postea in fine autem. ℭ Quod si forte, ac donec & quousq; dictus. N. exaduerso principalis, eidem domino. N. principali, vel procuratori suo, de prædictus. XXIIII. Floren. auri &c. vt in aliis &c.

Executoriales, quando fuit in partibus processum coram ordinario.

Illustrissimo &c. Præfulgeant dignitate. ℭ Fridericus &c. Auditor & executor vnicus ad infrascripta specialiter deputatus. Salutem in domino, & nostris huiusmodi, immo verius Apostolicis, firmiter obedire mandatis. ℭ Dudum in partibus, coram dominis. N. & N. Iudicibus inter honorabiles viros, dominos. N. & . N. ex vna, & quendam. N. de & super certis Canonicatu & præben. ecclesiæ sancti. N. N. d oc. & ipsorum occasione, partibus ex altera, auctoritate ordinaria, materia quæstionis exorta, & coram eis, primo & deinde coram venerabili viro, domino. N. iudice & commissario, a R. in Christo P. & D. D. N. Archiepiscopo. N. vigore specialis commission. sibi fact. ad hanc causam specialiter deputato, inter dictas partes, seu verius ipsarum legitimos procuratores, ad omnium terminorum substantialium (citra tamen ipsius causæ conclusionem) rite & legitime processo. Tandem præfatus. N. principalis, eosdem Canonicatum, & præben. in manibus venerabilis viri, Domini. N. Præpositi ecclesiæ sancti. N. N. dioc. ad quem præben. dictæ ecclesiæ sancti. N. ratione eiusdem suæ Præpositurae sancti. N. collatio spectat & pertinet, resignauit, qui dominus præpositus, prætextu resignationis huiusmodi, dictos Canonicatum & præben. venerabili viro, domino. N auctoritate ordinaria, contulit, & prouidit etiam de eisdem. ℭ Subsequenter vero, præfatus dominus. N. Archiepiscopus, quasdam alias commissionis literas præfato domino. N iudici & commissario præsentari fecit, huiusmodi tenorem qui sequitur continen. ℭ Iacobus &c. ℭ Cuius quidem commissionis vigore, causa huiusmodi per præfatum dominum. N. iudicem commissarium, coram eo, legitime introducta ad per eum (citra causæ conclusionem) primo & deinde per venerabilem virum dominum. N. iudicem & commissarium ad hanc causam a præfato domino. N. Archiepiscopo, vigore specialis commissionis deputatum, aliquali vlteriori vsq; ad causæ, conclusionem inclusiue, inter partes, in præinserta commissione contentas, continuato processu. Tandem causa huiusmodi, per præfatos dominos. N. & . N. Præpositum. Iudices, & commissarios (certis de causis animos eorum ad hoc mouentibus) ad præfatum dominum. N. Archiepiscopum & eius Camerarium successiue remissa, idem dominum. N. Archiepiscopus, quasdam alias commissio. literas, eius vero sigillo sigillatas, venerabili viro domino N. præsentari fecit, huiusmodi sub tenore. ℭ Iacobus &c. ℭ Huiusmodi siquidem commission. prætextu, idem dominus, iudex in causa & causis huiusmodi, rite & legitime procedens, ac seruatis seruandis, & cognitis huiusmodi causæ meritis, suam, in scriptis, tulit & promulgauit, sententiam diffini

tiuam, in hunc qui sequitur modum. ¶ Christi nomine inuocato &c. A q̃ quid ẽ diffinitiua sententia, pro parte dicti domini. N. principalis in scriptis, ad sanctissimum dominum nostrum Papam, eiusq; sanctam sedem apostolicam, prouocato & appellato, apostolisq; petitis, & obtentis, sanctissimus in Christo Pater, & dominus noster Dominus Paulus, diuina prouidentia Papa. IIII causam appellationis huiusmodi cõmitteñ quandam cõmissionis siue supplicationis cedulã, bo. me. N. iudici & cõmissario, per quẽdam suum Cursorem, præsentari fecit, sub hac verbo℞ forma. ¶ Dignetur &c. ¶ In fine &c. ¶ De mandato &c. vt in aliis.

Executoriales, quando primo fuit decretum monitorium pœnale in euentum citatorium.

Illustrissimo &c. ¶ Cuiusquidem commissionis vigore, productis, primitus, pro illius, & in ea contentorum verificationẽ. nonnullis iuribus & munimentis, ac testibus fidedignis, ipsisq; receptis, & in forma iuris iuratis, ac examinatis, monitorio in euentum citatorio, sub pœnis sententiis & censuris ecclesiasticis, per nos extra Rom. Cu. & ad partes, in forma consueta, decreto & concesso. Eodemq; monitorio, & illius executione, in partibus, legitime facta, coram nobis iudicialiter, in debito termino reproductis. Nos in causa & causis eisdem, inter partes, in præinserta commissione contentas, rite procedentes, seruatis seruandis, in scriptis tulimus & promulgauimus sententiam, in hunc qui sequitur modum. ¶ Christi nomine inuocato &c.

Executoriales, quando appellatio interposita est deserta.

Illustrissimo &c. ¶ Post cuiusquidem commissionis &c. Ad dicendum &c. dicere siue excipere volebat, per quendam domini nostri Papæ Cursorem, &c. fecimus ad certum peremptorium terminum competentem, in quo per eundem Magistrum. N. procuratorem, quo supra nomine procuratorio, coram nobis iudicialiter comparentem, dicti Magistri. N. exaduerso procuratoris non comparentis, contumacia accusata, ipsumq; contumacem reputari petito, & ipso, per nos pro tali, qualis erat, reputato. Et successiue, coram nobis, per præfatum Magistrum. N. procuratorem, quatuor terminis, ad docendum de appellatione huiusmodi, & illius prosecutione, primo, secundo, tertio, quarto, & ex superabundanti, omnibusq; & singulis aliis terminis, in causis desertationis & desertationũ, appellatiuis & appellationum, de stylo, vsu, & obseruantia Romanæ Curiæ, ac sacri palatij causarum apostolici, seruari solitis, in causa & negotio huiusmodi, cum competentibus dierum interuallis, successiue seruatis & tentis. Et quia nobis, de dicta re iudicata, legitime constitit. Et præfatus. N. exaduerso principalis, seu quicunq; alius pro eo, de diligentia, per eum, in prosecutione dictæ suæ appellationis, saltem infra. X. dies, ad dictam appellationem prosequendam, præfixos, facta, si quæ facta fuerit. ¶ Vel sic, infra fatalia, a iure statuta, in neutro dictorum terminorum termino, minime docuit, neq; docere curauit. Nos vlterius in negotio executionis huiusmodi, rite & legitime procedere voleñ. ad eiusdem magistri. N. procuratoris, instantiam, præfatum Magistrum. N. exaduerso procuratorem, ad videndum & audiendum omnes & singulas expeñ. &c.

Executoriales in causa matrimoniali.

Illustrissimo &c. ¶ Quæ omnia & singula præmissa, & huiusmodi nostros processus, & in eis contenta, vobis omnibus & singulis supradictis (quibus præsentes nostræ literæ, diriguntur) per edictum

per edictum huiusmodi intimamus, insinuamus, & notificamus &c. per præsentes. Et nihilominus, per idem edictum, te.N.exaduerso principalem, ac complices in hac parte & rebelles, requirimus & monemus &c. infra.XXX.dierum spatium &c. assignamus. Tu.N. in facie sanctæ matris ecclesiæ, matrimonium cum præfata.N.primo loco contractum, solemnizes & ab ipsa.N. superinducta eiusq; consortio, & cohabitatione declines atq; cum dicta.N.tua legitima vxore, cohabites, & ipsam coniugali affectu pertractes. Et tu N. ipsum.N. principalem, ad solemnizationem matrimonii, vt præfertur, faciendam, libere admittas & relaxes. Necnon tu.N.ac complices ab omnibus & singulis oppositionibus, molestation. vexation. denegation. & impedimentis, ipsius.N. per vos, respectiue factis & illatis, ac inferendis, pœnitus & omnino desistatis. Et insuper, tu.N.præfatæ.N.XX. Floren. auri de camera, ratione expen. &c. Cæterum &c. procurent. Necnon præfatum.N.ad solemnizan. vt præmittitur, in facie ecclesiæ huiusmodi, matrimonium, cum dicta.N.eiusq; consortio & cohabitatione declinandum, & cum prædicta.N.eius legitima vxore, cohabitan. ipsamq; coniugali affectu tractan. ac præfatam.N.libere dimitten. & relaxan. ac singula singulis referen. solemniter, decliner, cohabitet, pertractet, dimittat & relaxet. Ac vt prædictus.N & complices, ab oppositionibus, denegationibus, recusationibus, verationibus, & impedimentis, per eum, dicto domino.N. super huiusmodi fœdere matrimonii, respectiue factis & illatis, fiendisq; & inferendis, pœnitus & omnino desistant, auctoritate apostolica, cogant, compellant, & constringant. Necnon ipsi.N.de huiusmodi Floren. summis &c.

DE EXECVTORIALIBVS.

Executio citation. & inhibition. in partibus facta personaliter.

In nomine Domini amen. ¶ Vniuersis & singulis, præsens publicum instrumentum inspecturis, pateat euidenter & sit notum, quod anno a Natiuitate Domini &c. In mea notarii publici, testiumq; infrascriptorum, ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum præsentia, personaliter constitutus, venerabilis vir, dominus N.principalis, in retroscriptis literis executorialibus, principaliter nominatus, & me notarium publicum infrascriptum, vt ad executionem retroscriptarum literarum citatoriarum & inhibitoriarum, procederem, instanter requisiuit, quas ego notarius infrascriptus tanquam obedientiæ filius, ad me recipiens, Eidem.N. exaduerso principali, in retroscriptis literis citatoriis exaduerso principaliter nominato, præsenti, insinuaui, publicaui, notificaui, & ad eius notitiam, quantum melius potui & debui, deduxi & earundem vigore, eundem.N. in personam citari, quatenus post huius citation. executionem, infra terminum, in eadem citatione præfixum, per se, vel procuratorem suum, ad hoc legitime constitutum, & ad hoc sufficiens mandatum habentem, cum omnibus iuribus & documentis suis huiusmodi, causam tangen. in iudicio, coram R.P.D.Fabio Auditore, vel eius loco, surrogando, modo & forma in eisdem literis expressis, compareat, sibiq; inhibui, & alias, dictas retroscriptas literas, debite executus fuit, nihil, de contentis in eisdem, obmittendo, in signum veræ & realis execution. copiam earundem literarum, ipsi domino.N. principali, tradidi & dimisi. ¶ Super quibus omnibus & singulis, dictus N. principalis &c. ¶ Acta fuerunt hæc, in oppido.N.N.dioc.sub Anno, indictione, die mense & Pontificatu, quibus supra. Præsentibus ibidem honorabilibus viris, dominis N.&.N.&c.

Alia similis executio citation. & inhibition. in partibus, in personam aduersarii fact. ad instan. procuratoris.

In nomine Domini &c. Anno &c. M. D. LVII. Indictione. XV. die vero prima mensis Aprilis, Pontificatus S. &c. Pauli Papæ IIII. Anno Quarto. In mea notarii publici, testiumque infrascriptorum, ad hoc &c. præsentia, personaliter constitus, prouidus vir dominus. N. procurator, & nomine procuratorio venerabilis viri, domini .N. principalis, in retroscriptis literis citatoriis & inhibitoriis, principaliter nominati, habens & tenens suis in manibus, citatorias & inhibitorias literas retroscriptas, me notarium infrascriptum, sub pœnis & censuris, atque sententiis, in eisdem literis nominatis & contentis, publice requisiuit, quatenus easdem citatorias & inhibitorias literas, executioni debitæ, demandare curarem, iuxta ipsarum continentiam & tenorem. Ego vero. N. notarius publicus infrascriptus, volens mandatis huiusmodi, prout teneor, tanquam obedientiæ filius, parere, huiusmodi literas, ad me recipiens, ipsas domino. N. in dicto loco vt præmittitur, cõstituto, & personaliter reperto, de verbo ad verbum, publice legi, & ad faciem intimaui, ipsumque citaui, terminum ad comparen. in Rom. Cu. præfixi, & ei inhibui, iuxta earundē literarum continentiam & tenorem. Qui quidem dominus. N. se pro citato, & huiusmodi literas, pro sibi lectis, intimatis, & insinuatis, habuit, & velle habere dixit. Copiam earundem, sibi per me traditam, ad se recepit. ¶ Super quibus omnibus & singulis &c. ¶ Acta fuerunt hæc in villa parochialis ecclesiæ .N. in domo &c. Sub Anno, Indictione, Die, & mense, quibus supra. Præsentibus &c.

Executio citationis cum inhibition. in partibus in valuis, propter absentiã aduersarii factæ.

In nomine Domini amen &c. ¶ Ego. N. publicus, sacra imperiali auctoritate notari⁹. Pro parte honorabilis viri domini. N. Rectoris parochialis ecclesiæ villæ. B. N. dioc. legitime requisitus in præsentia testium infrascriptorum, ad hoc specialiter vocatorũ & rogatorũ, tãquam obedientiæ filius, retroscriptas citationis & inhibition. literas, ad me reuerenter, vt decuit, recepi, & facta prius, per me sufficienti & debita diligentia, de reperiendo personam N. exaduerso principalis. Sed quia, pro tunc aut latitabat, aut absens esset a loco, eum personaliter apprehendere non potui, ea propter huiusmodi citatorias literas, in domo solitæ habitationis præfati .N. exaduerso principalis, personis pro tunc in ea cõmoran. & successiue, in valuis seu portis prælibatæ ecclesiæ. N. insinuaui, publicaui, & affixi, copiasque earũdem literarum, per collationatas, & cum originali concordantes, tam in dicta domo, quã in dictæ eccl. valuis respectiue dimisi, & affixi, ac affixas reliqui, tradidi, & dimisi, in signum veræ & realis executionis. Præsentibus ibidem discretis viris &c. Consequenter vero, eadem die, hora nona, & infra missarũ solẽnia, ego notarius p̃scriptus, sæpedictas citatorias literas & inhibitorias, in valuis ecclesiæ Cathedralis prædictæ (vbi huiusmodi literæ affigi solent) vna cum copia earũ dẽ literarũ, per me collationatas, & cũ originali concordañ. affixi, insinuaui, & publicaui, & tandẽ post certas horas, ipsum originale amoui, copiãque literarũque prædictarũ, sic, vt præmittitur, dictis valuis affixã, in signũ veræ executionis, dimisi. Acta fuerunt, hæc vbi supra. Anno, Die, Mense, & Pontificatu, quibus supra. Præsentibus ibidem, venerabilibus, & egregiis viris, dominis. N. &. N. clericis. A. &. B. dioc. testibus fidedignis, ad p̃missa vocatis specialiter, atque rogatis.

Executio literarum executorialium per edi- ctum extra Romanam Curiam.

In nomine Domini amē. Anno a Natiuitate eiusdē.M.D.LVII. Indictiō.XV. Die vero septima Mensis Aprilis, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & domini nostri, domini Pauli diuina prouidentia Papæ IIII. Anno IIII. Ego.N.clericus.N.dioce. sis, notarius infrascriptus, pro parte venerabilis viri domini.N.principalis, in retroscriptis literis executorialibus, principaliter nominati, pro earundem retroscriptarum literarum executorialium executiō. facienda, in vim clausulæ generalis Cæterum &c. inibi contentæ, instanter requisitus, parochialem ecclesiam .N.oppidi.N.N.dioc. pro loco executiō. in eisdem literis retroscriptis deputatam, vna cum testibus infrascriptis, accessi, ibiq; retroscriptas literas executoriales, in Christifidelium vtriusq; sexus hominum, pro diuinis inibi audiendi congregatorum, præsentia, alta & intelligibili voce, legi, exposui, interpretatus fui, vulgarizaui, in omnibus & per omnia, prout in eisdem literis continetur & mandatur. Et deinde, mox easdem literas, vna cum illarum copia, debite collationata, valuis eiusdem ecclesiæ affixi, & affixas per aliquod temporis spatium, stare permisi, & postea amoui, dimissa ibidem, dicta copia, eisdem valuis affixa. Præsentibus ibidem honorabilibus, viris, dominis.N. & N. clericis.N. N. dioc. testibus &c. ¶ Insuper vero, Anno, Indictione, Mense, & Pontificatu, quibus supra. Die vero.N.mane, infra diuina, & missarum solemnia. Ego idem notarius infrascriptus, accessi parochialem ecclesiam.N.oppidi.N.dictæ dioc. & dictas literas executoriales, in præsentia multorum vtriusq; sexus hominum, ad diuina inibi audien. vt supra congregatorum, alta & intelligibili voce, perlegi, exposui, & interpretatus fui, & incontinenti, eisdem literas, valuis dictæ ecclesiæ parochialis, affixi, & affixas per quoddam temporis spatium, stare permisi, ac deinde amoui, & ad me recepi, copiamq; earundem literarum, debite collationatam, dictis valuis affixi, & ibidem affixam dimisi, aliasq; & alia feci, prout in eisdem literis continetur, & mandatur, ita, quod.N. exaduerso principalis, in eisdem exaduerso principaliter descriptus, ignorantiam aliquam, de huiusmodi executione, nullatenus prætendere valeat, seu quomodolibet allegare. Acta fuerunt hæc successiue, in locis præscriptis, sub Anno, Indictione, Die, Mense, & Pontificatu, quibus supra. Præsentibus ibidem &c.

Executio excommunicationis in partibus per Rectorem.

Ego Philippus.N.Rector parochialis ecclesiæ.N. pro parte honorabilium virorum, dominorum.N.&.N. Canonicorum, & B. clerici.N. dioc. principalium, in retroscriptis literis principaliter nominatorum, sub pœna retroscripta, requisitus, denunciaui excommunicatum, declaratum, per Auditorem Cameræ, retroscriptum Paulum.N.clericum.N.dioces.in ecclesia Beatæ Mariæ.N. in præsentia populi, candelis accensis, prout retro mandatur. Ac etiam ipsum dominum.N.aduersarium retroscriptum, vt præfertur, excommunicatum, declaratum, a Christifidelibus euitari mandaui, & executionem ipsarum literarum retroscriptarum feci, prout in eis mandatur. ¶ In cuius rei testimonium, me hic manu propria subscripsi, sub Anno, M.D. LVII. Indictione.XV.Die vero octaua Mensis Aprilis. Pontificatus Sanctissimi &c. Pauli &c. Papæ IIII. Anno Quarto.

Executio executorialium in persona.

In nomine Domini amen &c. In mea notarii &c. Constitutus honorabilis vir. D. N. & honorabilis viri, domini. N. principalis, in retroscriptis executorialibus, principaliter nominati, procurator, habens & tenens in suis manibus, retroscriptas literas executoriales, quas mihi notario publico infrascripto, ad manus meas tradidit, ac me illarum vigore, debita cum instañ. requisiuit, quatenus easdem literas, omniaq; & singula in eis contenta, honorabili viro, domino. N. exaduerso principali, omnibusq; aliis & singulis, in retroscriptis literis contentis, ac sua interesse putañ. intimarem, insinuarem, & notificarem, eundem. N. exaduerso principalem, vt ab occupatione & detentione parochialis ecclesiæ. N. C. dioc. desisteret, ac possessionem pacificam præfato domino. N. principali, libere, & absq; vlla contradictione, traderet & assignaret, necnon fructus & expeñ. in quibus vigore dictarum & retroscriptarum literarum executorialium, extitit cōdemnatus, solueret realiter, & cum effectu, sub sententiis, censuris & pœnis, in dictis literis executorialibus contentis, monerem, & requirerem. Ego tunc. N. notarius infrascriptus, vt obediētiæ filius, volens apostolicis in hac parte obedire mādatis, præsentes literas, quas in meis tenebam manibus, præfato domino. N. exaduerso principali personaliter reperto, in eius propriam personam intimaui, insinuaui, & notificaui, ac illius notitiam deduxi, interpretatus fui, & exposui, eumq; vt ab occupatioñ. & detentioñ. prædictæ ecclesiæ desisteret, ac præfato domino. N. principali, pacificam & quietam possessionem eiusdem ecclesiæ, absq; vlla contradictione, traderet & assignaret, ac aliis omnibus, & singulis in eisdem literis executorialibus contentis realiter & cum effectu pareret, ac obediret sub pœnis & censuris, inibi contentis, monui & requisiui. Quas quidem literas, omniaq; & singula in eis contenta, præfatus. N. exaduerso principalis, se pro lectis & intimatis, habere dixit atq; voluit. Et in signum realis & veræ executioñ. earundem literarum, copiam cum originali debite auscultatam, sibi ad manus tradidi & ei reliqui. ¶ De & super quibus &c. Actum &c. Præsentibus &c.

Executio executorialium per edictum extra Romanam Curiam.

In nomine Domini amen. Per hoc præsens publicū instrumētū, cunctis pateat euidenter & sit notum, quod anno a Natiuitate domini. M. D. LVII. Indictione. XV. Die vero nona mensis Aprilis. Pontificatus S. &c. Pauli &c. Papæ IIII Anno Quarto. Ego notarius infrascriptus, ad retroscriptas literas executoriales exequendum, pro parte honorabilis viri domini. N. &c. in eisdem retroscriptis literis & processib⁹ executorialibus, principaliter nominati, iuxta ipsarum literarum executorialium retroscriptarum, tenorem, requisitus, ipsis literis per me visis, & vt decuit, reuerenter receptis, ad ecclesiam parochialem. N. C. dioc. accessi, ibiq; retroscriptas literas executoriales, in Christifidelium multorum præsentia vtriusq; sexus hominum, ad audiendum diuina ibidem congregatorum, alta & intelligibili voce, legi, & coram laicis vulgarizaui, ac dictas literas executoriales, vna cum copia earundem literarum executorialium retroscriptarū, debite collationata, infra missarum solemnia, in copiosa populi multitudine, ad valuas dictæ parochialis ecclesiæ affixi, ipsasq; cuidam domino. P. aduersario, in dictis retroscriptis literis, exaduerso principaliter nominato per publicum edictum insinuaui, publicaui, & iuxta retroscriptarum literarum executorialium vim, formam & tenorem, terminū, ei præfixi & assignaui, ac alia feci, & fieri mandaui prout in retroscriptis literis latius continetur, & fieri mandatur. Et tandem post competens interuallum temporis

poris huiusmodi, literas originales retroscriptas amoui, & ad me recepi, ac in signum realis executioñ. præfatam copiam debite collationatam, dictæ ecclesiæ parochialis valuis, affixam, stare permisi, taliterq; feci, quod dicti moniti, ignorantiam, de huiusmodi executione prætendere nequaquam valeant.

¶ Insuper vero, die Lunæ duodecima mẽsis supradicti, hora primarum, vel quasi in oppido. B.C. dioc. ecclesiam parochialem, pro executione similiter deputatam, accessi, & ibidem, infra diuina, & missarum solemnia, in præsentia multorum Christifidelium, dictas retroscriptas literas executoriales etiam vt præmittitur, per me lectas & vulgarizatas valuas dictæ parochialis ecclesiæ, etiam affixi, & ibidem publicaui. Ac præfato domino. P. exaduerso principali, iuxta retroscriptarum literarum vim formam & tenorem, terminum, ad faciendum ea, quæ in eisdem literis executorialibus fieri mandantur, præfixi, ibidemq; dictas retroscriptas literas, per competens spatium temporis, stareq; permisi, deinde amoui, & ad me recepi copiam tamen earundem debite collationatam inibi affixi, & ibidem affixam, in signum realis executionis, stare permisi, & alia feci, prout in dictis retroscriptis literis, latius continetur & fieri mandatur. Acta sunt hæc Romæ, &c. Præsentibus &c.

Executio citationis, vel literarum executorialium, per edictum, in audientia contradictarum.

In nomine Domini amen &c. Per hoc præsens publicum instrumentũ, cunctis, pateat euidẽter & sit notum, quod Anno a Natiuitate Domini, M. D. LVII. Indictioñ. XV. Die vero Mercurij. XIIII. mensis Aprilis, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & domini nostri, domini Pauli, diuina prouidentia Papæ IIII. Anno Quarto. In mea notarij publici, testiumq; infrascriptorum, ad hoc specialiter vocatorum, & rogatorum præsentia personaliter constitutus, venerabilis & egregius vir, dominus Sebastianus Grolleti, literarum apostolicarum Scriptor, & in audiẽtia publica literarum contradictarum præfati domini nostri Papæ Lector, Romæ in domo, habitationis Reuerendi Domini Vincentij Carosij Referendarij vtriusq; signat. turæ ac Auditoris Contradictarum pro huiusmodi audientia specialiter deputata, in eadem audientia mane, hora ipsius consueta literas retroscriptas, per edictum publicum exequendum, pro parte venerabilis viri, domini. N. principalis, in eisdem literis principaliter nominati, publice, alta & intelligibili voce, ac de verbo ad verbum, per organum sui substituti, ad hoc legitime deputati, perlegit, publicauit, & insinuauit, ac ad veram & indubitatam notitiam omnium & singulorum, quorum interest, intererit, aut interesse poterit quomodolibet in futurum, & præsertim cuiusdam. N. exaduerso principalis, in eisdem literis exaduerso nominat (quãtũ in eo fuit & potuit) deduxit. Præsentibus ibidẽ &c.

¶ Consequenter vero, Ego notarius infrascriptus, pro vlteriori dictarum literarum executione, requisitus, easdem literas, eadem die, in Basilicæ Principis Apostolorum de vrbe, ac audientiæ publicæ causarum palatij apostolici, valuis seu portis, affixi, illasq; affixas, per aliquod temporis spatium, stare permisi, deinde amoui, & alia feci, & dixi, prout in illis plenius continetur, & mandatur, easdẽ literas, in omnibus & per omnia, iuxta ipsarum vim, formam & tenorem, debitæ executioni demandando. Præsentibus ibidem &c.

Et ego Ioannes Minsche, alias hominis clericus Mindeñ. publicus, apostolica & imperiali auctoritatibus, ac dictæ Audientiæ contradictarum Notarius. Quia &c.

Clausulæ executionum ponendæ in citation. imme diate post verbum accessus.

EXECVTIO IN PROFANIS.

Præfatum .N.exaduerso principalem, omnesq; alios & singulos supradictos, in eorum propriis personis (si ipsorum præsentias commode habere poteritis) Alioquin, in hospitiis habitationum suarum (si ad ea vobis tutus pateat accessus). Et in parochiali, seu parochialibus, sub qua, vel quibus degunt & morantur. Sinautem, in cathedrali.N. ac dictis parochiali, seu parochialibus aliisue &c.

Executio super Canonicatu & præbeñ. vel Vicaria perpetua, aut alia beneficia ecclesiæ Cathedralis.

Et in Cathedrali.N. in qua Canonicatus & præbeñ. de quibus agitur, situati existunt. Sinautem, in eadem Cathedrali, necnon parochiali, seu parochialibus, sub qua, vel quibus &c. aliisue &c.

Executio super Canonicatu & præbeñ. ecclesiæ collegiatæ in Ciuitate, in qua est ecclesia Metropolitañ. vel Cathedralis.

Et in Ecclesia Beatæ Mariæ ad gradus Maguntiñ. in qua dicti Canonicatus, & præbeñ. situati existunt. Sinautem, in Metropolitañ. Maguntineñ. ac dicta ecclesia Beatæ Mariæ ad gradus Maguntineñ. aliisue ecclesiis &c. ¶Simili modo facies, si ecclesia Collegiata est in Ciuitate ubi est ecclesia Cathedralis, tunc loco Metropolitañ. pones Cathedralis, & econtra &c.

Executio super parochiali contra intrusum.

Accessus Et in parochiali Sancti.N.N. dioc. Sinautem, in Cathedrali .N. ac dicta parochiali.N. parochialiq; seu parochialibus, sub qua, vel quibus &c. aliisue &c.

Executio contra canonicos & capitulum,

Præfatos Dominos.N.&.N. Canonicos, exaduerso principales, omnesq; alios & singulos, sua vt præmittitur, interesse putañ. & in executioñ. citationis huiusmodi, nominandos, in eorum propriis personis (si ipsorum præsentias commode habere poteritis). Alioquin, in hospitiis habitationum suarum. Capitulum vero dictæ ecclesiæ.N. in loco capitulari, vbi canonici eiusdem ecclesiæ, pro ecclesiæ negotiis tractandis, & Capitulo celebrando, ad sonum campanæ, vel alias soliti sunt congregari, si ad hoc induci voluerint, & ad ea tutus vobis pateat accessus. Ac in parochialibus, sub qua vel quibus degunt, & morantur. Sinautem, in Cathedrali.N. Necnon dictis parochiali, seu parochialibus, sub qua, vel quibus, degunt & morantur. Sinautem, in Cathedrali.N. necnon dictis parochiali seu parochialibus &c, aliisue ecclesiis & locis publicis &c.

Alia executio, contra Decanum, Canonicos, & Capitulum coniunctim.

Præfatos Decanum, Canonicos, & Capitulum, exaduerso principales in loco capitulariter, ad sonum campanæ, vel alias, vt moris est, congregatis, si ad id induci voluerit. Sinautem, a Cathedrali.N ac parochiali, seu parochialibus, &c.

Executio super duobus beneficiis in diuersis dio ces. sitis.

Accessus Et in cathedrali.N.in qua perpetua Vicaria Sancti Collegiata. N N dioc. in qua Canonicatus & præben. (de quibus in præinserta commissione fit mentio) respectiue situati existunt. Sinautem, in dictis .N.&.N. Cathedralibus ecclesijs, ac præfata collegiata.N.parochialiq; seu parochialibus, sub qua &c. aliisue &c.

Executio contra Episcopum & quosdam alios.

Præfatos R. P. D. N. Episcopum,ac.N.exaduerso principales, in eorum propriis personis &c. poteritis, Alioquin dictum.R. P. D. Episcopum, in palatio suo Episcopali, & alios prædictos, in hospitiis &c. accessus, ac in parochiali, seu parochialibus &c. morantur. Sinautem, tam Episcopum, quam alios prænominatos, in cathedrali.N. Necnon dictis parochiali, seu parochialibus &c.

Executio contra Archiepiscopum, & alios sub Episcopo habitantes.

Alioquin Ipsum dominum Archiepiscopum, in Archiepiscopali eius palatio. N.vero &. N.in hospitiis habitationum suarum &c. accessus, ac alios supradictos in parochiali,seu parochialibus &c. morantur. Sinautem, ipsum Archiepiscopum in Metropolitañ.N. Alios vero omnes prænominatos,in Cathedrali.N.necnon parochiali,seu parochialibus &c.aliisue &c.

Executio contra Abbatem & Canonicum.

Præfatum .N. Abbatem Monasterij.N.in eius propria persona &c. poteritis. Alioquin,in domo sua Abbatiali. Conuentum vero eiusdem Monasterij in loco Conuentuali,vbi pro Conuentu celebrando,ad sonum campanæ, vel alias soliti sunt congregari, si ad hoc induci voluerint, ac ad illam, vel illum, tutus pateat accessus. Sinautem, in Cathedrali.N. Necnon parochiali, seu parochialibus &c.

Executio cõtra Abbatẽ, Monachos, & Conuẽtum.

Præfatos Dominum Abbatem, ac.N.&. N. Monachos omnesq; alios & singulos supradictos,in eorum propriis personis &c. poteritis. Alioquin, ipsos.N. Abbatem, in domo sua Abbatiali, ac.N. &.N. Monachos Monasterij.N.& alios prædictos,in hospitijs habitationum suarum. Conuentũ vero dicti Monasterij,in loco Cõuentuali &c. induci voluerint,& ad eam,vel illum,vobis tutus pateat accessus. Sinautem tam dictum Abbatem,quam Conuẽtum,omnesq; alios &c. in Cathedrali. N.Parochialiq;, seu parochialibus &c.

DE EMANCIPATIONE.

Emancipatio filii a patre.

In nomine Domini amen. Anno a Natiuitate Domini M. D. LVII Indictioñ.XV. Die vero.XV. Mensis Aprilis.Pontificatus Sanctissimi &c. Pauli &c. Papæ IIII. Anno Quarto. In mea notarii &c. Personaliter constitutus discretus vir, Io. A.B. filium suum legitimum, præsentem & ptteñ.emancipauit, atq; a manu & potestate suis, dimisit, dans sibi, liberam & plenam potestatem, vlterius emendi, vendendi, donandi, alienandi, & alteri se obligandi, in iudicio standi, & quascunq; obligationes, pro se recipiendi, & stipulandi, & cœteros omnes actus & contractus, licitos & honestos, atq; legitimos, exercendi & faciendi, vbicunq; locorum. ¶Super quibus &c. Præsentibus &c.

DE EXTRACTIONE.

Extractio instrumenti, a Protocollo Notarii defuncti, vel absentis, ex commissione.

In nomine Domini &c. ¶Vniuersis & singulis, præsens publicum instrumentum inspecturis, pateat euidenter & sit notum, quod nuper, ego Notarius publicus infrascriptus, quandam commissionis, siue mandati papyri, cedulam (ex parte. R.P.D. Francisci Alberici, S. D.N.Papæ, eiusq; Camerarij, necnon curiæ causarum cameræ apostolicæ Generalis Auditoris) per venerabilem virum, dominum Iacobum Clefelt, clericum Varmieñ. dioc. in Rom. Cu. causarum procuratorem, mihi præsentatam, recepi ea qua decuit reuerentia, tenoris subsequeñ. Franciscus Albericus &c. ¶Post cuiusquidem commissionis siue mandati, præsentationem & receptionem mihi, & per me vt præmititur, factas, fuit per venerabilem & discretum virum, dominum Gregorium Ticineñ. clericum Luceriеñ. dioc. (coram me notario, & testibus infrascriptis, ad hoc specialiter vocatis, personaliter constitutũ.) instanter tequisitus, vt de Manuali, seu Protocollo quondam Antonij Gallesij, clerici Vieneñ. dioc. (dum viueret) notarij publici, & nuper in Rom. Cu. defuncti. ¶Vel sic (quando notarius viuit, & est absens) vt de manuali, seu Protocollo domini Oliuerij de Laual, clerici Narboneñ. siue dioc. notarij publici, a Ro. Cu. absentis. ¶Pœnes me existente, certam notam exhiberem, illamq; transumptarem exemplarem, extenderem, ingrossarem, & in publicam formam redigerem. ¶Ego tunc notarius publicus infrascriptus, tanquam obedientiæ filius, volens mandato seu tequisitioni prædictæ satisfacere, quia per idoneos, & fidedignos testes desuper productos, & iuratos, legitime mihi constabat (alias constitit) dictũ Manualem, seu Protocollum, dictamq; notam, in eo scriptã, fuisse & esse de manu propria præfati quondam Antonij notarij nuper defuncti. ¶Vel sic. (notario viuente & absente) de manu propria præfati domini Oliuerij notarij publici a Rom Cu. absentis. ¶Eandem notam, ex ipso Manuali, seu Protocollo, transumpsi, exemplaui, extendi, ingrossaui, & in publicam formam redegi, in hũc qui sequitur modum, ac iuxta & secundum formam, quam prædictus quondam Antonius notarius, consueuerat. ¶Vel sic (notario viuente, & absente) quam prædictus Oliuerius notarius, consueuit, extendere similes cõtractus, sic videlicet ¶In nomine domini amen &c. vsq. ¶In quorum omnium fidem, & testimoniũ præfatus dominus Georgius, voluit per me notarium publicum infrascriptum,

dictam notam, ex dicto Manuali, seu Protocollo, sic per me extensam, ingrossatam & publicatam, secundum consuetudinem & stylum dicti quondã Antonij. ℭ Vel sic, (notario viuente & absente) dicti domini Oliuerij, publici notarij. (de quibus fidem plenam habui, per eius instrumentum simile, per ipsum quondam Antoniũ (seu Oliuerium) extensum, & ingrossatum, eiusq; propria manu subscriptũ, ac solito signo signatum) subscribi, publicari, meoq; solito signo signari, authenticari, & in publicam formam redigi, prout (quantum melius potui) subscripsi, publicaui, signaui, authenticaui, & in hanc publicam formam redigi, ad perpetuam rei memoriam. De & super quibus omnibus & singulis &c. ℭ Acta fuerunt hæc Romæ, in officio mei notarij infrascripti. Anno a Natiuitate domini. M.D.LVII. Indict. XV. Die vero. XVI. Mensis Aprilis. Pontifi. S.&c. Pauli &c. Papæ IIII. Anno Tertio. Præsentibus ibidem honorabilibus viris dominis. N. &. N. testibus &c.

Et ego Sanus de Perellis Romanus Ciuis, publicus, Dei gratia, & Imperiali Notarius. Quia dictæ notæ, a manuali seu Protocollo præfato, extractioni, transumptioñ. exempl. exteñ. & ingrossatioñ. ac præmissis omnibus & singulis, dum sic, vt præmittitur, agerentur, dicerentur, & fierent vna cum prænominatis testibus interfui, eaq; sic fieri vidi, & audiui, ac rogatus scribere, scripsi, & publicaui, & in hanc publicam formam redigi, & ad perpetuam rei memoriam. Et in fidem præmissorum, me hic manu propria subscripsi. Signumq; meum, in similibus apponi solitum & consuetum, apposui, rogatus, & requisitus.

DE FACVLTATE.

Facultas recipiendi resignationes, etiam ex causa permutationis.

Iacobus Dei & apostolicæ sedis gratia, Episcopus Vladislauieñ. ℭ Venerabili viro domino Iacobo Parzinski Decano ecclesiæ nostræ. Salutem in Domino. ℭ Cum nonnulli, in ciuitate & diocesi nostris, dignitates, personatus, & officia seu beneficia, curata & non curata, obtineñ. huiusmodi officia, seu beneficia frequenter desiderent ex rationabilibus causis adinuicem permutare. Nos diuersis etiam ecclesiæ nostræ. N. occupati negocijs (propter quæ, nunc, a ciuitate & diocesi nostris, nos absentare cõuenit) omnibus præmissis intendere non valeñ. & personarum huiusmodi, quibus fieret sumptuosum, personaliter, vel per suos procuratores, nostram adire præsentiam voleñ. parcere laboribus & expeñ. de tua industria specialiter confidentes, tibi, vt a quibuscunq; personis, cuiuscunq; status, gradus, ordinis, vel conditionis existant, nostrarum Ciuitatis & dioc. prædictarum, ex eisdem, & quibuslibet eorum dignitates, personatus, vel officia, seu beneficia contineñ. etiam si ipsis, vel eorum alteri cura immineat animarum, qui huiusmodi beneficia, ex causis rationabilibus adinuicem permutare desiderant, eorumq; beneficia, per resignationem, vel ex causa permutationis huiusmodi faciendam recipias, alteramq; personarum, loco alterius instituendi seu inuestiendi ipsa beneficia, sic, vt præmittitur, resignata, conferendi, ac ipsam permutationem, ad debitum effectum deducendi. Contradictores & rebelles, per censuram ecclesiasticam, compescendo & coercendo, receptis tamen prius, ab ipsis personis, dicta sua beneficia ad inuicẽ permutare desideranñ corporaliter per eas præstitis iuramentis, super eo, quod nulla simoniaca prauitas, aut alia illicita pactio inter eos, & huiusmodi permutatioñ. interueniet. Et omnia alia & singula faciendi, in præmissis necessaria, & quomodolibet opportuna, plenam & liberam concedimus potestatem.

De facultate vide plene sub verbo Vicariatus, & sub verbo licentia, & sub verbo Notarius.

DE FAMILIARITATE.

Litera familiaritatis Cardinalis.

Otho Miseratione diuina tituli sanctæ Sabinæ, Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, presbyter Cardinalis Augusten. nuncupatus. ¶ Dilecto in Christo nobili viro N. familiari nostro. Vel sic. N. presbytero, Capellano nostro, Salutem in domino sempiternam. ¶ Vitæ ac morum honestas aliaq; laudabilia probitatis & virtutum merita (quibus percipimus personam tuam, etiam fidedignorum testimoniis insignitam) nos inducunt, vt te, fauoribus & gratiis prosequamur opportunis. Vt igitur beneuolentiam nostram, qua personam tuam prosequimur, per operis effectum, sentias & cognoscas, Te, exnunc (quem dignum reperimus) in familiarem nostrum domesticum, continuum commensalem, tenore præsentium recipimus gratiose, cæterorumq; familiarium nostrorum domesticorum, capellanorumq; numero & consortio, fauorabiliter ascribimus, & aggrauamus. Volen. vt deinceps, quibuscunq; priuilegijs, honoribus, immunitatibus, libertatibus, exemptionibus, gratijs, fauoribus, commoditatibus, & prærogatiuis, quibus cæteri familiares nostri domestici, potiunt & gaudent, tu quoq; potiri & gaudere valeas vbilibet, cum effectu, & honore, & ad nos, pro singulis tuis negotiis, in quibus fauorem nostrum, tibi senseris profuturum, cum confidentia recursum habeas specialem. Nos enim ad tui honoris augumentum, & commoditatem, semper beniuolos reperies atq; gratiosos. Hortantes etiam, & affectuose rogantes, omnes & singulos, cuiuscunq; status, gradus, ordinis, cōditionis, vel præeminentiæ, quacunq; tam ecclesiastica quā mundana dignitate præfulgeant ad quos præsentes nostræ literæ peruenerint, quatenus te, nostræ contemplationis intuitu, in nostris & tuis peragendis negotiis, fauorabiliter suscipiant cōmendatum honorabiliter pertractando. Cumq; ad diuersas mundi partes, te, tam pro nostris, quam tuis, forsam declinare contigerit, negotiis. Vniuersos mundi dominos, tam ecclesiasticos, quam seculares, necnon Comites armorum, Capitaneos, & eorum officiales, & locatenen. ad quos nostræ præsentes literæ peruenerint, affectuose precamur, quatenus te, cum duobus familiaribus, seu socijs, per ipsorū terras, pontes, & loca quæcunq; cum rebus nostris vel tuis quibuscunq; tam eundo, quam redeundo, sine solutione alicuius datii, pedagii, gabellæ, bulletarum, ire, venire, libere, & expedite, absq; aliquo impedimento, transire permittant, Tibiq;, de saluo conducto, & itineris securitate, prouideāt, si opus fuerit, vt eis quos duxeris requirendos, & eorum cuilibet, iuxta relata tua, ad gratiarum actiones & gratiosa obsequia vicissim teneamur. ¶ In quorum &c. & per Secretariū nostrum infrascriptum, subscribi mandauimus sigilliq; nostri, iussimus & fecimus, appensione communiri. Datum in domibus nostris, sub anno, &c.

Iacobus O.

Alia litera familiaritatis Cardinalis.

Franciscus Miseratione diuina S. Eusebij, Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyter Cardinalis Burgen. de Mendoza vulgariter nuncupatus. ¶ Vniuersis & singulis, præsentes nostras literas inspecturis, & audituris, Salutem & synceram in domino caritatem. ¶ Mittimus in Aragoniam pro nostris, & suis, illic peragendis negotiis. Venerabilem virum dominum Mathæum Paschale iu. V. I. doctorem, & canonicum

Cesaraugustañ. familiarem nostrum continuum commensalem. Ne igitur, ille ob suam absentiam, aliquod incommodum patiatur, ac vt nostram beneuolentiã qua personam ipsius prosequimur, per operis effectum sentiat & cognoscat. Volumus, quod a die sui a nobis discessus, vsq; ad biennium, omnibus & singulis priuilegijs, honoribus, immunitatibus, & exemptionibus gratijs, fauoribus, commoditatibus, & prærogatiuis, quibus, cæteri nostri familiares continui cõmensales præsentes, vtuntur, potiuntur, & gaudent, etiam in assecutione beneficiorum, sua absentia minime obstañ. vtatur, potiatur, & gaudeat, ac si continue obsequijs nostris, præsens nobiscum insisteret, super hoc quoq; harum serie, licentiam eidem Mathæo vsq; ad biennium supradictum concedimus & impartimur. Cupiẽtes etiam eidem Mathæo familiari nostro iter liberum, tutum, & securum præstari, hortamur & requirimus in domino omnes & singulos, terræ & maris dominos, tam ecclesiasticos, quam temporales, eorumq; locateneñ. Prætores, Vicarios, & officiales quoscunq;, ad quos dictus Mathæus familiaris noster peruenerit, quatenus illum, per eorum terras, Ciuitates, oppida, castra, villas, pontes, passus, portus, & omnia alia loca, libere, tute, & secure, absq; vlla solutione, ac impedimento, vel grauamine, tam reali, quam personali, ire, stare, transire, ac ad nos redire, contemplatione nostra, sinant, permittant, & conducant. Illiq;, de idoneo saluo conductu ac fide publica (quotiens opus fuerit, & eos duxit requirendos) prouideant, offerentes nos, ad similia, longeq; maiora, semper paratissimum. In quorũ omnium fidem, præsentes literas fieri, & per Secretarium nostrum infrascriptũ, subscribi mandauimus. Sigilliq; nostri, iussimus & fecimus appensione communiri. Datum Romæ in ædibus nostris. Sub anno a Natiuitate Domini M. D. &c. Die. N. mensis. N. Pont. Sanctissimi in Christo patris, & domini nostri, domini Iulij, diuina prouidentia Papæ Tertij, Anno. N. Præsentibus ibidem venerabilibus viris dominis. N. & . N. clericis &c.

DE FRVCTIBVS PERCIPIENDIS.

Litera de fructibus percipiendis in absentia, quia familiaris Cardinalis.

Iacobus Miseratione diuina tituli sancti Simeonis, Sacrosanctæ Roma. Ecclesiæ presbyter Cardinalis de Puteo vulgariter, nuncupatus. ¶ Reuerendo in Christo patri, & domino domino, Dei & Apostolicæ sedis gratia Episcopo N. eiusq; in spiritualibus Vicario, seu officiali generali, ac venerabilibus & circumspectis viris, dominis Decano & Capitulo, singulisq; canonicis & personis ecclesiæ. N. necnon omnibus & singulis, quos præsens tangit negocium, seu tangere poterit quomodolibet in futurum, quibuscunq; nominibus censeantur, aut quacunq; præfulgeant dignitate. Salutem & sinceram in domino charitatem. ¶ Reuerendæ Paternitati vestræ & circumspectionibus vestris, notum facimus per præsentes, quod venerabilis vir, dominus. N. Canonicus vestræ ecclesiæ, familiaris noster, continuus commensalis, iamdudum institit, & nunc insistit, & insistere intendit, diutius seruitiis nostris. Vnde, cum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium familiares, familiaritatibus huiusmodi insistendo, vniuersis & singulis fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, & obuentionibus omnium beneficiorum, quæ obtinent & obtinebunt, vti & gaudere, illosq;, debeant (quotidianis distributionibus duntaxat exceptis) percipere & habere, cum ea integritate cum qua illos perciperent & haberent, si in loco beneficiorum huiusmodi, personaliter residerent, nec ad residendum in eis, a quoquam inuiti, compelli valeant, non obstañ. si ipsi primam statutam, vel consuetã

in eis

in eis non fecerint residentiam personalem,aut ecclesiarum, in quibus beneficia huiusmodi, forsan fuerint,etiam iuramento confirmatione apostolica, vel alia quauis firmitate roboratis, statutis, & consuetudinibus, cæterisq; contrariis qui buscunq;,ex apostolicis, sibi etiam cum excommunicationis, aliarumq; pœnarũ & censurarum ecclesiasticarum appositioñ concessis priuilegiis, debeat atq; pos sint. Idcirco Reuerendam paternitatem vestram, ac circumspectiones vestras, etiam ob apostolicæ sedis,cui nos,quanquam immeriti,subseruimus, Reuerentiã & honorem,requirimus & rogamus,quatenus dicto.N familiari nostro, vel eius legitimo procuratori pro eo,de omnibus & singulis fructibus,redditibus,prouen tibus, iuribus,& obueñ. vniuersis dictorum canonicatus & præbeñ. ac aliorum ecclesiasticorum beneficiorum (si quæ forsan in vestra dioc. obtinet vel obtinebit in futurum) respondeatis, & faciatis ab aliis plenarie & integre responderi, nec ad residendum interim,in dictis canonicatu & præbeñ. vel aliis beneficiis, compellatis, aut ob non resideñ. huiusmodi,quomodolibet molestetis, aut facia tis seu permittatis ab aliis molestari,immo ei si opus est, efficacis auxilij præsidio assistatis, ipsumq; N.in omnibus & singulis suis rebus, habeatis singulariter commendatum,realiter pro eo,vos habentes,q; præter iustitiæ meritum, de prom pta & debita dictæ sedis, reuerentia, apud dominum nostrum Papam, valeatis, non immerito, commendari, atq; nos reddatis, in vestris agendis,promptiorem. ¶In quorum &c.

Litera de fructibus percipiendis in absentia, quia Abbreuiator.

Alexander Miseratione diuina, sancti Laurentij in Damaso, Diaconus Cardinalis de Farnesio vulgariter nuncupatus, ac Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellarius. ¶Reuerendo in Christo patri &c. vt in præcedeñ. vsq; dignitatis. Salutem in domino, & præsentibus fidem indubiam adhibere. ¶Quia vero, rationi congruit, & æquitas persuadet veritati testimonium perhibere, ad vestram, & cuiuslibet vestrum notitiam deduceñ. ac vobis, & vestrum cuilibet, tenore præsentium, firmiter at testamur, quod honorabilis vir, dominus magister Donatus de Closio, clericus Oloreñ. dioc. rector parochialis ecclesiæ.S.Saturnini de Fageto Teulerio Taruieñ. dioc. ac canonicus Lascurreñ. &.N. ecclesiarum, literarum apostolicarum Abbreuiator, a quatuor annis,& vltra Rom. Cu. secutus est suum Abbre uiatoriæ officium, exercendo. Vnde, cum omnibus & singulis dictarum literarum Abbreuiatoribus,sic sua officia exercentibus, a sede apostolica indultum existat,vt quorumlibet beneficiorum ecclesiasticorum, cum cura vel sine cura, quæ nunc,in quibusuis ecclesiis,siue locis,obtinent, & in posterum obtinebunt, fructus,redditus,& prouen. cum ea integritate (quotidianis distributionibus dũ taxat exceptis) cum qua &c. quibuscunq;. Idcirco vos omnes & singulos supra dictos (quibus præsentes nostræ literæ diriguntur)monemus & hortamur,quatenus,præfato domino Donato,vel procuratori suo, de omnibus & singulis fructibus,redditibus,& prouen. parochialis ecclesiæ. N .ac Canonicatus & præbeñ. suorum prædictorum,& quorumcunq; aliorum beneficiorum ecclesiasticorum, quæ obtinet,& in posterum obtinebit, auctoritate & vigore indulti huiusmodi, integre respondeatis,& ab aliis,plene & integre responderi, prout & quemadmo dum respõderetur eidẽ,si in ecclesiis,siue locis prædictis, personaliter interesset, & ibidem diuinis assisteret officiis,distributionibus prædictis duntaxat exceptis. Nec ipsum,ad residendum in locis siue ecclesiis præfatis, quomodolibet compel latis,taliter vos in præmissis habentes (ob sedis apostolicæ reuerentiam) quod

nos,ad pœnas,sententias,& censuras prout possemus contra vos procedere non cogamur, vosq; de prompta obedientia, apud sanctam sedem apostolicam, non immerito, valeatis commendari. ¶ In quorum omnium & singulorum &c.

Bernardinus Maffeus.

Litera de fructibus percipiendis in absentia, quia Curialis.

Guido Ascanius Sfortia, miseratione diuina. S. Mariæ in via lata, Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, Diaconus Cardinalis de S. Flora vulgariter nuncupatus, ac S.D.N. Papæ Camerarius. ¶ Reuerendo in Christo P. &c. adhibere. Quia ratio exigit, attestamur, quod venerabilis vir, dominus. N. Rector parochialis ecclesiæ. N. &c. a multis temporibus citra, fuit & est de præsenti, ac esse intendit, verus Curialis, & Rom. Cu. sequens, & pro tali tentus, & reputatus fuit, prout etiam tenetur, habetur, & reputatur. Vnde cum talis, ex priuilegio apostolico, ei concesso, fructibus &c. vt supra in aliis &c.

Litera de fructibus percipiendis in absentia, quia Scholaris.

Camillus De Peruschis vtriusq; iuris doctor. S. Sedis apostolicæ Protonotarius & inclytæ Vniuersitatis studij generalis Rom. Cu. Rector. ¶ Reuereñ. in Christo patri, &c. omnibusq; aliis &c. Salutem &c. adhibere. Qui ratio &c. perhibere, Ad vestram, & cuiuslibet vestrum, notitiam, deducimus &c. ac vobis, & vestrum cuilibet, tenore præsentium, firmiter attestamur, quod venerabilis vir, dominus. N. Rector parochialis ecclesiæ de. N. N. dioc. ab octo mensibus citra, fuit, & est adhuc, continuus Scholaris, in facultate decretorum, in dicta vniuersitate, actu studens & residens, prout adhuc studet & residet de præsenti. Vnde, cum talis, ex priuilegio apostolico ei concesso, fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus & obuentionibus &c. vt supra.

De hac materia, Vide sub verbo Indultum, & per præmissa conficies multas alias formas.

DE GRADV.

Gradus licẽtiaturæ, collatus, in aliqua vniuersitate.

In nomine Domini amen &c. ¶ Vniuersis & singulis, præsens publicum instrumentum, inspecturis, pateat euidenter, quod hodierna die, coram Excell. V. I. D. domino. N. Vicario & Locumteneñ. in hac parte. R. P. D. N. Archidiaconi Bononieñ. ¶ Vel sic, coram &c. Cancellario ecclesiæ Tholosañ. venerabilis & egregius vir. D. Ioãnes Daubray, Parisieñ. Ciuitatis, fuit præsentatus per famosissimos & excell. viros. D. N. &. N. doctores, examinandus & approbandus in iure Ciuili, & ipse. D. Io. se subiecit, arduo & rigoroso, ac priuato examini omnium doctorum, venerãdi Collegij iuris Ciuilis Ciuitatis Tholosæ. In quo examine, præfatus dominus Ioã. ita & taliter se habuit, quod ipse, tam a præfato domino Vicario. N. & Locumteneñ. alias a Cancellario, prædicto, quam ab omnibus doctoribus dicti Collegij (nemine discrepante) fuit tanquam sufficiens & idoneus, in ipso iure ciuili, vnanimiter & concorditer, ac publice & laudabiliter approbatus. Quapropter, præfatus dominus Vicarius & Locumteneñ. (alias Cancellarius) optans personam dicti. D. Io. fauoribus & honoribus prosequi gratiosis. Consideratis scientia moribus, & virtutibus, quibus ipsum. D. Io. altissimus illustrauit (prout in dicto eius priuato examine, in facto, visibiliter demonstrauit) ipsum D. Io. præsentem

vt asseruit, pronunciauit, ac declarauit, sufficientem & idoneum, ad ascendendũ cathedram magistralem, & recipiendum publice, in iure ciuili, gradum & insignia doctoratus. Ipsiq; D. Io. tanquam sufficienti & idoneo, in ipso iure, publice, gradum & insignia huiusmodi recipiendi, & se in ipso iure doctorandi, quandocunq; sibi placuerit, petita tamen, & obtenta licentia, iuxta morem & consuetudinem ipsius, ad laudem omnipotentis Dei, & totius Curiæ Vniuersitatis, ad triumphandum, plenam tenore præsentium, auctoritate sui officij, concessit licentiam, & omnimodam potestatem, Mandans, idem dominus Locumtenens, mihi Notario infrascripto, vt super præmissis, publicum conficerem instrumentum &c. Datum &c.

Gradus licentiæ, & doctoratus, ex commissione Papæ, facta viuæ vocis oraculo.

PETRUS Miseratione diuina, tituli Sanctæ Balbinæ, Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyter Cardinalis Giennen. nuncupatus, Iudex, & Commissarius ad infrascripta, a sede Apostolica, specialiter deputatus. ¶ Vniuersis & singulis præsentes literas, siue præsens priuilegium inspecturis, visuris, & audituris. Notum facimus, quod nuper, Sanctissimus in Christo P. & D N. D. Pius diuina prouidentia Papa IIII. in suo palatio apostolico (viuæ vocis oraculo) nobis commisit & dedit, in mandatis, vt vocatis quatuor vel quinq; Doctoribus, gradum licentiæ, in iure canonico, cum rigore examinis, necnon insignia Doctoralia, in eodem iure canonico, adhibitis ceremoniis & solemnitatibus, in talibus requisitis, Venerabili, & egregio domino. N. conferremus, ac ipsum, vt & tanquam talem insigniremus, volens ipse dominus noster, quod dictus. N. post assumptionem huiusmodi honoris doctoralis, omnibus & singulis priuilegiis, libertatibus, & immunitatibus, quibus cæteri Doctores, in quacunq; vniuersitate, creati & insigniti, vtuntur potiuntur, & gaudent, vteretur, potiretur, & gauderet, ac alias, & alia faceremus, in præmissis necessaria & opportuna, quæ nobis viderentur expedien. Postquam quidem commissionem, nobis, vt præfertur (viuæ vocis oraculo) factã, fuimus, pro parte ipsius domini N. requisiti, quatenus, ad executionem dictæ commissionis, procedere dignaremur, iuxta traditam seu directam a sede Apostolica, nobis formam. Nos igitur, Petrus Cardinalis, & Commissarius præfatus, volen. mandatum apostolicum, nobis directum, exequi, vt tenemur R. P. D. N. Dei gratia Episcopo. N. ac egregiis viris, dominis Doctoribus. N. & N. commisimus, & dedimus in mandatis, vt vice & nomine nostris, eidem domino. N. puncta sua, in iure canonico, vt moris est, recitanda per eum, traderent & assignarent, prout etiam tradiderunt & assignarunt. Successiue vero, die & hora infrascriptis, Constitutus præfatus dominus .N. coram nobis, ac etiam ipsis. R. P. D. N. Episcopo N. & præfatis. N. & N. Doctoribus, vna cum alia multitudine copiosa diuersorum doctorum & egregiarum personarum, puncta eiusdem iuris canonici, per nos, seu de mandato nostro, sibiq; assignata, egregie, rite, & eleganter, recitauit, exposuit, & declarauit. Et super illis, per eosdem dominos Doctores, prius subtilissimis argumentis, & quæstionibus, solemniter, diligenterq;, rigorose examinatus, tentatus, & approbatus, ita quod ab eisdem doctoribus, & aliis assistentibus (nemine eorum discrepãte) ad licentiæ gradum, in iure canonico, cum rigore examinis & honore, promouen. & consequen. sufficiens & idoneus repertus & approbatus fuerit. Idcirco nos Petrus Cardinalis pfatus auctoritate apostolica, qua fungimur in hac parte, per organum egregij viri. D. N. Decretorum Doctoris, ipsum dominum. N. ibidem præsentem, tanquam ad hoc, per rigorosum examen prædictum sufficientẽ & idoneum, ac alias dignum & benemeritum decernen. & reputan. ad licentiæ gradum & honorem, actumq; licentiaturæ, in dicto iure canonico, cum rigo

re examinis recipimus,assumimus,& promouemus. Et vlterius,consideratis forma,facundia,modo legendi,& aliis virtutum donis,quibus diuina clementia,ipsum.N.illustrauit,in sequendo formam commissionis nobis factæ. De vnanimi consilio & assensu præfatorum Doctorum,ibidem existentium, eundem dominū .N.per organum præfati domini.N. habilem & idoneum ad honorem & insignia Doctoratus,in iure canonico haben. pronunciauimus, decreuimus, & declarauimus,ipsumq;doctorem, in iure canonico facimus solemniter, creamus & ordinamus per præsentes,adhibitis solemnitatibus in talibus requisitis, tribuentes ipsi,tanquam sufficienti & idoneo,& hac promotione dignissimo, plenam potestatem,auctoritatem,& facultatem,cathedram magistralem ascendendi, & in eadem, & aliis quibuscunq; Scholis,& locis,legendi,disputandi, interpretandi, glosandi,docendi,& quomodolibet terminandi,ac alias,& alia,faciendi, quæ doctores in iure canonico &c. in quacunq; vniuersitate, siue loco, de iure aut consuetudine, facere, vel dicere possunt, siue possent. Et nihilominus, ad mandatū nostrum,idem dominus.N.doctor,vice & nomine nostris,memoratum dominum .N.petentem,& acceptantem, consuetis ornamentis doctoralibus, ibidem insigniuit,& tribuit eidem librum sacrorum Canonum,primo clausum, deinde apertum,diademaq; magistrale,videlicet biretum capiti suo imposuit, & ipsum annulo aureo subarrauit, pacisq; osculum sibi exhibuit. Sic itaq;,ipse dominus.N.cū magna laude & honore,ad apicem doctoratus,in iure canonico ascendit. Rursus,formam & tenorem commission. nobis factæ, insequendo, pronunciauimus (prout pronunciamus,decreuimus & declaramus) ipsum dominum .N. decretorum doctorem,omnibus & singulis priuilegiis,exemptionibus,prærogatiuis, libertatibus,immunitatibus,honoribus,concessionibus,fauoribus, & indultis, quibus cœteri doctores in iure canonico,vtuntur, potiuntur,& gaudent, vti, potiri, & gaudere debere. ¶ In quorum omnium & singulorum præmissorum fidem, has præsentes literas,seu præsens publicum priuilegij instrumentum, exinde fieri,& per notarium publicum infrascriptum,subscribi,sigilliq; nostri &c.iussimus & fecimus appen. communiri. Datum &c. Præsentibus &c.

Gradus licentiaturæ & doctoratus in vim breuis apostolici.

Noueritis Quod nuper.S.in Christo.P.& D.N. D. Pius, diuina prouidentia Papa IIII. Ad cuius prouidentiam spectat digna pro meritis impendere præmia,& illos qui circa iuris vtriusq; disciplinam, continuis studiis & laboribus insudarunt, & insudare de præsenti non desistunt, apostolica auctoritate laureare, egregij viri, domini.N. in decretis Baccalarij, supplicationibus inclinatus, nonnullas literas suas apostolicas, in forma breuis emanatas sub annulo piscatoris, clausas & sigillatas, sanas, & integras,non vitiatas non cancellatas &c. noueritis recepisse, quarum suprascriptio a tergo talis erat. ¶ Venerabili fratri Nicolai.N.Archiepiscopo.N. & ab intra, tale erat. Pius Papa IIII. & subsequebatur. ¶ Venerabilis frater &c. In fine literarum, siue breuis, huiusmodi, de aliena manu, talis subscriptio reperiebatur. Io. Baptista Barengus.

¶ Post quarum quidem literarum &c fuimus per præfatum dominum.N.principalem,propterea coram nobis personaliter constitutum,debita cum instan. requisiti,quatenus,ad earum,& in eis contentorum,plenariam executionem,procedere dignaremur,iuxta traditam,seu directam a sede apostolica nobis formam. Nos igitur.N.Archiepiscopus .N. iudex & commissarius præfatus, attenden. requisitionem huiusmodi,fore iustam,& rationi consonam, volentesq; mandatū apostolicū, nobis in hac parte directum, reuerenter exequi, vt tenemur, productisq; primitus,coram nobis,per præfatum dominum.N.principalem, nonnullis

testibus

testibus fidedignis,ac certis publicis instrumentis, ad informandum animum nostrum,ac pro verificatione omnium & singulorum,in dictis literis apostolicis, contentorum. Ipsisq; testibus,per nos receptis,admissis, & in forma iuris iuratis, & examinatis,eorumq; dictis & depositionibus, in scriptis fideliter redactis, instrumentisq; huiusmodi diligenter inspectis,ac sufficienter recognitis,quia tam ex dictis & depositionibus testium præmissorum, vt præmittitur receptorum, iuratorum & examinatorum, quam aliis legitimis documentis, coram nobis, productis & exhibitis,vt præfertur,ipsum dominum.N.in studio Auinionen. in vtroq; iure per plures annos studuisse,ibidemq; Baccalariatus gradum, in iure canonico, sex cursibus peractis,suscepisse, ac quod in vniuersitate Parisien.nonnullas repetitiones fecerit,quodq; doctoratus gradum propter immoderatas expensas, in similibus fieri consuetas,in aliqua dictarum vniuersitatum, suscipere nequeat, vt exoptat,aliaq; omnia & singula, in dictis literis apostolicis expressa, deducta, & narrata,vera fuisse & esse,nobis legitime constitit. Deinde auctoritate apostolica nobis commissa,quinq; egregios,& famosissimos,sacrorum canonum,legumq; professores pro rigoroso examine applicando, nominandos, nobis adhibēdos duximus,ac nominamus & adhibemus. Quibus sic nobis adhibitis,prælibatus dominus.N.puncta in vtroq; iure,pro dicto examine subeundo,sibi assignari humiliter postulauit. Nos vero petitionibus sui annuen. librum Decretalium, in iure canonico,aperuimus,& prout casu venit,titulum.N. & similiter in iure ciuili Librum Codicum titulum.N. per puncta, in dicto examine,eadem die, hora videlicet.XX.legendum & disputādum cum suis conclusionibus & intellectibus, necnon dictorum Doctorum & Summistarum,vt moris est,in Auinionen.& Parisien.{vniuersitatibus,in nomine domini,duximus assignandum & statuendum, prout assignauimus & statuimus, illaq; incontinenti, dictis dominis Doctoribus, duximus intimanda & notificāda, prout intimauimus & notificauimus. Quibus sic peractis,& tandem.XX.hora adueniente, statim & incontinenti, rigorosum examen intrauit, in quo solita collatione facta, & rubricis cum litera vtriusq; textus,notabiliter cōmentatis, tam in legendo &c. conclusiones diuersas ex textibus huiusmodi inferendo, roborando, sustinendo,dicta Doctorum & summistarum recitando,& successiue & rigorose disputando,quam etiam in aliis emergeñ ac incidētaliter positis,& inopinatis q̃stionib⁹,ac fortissimis & subtilissimis argumētis,tā p nos,q̃ per alios,nobis adhibitos egregios ꝓfessores,cōtra eum summo cum studio factis respondendo & replicando,valde elegāter, atq; subtiliter se habuit. Illo deniq;,a loco disputationis & examinis huiusmodi,vt moris est, exclu so,ac consilio maturo,inter nos,& prælibatos dominos Doctores,iuxta deum, & nostram eorumq; conscientias de & super sufficientia, & idoneitate, ac doctrina dicti domini.N.nostriq;,& doctorum eorundem omnium, desuper habitatorum quia quanta fragilitas humana nosse finit,ex lectionibus, conclusionibus, illationibus,disputationibus,quæstionumq; & argumentorum responsionibus, ac alias per ea,quæ ad præsens videbamus & cognoscebamus,rationabiliter moti, eundē .N.vt præmittitur, examinatum, ad huiusmodi Doctoratus, gradus, in vtriusq; iuris facultate,idoneum, aliudq; canonicum non⁹ obsistere, propter quod literæ apostolicæ prædictæ, impediri valeant,reperimus. Ideo ipsum dominum.N. ad nos reuocatum, & id postulantem, ad gradum & insignia Doctoratus huiusmodi,pro suæ libito voluntatis, recipiendum, & assumendum, quomodocunq; sibi placeret, licentiandum duximus,sibiq;,plenam & omnimodam,nemine discrepāte,dedimus licentiam,& etiam facultatem. Quibus sic peractis, paulo post, ipse dominus.N.iam per nos, in vtroq; iure licentiatus,præposita ab eo quadam, breui collatione,vt moris est,doctoratus gradus,& insignia huiusmodi, sibi conferri & assignari,ipsum in dicti facultatibus,doctorē fieri, & sibi omnia & singula doctoratus insignia,cœteris vtriusq; iuris Doctoribus, in studio Auinionen. & Parisien.studentibus,dari consueta,sibi tradi,& concedi, ipsumq; numero, cetui, &

consortio, aliorum in eisdem facultatibus Doctorum, aggregari per nos, humiliter postulauit. Nos tunc .N. attenden. postulationem huiusmodi fore iustam. Considerámus insuper, quod ex amara literarum radice, dulces & gloriosi debeát recolligi fructus, dignumq; & iustum reputan. vt similes viri dignissimi, tanquã sacrorum Canonum, Legumq;, non parua luminaria, efficaciores ab omnibus habeantur, vt mediante eorum doctrina, explanationes facultatum earundem, & in eis studia insistentium, cum tantum honorem, se nouerint adepturos, suscipiant incrementa. Idcirco auctoritate prædicta. De dictorum dominorum, nobis adhibitorum, doctorum, consilio, & vnanimi assensu. Doctoratus gradus, in vtroq; Canonico & ciuili iure, eidem domino .N. ad laudem omnipotentis Dei, & gloriosæ Virginis Mariæ eius matri, vt melius debuimus & potuimus ac possumus & debemus, cum omnibus solemnitatibus, & ceremonijs, in talibus fieri consuetis, contulimus & assignauimus, prout conferimus & assignamus, ipsumq; .N. in dictis Canonum & Legum facultatibus, doctorem facimus, sibiq; libros vtriusq; iuris, clausos & apertos, birretum in capite, annulum in digito, osculum & sedem siue cathedram, omniaq; & singula doctoratus insignia, cœteris doctoribus in studio Auinionen. & Parisien. dari consueta sibi tradidimus atq; concessimus, eúq; numero, cetui & consortio, aliorum, in eisdem facultatibus doctorum, aggregauimus, prout tradimus & concedimus, ac aggregamus per præsentes, cũ omnibus & singulis honoribus prærogatiuis priuilegijs exemptionibus &c. vt in alio ex commissione viuæ vocis oraculo. Et ita de gradu magisterij formare potes.

DE INHIBITIONE.

Inhibitio simplex ad partes.

Iacobus Suauis Reomanus, vtriusq; iuris doctor &c. deputatus. ¶ Vniuersis & singulis dominis Abbatibus &c. vt supra in citatione, vsq; ad continuationem. ¶ Cuiusquidem commissionis vigore, citatione legitima, vna cum inhibitione inserta, extra Roman. cu. & ad partes, per nos decreta & concessa. ¶ Vel sic, si non est decreta citatio. ¶ Post cuiusquidem commissionis, siue supplicationis cedulæ præsentationem & receptionem, nobis & per nos, vt præmittitur, factas, fuimus per prouidum virum, magistrum .N. in Rom. Cu. causarum, & supradicti domini .N. principalis, in præinserta nobis facta, & præsentata commissione, principaliter nominati, procuratorem (de cuius procurationis mandato, sufficienter extitit edoctum) coram nobis constitutum, debita cum instan. requisiti, quatenus, in causa & causis huiusmodi, modo solito, inhibere, sibiq; & parti suæ literas inhibitorias, desuper opportunas, sub excommunicationis, aliisq; sententijs, censuris & pœnis ecclesiasticis, extra Ro. Cu. & ad partes, in forma solita & consueta, decernere & concedere dignaremur. Nos igitur Ioannes Suauis Auditor præfatus, attenden. requisitionem huiusmodi, fore iustam, & rationi consonam, volentesq;, inter partes prædictas, æqualitatem, vt decet, seruare, ac dante domino, iustitiam ministrare, vt tenemur, ac quod in causa & causis huiusmodi, sic in Rom. Cu. coram nobis indecis. penden. nihil fit in partibus, per quemcunq; attentandum seu innouandum. Idcirco auctoritate apostolica, nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, vos omnes & singulos supradictos, & vestrum quemlibet insolidum, tenore præsentium, requirimus & monemus, primo, secundo, tertio, & peremptorie. Vobisq; nihilominus, & vestrum cuilibet, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna, quam in vos, & vestrum quemlibet (si ea, quæ vobis, in hac parte, committimus & mandamus, neglexeritis seu distuleritis contumaciter adimplere) canonica monitione præmissa, ferimus in his scriptis, districte præcipiendo mandañ

quatenus,infra sex dierum spacium, post præsentationem seu notificationē præsentium,vobis seu alteri vestrum factas, & postquam pro parte dicti domini.N. principalis,vigore præsentium, fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus, immediate sequeñ. Quorum sex dierum, duos pro primo, duos pro secundo,& reliquos duos dies, pro tertio & peremptorio termino, ac monitione canonica,assignamus, ita tamen quod in his exequendis, vnus vestrum,alium non expectet,nec vnus pro alio seu per alium,se excuset,acceden. propterea, quo fuerit accedendum. Reuerendo in Christo Patri,& domino domino N. Dei & apostolicæ sedis gratia,episcopo. N. sub interdicto ingressus ecclesiæ,eiusq; in spiritualibus & temporalibus Vicario seu officiali generali, necnon venerabili viro, domino.N.Præposito ecclesiæ.N.asserto iudici delegato, cæterisq; officialibus,iudicibus, commissarijs, delegatis, subdelegatis, ordinarijs extraordinarijs quibuscunq;,quacunq; auctoritate fungeñ. & præsertim.N. exaduerso principali prædicto,omnibusq; alijs & singulis,quorum interest, intererit, aut interesse poterit, quomodolibet in futurum,quibuscunq; nominibus censeantur, & quacunq; præfulgeant dignitate,de quibus pro parte dicti domini.N.principalis,fueritis requisiti,seu alter vestrum fuerit requisitus,etiam sub excommunicationis, alijsq; sententijs,censuris & pœnis ecclesiasticis,quas in his scriptis ferimus, quasq; quemlibet huiusmodi nostræ inhibitioni contrauenień. incurrere volumus ipso facto, inhibeatis,quibus & nos etiam, tenore præsentium, sub similibus pœnis inhibemus,ne ipsi,vel eorum alter, in causa & causis huiusmodi,per se, vel alium, seu alios,publice vel occulte, directe vel indirecte, quouis quæsito colore vel ingenio,in vilipendium litispendentium & iurisdictionis nostræ, immouerius apostolicæ aut in dicti domini.N.principalis,iurisq; sui præiudicium,& grauamen,lite & causa huiusmodi,sic coram nobis indecis. pendeñ.quicquam attentare, seu innouare præsumant, seu præsumat. Quod si secus factum fuerit, id totum reuocare, & in statum pristinum reducere curabimus, iustitia mediante. ¶ Diem vero, seu dies, inhibitionis, seu inhibitionum vestrarum huiusmodi &c.

¶ In quorum omnium & singulorum fidem, & euidens testimonium præmissorum, præsentes literas, siue præsens publicum instrumentum huiusmodi, nostram inhibitionem, in se continentes siue continens, ex inde fieri &c.

¶ Si habes conficere inhibitionem ad partes, sub ceñ. ecclesiasticis,& pœnis pecuniarijs,videas superius citationem cum inhibitione inserta, sub censuris, vbi plenissime inuenies.

Inhibitio ad partes in contumaciā partis aduersæ.

Antonius Augustinus &c. deputatus. ¶ Vniuersis & singulis dominis Abbatibus &c. vt in citatione. ¶ Cuiusquidem cōmissionis vigore, per nos & coram nobis, in causa & causis huiusmodi, inter partes, in eadem commissione contentas, seu verius earundem procuratores, ad nonnullos actus iudiciales (citra tamen causæ conclusionem) rite & legitime processu. Subsequenter præfatus dominus noster Papa, quandam aliam commissionis siue supplicationis cedulam, nobis per vnum ex dictis Cursoribus præsentari fecit,quam nos cum simili, qua decuit, reuerentia, recepimus huiusmodi sub tenore. ¶ Beatissime pater &c. ¶ Huiusmodi siquidem commissionis vigore,nos in causa & causis antedictis, vlterius procedere volentes, ad instantiam prouidi viri magistri.N.in Rom Cu. causarum, & venerabilis viri, domini.N. principalis,in præinsertis commissionibus principaliter nominati procuratoris, instantiam,prouidum virum,magistrum.N. in eadem Rom. Cu. etiam causarum, & dict.N.exaduerso principalis, procuratorem (prout de ipsorum hincinde procuratorum procurationum mandatis,nobis legitima extitit facta fides) ad dicendū

& excipiendum, quicquid verbo, vel in scriptis, contra vltimo præinsertam, nobis factam & præsentatam commissionem dicere, siue excipere volebat. Necnon ad videndum & audiendum, in huiusmodi causa, more solito, sub excommunicationis, aliisq; sententiis, censuris & pœnis ecclesiasticis, etiam pecuniarijs, inhiberi, literasq; inhibitorias desuper necessarias & opportunas, extra Rom. Cu. & ad partes, in forma solita & consueta, decerni & concedi, vel dicendum, & causam &c. allegandum, per vnum ex dictis Cursoribus citari mandauimus & fecimus &c. ¶ Quibus aduenientibus, comparuit in iudicio legitime coram nobis, magister. N. procurator prædictus, nomine quo supra procuratorio. ¶ Vel etiam sic, si decernitur in domo. ¶ Constitutus legitime coram nobis, magister. N. ex aduerso procurator prædictus, quo supra nomine procuratorio. Et dicti magistri .N. ex aduerso procuratoris non comparentis, contumaciam accusauit, ipsumq; contumacem reputari & in eius contumaciam, in causa & causis huiusmodi, more solito, inhiberi, literasq; inhibitorias desuper necessarias & opportunas, sub excommunicatioñ. aliisq; sententiis, censuris & pœnis ecclesiasticis, & pecuniariis iuxta & secundum dictæ vltimo præinsertæ commissionis vim formam continẽtiam & tenorem, in forma solita & consueta, decerni & concedi per nos, instanter postulauit. ¶ Nos tunc Antonius auditor præfatus, dictum magistrum .N. ex aduerso procuratorem, non comparentem, reputauimus merito (prout erat exigente iustitia) contumacem. Et in eius contumaciam, attendentes postulationẽ huiusmodi fore iustam, & rationi consonam. Quodq; in causa & causis huiusmodi, sic coram nobis indecisis pendentibus, nihil fit in partibus, per quęcunq; attentandum seu innouandum. Volentesq; inter partes prædictas, æqualitatem seruare, ac ipsis, dãte domino, iustitiã ministrare, vt tenemur &c. vt in proxima forma.

Inhibitio in curia facta Auditori per Auditorem.

Paulus Aemilius Verallus, Dei & apostolicæ sedis gratia, Archiepiscopus Rossaneñ. vnius ex sacri palatij apostolici causarum, Auditoribus Locumteneñ. causæq; & causis, ac partibus infrascriptis Iudex a S. Domino nostro Papa specialiter deputatus. ¶ Reuerendo in Christo patri, domino Antonio Augustino, vtriusq; iuris doctori, Domini nostri Papæ Capellano, & dicti palatij apostolici, causarum Auditori, cæterisq; dominis eiusdẽ palatij causarum Auditoribus, iudicibus, commissarijs, delegatis, subdelegatis, ordinariis, & extraordinariis, executoribus, & subexecutoribus quibuscũq; in Rom. Cu. residentibus, quibus præsentes nostræ literæ præsentabuntur, & præsertim cuidam .N. exaduerso principali, in subinserta commissione, exaduerso principaliter descripto. Omnibusq; alijs & singulis, quorum interest, intererit, seu interesse poterit quomodolibet in futurum, quibuscunq; nominibus censeantur, aut quacunq; præfulgeant dignitate. Salutem in domino, & præsentibus fidem indubiam adhibere. Noueritis, quod nuper S. in Christo pater, & dominus &c. huiusmodi sub tenore. Dignetur &c. ¶ Cuiusquidem commissionis prætextu, in causa & causis huiusmodi, per nos & coram nobis, inter partes, in eadem commissione contentas, ad omnium fere terminorum substantialium, & aliorum actuum iudicialium obseruationem (citra tamẽ causæ cõclusionem) rite & legitime processum. Subsequenter nos ad prouidi viri, magistri. N. instañ. prouidum virum, magistrum. N. &c. de quorum &c. constat. Ad videndum & audiendum, vobis domino Antonio Auditori, siue Coauditori, aliisq; Auditoribus iudicibus & Commissariis, Necnon. N. exaduerso principali, omnibusq; aliis & singulis, quorum interest, intererit, aut interesse poterit quomodolibet in futurum in causa & causis huiusmodi, more solito, inhiberi, literasq; inhibitorias, desuper necessarias & opportunas, in forma solita & consueta, decerni & concedi,

vel

vel dicendum & causam &c. allegandum, per vnum ex dictis cursoribus citari mandauimus & fecimus &c. ¶ Quibus aduenien. comparuit in iudicio legitime coram nobis, magister N. procurator prædictus, nomine quo supra procuratorio, & dicti magistri N. exaduerso procuratoris non comparen. contumaciam accusauit, ipsumque contumacem reputari, & in eius contumaciam, vobis domino Antonio Auditori, siue Coauditori nostro. Necnon N. exaduerso principali, omnibusque alijs & singulis supradictis, in causa, & causis huiusmodi, more solito, inhiberi, sibique parti suæ, literas inhibitorias desuper necessarias & opportunas, nostro sigillo munitas, in forma solita & consueta, decerni & concedi, per nos, instanter postulauit. ¶ Nos tunc Paulus Aemilius Archiepiscopus, & locumtenens præfatus, dictum magistrum N. exaduerso procuratorem, non comparentem, reputauimus, non immerito (prout erat iustitia suaden.) contumacem. Et in eius contumaciam, attenden. postulationem huiusmodi, fore iustam, & rationi consonam. Quodque lite & causa huiusmodi coram nobis, indecis. penden. nihil fit, per vos, aut quæcunque alium, in causa & causis eisdem, quomodolibet attentandum seu innouandum. Volentesque inter partes prædictas, æqualitatem seruare, ac ipsis, dante domino, iustitiam ministrare, vt tenemur. Idcirco auctoritate apostolica, nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, in causa & causis huiusmodi, vobis domino Antonio Auditori, seu Coauditori nostro & N. exaduerso principali, omnibusque alijs & singulis supradictis, & vestrum cuilibet insolidum, duximus (iuxta dictæ præinsertæ commissionis vim, formam, continen. & tenorem) more solito, inhibendum, & tenore præsentium inhibemus, ne vos, aut aliquis vestrum (citra tamen præiudicium rei iudicatæ) in litispen. huiusmodi, ac nostræ, immo verius apostolicæ sedis, iurisdiction. vilipendium & contemptum, dictique domini N. principalis, & iuris sui præiudicium & grauamen, in causa & causis huiusmodi, sic vt præmittitur, coram nobis indecis. penden. quicquam attentare, seu innouare, præsumatis seu præsumat. Quod si secus factum fuerit, id totum reuocare & in statum pristinum reducere curabimus, iustitia median. ¶ Quæ omnia & singula præmissa, vobis omnibus & singulis supradictis, intimamus, insinuamus, & notificamus ac ad vestram, & cuiuslibet vestrum, notitiam deduci mus & deduci volumus per præsentes, ne de præmissis, aut eorum aliquo, ignorantiam aliquam in futurum prætendere valeatis, aut etiam quomodolibet allegare. ¶ In cuius rei testimonium, præsentes literas inhibitorias, exinde fieri, & per notarium publicum, nostrumque, & huiusmodi causæ, coram nobis scribam, infrascriptum, subscribi mandauimus, sigillique nostri, iussimus & fecimus, impressione communiri. Datum & actum Romæ apud Sanctum Petrum in palatio causarum apostolico, in quo iura reddi solent nobis inibi, mane hora audientiæ causarum consueta, ad iura reddendum & causas audiendum pro tribunali seden. Sub anno a Natiuitate Domini. M. D. LVII. Indict. XV. Die vero V. mensis Iun. Pontificatus S. in Christo Patris, & Domini nostri Domini Pauli, diuina prouidentia Papæ IIII. Anno Quarto.

Petrus Riualdi Notarius subscripsit.

¶ Per quemcunque domini nostri Papæ Cursorem.

¶ Et aduertas quod in inhibitione in curia, semper Auditor debet præponi alijs iudicibus, nisi tales iudices essent Cardinales vel Episcopi. Et inter Auditores, Senior Auditor debet præponi, nisi vnus ex Auditoribus esset Archiepiscopus, vel Episcopus, tunc non obstan. senio, Archiepiscopus, vel Episcopus præferri debet, vt in inhibitione suprascripta.

Inhibitio alia similis, ne quis admittatur ad possessionem, etiam prætextu censurarum.

Cuiusquidem Commissionis vigore, citatione legitima, vna cum inhibitione &c. Nos igitur Antonius Augustinus Auditor præfatus, attenden. quod in causa & causis huiusmodi sic coram nobis indecis. penden. nihil sit in partibus, per quemcunq; innouandum seu attentandum. Volentesq; mandatum apostolicum, nobis in hac parte factum, reuerenter exequi, vt tenemur. Idcirco, auctoritate eiusdem domini nostri Papæ, qua fungimur in hac parte, vos omnes & singulos supradictos, & vestrum quemlibet in solidum, tenore præsentium, requirimus & monemus, primo, secundo, tertio, & peremptorie, ac vobis & cuilibet vestrum, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna, quam in vos, & vestrum quemlibet (si ea, quæ vobis in hac parte committimus & mandamus, neglexeritis, seu cōtempseritis contumaciter adimplere) canonica monitione præmissa ferimus in his scriptis, districte præcipiendo mandañ. quatenus infra sex dierum spatium post præsentationem seu notificationem præsentium, vobis, seu alteri vestrum, factas, & postquam pro parte memorati domini. N. principalis, super hoc fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus, immediate sequeñ. Quorum sex dierum, duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies, vobis omnibus & singulis supradictis, pro tertio & peremptorio termino, ac monitione canonica, assignamus, ita tamen, quod in his exequeñ. vnus vestrum, alterum non expectet, nec vnus pro alio se excuset. Reuerendo in Christo patri, & domino domino .N. episcopo. N. si opus fuerit, sub ingressus ecclesiæ interdicto, eiusq; in spiritualibus Vicario & officiali generali, necnon vniuersis & singulis dominis, officialibus, iudicibus, delegatis, subdelegatis, ordinarijs extraordinarijs quacunq; auctoritate fungentibus, & præsertim venerabilibus viris, dominis præposito, Decano, & Canonicis ecclesiæ sancti .N. omnibusq; alijs & singulis, quorum interest, intererit, aut interesse poterit quomodolibet in futurum, sub excommunicationis, necnon Mille Ducatorum auri de camera pro vna, cameræ apostolicæ, & pro alia medietatibus, prælibato domino. N principali, irremissibiliter applicandorum, quas singulariter in singulas personas, necnon dictæ ecclesiæ .N. capitulo, suspen. a diuinis, ac. N. ecclesiæ interdicti ecclesiastici pœnis, sententijs & censuris, ferimus in his scriptis, quas singulas personas, capitulum, & ecclesiam, prout quamlibet concernit, si huiusmodi nostræ inhibitioni contrauenerit, incurrere volumus ipso facto, communiter vel diuisim inhibeatis (quibus nos etiam tenore præsentium inhibemus) ne ipsi, seu alter eorum, in causa & causis huiusmodi, in iurisdictioñ. nostræ, immouerius apostolicæ ac litispendeñ. huiusmodi, corā nobis, dictorumq; sacri palatij Auditorum, vilipendium ac contemptum, atq; dicti domini. N. præiudicium, quicquam, per se, vel alium siue alios, publice vel occulte, directe vel indirecte, quouis quæsito colore, attētare seu innouare, neq; prætensis diffinitiuis, aut alijs sententijs, in Rom. Cu. lite huiusmodi pendente, corā nobis, de & super Canonicatu & præbeñ. dictæ ecclesiæ, pro parte supradicti. N. exaduerso principalis, & contra supradictum. N. principalem, quomodolibet latis vel ferendis, & quibuscunq; alijs literis, in præiudicium eiusdem .N. principalis, quacunq; alia, quam domini nostri Papæ, auctoritate, forsan emenatis & in posterum emanandis, nequaquam parere seu obedire, ipsumq; principalem prædictum, prætactis literis nullatenus vti, earumq; prætextu, ad dictos Canonicatum & præbeñ. eorumq; possessionem, recipi & admitti, nullatenus præsumāt. Quod si secus factum fuerit, id totum reuocare, & in pristinum statum reducere, & ad

...carum excommunicationis, & aliarum sententiarum & poenarum declarationem (prout facti qualitas poposcerit) procedere curabimus, iustitia mediante. ❡ Diem vero &c.

Inhibitio similis, ne quis prætextu etiam literarum spolietur.

Post Cuiusquidem &c. vsque requisiti, quatenus venerabilibus & circunspectis viris, dominis, Præposito, Decano, & Capitulo, singulisque canonicis & personis ecclesiæ. A. B. dioces. ac. N. ipsius ecclesiæ asserto procuratori in eadem facta & præsentata commissione, principaliter nominato, ac alijs quorum interest, vel intererit, sub poenis sententijs & censuris ecclesiasticis, inhibere, literasque inhibitorias, desuper opportunas, extra Rom. Cu. & ad partes, in forma solita & consueta, decernere & concedere dignaremur. Nos igitur. P. Auditor præfatus, attenden. requisitionem huiusmodi &c. rationi, & quod contra debitum iuris & iustitiæ, absque iudiciali cognitione & sententia, quis non debet possessione sua spoliari, aut in ea turbari volentesque inter partes prædictas æqualitatem seruare, & iustitiam dante domino (si. N. principalis prædictus aliquod ius in eisdem Canonicatu & præben. se habere ostendet) sententiam promulgare, vt tenemur. Idcirco, auctoritate apostolica, nobis in hac parte commissa, vos omnes & singulos supradictos, & vestrum quemlibet insolidum, tenore præsentium requirimus & monemus, primo secundo, tertio, & peremptorie, vobisque nihilominus, & vestrum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis poena (quam in vos, & vestrum quemlibet, monitione canonica præmissa, ferimus in his scriptis, si ea quæ vobis in hac parte committimus, neglexeritis seu recusaueritis contumaciter adimplere) districte præcipien. mandan. quatenus statim, receptis præsentibus, & postquam pro parte dicti domini. N. principalis, vigore præsentium, super hoc fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus, ita tamen quod in his exequendis, vnus vestrum, alterum non expectet, nec vnus pro alio se excuset. Acceden. propterea, quo fuerit accedendum, præfatis dominis, Præposito, Decano, Capitulo, & canonicis. N. omnibusque alijs & singulis, quorum interest, intererit, aut interesse poterit, quomodolibet in futurum, de quibus pro parte dicti domini. N. principalis, super hoc fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus, sub infrascriptis sententiarum poenis, Inhibeatis, quibus & eorum cuilibet, nos etiam, tenore præsentium, inhibemus, ne ipsi, siue eorum alter, dictum. N possessione canonicatus & præben. dictæ ecclesiæ. N. quouis modo spolient seu ipsum in eadem turbent, aut inquietent, seu spoliari, turbari, aut inquietari permittant, nec ipsi, dominus Præpositus, Decanus, Capitulum, & Canonici (nisi præmissa, per nos, aut alium iudicem competen. iudiciali causæ cognition. & viso & discusso, quis ius in eisdem Canonicatu & præben. habeat, prætextu etiam quarumcunque literarum aut processuum) quemcunque alium, ad possessionem dictorum canonicatus & præben. admittant seu admitti permittant, nec in ipsius domini. N. iurisque sui præiudicium & vilipendium, quicquam, per se vel alium, seu alios, publice vel occulte, directe vel indirecte, quouis quæsito colore, attentare, vel innouare præsumant seu præsumat. ❡ Quod si forsan, dicti domini, Præpositus, Decanus, Capitulum, Canonici, & personæ, dictorum mandatorum nostrorum apostolicorum, transgressores, fuerint, & contra inhibitionem prædictam (præsertim, circa huiusmodi canonicatus & præben. possessionem) in præiudicium dicti domini. N. aliquid attentare vel innouare præsumpserit, nos exnunc, prout extunc, singulariter, in singulos canonicos, & personas eiusdem ecclesiæ, & quoscunque alios supradictos in præmissis culpabiles quomodocunque, excommunicationis, in capitulum vero ipsius ecclesiæ. N. suspen. a diuinis, & in ipsorum delinquentium & rebellium ecclesias, interdicti ecclesiastici, sententias, exnunc,

prout extunc, ferimus in his scriptis, & etiam promulgamus. Certificañ. nihilominus, dictos dominos Præpositum, Decanum, Capitulum, Canonicos, & singulas personas præfatæ ecclesiæ. N. necnon dictos. N. & N. &c. quod si contra huiusmodi literas nostras, immouerius apostolicas, necnon inhibitionem in eis contentam, circa possessionem dictorum Canonicatus & præbeñ. in præiudicium p̃fati domini. N aliquid, per se, vel alium, seu alios, publice vel occulte, directe vel indirecte, attentauerint, nos ad declarationem sententiarum, & pœnarum prædictarum, & alia grauiora (prout iustum fuerit) procedemus. Volentes nihilominus, quod si dictus. N. aliquod ius, in eisdem Canonicatu & præbeñ. habere prætendit, compareat coram nobis, & illud deducat, recepturus a nobis bonum iustitiæ complementum. ¶ Diem vero inhibitioñ. &c.

Inhibitio per edictum.

Vniuersis Et singulis Christifidelibus, & præsertim Alemanicæ natioñ. ac Reuerendo in Christo patri & domino domino Episcopo. N. eiusq; in spiritualibus &c. Idcirco auctoritate Apostolica, qua fungimur in hac parte, prædictis dominis Episcopo, eiusq; in spiritualibus Vicario &c. per hoc præsens publicum edictum, in Audientia publica literarum Contradictarum domini nostri Papæ, legendum, & valuis Audientiæ sacri palatij apostolici causarum, & Basilicæ sancti Petri Principis Apostolorum de vrbe, necnon extra Rom. Cu. & in partibus, in cathedralis. N. & aliarum Ecclesiarum, ac locorum vicinorum (ad quæ, pro publicatione & affixione præsentium, tutus patebit accessus) publicañ. & affigeñ. more solito, in hac causa duximus inhibeñ. & tenore præsentium inhibemus, ne ipsi, vel eorum aliquis, per se, vel alium seu alios, publice vel oculte, directe vel indirecte, quouis quæsito colore, in præiudicium dicti. N principalis, aut litispendeñ. & iurisdictioñ. nostræ, immouerius apostolicæ sedis, contemptum, & etiam viceuersa, idem. N. principalis, in præiudicium nostrum attentare seu innouare præsumatis seu præsumat. ¶ Quod si secus &c. iustitia mediañ. ¶ Loca vero Audientiæ publicæ, ac valuarum ecclesiæ prædictarum, tanquam publica & idonea, ad huiusmodi nostram inhibitionem publicandum, ad instar edictorum publicorum, quæ olim in albo prætorio scribebantur, duximus eligenda, quæ præsentem inhibitionem, suo quasi sonoro præconio & patulo iudicio, publicabunt, in quibus, huiusmodi inhibitionem nostram, modo præmisso & tenore præsentium, decernimus publicandum, ne ipsi (quibus duximus inhibendum) aut eorum aliquis, de præmissis, aliquam ignorantiam prætendere valeant, seu etiam quomodolibet allegare, cum non sit verisimile apud eosdem remanere incognitum, quod tam patenter & notorie omnibus extitit publicatum. Volumus autem, & dicta auctoritate decernimus, quod hæc præsens inhibitio, modo præmisso executa, omnes & singulos supradictos, & eorum quemlibet, taliter arceat & astringat, ac si ipsa nostra inhibitio, eis & eorum cuilibet, fuisset & esset præsentialiter lecta, & intimata. ¶ In quorum omnium &c.

Inhibitio in vim Moratoriæ, ad Auditorem cameræ & creditores.

Post Cuiusquidem commissionis siue supplicationis cedulæ &c. principaliter nominati, instañ. honorabiles viros, dominos. N & N. mercatores creditores Rom. Cu. sequeñ. exaduerso principales, ad videndum & audiendum supradicto domino Episcopo. N. principali, licet absenti, ac illis omnibus & singulis, qui pro eo, pro quibusuis pecuniarum summis & quantitatibus

quibusuis personis, etiam vt principales se obligarunt, Moratoriam dilationem vsq; ad spatium sex mensium, ad satisfaciendum quibuscunq; dicti domini Episcopi.N.creditoribus,necnon vobis domino Francisco Alberico Auditori Cameræ,& vestro locumteneñ. &c. Comparuit legitime coram vobis, supradictus dominus Episcopus.N.principalis,citra &c. reuocationem &c. & supradictorũ mercatorum comparentium (non tamen causam legitimam,quare præmissa fieri non deberent,allegañ.) contumacia accusata, ipsisq; pro contumacibus repu tari postulato,& in eorum contumaciam,supradictam Moratoriam dilationem, vsq; ad spatium sex mẽsium,præfato domino Episcopo.N.& omnibus pro eodẽ fideiussoribus,concedi,necnon vobis domino Auditori Cameræ, omnibusq; alijs & singulis supradictis,quoad cõtenta & descripta, in dicta nobis facta & præsentata commissione, more solito, inhiberi &c. postulauit. ¶Nos tunc.N. iudex & Commissarius præfatus,supradictos dominos.N &.N. mercatores exaduerso principales,licet præsentes,non tamen causam aliquam rationabilem,quare præmissa fieri non deberent,allegañ.vt præfertur, reputauimus merito &c. contumaces,& in eorum contumaciam,attendeñ.requisitionem huiusmodi fore iustam & consonam rationi,volentesq; mandatum apostolicũ,nobis directũ, reuerenter exequi,vt tenemur. Idcirco auctoritate apostolica nobis cõmissa, & qua fungimur in hac parte, Moratoriam dilationem huiusmodi, vsq; ad spatium sex mensium,vt præfertur,dicto domino Episcopo.N.principali,licet absenti, ac omnib⁹ & singulis fideiussoribus,qui pro eo,vt præmittitur, pro dictis pecuniarum summis persoluendis,etiam vt principales, se obligarunt, ad satisfaciendũ dictis mercatoribus,iuxta eiusdem commissionis vim,formam,continentiam & tenorem,duximus concedendum & concessimus,prout concedimus præsentium per tenorẽ. Considerantes insuper,quod termino & dilatione, Moratoriæ huiusmodi, p nos auctoritate apostolica concessa,durante, nihil fit per vos dominum Auditorem, aut vestrũ locũteneñ. seu quouis alios iudices, ad instañ.dictorum mercatorum creditorum,vel quorũcunq; aliorum,in Rom.Cu.vel extra eam,contra præmissa,vel aliquod præmissorum,attentandum vel innouandum. Eapropter,vobis domino Auditori & vestro Locumteneñ. ac mercatoribus, & socijs omnibusq; alijs & singulis supradictis,quo ad omnia contenta,descripta, & narrata, in præinscripta nobis facta & præsentata commissione,more solito,duximus inhibendũ ac inhibemus, ne vos aut aliquis vestrũ &c.colore, in nostrorũ immouerius apostolicorum mandatorum inhibitioñ. huiusmodi vilipendium & contemptum, præfatiq; domini Episcopi.N.suorumq; fideiussorum, etiam tanquam principales obligati,& obligatorum,aut alicuius ipsorum præiudicium & grauamen,ad instantiam quorumcũq; suorum creditorum,vel aliorum prædictorũ, quicquam attentare,nec ipsum dominum Episcopum.N.aut fideiussores huiusmodi,durante dicta sex mensium,per concessa,dilatione huiusmodi,in bonis, vel in persona, seu personis & bonis ipsius domini Episcopi.N. & dictorum suorum fideiussorũ molestare,ad iudicium trahere,excommunicare, aggrauare, reaggrauare, seu ad iudicium trahi,excommunicari,aggrauari,reaggrauari, interdici, vel ad vlteriora procedi facere vel perturbare,aliquatenus audeatis vel etiam præsumatis, seu aliquis vestrum audeat vel præsumat. ¶Quod si secus &c.

Inhibitio Auditoris Cameræ, ad Senatorem in Curia facta.

Franciscus Albericus &c. vt supra in absolutioñ. ab Auditore Cameræ vsq; generalis Auditor. Vide etiam sub litera cu rialitatis. ¶Magnifico, & illustri viro.D. almæ vrbis Senatori, pro tempore existenti, eiusq; & Curiæ Capitolij locumteneñ. Collateralibus, iudicibus, executoribus, marescallis, officiali seu officialibus extraordinarijs,

ac omnibus & singulis alijs officialibus eiusdem vrbis, præsentibus & futuris, & eorum cuilibet in solidum, ad quem vel ad quos, præsentes nostræ literæ peruenerint, seu præsentatæ fuerint, Salutem in domino, & præsentibus fidem indubiam adhibere, ac nostris huiusmodi immo uerius apostolicis, firmiter obedire mandatis. ¶ Quoniam ex fidedignorum recepimus testimonio, venerabilem & discretum virum D. Ioannem Metellum clericum Bisuntiñ. ac Rom. Cu. sequentem, & in eadem, lites gereñ. & habeñ. fore & esse. Eapropter, nostræ iurisdictioni subiectum, nosq́ue, de suis causis, tam criminalibus, quã ciuilibus, agnoscere habeamus. Idcirco vobis omnibus & singulis supradictis, & vestrum cuilibet, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna (quam in vos & vestrum quemlibet, huiusmodi nostræ inhibitioni controuenientem, ipso facto ferimus in his scriptis) tenore præsentium inhibemus, ne vos aut aliquis vestrũ contra dictum D. Ioannem procedere, aut ipsum alias, tam in persona, quam rebus & bonis suis quomodolibet molestare, vexare, aut perturbare præsumatis, seu aliquis vestrum præsumat, in nostræ iurisdictioñ. immo uerius apostolicæ sedis, vilipendium & contemptum, Sed ipsum D. Ioannem in omnibus suis causis, cõtra eum, & pro eo, motis & mouendis, ad nos, tanquam eius iudicem ordinarium & competeñ. remittere curetis, cum parati simus, tam nostro ex officio, quam, ad cuiuscunq; instañ. & de eo conquereñ iustitiæ ministrare complementum, alioquin, contra vos, & quemlibet vestrum, in hac parte rebelles, ad dictæ excommunicationis sententiæ declarationem, ac ad alia grauiora procedemus, vestra & cuiuslibet vestrum rebellione id exigente. ¶ In cuius rei testimonium, præsentes nostras literas exinde fieri & nostri sigilli, quo vtimur, iussimus & fecimus impressione communiri. Datum Romæ in domo solitæ nostræ resideñ. Sub anno &c. M. D. LVII. Ind. XV. Die vero. N. mensis Iun. Pont. S. &c. Pauli &c. Papæ IIII. Anno Quarto. Præsentibus ibidem honorabilibus & discretis viris, dominis Marco Antonio Oliuerio, laico Nepesin. dioces. & Iacobo Clesele clerico Varmieñ. dioc. Testibus &c.

DE INSTITVTIONE.

Institutio præsentati per Decanum & Capitulum, ad canonicatum, & præbeñ.

Iacobus Dei & apostolicæ sedis gratia Episcopus Chelmeñ. Dilecto nostro. N. clerico nostræ dioc. licentiato in decretis, Salutem in domino. ¶ Cum ad honorabiles viros, dilectos nostros. N. Decanum & Capitulum ecclesiæ nostræ, iuspatronatus & præsentatio personæ idoneæ, quando vacant, canonicatus & præbeñ. ad episcopum Chelmeñ. pro tempore existentem personarum præsentatarum huiusmodi receptio & admissio, necnon institutio ipsarum, ac collatio, assignatio, & prouisio canonicatum & præben. prædictorum, iure ordinario, de antiqua, approbata, & hactenus pacifice obseruata consuetudine, pertineant, per Decanum, & Capitulum prædictos, ad canonicatum & præbeñ. ipsius ecclesiæ, quos quondam. N. ipsius ecclesiæ canonicus (dum viueret) obtinebat per ipsis. N. obitum (qui nuper diem clausit extremũ) nobis fuisti legitime præsentatus, nos dictorum Decani & capituli, supplicationibus inclinati easq; gratiose admitteñ. te in canonicum præbendarum dictæ ecclesiæ instituimus, ac illos sic vacañ. cum plenitudine iuris canonici, ac omnibus iuribus & pertineñ. suis, auctoritate nostra ordinaria tibi conferimus & assignamus, ac prouidemus etiam de eisdem, ac nos &c. vt supra in collatioñ.

Institutio parochialis, facta præsentatio, per patronos laicos.

Burchardus Dei gratia, Episcopus Lubien. dilecto nostro Andreæ de .N. presbytero nostræ dioc. Salutem in domino sempiternam. ¶ Cum nobilem virum dominum. A. Castrum. B. iam acta inhabitantem, ad quem, tanquam seniorem dictæ familiæ suæ, ius præsentandi spectare dinoscitur, ad ecclesiam parochialem Beati Ludouici. N. nostræ diocesis, tunc liberam, & vacan. per obitum quondam. N. dum viueret, dictæ ecclesiæ Rectoris nuper vita functi, fueris præsentatus, & per dictum dominum. A. nobis supplicatum extitit, quatenus præsentationem huiusmodi recipere & admittere, & te in dicta ecclesia sic vacan. in Rectorem & curatum instituere, illamq; tibi conferre & assignare, cum omnibus iuribus & pertinen. suis dignaremur. Nos, qui te, ad ecclesiam ipsam obtinendam, sufficientem & idoneum, esse comperimus, huiusmodi supplicationibus inclinati, te in Rectorem & curatum dictæ parochialis ecclesiæ, vt præmittitur, vacan. auctoritate nostra ordinaria, instituimus, illamq; tibi, cum omnibus iuribus & pertinen. suis, conferimus & assignamus, ac prouidemus etiam de eadem, teq;, coram nobis, propter hoc constitutum, in corporalem possessionem, seu quasi parochialis ecclesiæ, iuriumq; & pertinen. prædictorum, per annuli nostri traditionem, inducimus & inuestimus de eadem, te cepto per nos, a te &c. vt supra in collation.

Institutio præsentati per Abbatem, & Conuentum.

Stephanus Dei gratia, Episcopus. N. ¶ Dilecto nobis in Christo. A. clerico. B. dioc. Salutem in domino sempiternam. ¶ Cum ad Capellam beatæ Mariæ de. N. N. dioc. ad quam, ius præsentandi personam idoneam, quando vacat, Abbati pro tempore existenti, & Conuentui Monasterij sancti. N. de. N. ordinis sancti. N. N. diocef. Nobis vero, & Episcopo. N. pro tempore existenti, huiusmodi præsentationis receptio, & admissio, ab antiqua, approbata, & hactenus pacifice obseruata consuetudine, pertineant, ad capellam ipsam, per obitum quondam. N. vacan. tu nobis, per Abbatem & Conuentum prædictos, fueris legitime præsentatus. Nos, tu (quem ad eandem capellam obtinendam sufficientem & idoneum, esse reperimus) ad præsentationem huiusmodi recipiendum & admitten. duximus, dictamq; capellam, tibi, cum omnibus iuribus & pertinen. eiusdem, conferimus & assignamus, ac prouidemus, etiam de eadem, & te, coram nobis personaliter constitutum, in corporalem possessionem capellæ, iuriumq; & pertinen. prædictorum, per annuli nostri traditionem, inducimus & inuestimus de eadem &c.

Institutio præsentati ad hospitale pauperum.

Rocchus Dei gratia, Episcopus. N. ¶ Dilecto nobis in Christo. N. clerico nostræ dioc. Salutem in domino sempiternam. ¶ Cum ad hospitale de. N. nostræ diocef. in quo pauperes Christi recipiuntur & de bonis eidem hospitali, ex elemosynis fidelium largitis & concessis, sustentantur, quod de præsenti, caret Rectore & administratore, per maiores Scabinos & Communitatem dicti loci, iuspatronatus præsentandi clericum ad illud, quando vacat, ad nos vero vt ad Episcopum. N. pro tempore existentem, præsentationis huius modi receptio & admissio, ac clerici institutio & concessio, de antiqua & approbata consuetudine, pertineant, nobis legitime fueris præsentatus. Nosq; præsentationem huiusmodi admitten. tibi prædictum hospitale, sic vacans, cum omnibus iuribus & pertinen. ipsius, per te (quamdiu vixeris, & bene rexeris) tenendum & possidendum, auctoritate nostra, tenore præsentium, conferimus, com

mittimus & assignamus. Teq; in Rectorem ipsius, cum omnibus iuribus & pertinen. eiusdem tenore, inst tuimus, & illud tibi concedimus per præsentes, præstito per te corporali tactis scripturis sacrosanctis iuramento quod dictum hospitale, bene & utiliter reges, & pauperibus condecenter administrabis, Terras, domos, & possessiones, atq; iura quæcunq; ipsius hospitalis manutenebis &c. vt supra in collation.

Institutio ad regimen Leprosorum.

Nicolaus Dei & apostolicæ sedis gratia, Episcopus. N. ¶ Vniuersis & singulis Incolis, & habitatoribus loci de. N. nostræ dioces. Salutem in domino sempiternam. ¶ Nuper siquidem accepimus, quod domus Leprosariæ dicti loci, vacat de præsenti, per obitum. N. vltimi ipsius administratoris. ¶ Nos ad quem vt episcopum. N. pro tempore existentem, præsentatio personæ idoneæ, ad regimen & administrationem dictæ domus ac institutio, necnon allatio, assignatio, & destinatio, ac omnimoda dispositio, pleno iure pertinet, eidem domui, de vtili & bono Rectore & administratore salubriter prouid re volen. Honestum & prouidum virum Laurentium. N. nostræ diocesan colam & habitatorem dicti loci, virum probum, bonæ vitæ, conuersationis hactenus, ac bonum administratorem (de quo in domino fiduciam obtinemus specialem) recto em & administratorem dictæ domus, cum terris & possessionibus eiusdem instituimus, dictamq; domum, cum onere, & honore, ac terris & possessionibus prædict.s, alijsq; oneribus, iuribus & pertinen. ipsius, eidem Laurentio contulimus & assignauimus auctoritate nostra, conferimusq; & assignamus per præsentes, ac eundem Laurentium (coram nobis, propter hoc, constitutum) in corporalem possessionem, seu quasi domus Leprosariæ, iuriumq; & pertinen. prædictorum, per annuli nostri in suis manibus traditionem, inducimus & inuestimus de eadem, præstito per dictum Laurentium (quod domum prædictam, nec non terras, & alias possessiones, & iura, ad dictam domum pertinentes & pertinen. bene & vtiliter reget & gubernabit, agriculari, laborari, & seminari faciet, pauperibus leprosis, & alijs personis in dicta domo nunc existen. & qui erunt pro tempore, in necessarijs administrabit fideliter, iura & libertates, atq; bona dictæ domus, & ad ipsam domum pertinentes, & pertinen. manutenebit & defendet pro posse nihilq; de his, quæ ad dictam domum pertinent, aut in futurum pertinebunt alienabit, sed alienata recuperabit, & ad ius, & proprietatem dictæ domus, reducet & reduci procurabit pro posse) ad sancta Dei Euāgelia corporali iuramēto. Quocirca vobis omnibus & singulis supradictis, præsentium tenore, damus in mandatis, quatenus dictum Laurentium, in magistrum, rectorem, & administratorem dictæ domus, & leprosariæ, recipiatis & recipi faciatis, & ipsum Laurentium in corporalem, realem, & actualem, possessionem, dictæ domus, iuriumq; & pertinen. prædictorum inducatis, & defendatis inductum, amoto ab ea, quolibet detētore, sibiq; de ipsius domus fructibus, redditibus, prouen. iuribus & obuen. vniuersis, faciatis plenarie & integre responderi, & quantum in vobis est, plenarie & integre respondeatis. ¶ In quorum &c.

De Indulgentia.

Indulgentiarum Materia, ad officium integerrimorum patrum dominorum Abbreuiatorum spectat, qui consulendi sunt. Pro his tamen, quæ per Reuerendissimos in Christo patres, & dominos Cardinales, concedi consueuerunt, vide quædam pauca inferius.

Pro Aliquali informatione, Aduerte, quod de numero Cardinalium. Non nulli sunt Episcopi Cardinales. Alij presbyteri Cardinales. Reliqui vero Diaconi Cardinales. ¶ Episcopi Cardinales, sunt Osten. Portuen.

tien. Sabinen. Tusculañ. Prænestineñ. & Albaneñ. ¶Presbyteri Cardinales sunt isti, videlicet. Sanctæ Sabinæ. Sancti Eusebij. Sancti Petri & Marcellini. Sanctæ Susannæ. Sanctæ Agnetis. Sanctæ Ceciliæ. Sancti Angeli. Sancti Petri ad Vincula. Sanctæ Mariæ in Tráſtyberim. Sancti Sixti. Sanctæ Anastasiæ. Sancti Stephani in Cœlio monte. Sancti Clementis. Sanctæ Mariæ in Porticu. Sancti Chrisogoni. Sanctæ Potentianæ. S. Crucis in Hierusalem. S. Priscæ S. Praxedis. Sancti Martini in Montibus. Sanctorum quatuor Coronatorum Sancti Vitalis. Sancti Ciriaci in Thermis. Sancti Syluestri. Sancti Cæsarei. Sanctorũ Ioãnis & Pauli. Sanctæ Mariæ in ara Cœli. Sancti Calixti. Sanctæ Balbinæ Sáctæ. N. Sãctorum Nerei & Archilei. Sancti Pancratij Basilicæ XII. Apostolorum. Sácti Apollinaris. Sanct. N. S. N. & Sanct. N. Presbyter Car. ¶Diaconi Cardinales, sunt. Sanctæ Mariæ in Dominica. Sanctæ Mariæ in Via lata. Sancti Hadriani. Sancti Marci. Sancti Honofrij. Sanctæ Mariæ Nouæ. Sancti Viti in Marcello martyrum. Sancti Thomæ in Parione. S S. Sergij & Bacchi, Sancti Laurentij in Damaso. Sancti Eustachij. Sanctæ Mariæ in Cosmedin. Sancti Nicolai in Carcere Tulliano. Sanctæ Mariæ in Aquiro. Sanctorum Cosinæ & Damiani. Sancti Theodori. Sancti Georgij ad velum Aureum. sanctæ Agathæ. sanct. N. Diacon. Cardinal.

¶Inter nos, Episcopi, Presbyteris, Et presbyteri, Diaconis, Necnon, tam inter Episcopos, quam presbyteros, quam etiam Diaconos, Antiquiores, minus antiquis præponuntur in exordio cuiuscunq; literæ, vt infra.

Ioannes Dominicus. Io. Ostien. ¶M. Portuen. Ioannes Petrus Tusculañ. Ludouicus Prenestiñ. Franciscus sabineñ. Ioannes Albaneñ. Episcopi, Rodulphus. tt. s. Mariæ Transtyberinæ, Ioannes. tt. s. Pancratij, Marcellus tt. s. Crucis in Hierusalem, Michael. tt. s. Ioan. ante portam Latinam. Ioannes. tt s. stephani in Cœlio Monte, Franciscus. tt. s. Eusebij, Otho. tt. s. sabinæ, Bartholomeus. tt. s. Bartholomei in insula, Fridericus. tt. s. Priscæ, Tiberius. tt. s. Agathæ, Durantes. tt s. Basilicæ s s. XII. Apostolorum, Petrus. tt. s. Balbinæ, Raynutius. tt. s. Angeli, Hieronymus. tt. s. Martini in Montibus, Ioannes. tt. s. Potentianæ, Bernardinus sancti Ciriaci in Thermis, Christophorus. tt. s. Praxedis, Fuluius. tt. s. Mariæ in via Lata, Ioannes Michael. tt. s. Mariæ In Araceli, Ioannes. tt. s. Vitalis, Ioannes Andreas tt. s. Barbaræ, Iacobus. tt. s simeonis, Alexander. tt. s. Luciæ in silicæ, Petrus. tt. s s. Petri & Marcellini, Fabius. tt. s. siluestri, Ioannes. tt. s. Anastasiæ, Ioannes Baptista. tt. s. Clementis, Hieronimus. tt. s. Mathei, sebast tt. s. Calixti presbyteri, Franciscus. s. Marci, Alexandri. s. Laurentij in Damaso, Guido Ascanius. s. Mariæ in via Lata, Raynaldus. s. Mariæ in Cosmedin, Nicolaus. s. Eustachij, Iacobus. s s. Cosinæ & Damiani, Hieronimus. s. Georgij ad Velabrum, Iulius. s. Petri ad Vincula, Innocentius. s. Honofrij, Aloisius. s. Theodori sacrosanct. Rom. Ecclesiæ Diaconi Cardinales. (Et sic de omnibus aliis Cardinalibus presbiteris subscriptis mutando nomen, titulum, & seu cognomen illorum, iuxta & secundum morem, quo ipsi communiter vocitantur.) Et sic de cœteris Cardinalibus Diaconis suprascriptis, mutato solum nomine, titulo, & seu cognomine ipsorum.)

¶Vniuersis & singulis præsentes literas inspecturis, salutem in domino sempiternam. ¶Et si cunctæ orbis ecclesiæ &c. Sequatur Procemium vt infra.

INDVLGENTIARVM EXORDIA.

Indulgentia de Sancta & indiuidua Trinitate.

Et Si cunctæ orbis ecclesiæ, sub sanctorum fundatæ vocabulis, sunt pia deuotione fidelium venerandæ, illas tamen, quæ in honorem, & sub vocab

bulo sanctæ & indiuiduæ Trinitatis dedicatæ noscũtur, multo & celebriori memoria, conuenit venerari, quo ipsa sancta Trinitas, immediatius & perfectius vota fidelium dirigit, & ad gratiam exauditionis admittit. ¶Cum itaq; &c.

De corpore Christi.

Sanctissimum Corpus Domini nostri Iesu Christi, qui de hoc mundo transiturus ad patrem ad passionis & mortis suæ memoriam, carnem suam in cibum, & sanguinem suum, in poculum, exhibuit populo Christiano. ¶Decet Christifideles pro deuotione reminiscentiæ venerari, & panem Angelorum cœlestem, qui nos spiritualiter reficit, veluti nostræ, peregrinationis pignus qua redimus ad patriam, deuotis mentibus & intimis præcordiis adorare. Cum itaq; &c.

De sancto Spiritu.

Et Si quælibet loca sanctorum, sunt pia deuotione fidelium veneranda, Illa tamen tanto sunt venerabilius honoranda, quanto ipse spiritussanctus, gratiam infundit vberius in cordibus deuotorum suorum. ¶Cupien. &c.

De corpore Christi, & aliis Sanctis.

Sanctissimi Corporis & sanguinis domini nostri Iesu Christi, eiusq; sanctorum martyrum memoriam, & in eorum honorem dedicatas ecclesias, atq; loca, cuncti Christi titulo insigniti, pro illius amore, cum quo iidem martyres regnant in cœlis, venerari debent in terris, vt ipsius sacratissimæ passionis, recolentes memoriam, & martyrum ipsorum suffulti præsidio, apud eum quod suis meritis non valeant impetrare, sanctorum eorundem patrocinio consequantur. ¶Cupien &c.

Pro Ecclesia sanctæ Crucis.

Admirabile Signum sanctissimæ Crucis, quod erit in cœlo, cum dominus ad iudicandum venerit, & per quod, ipse redemit mundum, qui ligno perierat, necnon discipulorum gesta, nos admonent, vt in pelago huiusmodi, surgente procella, ad signum ipsum concurrere debeamus. Hoc sane signum, deuotæ considerationis indagine contemplantes, & iuxta mentis arcana reuoluentes, quod in illo pependerit mundi salus, dignum quinimo debitum recensemus, vt sacratissimæ crucis huiusmodi miraculo, redimita loca gratiosis remissionibus prosequamur & indulgentiarum muneribus, decoremus &c. ¶Cum nuper &c.

De Beata Virgine Maria.

Dum Præcelsa meritorum insignia, quibus Regina cœlorum, virgo Dei genitrix, gloriosa sedibus cunctis, præclara syderibus, quasi stella matutina præluxit, deuotæ considerationis indagine præscrutamur, & dum etiam infra pectoris arcana reuoluimus, quod ipsa, vtpote misericordiæ mater, gratiæ & pietatis patrona, humani generis consolatrix, pro salute fidelium, qui delictorum onere prægrauantur, sedula oratrix, & peruigil apud regem, quem genuit, intercedit. Dignum quinimo, debitum reputamus, vt loca in honore sui nominis dedicata, gratiosis remissionibus prosequamur impendiis, & gratiarum muneribus honoremus. ¶Cum itaq; &c.

Alia similis, de Gloriosa Virgine Maria.

Virgo Venustissima, & omnium virtutum floribus & aromatibus insignita virgo Dei genitrix gloriosa, de cuius pulchritudine, sol & luna, mirantur, eiusq; precib. iuuatur populus Christianus, quæ florem preciosum & immarcessibilem, & æternum, dominum nostrum Iesum Christum, hu-

mani generis redemptorem, ineffabili spiritussancti cooperante gratia, produxit pro cuius reuerētia, loca, sub ipsius vocabulo insignita, sunt a Christifidelibus merito veneranda, vt etiam ipsi exercentes opera pietatis, eius piis adiuti suffragiis, æternæ retributionis præmia, consequi mereantur. ¶ Cupien. &c.

Alia de castissima Virgine Maria.

Ineffabilis Gloriosæ virginis Dei genitricis Mariæ, meritorum insignia deuota considerationis indagine, perscrutantes, & intra mentis nostræ arcana reuoluentes, quod ipsa, castissimo eius vtero (prout nostri status exigebat necessitas) humanæ salutis auctorem protulit, & apud eum quem maternis lactauit vberibus, sedulas (pro nostra fragilitatis expiatione) preces effundit. Dignum quin potius debitum reputamus, vt in honorem sui nominis, dedicatas capellas & loca alia, gratiosis remissionibus prosequamur impendijs, & indulgentiarum muneribus decoremus &c.

Alia Indulgentia de piissima Virgine Maria.

Cum (Propheta dicente) dominum in sanctis eius laudari deceat, in illa tamen præcipue, per quam, humano generi, æterna salus apparuit, gloriosa videlicet beata Maria semper Virgine, matre Iesu Christi, Deum collaudari & benedici celebrius conuenit, ac ecclesias, & loca, ad honorem ipsius Virginis dedicata deuotius venerari, quæ etiam meruit in cœlis, præ cœteris sanctis sublimius honorari, & etiam super choros Angelorum exaltari.

Indulgentia de sancto Ioanne Baptista.

Inter Sanctorum solemnia, sancti Ioannis Baptistæ Natiuitas, eo deuotius & feruentius est veneranda, quo ipse, de aluo sterilis matris procedens, fecundus virtutibus, sacer eloquiis, & fecundus fons Apostolorum, labium & silentium prophetarum, in terris Christi præsentiam caliginantis mundi lucernam ignorantiæ, abiectis tenebris, iugi præconio, & indicis signo, mirifice nūciauit.

De sancto Michaele.

Quanquam (Propheta dicente) dominum in sanctis eius laudare deceat, in illo tamen præcipue, videlicet beato Michaele Archangelo, Deum collaudari & benedici, fundatasque in honorem ipsius ecclesias, a Christifidelibus deuotius venerari conuenit, qui de hoste maligno triumphans militiæ cœlestis exercitus, & super omnes animas suscipiendas, præ cœteris Angelis principatum, diuina prouidentia noscitur obtinere.

Pro sancto Stephano.

Et Si &c. quo ipse Protomartyr, apud Deum (pro cuius nomine fuit primus martyrio coronatus) non modo pro deuotis, sed etiam pro persecutoribus suis, voluit efficaciter exorare.

De sancto Martino.

Et Si vniuersæ orbis ecclesiæ, sub sanctorum constructæ vocabulis, frequentius sunt collaudandæ, illas multo magis conuenit venerari, quæ sub præsulis, sancti Martini confessoris, sunt decoratæ titulis, qui Iesu Christi compar apostolis fuit, ac contemptis mundi vitiis, coronam promeruit habere sempiternam, quo ipse dominus noster Iesus Christus, ipsius intercessionibus, immediatius & perfectius vota fidelium dirigat, & ad gratiam exauditionis perducat.

Pro sancto Nicolao.

Gloriosus Nicolaus, cuius meritorum recensemus insignia ac tripudio ipsius, quarta semel & sexta feriis, cœpit maccrare corpus, factus præsul, sublimatus, præstat opem ægentibus, timentibus naufragio periclitari, far in fame distribuit, auro dato, violari virgines prohibuit in eo. Dignum ergo arbitramur & congruum, vt in honorem sui nominis, cunctas dedicatas ecclesias, gratiosis remissioñ. prosequamur impendiis, quo dominus noster Iesus Christus, eiusq; intercessionibus, vota dirigat fidelium, & ad gratiam exauditionis admittat. ¶Cupieñ. &c.

De Martyribus.

Dum Sanctorum martyrum, variis tormentorum torsionibus, pro christi fide, constanterq́, declaratorem recordamur certamina credimus eorum patrocinia, nostris, apud altissimum, suffragiis affectibus. Ecclesias idcirco & sacra loca, ad ipsorum laudem & honorem institutas, maximo non immerito, deuotionis feruore, venerari debemus, quo ipsi apud deum, pro cuius nomine, poenis corporis spretis, martyrio coronati fuerunt, pro fidelibus, inceffabilibus precibus, iugiter pro nobis intercedant.

Communis pro aliis sanctis.

Ante Thronum diuinæ maiestatis, fideles Christi, sanctorum piis adducti suffragiis, ad eorum festiua solemnia, eo debent feruentius incitari, quo talium patronorum fulciri præsidiis, potiora retributionis præmia & munera, valeant promereri. Vnde nos, more Pastoris vigilis, Christifideles singulos, quos cupimus in superna patria collocari, ad ipsorum sanctorum trahamus libenter obsequia, vt eos in conspectu Domini, deuota veneratione collaudent.

Pro reliquiis Sanctorum.

Sanctorum Reliquias quorum animas, non dubitamus in cœlo regnare cum Christo, nos vniuersi & singuli Christiani, pro amore venerari debemus in terris, vt Dei honorantes amicos, diuinis nos beneplacitis compleamus, & illorum nobis propterea vendicantes patrocinium, apud eum, quod nostris meritis non valemus, eorum obtinere intercessionibus mereamur.

Alia communis.

Splendor Paternæ gloriæ, qua sua mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium, de clementia ipsius maiestatis sperantium, tunc præcipue, benigno fauore prosequitur, cum deuota ipsorum humilitas, sanctorum precibus & meritis adiuuatur.

De sepulchro dominico, & aliis sanctis.

Et Si cunctæ orbis ecclesiæ, capellæ, & loca sanctorum fundata vocabulis pia deuotione fidelium sint ueneranda, illa tamen, quæ in honorem, & sub sepulchri dominici, ac sanctorum Ioan. Baptistæ, Petri Principis Apostolorum, Gregorij martyris, & Mariæ Magdalenæ, vocabulis, dedicata noscuntur, eo celebriori memoria conuenit venerari, quo dominus noster Iesus Christus, eorundem sanctorum precibus, & intercessionibus, immediatius & perfectius vota fidelium dirigit, & ad gratiam exauditionis admittit.

Alia communis pro aliis sanctis.

Licet Is, de cuius munere venit, vt sibi a fidelibus suis, digne & laudabiliter seruiatur, de abundantia suæ pietatis, quæ merita supplicum exaudit, & vota bene seruientibus, sibi multa maiora tribuit, quam valeant promereri.

mereri. Nihilominus tamen, desideran̄ domino populum reddere acceptabilē & bonorum operum sectatorum, fideles ipsos, ad complacendum, & quasi quibusdam allectiuis muneribus, indulgentijs videlicet & remissionibus, inuitamus vt exinde reddantur diuinæ gratiæ aptiores. ¶Cupien̄. &c.

De reparatione Pontis fracti.

De Peregrinorum & aliorum Christifidelium incolumitate soliciti, his qui pro euitandis eorum periculis, faciendæ sunt fabricæ, manus adiutrices porrigere possunt apud Deum, id meritorium reputamus. Cum itaq; &c.

Pro Paupere.

Quoniam (Vt ait apostolus) omnes stabimus ante tribunal Christi, recepturi prout corpore gesserimus, siue bonum, siue malum, nos oportet diem peregrinationis extremæ, pijs misericordiæ operibus præuenire, & ea seminare in terris, quæ colligere valeamus in cœlis, quoniam, qui parce seminat, parce & metet, & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus metet vitam æternam. ¶Cum itaq; &c.

Alia pro paupere.

Obsequium Gratum & pium altissimo totiens impendere credimus quotiens mentes fidelium, ad charitatis, & alterius deuotionis opera, Christi pauperibus, quos egestatis pœnuria, deprimit largienda, allectiuis indulgentiarum muneribus propensius excitamus. ¶Cum itaq; &c.

Modus procedendi, siue narratiuę Indulgentiarum.

De Ecclesia gloriosæ Virginis Mariæ.

Dum Præcelsa &c. ¶Cupien̄. igitur, vt venerabilis Ecclesia Beatæ Mariæ de Bolonia, parochialis ecclesiæ sancti Nicolai in Burgo nuncupato, Morinen̄. dioc. in qua ipsa beata virgo, dei genitrix Maria, ineffabilia miracula indies, cunctis ad eam deuote recurrentibus, pro illorum quibus ægrotant infirmitatibus & languoribus, patefaciendo sanantur, congruis frequentet honoribus & a Christifidelibus iugiter veneretur, ac in ipsius structuris & ædificiis, debite reparetur, conseruetur, & manuteneatur, libris, calicibus, & alijs ordinamentis ecclesiasticis decoretur, fulciatur, & laudabiliter muniatur, in ea quoq; cultus augumentetur diuinus, & vt Christifideles, eo libentius, deuotionis causa, ad eandem ecclesiam confluant atq; de reparationem, augumentationem, conseruationem, manutententionem, & munitionem huiusmodi, manus promptius porrigant adiutrices, quo ex hoc, ibidem, dono cœlestis gratiæ, vberius cōspexerint se refectos. ¶Nos Cardinales præfati, videlicet quilibet nostrū. N. dilecti nobis in Christo .N. clerici super hoc, supplicationibus nobis humiliter porrectis inclinati, De omnipotentis &c. confisi, omnibus vtriusq; sexus Christifidelibus (vere pœnitentibus & confessis) qui ecclesiam beatæ Mariæ de Bolonia &c. festiuitatibus, a primis vesperis, vsq; ad secundas vesperas inclusiue, deuote visitauerint annuatim, & ad præmissa, manus porrexerint adiutrices, vt præfertur, in singulis festiuitatibus, siue diebus prædictis, quibus id fecerint, centum dies &c.

De ecclesia Sepulchri Dominici, & aliorū sanctorū.

Vniuersis Et singulis Christifidelibus, præsentes literas inspecturis, Salutem in domino sempiternam. Et si cunctæ orbis ecclesiæ, capellæ, & loca &c. ¶Cupien̄. igitur, vt parochialis ecclesia Sancti Georgij Oppidi de. A. B. dioc. quæ sub vocabulo eiusdem sancti, fundata

existit, & duæ Sanctorum Ioan. Baptistæ, & Petri Apostoli, siue a duobus lateribus maioris altaris eiusdem ecclesiæ, & alia, sub sepulchri dominici, in dicto altari, ac Altare sub beatæ Mariæ Magdalenæ vocabulis, in ecclesia conuentus fratrum ordinis prædicatorum oppidi præfati, dedicatæ capellæ, debitis frequententur honoribus, & in suis structuris & ædificijs, debite reparentur, conseruentur, & manuteneantur, librisq; calicibus luminaribus, & alijs ornamentis ecclesiasticis, pro diuino cultu necessarijs, decēter muniantur & a Christifidelibus iugiter venerentur, in eis quoq; cultus augumentetur diuinus, vtq; Christifideles ipsi, eo libentius deuotionis causa, confluant, ac ad easdem reparationem, conseruationem, manutentionem, & munitionem huiusmodi, manus promptius respectiue porrigant adiutrices, quo ad hoc ibidem, dono cœlestis gratiæ vberius conspexerint se refectos. Nos Cardinales præfati, & quilibet nostrum de omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, auctoritate confisi, omnibus & singulis Christifidelibus præfatis, vere pœnitentibus & confessis, qui ecclesiam & Capellas huiusmodi, in Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi, Assumptionis beatæ Mariæ virginis, Petri ad Vincula, Veneris sanctæ, & ipsius ecclesiæ sancti Georgij, dedicatioñ. festiuitatum diebus, a primis vesperis, vsq; ad secundas vesperas inclusiue, deuote visitauerint annuatim, & ad præmissa, manus porrexerint adiutrices, pro singulis diebus festiuitatum earundem, quibus hoc fecerint, centum dies de iniunctis eis pœnitentijs, misericorditer in domino relaxamus, præsentibus, perpetuis, futuris temporibus duraturis. ¶ In quorum omniū & singulorū fidem & testimoniū præmissorum, præsentes literas fieri, & nostrorum Cardinalium sigillorum, iussimus appensione muniri. ¶ Datum Romæ in domibus nostratum solitarum resideñ. ¶ Sub anno &c.

Communis pro Ecclesia.

Vniuersis &c. ¶ Cupieñ. igitur, vt parochialis ecclesia. N. quæ in honorem sancti. N. fundata existit, in suis structuris & ædificijs debitis reparetur, conseruetur, & manuteneatur, ac libris, calicibus, luminaribus, & alijs ornamentis ecclesiasticis, pro diuino cultu, magis decenter muniatur, & a Christifidelibus iugiter veneretur, congruis quoq; frequentetur honoribus, & vt Christifideles, eo libentius, causa deuotionis, confluant ad eandem, & ad reparationem, conseruationem, manutentionem, & munitionem, huiusmodi, promptius manus porrigant adiutrices, quo ex hoc, dono cœlestis gratiæ, vberius conspexerint se refectos. Pro parte dilecti nobis in Christo. N.. dictæ dioc. porrectis nobis humilibus supplicationibus, inclinati, omnibus & singulis Christifidelibus præfatis, vere pœnitentibus & confessis, vtriusq; sexus, qui ecclesiam præfatam, in eiusdem Beati. N. tertia, post festum resurrectionis domini nostri Iesu Christi, & tertia etiam feriarum, post Pentecostem, ac Natiuitatis beatæ Mariæ virginis, & ipsius ecclesiæ, dedicatioñ. festiuitatum diebus, a primis vesperis, vsq; ad secundas vesperas, inclusiue, deuote visitauerint annuatim, & ad præmissa, manus porrexerint adiutrices, pro singulis diebus festiuitatum earundem, quibus id fecerint, de omnipotentis Dei misericordia &c.

Pro paupere detento in manibus infidelium.

Vniuersis &c. ¶ Deum placare &c. ¶ Cum igitur (sicut fidedignorum relatione & testimonio percepimus) dilectus nobis in Christo. N. per infideles sarracenos, Christianæ fidei inimicos, & Christianorum perfidos persecutores, captus, & adductus, ac captiuus, & diutius detentus fuerit, prout adhuc in regno. N. detinetur de præsenti, & non possit obstante eius paupertate, & inopia, aliquo modo se redimere, nec a manibus ipsorum infidelium sarracenorum, liberari, nisi Christifidelium auxilio adiuuetur, cum per eosdem sarracenos, fuerit, & sit omni substantia bonorum temporalium

spoliatus. Idcirco ne præfatus.N.ob paupertatem & inopiam huiusmodi, sic captiuus, in suæ animæ periculum, ibidem perpetuo remaneat, & forsan (quod absit) propter cruciatus & passiones, quæ & per infideles prædictos, sæpius infligũtur, fidem catholicam, & sacrum per eum susceptum baptisma, abnegare compellatur, Vos omnes & singulos tenore præsentium, requirimus & hortamur in domino, vobis, in vestrorum remissionem peccatorum iniungentes. Cum dilectus similiter nobis in Christo filius B. ad vos, cum præsentibus literis nostris venerit eleemosynas petiturus, eidem, pro redemptione & liberatione huiusmodi.N. gratia charitatis subsidia, elargiri studeatis, vt per hæc, & alia pietatis opera, quæ inspirante domino feceritis, possitis, ad æterna fœlicitatis gaudia, peruenire. Nos autem de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, authoritate confisi, ac de ipsius sancti.N.meritis & etiam precibus confidentes, omnibus & singulis, vere pœnitentibus & confessis, qui de bonis a Deo sibi collatis, pias eleemosynas.B. prædicto, pro redemptione & liberatione dicti .N.captiui, vt præfertur, dederint, & manus porrexerint adiutrices, quotiens id fecerint, centum dies de iniunctis eis pœnitentijs, misericorditer in domino relaxamus, præsentibus, post biennium, minime valituris. ¶ In quorum &c.

Pro Peregrinare volen̄.

Cum Itaq; (sicut fidedignorum relatione percepimus) Dilectus nobis in Christo.N.pauper.N dioc.ex magna deuotione, cupiat sacrum Sepulchrum & quædam alia loca sacra, vltramarina, peregre visitare, & non habeat, vnde ad loca huiusmodi, ire & redire possit, nisi pijs fidelium eleemosynis adiuuetur & succuratur eidem. Hinc est, quod nos, vniuersitatem vestram & quemlibet vestrum, requirimus & hortamur in domino, quatenus præfatum.N. pauperem, cum ad vos accesserit eleemosynas petiturus &c.

Pro Ponte.

Vniuersis &c. ¶ Quoniam, ait apostolus &c. ¶ Cum itaq; (sicut accepimus) in loco passus .N. dioc. consueuerit esse quidam Pons magnus, & notabilis, super quo quadrigæ, equi, gentes, & animalia transire solebant, qui propter guerrarum tumultus (quibus partes illæ diutius afflictæ fuere) & aquarum, tam ripariæ prædictis, quam maris prodeuntium innundationes, non mediocriter dirutus & in notabilem ruinam collapsus existat, ob cuius pontis defectum, quam plurimarum personarum & bestiarum, in eadem riparia, mors secuta est & nisi prouideatur super hoc aliæ submergi (vt verisimiliter præsumitur) poterunt in futurum. Nos igitur cupien̄. vt pons ipse (qui vt accepimus absq; Christifidelium suffragijs, reparari, manuteneri, & conseruari, commode non potest) reparetur, manuteneatur &c.

Alia pro Paupere.

Bernardus &c. ¶ Vniuersis &c. Obsequium &c. ¶ Cum itaq; (sicut accepimus) Nicolaus.N.harum exhibitor, eiusq; vxor, & liberi, omnibus facultatibus, rebusq; & bonis suis temporalibus (quibus olim competenter abundabant) anno proxime præterito, ignis incendio, aduersa fortuna, priuari fuerint, & non habentes, vnde valeant sustentari, & se alere possint, per diuersas partes orbis incedendo, mendicare cogantur, ac ob id Christifideliũ subsidia, sint eis plurimum opportuna. Nos igitur.N.& eius vxori ac liberis (ne tanta pereant egestate) paterno compatientes affectu, ac necessitati eorũdẽ subuenire cupien̄. Vniuersitates vestras, in domino exhortamur &c. ¶ In quorum &c.

Pro Oratoriis alicuius ordinis fundandis, & literarum studio manutenendo.

Immensa Dei omnipotentis miseratio, homini, quem ad suam creauit imaginem, primi lapsu parentis, suorum & labe, crimine deformata, innumerata præstitit beneficia, & adminicula præparauit quibus delictorum vincula, disrumpere, veniamq; promereri, & creatori suo, reconciliari posset, inter quæ sunt fundata oratoria, in quibus, sub suaui contemplationis iugo, veneratur altissimus, literarum scientia, quæ suos illustrat possessores, acquiritur, virtuosi palmites, extirpatis spinis, & tribulis, extenduntur, sacraq; religio propagatur. Vnde nos attendeñ. quod si populus Israeliticus, qui sub vmbra legis oraturus ad locum quem dominus elegerat, frequenter accedebat, & ibidem, donaria plurima, offerebat, quanto magis populus Christianus (cui apparuit benignitas & humanitas Saluatoris) tenetur oratoria, in quibus, ad nostrorum criminum corruptelam delendam, Christus immolatur, congruis honoribus frequẽtare, & offerre munera, cum omni puritate, quanto certiora sunt experientia rerum, quam enigmata figurarum, cunctos Christifideles, ad huiusmodi pia opera exercenda conuocamus, eosq; indulgentiarum muneribus inuitamus, vt exinde, conscientiæ pacem, & animarum salutem, propitio deo, consequi possint.

¶ Cum itaq; (sicut accepimus) dilectus filius. N. qui vnam domum, seu eremitorium, vel oratorium ordinis. N. in ciuitate. N. construi facere incepit. Illamq; cum structuris & ædificijs condecentibus, continuare & perficere intendat, in ipsoq; oratorio, studium manutenere, cum omni diligentia & solicitudine laboret. Nos ipsius. N. pium & laudabile propositum, in hac parte, plurimum in domino commendañ. & mirifice cupieñ. vt domus ipsa, celeriter perficiatur, vt in illius ecclesia, cultus diuinus continue vigeat & augeatur, ac literarum studio, in dicto oratorio insisteñ. commodius proficere, & in Dei ecclesia (prout speramus) fructus adferre possint, ac Christifideles, eo libentius, deuotionis causa, ad ecclesiam pdictam confluant, & structuram, ac ædificiorum oratorij huiusmodi fabricam, religiosorumq; ibidem, altissimo famulantium, & ad studijs literarum insistentium sustentationem, manus promptius porrigant adiutrices, quo ex hoc, salutem animarum, se sperauerint adipisci, de omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus & singulis, vtriusq; sexus secularibus & regularibus, qui oratorium, vel locũ, in quo præfata domus fabricanda est, per præfatum. N. vel alium ad hoc deputandum, & postquam ecclesia dictæ domus constructa, vel construi incohata fuerit, ipsam ecclesiam, causa deuotionis, in festo. N. a primis vesperis, vsq; ad secundas vesperas eiusdem festi inclusiue, annis singulis, deuotionis causa, visitauerint, ac pro structuris, & ædificijs huiusmodi, necnon manutentione, studij, ac alijs eiusdem domus emergentibus necessitatibus, manus porrexerint adiutrices, centum dies &c. relaxamus, Omnes & singulos Christifideles in domino exhortantes, vt ad suscipiendam huiusmodi veniam, toto mentis affectu, se præparare studeant, ita quod Saluatoris domini nostri Iesu Christi, ac ipsius gloriosæ genitricis virginis Mariæ prædictorum, necnon Beatorum Petri & Pauli Apostolorum, ac beati. N. & reliquorum sanctorum & sanctarum Dei meritis, remissione huiusmodi gaudentes, ab insidijs diaboli protegantur, ac demum etiam patriam valeant introire cœlestem.

¶ In quorum &c.

Insinuatio, siue publicatio acceptation. & prouision de beneficio, vigore expectatiuæ, in Audiētia Contradictarum, vel Cancellaria Apostolica, tempore feriarū.

Satisfaciendo Regulæ, siue constitutioni Cancellariæ apostolicæ, per S. in Christo P. & D. N. D Pium, diuina prouidentia Papam IIII. super supplicandis acceptationibus & prouisionibus beneficiorum, vigore gratiarum expectatiuarum æditæ omnibus & singulis, quorum interest, intererit, aut interesse poterit, quomodolibet in futurum, intimatur, insinuatur, & notificatur, ac ad cuiuslibet eorum notitiam deducitur, quod honorabilis vir, dominus. N. dioc. clericus vigore gratiæ expectatiuæ, sibi, per prælibatum dominum nostrum Papam gratiose concessæ, & processuum desuper habitorum, parochialem ecclesiam de. N. N. dioc. tunc per obitum quondam. N. illius vltimi possessoris, extra Rom Cu defuncti, vacan. cum omnibus iuribus & pertinen. suis, ac protestationibus in talibus fieri consuetis, infra tempus legitimum, acceptauit, & de illa, sibi prouideri obtinuit. De quibus, insinuatione, & publicatione, ac singulis alijs præmissis, procurator, & eo nomine procuratorio eiusdem . N. petit fieri instrumentum & instrumenta, & præsentes omnes rogat in testes.

Instrumentum insinuationis, acceptationis, & prouisionis, cum insertione cedulæ.

In nomine Domini amen. Anno a Natiuitate Domini. M. D. LVII. Ind XV. Die vero. N. mensis Iunij Pontifi. S. &c. Pauli &c. Papæ IIII. Anno Quarto. In mea &c. Personaliter constitutus, venerabilis vir dominus Sebastianus Grolleti, in Audientia publica literarum contradictarum domini nostri Papæ præfati, Lector, Romæ in ædibus R. D. Vincentij Carosij Auditoris literarum contradictarum, pro huiusmodi audien. contradictarum specialiter deputatis & in eadem Audien. mane, hora ipsius audientiæ consueta, quandam, publicationis acceptationis, & prouisionis papyri, cedulam (cuius tenor inferius est insertus) ad honorabilis viri, domini. N. clerici. N dioc. honorabilis viri domini. N. clerici. N. dioc. principalis in eadem cedula principaliter nominati, asserti procuratoris, instan. publice, alta & intelligibili voce, de verbo ad verbum, perlegit, publicauit & insinuauit, ac ad veram & indubitatam notitiam omnium & singulorum, quorum interest, intererit, aut interesse poterit, quomodolibet in futurum, ad satisfaciendum regulæ Cancellariæ apostolicæ, de publicandis acceptationibus, & prouisionibus per præfatum dominum nostrum Papam æditæ, & factæ (quantum in eo fuit & potuit) deduxit. Cuius cedulæ, tenor de verbo ad verbum, sequitur & est talis. ¶ Satisfaciendo regulæ &c. Inseratur cedula. ¶ De & super quibus omnibus & singulis præmissis, præfatus dominus N. procurator assertus, sibi, a me notario publico infrascripto, vnum, vel plura, publicum seu publica, fieri & confici petijt, instrumentum & instrumenta. Præsentibus ibidem, prouidis viris, dominis, dictæ Audientiæ contradictarum procuratoribus, testibus &c.

Instrumentum insinuationis acceptationis, & prouisionis, absque insertione cedulæ, factæ in partibus.

In nomine Domini amen. ¶ Vniuersis & singulis, præsens publicũ instrumentũ inspecturis, visuris, & audituris, pateat euidenter & sit notũ, quod anno &c. domini. M. D. LVII. &c. Constitutus venerabilis vir dominus. A. B. dioc. tenens in suis manibus, quasdam literas apostolicas, & processus inde secutos, per quas beneficium ecclesiasticum, cum cura, vel sine cura &c. vt in bulla ad collationem &c. communiter, vel diuisim pertinens spectabat. Necnon quoddam instrumentum acceptatioñ. & prouisionis, signo & subscriptione discreti viri, domini. N. clerici. N. dioc. publici. N. notarij, signatum & subscriptum, per quod apparebat. dictum. N. præfatam ecclesiam parochialem, per obitum quondam. N. ipsius ecclesiæ (dum viueret) rectoris, extra Rom. Cu. defuncti, vacañ. cum protestationibus in talibus fieri solitis & consuetis, acceptasse, sibique de ipsa, per venerabilem virũ dominum. N. rectorem parochialis ecclesiæ. N. N. dioc. quem in suum, & dictarum literarum apostolicarum, subexecutorem, elegerat, prouideri obtinuisse, prout ex eodẽ instrumento acceptationis & prouisionis, latius apparet, quod quidem instrumentum, ipse dominus. N. principalis, in ecclesia prædicta per me notarium infrascriptum, in præsentia Vicecurati dictæ ecclesiæ. N. ac testium infrascriptorum legi & publicari, ac easdem literas & processus, necnon instrumentum acceptationis & prouisionis prænominatum, publicari, intimari, insinuari, & notificari, in forma meliori & necessaria, cum solemnitatibus consuetis, debita cum instañ. postulauit, ac literas & processus, ac instrumentum acceptationis & prouisionis huiusmodi, mihi notario publico infrascripto, per me, ad legendum, insinuandũ, inspiciendum, & examinandum, ac exequendum, ad manus porrexit, & ibidem exhibuit. Vnde ego notarius infrascriptus, ad requisitionem & petitionem ipsius domini. N. literas apostolicas & processus acceptationis & prouisionis, ac instrumentum prædict. in præsentia dicti domini Vicecurati, & testium infrascriptorũ, publica, alta & intelligibili voce, in parte legi, & postea vulgariter, prout melius potui, exposui, literasque processus, ac instrumentum huiusmodi, modo consueto debite publicaui, & manifestaui in prædicta ecclesia, cum omni solemnitate necessaria & opportuna. ¶ Super quibus &c. Acta &c.

Instrumẽtũ insinuationis similis acceptatiõis, factæ in valuis a tergo acceptationis & ꝓuisionis.

In nomine Domini amen &c. Anno a natiuitate domini. M. D. LVII. &c. In mea notarij publici &c. constitutus honorabilis vir, dominus. N. principalis, satisfaciendo constitutioni præfati domini nostri Pauli Papæ IIII. de acceptatioñ. & prouisionibus publicandis editæ, præsens retroscriptum acceptatioñ. & prouisioñ. instrumẽtum, animo & intentione publicandi & insinuandi, ac ad notitiam omnium & singulorum, quorum interest, intererit, aut interesse poterit, quomodolibet in futurum, deducendi, valuis parochialis ecclesiæ. N. affixit, & in ipsa ecclesia alta & intelligibili voce, legit & publicauit, ac ipsum instrumentum, ibidem, vt præmittitur, affixum, ad certum temporis spatium, stare permisit, donec & quousque omnes parochiani vtriusque sexus, ibidem ad audiendum diuina, congregati, præfatam ecclesiam exirent. Deinde dictus dominus. N. principalis, præfatum instrumentum amouit, seu amoueri fecit, & ad locum eius, copiam per me notarium infrascriptum, fideliter auscultatam, affixit, & eandem ibi stare dimisit.

¶ Super quibus &c. Præsentibus &c.

Instrumentum insinuationis acceptationis & prouisionis a tergo instrumenti acceptation. factæ per procuratorem.

In nomine Domini &c. Constitutus honorabilis vir, dominus. N. procurator retroscriptus, & nomine procuratorio quo supra, honorabilis viri, domini N. principalis, in ipso retroscripto instrumento acceptationis & prouisionis principaliter nominati, & iuxta constitutionem & ordinationem D. N. Papæ. super hoc editam in choro dictæ ecclesiæ. S. A. B. dioc. coram venerabilibus & circumspectis viris. A. B. C. canonicis præbendatis dictæ ecclesiæ. N. ibidem existeñ. & audientibus retroscriptum acceptationis & prouisionis instrumentum, ibidē publice alta & intelligibili voce perlegit, insinuauit, publicauit, & ad ipsorum dominorum canonicorum, & aliorum quorumcunque notitiam deduxit. ℭ De & super quibus &c. Actum &c. Præsentibus &c.

INSINVATIO APPELLATIONIS.

Insinuatio appellationis a tergo instrumēti eiusdē.

In nomine Domini amen. Anno &c. Indictioñ. &c. Die vero. N. mensis. N. Pont. &c. In mea notarij &c. personaliter constitutus, prouidus vir. D. N. rector &c. habens & tenens in suis manibus præsens retroscriptum appellationis instrumentum, illudque & omnia in eodem contenta, discreto viro domino. N. presbytero. N. dioc. in retroscripto appellationis instrumento nominato, personaliter apprehenso, omnibus melioribus modo & forma, quibus potuit & debuit, intimauit, insinuauit, ac ad ipsius indubitatam notitiam debite deduxit, necnon præsentis retroscripti instrumenti, consimile instrumentum publicum, eidem domino N. recipienti loco copiæ, ad manus tradidit & assignauit in signum veræ insinuationis huiusmodi, requirens me notarium publicum infrascriptum, quatenus sibi super hoc, vnum vel plura, publicum seu publica, conficerem instrumentum & instrumenta in forma meliori. Actum &c. Præsentibus &c.

Insinuatio appellationis a tergo instrumenti eiusdē, cum præfixione termini ad comparendum.

In nomine Domini amen. Anno a Natiuitate Domini. M. D. LVII. Ind. XV. Die &c. Pont. &c. anno. N. Ego Io. N. clericus. N. dioc publicus &c. notarius infrascriptus, pro parte venerabilis viri, domini. B principalis, in retroscripto appellationis instrumento principaliter nominati, rite & legitime requisitus, ad honorabilem virum. D. C. exaduerso principalem, in dicta retroscripta appellatione exaduerso principaliter descriptum, vna cum testibus infrascriptis accessi, & ei appellationis instrumentum retroscriptum, omniaque & singula in eodem contenta, intimaui, insinuaui, & notificaui, ac ad eius indubitatam notitiam deduxi, eidemque, terminum, in eodem appellationis instrumento expressum, ad comparendum in Rom. Cu. coram iudice inibi designato, præfixi & assignaui, necnon copiam auscultatam appellatioñ. eiusdem, prædicto domino. C. exaduerso principali, in signum veræ & indubitatæ insinuationis, tradidi & assignaui, ac in eius manibus dimisi. Actum &c. Præsentibus &c.

Insinuatio appellationis à tergo eiusdem facta in personam exaduerso principalis.

In nomine Domini amen. Anno &c. Die &c. Pont. &c. anno .N. Ego.B.notarius infrascriptus, ad requisitionem & instañ. honorabilis viri, domini Ioan. A. presbyteri. B. dioc. principalis, retroscriptum appellationis instrumentum, animo & intentione causam & causas in eo contentas, ad præfatum. S.D.N Papam, eiusq; sanctam sedem apostolicam deuoluendi, venerabili viro, domino Hadriano. N. canonico ecclesiæ .N. in retroscripto appellationis instrumento principaliter nominato, personaliter, & in faciem, omnibus melioribus modo & forma, quibus potui & debui, intimaui, insinuaui, notificaui, & publicaui, meq; illud legere, paratum obtuli. Quod quidem instrumentum appellationis retroscriptum, idem dominus Hadrianus, ad manus recipiens, per se legit, ac plenarie intellexit, eidemq; domino Hadriano simile appellationis instrumentum, manu & signo meis solitis & consuetis, subscriptum & signatum, loco copiæ, in vim veræ & legitimæ deuolutionis, ad manus eius tradidi & assignaui, quod ipse dominus Hadrianus recipiens, apud se retinuit, ideoq; præsens publicum instrumentum, manu alterius fideliter scriptum exinde confeci, subscripsi, publicaui, & in hanc publicam formam redegi, rogatus & requisitus. Actum &c. ℭPræsentibus &c.

Insinuatio appellationis facta exaduerso principalis, cum insertione appellationis.

Constitutus &c. Honorabilis vir, dominus. N. principaliter pro seipso, circa &c. habens, & tenens in suis manibus, quoddam publicum appellationis, siue prouocationis extraiudicialis, & Apostolorum petitioñ. instrumentum inferius descriptum signo & subscriptione discreti viri D.P. Notarij, vt prima facie apparebat, subscriptum & signatum. Quod quidem instrumentum, præfatus D.N. principalis, mihi notario publico infrascripto, ad publicandum, intimandum, & insinuandum honorabili viro. D. N. exaduerso principali, in præfato appellationis instrumento principaliter nominato, tradidit & exhibuit, meq; notarium, debita cum instañ. ad insinuationem infrascriptam requisiuit. Ego igitur notarius antedictus, huiusmodi appellationis instrumentum ad me recipiens, ad requisitionem præfati. D.N. principalis dictum. D.N. exaduerso principalem accessi, eiq; personaliter apprehenso, huiusmodi appellationis instrumentum intimaui, insinuaui, & notificaui, atq; ei hoc ipsum de verbo ad verbum perlegi, copiamq; eiusdem appellationis instrumenti, per me collationatam, ipsi petenti & recipieñ. tradidi & assignaui, cuius tenor de verbo ad verbum sequitur & est talis. ℭCoram vobis Notario &c. ℭHic inseratur appellationis instrumentum, quo finito, sequitur. ℭSuper quibus &c. ℭPræsentibus &c.

Insinuatio appellationis facta iudici.

Constitutus Honorabilis Vir. D. N. principalis, habens & tenens in suis manibus, quoddam publicum appellationis & prouocationis instrumentum, signo & subscriptione discreti viri. D.N. apostolica auctoritate Notarij, signatum & subscriptum, cuius tenor de verbo ad verbum sequitur & est talis. ℭCum appellatioñ. remedium &c. vsq; in finem. Huiusmodi vero appellationem & prouocationem, ac alia in ipso appellationis instrumento contenta, præfatus dominus. N. principalis, venerabili viro, domino. N. ibidem præsenti, tanq̃ delegato apostolico, in eodem instrumento descripto, omnibus melioribus modo &c. de iure potuit, alta & intel-

ligibili voce, intimauit, inſinuauit, & notificauit, ac ad notitiam eiuſdem iudi-cis, quantum potuit deduxit. ¶ Super quibus &c.

Inſinuatio appellationis in valuis.

Conſtitutus Diſcretus vir, dominus. N. &c. quandam appellationem, ſub forma publici inſtrumenti redactam, ſignoq; & ſub-ſcriptione mea notarij publici, ſignati & ſubſcripti per eundem dominum .N a prætenſa canonicatus, & præbendæ eccleſiæ. N. (quos quondam. N. dum vixit, illorum vltimus poſſeſſor, obtinebat, ac fructuum, redditiuum, & prouen-tuum eorundem, occupatione, vſurpatione, & intruſione, extraiudicialiter inter poſitam & interiectam, mihi notario publico tradidit perlegendam publican-dam intimandam, & inſinuandam. Quam quidem appellationem ſic, vt præmit titur, mihi præſentatam ego notarius publicus infraſcriptus ad me recipiens, ec cleſiam Cathedralem. N. cum teſtibus infraſcriptis acceſſi, & ibidem, populi mul titudine ſub diuinorum celebratione congregata, eandem appellationem ſiue appellationis inſtrumentum alta & intelligibili voce, perlegi, publicaui, intima-ui, & inſinuaui. Et ne dictus D. N. & ſui procuratores, de huiuſmodi appella-tioñ. inſinuatione, & intimatione, ignorantiam prætendere valerent, eandem appellationem, ſiue appellationis inſtrumentum in valuis eiuſdem eccleſiæ Ca thedralis. N. in qua dicta capella ſituata eſt, extunc affixi, offerendo copiam eiuſ-dem dicto. D. N. & alijs quibuſcunq; eam petentibus, & habere debeñ. Et pro efficaciori inſinuatione, ne ignorantia aliqua prætendi valerent, copiam dictæ appellationis, valuis præfatæ eccleſiæ, vt præfertur, affixam ibi ſtare permiſi. ¶ Super quibus omnibus & ſingulis, dictus dominus. N. per me notarium pu-blicum &c.

Inſinuatio appellationis in valuis, cum narratione de non tuto acceſſu.

Perſonaliter Conſtitutus, diſcretus vir, magiſter T. clericus. N. dioc. omnibus melioribus modo, via, iure, cauſa, & forma, quibus melius, & efficacius potuit & debuit, quandam appellationem in pu blicam inſtrumenti formam redactam, ac ſigno & ſubſcriptione notarij publici, videlicet Io. N. clerici. N. dioc. ſubſcriptam & ſignatam, per præfatum magi ſtrum. T. contra & aduerſus venerabiles & circumſpectos viros, dominos. A. B. C. de & ſuper canonicatu & præbeñ. eccleſiæ. N. ad præfatum dominum noſtrū Papam, eiuſq; ſanctam ſedem apoſtolicam interpoſitam, ſibiq;, & cuilibet eorum, ac omnibus alijs & ſingulis, quorum, pro tunc inter fuit & intererat, & ſignanter quibuſdam domibus. A. B. C. ad quorū præſentiam, tunc præfatus magiſter. T. tu tum non poterat habere acceſſum, propter ipſorū & cuiuſlibet eorū metū, & po tentiam, intimauit, inſinuauit, publicauit, & notificauit. Cuiuſquidem appellatio nis tenor ſequitur, & eſt talis ¶ In Dei nomine, amen &c. præfatus magiſter. T. in portis eccleſiæ. N. in qua pro tunc, Rex Scotorū cū ſua curia reſidebat, publi ce, alta & intelligibili voce, magna populi multitudine, pro tunc, ad diuinum offi ciū ibidem præſente & congregata, perlegit prius tamen diligenti inquiſitione, in diuerſis horis præhabita, & ſignanter, pro præfatis. A. B. C. procuratoribus eorū dem, ſi quos haberēt, ſeu aliquis eorū haberet. Deinde præfatus magiſter. T. poſt huiuſmodi inquiſitionem, per ipſum, vt præmittitur, factā, ac lectionem ſupradi ctam inſtrumentum publicū præfatæ appellationis prædictum, in valuis prædi ctæ eccleſiæ. N. præfata multitudine, vt præmittitur, congregata, affixit, & affixā ſtare permiſit, copiam huiuſmodi appellationis, ſecundum iuris exigētiam, prout de iure melius & efficacius potuit & debuit, publice affigendo, aliaq; fecit in ta libus fieri ſolita & conſueta. ¶ De & ſuper quibus &c.

Intimatio litispendentiæ ad Cameram apostolicã.

Reuerendissimo In Christo Patri, & domino domino Guidoni Ascanio, miseratione diuina &c. necnon Reuerendo Patri, ac venerabilibus & circumspectis viris, dominis, dicti.S. Domini nostri Papæ Thesaurario, ac Rectoribus, Officialibus, clericis & gentibus Cameræ apostolicæ, & præsertim cuidam.N.exaduerso principali, in infrascripta commissione principaliter nominato, omnibusq; alijs & singulis, quorum interest, intererit, seu interesse poterit quomodolibet in futurum, quibuscunq; nominibus censeantur, aut quacunq; præfulgeant dignitate. ¶ Antonius Augustinus &c. deputatus, Salutem in domino, & præsentibus fidem indubiam adhibere. ¶ Noueritis, quod nuper.S. in Christo Pater, & dominus noster, dominus Pius, diuina prouidentia Papa Quartus, quandam commissionis siue supplicationis &c. sub tenore ¶ Dignetur &c. In fine &c. De mandato &c ¶ Cuiusquidem commissionis vigore, per nos, in causa & causis huiusmodi, in & ad Rom.Cu. & coram nobis, legitime introductis, & inter partes in dicta nobis facta & præsentata commissione contentas, seu verius earum legitimos procuratores, ad nonnullos actus iudiciales (citra tamen causæ conclusionem rite & legitime processo. Subsequenter fuimus per honorabilem virum, dominum.N.principalem, in præinserta commissione principaliter nominatum, debita cum instañ.requisiti, quatenus vobis Reuerendissimo domino Cardinali, ac Camerario, omnibusq; alijs & singulis supradictis, præinsertam nobis factam & præsentatam commissionem, ac omnia & singula in eadem contenta, ac litispen. deñ.coram nobis huiusmodi causæ, intimare insinuare & notificare, literasq; intimatorias desuper necessarias, & oppotunas, in forma solita & consueta, decernere & concedere dignaremur. ¶ Nos igitur Antonius Augustinus Auditor præfatus, attendeñ. requisitionem huiusmodi esse iustam & rationi consonam, & quod iusta peteñ.non est denegandus assensus, auctoritate apostolica nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, vobis prælibato Reuerendissimo domino Cardinali Camerario, ac omnibus alijs & singulis supradictis, præscriptam commissionem, ac omnia & singula in ea contenta, ac litispendeñ.causæ huiusmodi, quæ, coram nobis vertitur intimamus insinuamus, & notificamus, ac ad vestram & cuiuslibet vestrum notitiam, deducimus & deduci volumus, atq; per quẽcũq; domini nostri Papæ Cursorem, qui desuper legitime requisitus fuerit, intimari mandamus & volumus per præsentes literas, quas desuper duximus decernendas, ne de prædictis ignorantiam prætendere valeatis, seu quomodolibet allegare. ¶ In cuius rei testimonium, præsentes literas nostras intimatorias, exinde fieri & per me notarium publicum nostrum, & huiusmodi causæ coram nobis scribam, infrascriptum, subscribi mandauimus. Sigilliq; nostri, iussimus & fecimus impressione communiri. Datum &c.

Alia intimatio litispẽdeñ.ad Cameram Apostolicã.

Reuerendissimo In Christo patri, domini nostri Papæ Camerario, ac Reuerendis Patribus, dominis Vicecamerario & Thesaurario, necnon Venerabilibus viris dominis Clericis & gentibus Cameræ Apostolicæ, & præsertim &c. dignitate. ¶ Antonius Augustinus &c. specialiter deputatus, Salutem &c. ¶ Noueritis &c. ¶ Dignetur &c. In fine &c. De mandato &c. ¶ Cuiusquidem commissionis vigore, per nos,

in causa & causis huiusmodi, ac inter partes in eadem commissione contentas, seu verius &c. processo. ¶ Subsequenter vero, die & hora infrascriptis, comparuit iudicialiter coram nobis, prouidus vir, magister Ioan. N. in Rom. Cu. causarum, & honorabilis viri, domini. N. principalis, in præinserta nobis, facta & præsentata commissione principaliter nominati, procurator (de cuius procurationis mandato nobis legitime extitit facta fides) & supradicto domino .N. principali, in eadem commissione exaduerso principaliter descripto præsenti & audienti, ac vobis Reuerendissimo Patri domino Camerario, ac R. Patribus, dominis Vicecamerio & Thesaurario, ac Clericis & gentibus cameræ apostolicæ, omnibusque alijs & singulis supradictis, & vestrum cuilibet, præinsertam nostram commissionem, ac omnia & singula in ea contenta, necnon litispenden. huiusmodi causæ, quæ coram nobis pendet indecisa intimari, insinuari, & notificari, ac ad vestram & cuiuslibet vestrum notitiam deduci, sibique literas intimatorias, necessarias & opportunas, in forma solita & consueta, decerni & concedi, per nos, debita cum instan. postulauit. Nos tunc Antonius Auditor præfatus, attenden. postulationem huiusmodi esse iustam, & rationi consonam, volentesque in causa & causis huiusmodi, rite & legitime procedere, ac partibus ipsis, dicte domino iustitiam ministrare, vt tenemur. Idcirco, auctoritate apostolica, nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, ad supradicti viri, magistri, Ioan. N. procuratoris instan. præinsertam, nobis, vt præmittitur, factam & præsentatam commissionem, ac omnia & singula, in ea contenta, necnon litispenden. huiusmodi causæ coram nobis existentem vobis R. Patri domino Camerario, ac Reuerendis Patribus, dominis Vicecamerario & Thesaurario, ac Clericis & gentibus Cameræ apostolicæ præfatæ, &. N. exaduerso principali, omnibusque alijs & singulis supradictis, intimamus, insinuamus, & notificamus, ac ad vestram & cuiuslibet vestrum notitiam deducimus, & deduci volumus per præsentes, ne de præmissis, aut eorum aliquo, ignorantiam aliqua prætendere valeatis, seu possitis, aut etiam quomodolibet allegare. ¶ In cuius rei testimonium &c. Actum &c. Præsentibus &c.

Gabriel Vignodi Notarius. Per quemcunque Curs.

Intimatio litispenden. vnius Auditoris ad alium.

IOANNES Suauis &c. deputatus. ¶ R. Patri domino Antonio Augustino Coauditori nostro cæterisque dominis sacri Palatij apostolici causarum Auditoribus, iudicibus, & commissarijs in Rom. Cu. existentibus, & specialiter cuidam N. exaduerso principali, infra exaduerso. principaliter nominato, omnibusque alijs & singulis, quorum interest, intererit, aut interesse poterit quomodolibet in futurum, Salutem in domino, & præsentibus fidem indubiam adhibere. ¶ Noueritis &c. huiusmodi sub tenore. ¶ Dignetur &c. Post cuiusquidem commissionis &c. factas, fuimus, per prouidum virum magistrum, N. in Rom. Cu. causarum, & honorabilis viri, domini .N. principalis procuratorem (de cuius procurationis mandato, in actis prioribus causæ huiusmodi legitimis dicitur constare documentis) debita cum instan. requisiti, quatenus vobis domino Antonio Coauditori nostro, omnibusque alijs & singulis supradictis dictam præinsertam nobis factam & præsentatam commissionem, ac omnia & singula in ea contenta, & litispenden. causæ huiusmodi, intimare, & notificare, literasque intimationis desuper necessarias & opportunas in forma solita & consueta decernere & concedere dignaremur. Nos igitur Ioannes Suauis Auditor præfatus, attenden. requisitionem huiusmodi esse iustam, & consonam rationi, quodque iusta peten. non est denegandus assensus, auctoritate apostolica, nobis commissa & qua fungimur in hac parte, vobis domino Antonio Coauditori nostro, omnibusque alijs & singulis supradictis, præscriptam commissionem, ac omnia & singula in eadem contenta, & litispenden. causæ huiusmodi, coram nobis existem, in-

timamus, insinuamus, ac ad vestram & cuiuslibet vestrum notitiam deducimus & deduci volumus, & per quecunq; Cursorem, qui desuper legitime requisitus fuerit, intimari mandauimus & volumus per præsentes literas, quas desuper duximus decernendas, ne de prædictis &c.

Intimatio litispenden. vnius Cardinalis ad alium.

Reuerendissimo In Christo Patri, & domino, domino Othoni, miseratione diuina, tituli sanctæ Sabinæ sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ presbytero Cardinali Augusten. Truchses vulgariter nuncupato, ac omnibus alijs iudicibus & commissarijs, in Rom. Cu. existentibus, & præsertim .N. in infrascripta commissione, exaduerso principaliter nominato, omnibusq; alijs & singulis, quorum interest, intererit, & interesse poterit, quomodolibet in futurum. ¶ Franciscus de Mendoza miseratione diuina, tituli Sancti Eusebij Sacrosanctæ Roma. Ecclesiæ presbyter Cardinalis Burgen. vulgariter nuncupatus, Iudex & Commissarius, causæq; & causis, ac partibus infrascriptis, a domino nostro Papa specialiter deputatus, Salutem &c. ¶ Noueritis, quod nuper. S. in Christo &c. sub tenore. ¶ Beatissime pater, &c. ¶ Huiusmodi siquidem cõmissionis vigore, fuimus pro parte domini. N. principalis, in dicta commissione principaliter nominati, debita cum instan. requisiti, quatenus prædictam nobis factam & præsentatam commissionem, vobis Reuerendissimo patri domino Othoni, Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali, & alijs prædictis, per nostras speciales literas, intimare dignaremur. ¶ Nos igitur Franciscus Cardinalis, iudex & Commissarius præfatus attenden. requisitionem &c. Idcirco auctoritate apostolica &c. vobis Reuerendiss. domino Othoni Cardinali præfato, & .N. exaduerso principali, omnibusq; alijs &c. intimamus, insinuamus &c. In cuius rei testimonium &c. vt supra in forma præcedenti, mutatis mutandis.

Intimatio litispenden. generalis, ad omnes Auditores & iudices.

Vniuersis Et singulis, sacri palatij apostolici causarum Auditoribus, ac alijs iudicibus, & commissarijs, delegatis, subdelegatis, ordinarijs, & extraordinarijs, quacunq; auctoritate fungen. in Roma. Cu. existentibus, & præsertim cuidam .N. exaduerso principali &c. nominato, omnibusq; alijs, quorum interest &c. dignitate. ¶ Fabius Accorombonus &c. Auditori, Salutem &c. ¶ Noueritis &c. ¶ Dignetur &c. ¶ Cuiusquidem commissionis vigore, per nos, in causa & causis huiusmodi, inter partes in eadem contentas &c. iudiciales rite & legitime processo. Subsequenter, prælibatus dominus noster Papa quandam aliam &c. nobis per vnum ex suis Cursoribus præsentari fecit, tenorem qui sequitur continen. ¶ Beatissime pater &c. In fine &c. ¶ Post cuiusquidem commissionis &c. & receptionem &c. requisiti, quatenus prædictas nobis factas & præsentatas commissiones, ac omnia & singula in eis contenta, vobis præfatis dominis sacri palatij apostolici causarum Auditoribus, & alijs Iudicibus Commissarijs delegatis quacunq; auctoritate fungen. in Ro. Cu. existen. & præsertim N. exaduerso principali, & alijs prædictis, intimare, literasq; intimatorias &c. ¶ Nos igitur. Fabius Auditor &c. vobis dominis Auditoribus, & alijs iudicibus supradictis, quacunq; auctoritate &c. in Roma. Cu. existen. & præsertim. N exaduerso principali, & alijs prædictis intimamus &c. ¶ In cuius rei testimonium &c. vt supra in secunda intimatione litispenden. ad Cameram Apostolicam.

Intimatio

Intimatio litispenden. extra Curiam.

Antonius Augustinus &c. ¶ Vniuersis & singulis dominis Abbatibus &c. vt in citatione vsq; ad insinuationem signaturæ commissioñ. inclusiue. ¶ Post cuiusquidem cōmissionis siue supplicationis cedulæ præsentationem & receptionem, nobis & per nos, vt præmittitur, fact. fuimus pro parte &c. requisiti, quatenus dictam præinsertam cōmissionem, vna cum die præsentationis eiusdem, omniaq; alia & singula, in ea contenta, ac litispendentiam causæ huiusmodi, coram nobis existentem cuidam .N. exaduerso principali, in eadem præinserta commissione exaduerso principaliter descripto, omnibusq; alijs & singulis, quorum interest, intererit, aut interesse poterit quomodolibet in futurum, intimare, literasq; intimatorias, desuper necessarias extra Rom. Cu. & ad partes, iuxta & secundum prænarratæ cōmissionis vim, formam & tenorem, in forma debita & consueta, decernere & concedere dignaremur. Nos igitur Antonius Auditor præfatus, attenden. requisitionem huiusmodi &c. volentesq; in causa & causis huiusmodi, rite & legitime procedere, ac partibus ipsis, iustitiam, dante domino, ministrare, vt tenemur. Idcirco auctoritate apostolica nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, vos omnes & singulos supradictos, & vestrum quemlibet, tenore præsentium, requirimus & monemus, primo, secundo &c. quatenus infra sex dies &c. vsq; excuset, visis & receptis præsentibus, dictam præinsertam commissionem vna cum die præsentationis eiusdem, ac in ea contenta, necnon litispendeñ causæ huiusmodi, coram nobis, præfato .N. exaduerso principali, omnibusq; alijs & singulis, quorum interest intererit, aut interesse poterit quomodolibet in futurum, vt præfertur, intimetis, insinuetis, & notificetis, ac ad ipsorum & cuiuslibet eorundem notitiam indubitatam deducatis, prout & nos deducimus & deduci volumus per præsentes, ne de præmissis ignorantiam aliquam prætendere valeant, seu in posterum quomodolibet allegare. ¶ Diem vero seu dies intimationis vestræ huiusmodi, atq; formam &c. ¶ Absolutionem &c. ¶ In quorum omnium &c. huiusmodi intimationem in se continentes siue continens &c. vt supra in citatione.

Intimatio literarum annuæ pensionis, facta exaduerso principali.

In nomine Domini amen &c. Constitutus honorabilis vir, dominus .N. principalis, habens & tenens in suis manibus, quasdam literas apostolicas reseruationis constitutionis, & assignationis pensionis annuæ per præfatum S. dominum nostrum Pium Papam IIII. ipsi domino .N. super fructibus redditibus & proueñ. parochialis ecclesiæ loci. A. B. dioc reseruatæ, constitutæ & assignatæ, videlicet. X. Lib. per honorabilem virum, dominum. N. rectorem dictæ ecclesiæ, ac ipsius successores, eidem domino. N. aut eius legitimo procuratori pro eo, singulis annis, in certis termino & loco, integre persoluendæ, prout in eisdem literis apostolicis plenius continetur, vna cum quodam processu desuper, per venerabilem virum, dominum Ioan. N. Decanum ecclesiæ. N. iudicem & executorem, decretum in instrumento publico præfati domini Decani, Iudicis & executoris sigilli appensioñ. vt apparuit munito, & per discretū virū, dominum. N. clericum. N. dioc. publicum, apostolica auctoritate, notarium, vt similiter apparuit, signato atq; subscripto, ipsasq; literas apostolicas, vna cum processu huiusmodi, præfato domino. N. præsenti & intelligenti, omnibus melioribus modo, via, iure, causa & forma, quibus melius & efficacius, potuit & debuit, intimando, insinuando, notificando, publicando, ac ad eius veram notitiam deducendo, ne de infrascriptis, ac in eisdem literis & processibus content s, ignorantiam aliquam prætendere valeant, seu quomodolibet alle

gare,eidem domino.N.ad manus eius tradidit.Et nihilominus,ipsum dominum .N.quatenus pensionem prætactam, sub excommunicationis,'& priuationis, ac alijs pœnis,sententijs,& censuris,in eisdem literis & processibus contentis, ac in termino,& loco,inibi expressis,ipsi domino.N. principali, aut dicto procuratori suo,iuxta ipsarum reseruation. constitution. & assignation. literarum & processuum vim,formam,& tenorem,efficaciter & integre persoluat, ipsisq; literis & processibus,in omnibus, & per omnia, realiter & cum effectu pareat, monuit & requisiuit. Qui quidem dominus, huiusmodi literas, vna cum eisdem processibus ad se recipiens,illasq;,& illos,debite inspiciens & legens,ac demum,pro lectis & intellectis habens,se illis,in omnibus & per omnia, iuxta illarum, & illorum, & præsentis intimationis & requisitionis vim, formam, continentiam & tenorem, obtemperare & obedire,suos loco & tempore, debitis & opportunis, prout deberet & teneretur, velle dixit, atq; respondit, literasq; ipsas, & processus huiusmodi,eidem domino.N. principali, nihilominus, restituendo & tradendo. Super quibus &c.

Intimatio literarum apostolicarum gratiæ expectatiuæ,& processus earundem, facta collatoribus in partibus.

In nomine Domini amen. Anno a Natiuitate eiusdem &c. Congregatis venerabilibus & circumspectis viris dominis Præposito, Decano, & Capitulo Collegiatæ ecclesiæ. Sancti .N.N.in Sacristia dictæ ecclesiæ,tunc pro loco Capitulari, ad infrascripta deputato. In mea notarij publici testiumq; infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum præsentia,personaliter constitutus, venerabilis vir,dominus .N.vtriusq; iuris doctor,maioris ecclesiæ.N.canonicus,& honorabilis viri,domini.B.principalis,procurator(de cuius procurationis mandato,mihi notario infra scripto,per quoddam publicum instrumentum,legitima extitit facta fides) habēs & tenens in suis manibus,nonnullas literas apostolicas gratiæ expectatiuæ, dicto domino.B.per præfatum dominum nostrum Papam ad collationem & prouisionem dictorum dominorum, Præpositi,'Decani, & Capituli ecclesiæ Sanct. .N.N.prædictæ,sub Dat. Romæ apud sanctum Petrum. Anno Incarnationis Dominicæ &c. gratiose factæ & concessæ, ac processum per R. P. D. B.D.N. executorem in ipsis literis apostolicis,specialiter deputatum,decretum, & fulminatum,ipsasq; literas apostolicas,vna cū dicto processu desuper. habito & facto, ac omnia & singula in eis contenta,dictis dominis Præposito, Decano,'& Capitulo,sic,vt præfertur,Capitulariter congregatis,intimauit, insinuauit, & notificauit,ac ad eorum,& cuiuslibet ipsorum,indubitatam notitiam deduxit,& vt eisdē literis,& processui,suis loco & tempore parerent, monuit & requisiuit, copiamq; earundem literarum apostolicarum, & processus huiusmodi, per me notarium, cum originalibus literis auscultatam & collationatam,beneq;, & per omnia, cū eisdem concordañ.præfatis dominis de Capitulo,ne de præmissis, aliquam prætendere possent,ignorantiam in futurum, tradidit & assignauit, realiter & cum effectu. Qui quidem domini,Præpositus,Decanus,& Capitulum, visis primitus & perlectis huiusmodi literis apostolicis, ac diligenter inspectis processu & mandato procurationñ.copiam ipsarum literarum apostolicarum, ac processus huiusmodi,apud se retinen.dixerunt se cum tempus opportunum aduenerit,velle parere mandatis,& literis apostolicis huiusmodi, vt tenerentur, tanquam obedieñ. filij se offereñ. ¶Sub quibus omnibus & singulis præmissis, dominus.N.procurator prædictus,nomine quo supra procuratorio,ac sui principalis,sibi, a me notario publico,vnum,vel plura &c. Actum &c. Præsentibus &c.

Intimatio nominationis Imperialis, & processuum desuper confectorum, collatoribus.

In nomine Domini amen. Anno &c. Indictioñ. &c. Die vero &c. Pontifi. &c. Anno. N. Ego notarius publicus infrascriptus, pro parte honorabilis viri, domini Honorati. N. in decretis licentiati, clerici N. dioc. ad infrascripta faciendum requisitus, in infrascriptorum testium præsentia, ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum, retroscriptum processum, vna cum literis apostolicis, & nominatione imperiali, in ipsis literis insertis, venerabilibus & circumspectis viris, domino Præposito, Decano & Capitulo ecclesiæ in. N. N. dioc in domo habitatioñ. venerabilis & circumspecti viri, domini. N. Decani eiusdem ecclesiæ, Capitulariter congregatis, intimaui, insinuaui, notificaui, publicaui, ac ad ipsorum notitiam (quantum melius potui & debui) deduxi, copiam auscultatam earundem, & per me collationatam, in signum veræ & legitimæ insinuationis huiusmodi, ipsis tradendo. Actum &c. Sub anno &c. Præsentibus &c.

Intimatio reuocationis procuratorum.

In nomine Domini amen. Constitutus. A. principalis, principaliter pro seipso, & quoddam reuocatioñ. procuratorum instrumentum, per me infrascriptum notarium subscriptum & signatum, in suis manibus tenuit & habuit. Quod quidem instrumentum, mihi notario infrascripto exhibuit, & in manus tradidit, ac, me instanter requisiuit, quatenus dictum reuocatioñ. p. ocuratorum instrumentum, honorabili viro. D. N. de. N. Canonico ecclesiæ. N. procuratori reuocato, ibidem præsenti, & audienti, & vt apparuit, intelligenti, de verbo ad verbum perlegerem, intimarem, & notificarem ac ad eius notitiam deducerem. Quod quidem reuocationis instrumentum, ego infrascriptus notarius, ad me recipiens, dicto domino. N. de. N. procuratori reuocato, præsenti, audienti, & vt apparuit, intelligenti, de verbo ad verbum, alta & intelligibili voce omnibus melioribus modo, via, iure, causa, & forma, quibus melius, potui, & debui, perlegi, eiq; reuocationem ipsam, ac omnia alia & singula in eodem instrumento contenta, intimaui, & notificaui, ac ad eius veram & indubitatam notitiam deduxi.

¶ Super quibus omnibus & singulis, idem dominus. N. &c.

Intimatio reuocationis procuratorum, cum insertione instrumenti reuocationis.

In nomine Domini amen. Anno &c. Indict. &c. Die vero &c. Pontific. &c. Anno. N. Ego Iacobus Clefelt clericus Varmieñ. dioc. auctoritate Apostolica notarius infrascriptus, ex, & pro parte venerabilium & circumspectorum virorum, dominorum. N. Sculteti decretorum doctoris Cantoris, Io. N. G. N. & aliorum Canonicorum Capitularium ecclesiæ. A. principalium, in quodam reuocationis procuratorum instrumento publico, cuius tenor inferius est insertus, principaliter nominatorum, legitime requisitus, omnibus melioribus modo, via, iure, causa, forma, & ordine, quib' potui & debui, dictum instrumentum reuocationis procuratorum, signo & subscriptione discreti viri, domini. R D. N. clerici S. dioc. publici, imperiali auctoritate, notarij, vt prima facie apparebat, subscriptum & signatum, venerabili viro, domino. B. in decretis licentiato, & etiam dictæ ecclesiæ. B. Canonico, animo & intentione eundem reuocandi, intimaui, insinuaui, publicaui, quomodo, & qualiter præfati domini canonici, omnem potestatem, in quibuscunq; ipsorum causis, p Rom. Cu. pro eis agendis, & præsertim in causa contra. P. N. sibi traditam, ab

ftulerint,ad ipfius notitiam deduxit,aliafq; & alia feci, prout in ipfo reuocationis inftrumento,plenius continetur,cuius tenor,vna cum illius fubfcriptione, de verbo ad verbum,fequitur & eft talis. ¶ In nomine domini &c. Hic inferatur inftrumentum reuocationis, vna cum illius fubfcriptione, vfq; requifitus Quã quidem infinuationem feu notificationem reuocationis huiufmodi, dictus dominus.B.pro infinuato habuit, & fe habere velle dixit, fibiq; copiã inftrumenti reuocationis huiufmodi, a me notario fieri petijt atq; dari, quam ei tradidi & affignaui. Acta funt hæc Romæ &c. fub Anno. Indictione &c. ¶ Præfentibus &c.

De præmiffa materia, vide fupra in verbis infinuatio & executio, & infra in verbo præfentatio.

DE INDVCTIONE IN POSSESSIONE.

Inductio in poffeffionem epifcopatus in vim literarum apoftolicarum.

In nomine Domini amen. Anno &c. M. D. LVII. Ind XV. Die vero XXII. menfis Iun. Pontifi. Sanctiff. &c. Pauli &c. Papæ IIII. Anno Quarto. Coram venerabilibus & circumfpectis viris,dominis.N. Archidiacono de.N.&.N.de.N. Diacono,& capitulo Cathedralis ecclefiæ Matifconeñ. cæterifq; canonicis capitularibus, & perfonis dictæ ecclefiæ.N inibi, & in eadem ecclefia fimul congregatis, & exiftentibus,in loco fuo capitulari ad fonum campanæ pulfatæ, iuxta vfum & confuetudinem ipforum haftenus obferuatam vocatis. ¶ In mea notarij publici,& teftium infrafcriptorum,ad hoc fpecialiter vocatorum & rogatorum præfentia, perfonaliter conftitutus, venerabilis vir, dominus Staniflaus Borck Decanus Cracouieñ. literarum apoftolicarum follicitator, procurator, & procuratorio nomine Reuerend. Patris,domini. A. Epifcopi Cracouieñ. (prout de fuæ procurationis mandato,per quoddam publicum inftrumentum, quod ibidem præfentauit & oftendit, legitimis conftat documentis) quafdam literas apoftolicas fiue prouifionis epifcopatus dictæ ecclefiæ .N. domino.N. per præfatum dominum noftrum Papam, gratiofe conceffæ (quarum tenores, propter earũ prolixitatem omitto) ibidem præfentauit, & legi fecit. Quarum quidem literarum apoftolicarum vigore,idem dominus Stanif. procurator (nomine quo fupra procuratorio) dictos capitulum,aliafq; perfonas fingulares & capitulares prædictos, quatenus ipfum nomine præfati domini.N.de.N.in & ad corporalem,realẽ & actualem poffeffionem dictæ ecclefiæ & epifcopatus Crac. cum omnibus iuribus & pertineñ.fuis,ac oneribus & honoribus, iuxta & fecundum earundem literarum apoftolicarum vim,continentiam,& tenorem,fub pœnis,fententijs & cenfuris, in eifdem literis contentis,ponerent & inducerent, debita cum inftañ. poftulauit. Qui quidem domini de capitulo, fingulæq; perfonæ capitulares prædictæ, ftatim,fupradictas literas apoftolicas,vt obedientes filij,ad fe recidientes, & eifdem obedire volentes,eundem dominum Sta. procuratorem, in perfonam dicti domini.A.in realem,corporalem,& actualem, poffeffionem dictæ ecclefiæ, & epifcopatus Cra.cum decantatione,& folẽnitatibus in talibus fieri folitis & confuetis, receperũt & induxerunt,& in fede epifcopali,in choro & loco ac capitulo eiufdem ecclefiæ Crac.federe fecerunt, necnon poffeffionem audientiæ dictæ ecclefiæ,quæ tenetur modo in capella.N.olim epifcopi.C.in eadem ecclefia.C. ac in domum, fiue palatium epifcopale Sta.procuratorem, prædictum nomine quo fupra procuratorio,cum folemnitatibus in talibus folitis & cõfuetis, induxerunt

& eandem

& eandem domum, siue palatium episcopale, eidem nomine procuratorio, quo supra, assignatunt, recepto primitus ab eodem domino Sta. procuratorio nomine quo supra, corporali iuramento, quod propter hoc, ad preces dictorum dominorum, de capitulo & aliorum prædictorum, in manibus mei notarij publici infrascripti, in animam dicti domini. A. præstitit, de obseruando omnia priuilegia, immunitates, antiquas consuetudines dictæ ecclesiæ, & episcopatus. N. & quod si aliquæ consuetudines antiquæ essent violatæ, in dicta ecclesia, & episcopatu, & ipsis beneficiatis, quod eas velit restituere & facere seruari. Super quibus &c.

Inductio in possessionem Canonicatus & præben. acceptatorum in vim expectatiuæ pro nō creato.

In nomine Domini amen &c. Anno &c. Indict. &c. Die &c. Pontifi. &c. Anno N. ¶ Corā venerabilibus & circumspectis viris, dominis. A. Decano, ac B. C. & D. Canonicis ecclesiæ. N. in loco capitulari dictæ ecclesiæ, hora vesperarum, vel circa, propter infrascripta capitulariter congregatis, atque capitulum ipsius ecclesiæ. N. facien. & repreſentantibus. ¶ In mea notarij publici &c. constitutus honorabilis vir, dominus. N. discreti viri, domini. A. principalis, procurator (prout de suæ procurationis mandato, mihi notario publico infrascripto, extitit legitime facta fides) publice dixit, & exposuit, quod nuper perpetua vicaria, seu canonicatus & præben. in præfata ecclesia, per mortem quondam. N. vltimi eorundem canonicatus & præben. (dum vixit) possessoris, extra Rom. Cu. defuncti, vacan. prælibatus dominus. N. principalis, vigore quarundam literarum apostolicarum gratiæ expectatiuæ, sibi per præfatum dominum Papam, sub datā Rom. apud sanctum Petrum &c. ad collationem, prouisionem, præsentationem, seu quamuis aliam dispositionem R. in Christo Patris & domini domini. N. necnon præfatorum dominorum Decani, & Capituli ipsius ecclesiæ. N. spectan. factæ & concessæ, atque processuum indesecutorum, prædictos Canonicatum & præben. cum omnibus iuribus & pertinen. suis infra tempus debitum, legitime acceptauit, & sibi, de eisdem prouideri obtinuit prout in eisdem literis & processibus apostolicis, necnon acceptationis & prouisionis instrumentis publicis, quæ ibidem in medium exhibuit, ipsis dominis Decano Canonicis, & capitulo intimauit, plenius continetur. Quapropter, dictus. N. procurator, nomine quo supra procuratorio, se in & ad prædictorum canonicatus & præben præfatæ ecclesiæ. N sic, vt præmittitur, acceptatorum, admitti, ac in, & ad corporalem, realem & actualem possessionem eorundem, cum omnibus iuribus & pertinen. suis supradictis, per eosdem dominos Decanum, & Capitulum, recipi & admitti, sibique, de illorum fructibus, redditibus & prouen iuribus & obuen vniuersis integre responderi, instanter postulauit, & sub pœnis, in processibus dictæ gratiæ contentis, requisiuit. Quibus quidem literis & processibus apostolicis, necnon acceptationis & prouisionis instrumentis, de iussu & mandato dictorum dominorum Decani & Capituli, ibidem coram eis, alta & intelligibili voce, lectis, & per ipsos dominos Decanum, Capitulum antedictos, intellectis, ipsi domini Decanus & Capitulum, per organum dicti domini Decani, literas & processum, necnon acceptationis & prouisionis instrumenta, ipsis dari & communicari petierunt illisque habitis, se super præmissis omnibus & singulis, infra sex dierum terminum, in ipsis processibus contentum, & indultum, deliberare velle, ipsi. N. procuratori instanti & petenti respōderūt. ¶ Super quibus omnibus & singulis præmissis, memoratus. A. principalis, sibi a me notario publico infrascripto, vnum vel plura, publicum seu publica, instrumentum & instrumenta, dari petijt & requisiuit. Acta fuerunt hæc &c. ¶ Præsentibus &c.

¶ Subsequenter vero, Anno, Indictione, & Pontifi. quibus supra. Die vero Lunæ. XXX. mensis Maij, coram. Decano &. N. Archidiacono, necnon cæteris canonicis & Capitulo supradictis, in loco Capitulari dictæ ecclesiæ, hora vesperarum, personaliter constitutus prælibatus. A. & se in & ad dictos Canonicatum & præben. vt superius est expressum, vacan. & acceptatos, eorumque corporalem realem, & actualem, possessionem, cum omnibus iuribus & pertinen. suis, induci & admitti, ac de illorum fructibus, redditibus, iuribus, Prouen. & obuen. vniuersis, plenarie responderi, per eosdem dominos Decanum, Canonicos, & Capitulum debita cum instan. postulauit, ac reuerenter requisiuit. ¶ Memorati tunc, domini Decanus & Capitulum, literis apostolicis, & processu, necnon instrumento publico acceptationis & prouisionis (de quibus supra fit mentio) Per eos habitis visis, & diligenter perpensis, habitaque per & inter eos super omnibus & singulis supradictis, ad diem & horam prædict. deliberatione matura, eundem. N. procuratorem, vt supra id humiliter petentem & requirentem, in & ad prædictorum canonicatus & præben. in prædicta ecclesia. N. præmisso aut aliquo quouismodo vacan. corporalem, realem, & actualem possessionem, cum omnibus iuribus, & pertinen. suis, vigore literarum, ac processuum Apostolicorum prædictorum, tanquam veri obedientiæ filij, concorditer receperunt, induxerunt, ac ad canonicatum & præben. prædictos admiserunt, & in signum veræ & realis adeptæ possessionis huiusmodi, prælibatus dominus. N. Decanus, ipsi domino. N. principali, stallum in parte meridionali chori dictæ ecclesiæ, necnõ locum in capitulo realiter assignauit. ¶ Super quibus omnibus & singulis, idem. N. procurator &c.

Ita facies de aliis, vigore literarum apostolicarum.

Inductio in possessionem parochialis collatæ auctoritate ordinaria per executorem.

In nomine Domini amen. Anno &c. Domini. M. D. LVII. Indictiõ. XV. Die. N. mẽsis. N. Pont. S. &c. Pauli &c. Papæ IIII. Anno Quarto. In mea notarij &c. constitutus venerabilis & circumspectus vir, dominus. N. presbyter & rector parochialis ecclesiæ, N. habens & tenens in suis manibus quasdam collation. & prouision. de dicta parochiali ecclesia, sibi factarum, patentes literas per Reuerendissimum in Christo Patrem & dominum. D. Franciscum, miseratione diuina, tituli. S. Eusebij, sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyterum Cardinalem de Mendoza siue Burgen. vulgariter nuncupatum, eidem concessas, ipsiusque Reuerendissimi domini Cardinalis sigillo, cera rubea alba circundata, impresso, cum cordula fili rubei impenden. sigillatas, sub Anno. Indict. & Pont prædictis, ac die prima mensis Ianuarij, illas venerabili & circumspecto viro, domino. N. canonico. N. præfati Reuerendissimi domini Cardinalis Auditori, Commissario & executori vnico, in eisdem literis collation. & prouision. specialiter deputato, præsenti & recipienti, ad manus, realiter tradidit, eumque, vigore & auctoritate earundem literarũ vt se, in corporalem, realem, & actualem possessionem dictæ parochialis ecclesiæ (de qua sibi certo modo, tunc vacan. fuit per præfatum Reuerendissimum dominũ Cardinalem prouisum, prout in eisdem literis continetur) iuriumque & pertinen. ipsius, poneret & induceret, iuxta illarum formam & tenorem, debite requisiuit. Qui quidem dominus. N. commissarius & executor præfatus, receptis primo præfatis Reuerendissimi domini Cardinalis, cum honore & reuerentia, quibus decet, literis, attenden. requisitionem huiusmodi esse iustam, & consonam rationi, vt & tanquam verus obedientiæ filius, dictum dominum. N. in corporalem realem, & actualem possessionem parochialis ecclesiæ, iuriumque & pertinen. præ

dictorum, per traditionem, tactum, & palpationem clauis & anhulli, ac introitū ad altare, & pulsationem campanarum eiusdem ecclesiæ, nemine contradicente, posuit & induxit. Et nihilominus, omnibus & singulis ipsius ecclesiæ vtriusque sexus parochianis, vt dicto domino. N. tanquam vero rectori ipsius ecclesiæ, vel eius legitimo procuratori, de fructibus, redditibus & prouen. dictæ ecclesiæ, suis loco & tempore congruis & opportunis, responderent, præcepit & mandauit. ¶ De & super quibus &c.

Inductio in possessionem parochialis per notariū.

In nomine Domini amen &c. In mea notarij &c. constitutus .N. rector parochialis ecclesiæ de .N. tenens in suis manibus, quasdam patentes literas, sigillo. Reuerend. in Christo Patris, & domini domini. N. episcopi. N. cera viridi sigillatas, & alias debite roboratas, super collatione, & prouisione dictæ parochialis ecclesiæ, vice & auctoritate ipsius, Reuerend patris factas præfato. N. de dicta parochiali ecclesia confectas, me notarium publicum infrascriptum, debita cum instan. requisiuit, quatenus, vigore & auctoritate literarum prædictarum, ac mandat. per eas mihi fact. ponerem & inducerem, in corporalem, realem & actualem possessionem, dictæ parochialis ecclesiæ, cum suis iuribus & pertinen. vniuersis. ¶ Ego vero notarius prædictus, vt præmittitur, requisitus in vim mandati, ex parte Reuerend. P. D. Episcopi præfati, in hac parte mihi facti, volens & cupiens obedienter parere, præfatum dominum. N in corporalem, realem, & actualem possessionem prædictæ parochialis ecclesiæ. N. iuriumque & pertinen. prædictorum, per ingressum maioris portæ, siue ianuæ dictæ ecclesiæ, tactum annuli eiusdem & per tactum cordarum campanarum & missalis, calicis, & ornamentorum, clauium sacrarij, & fontis baptismalis dictæ ecclesiæ, & subsequenter, per accessum domus presbyteralis eiusdem ecclesiæ, & per tactum vectis anterioris portæ, & per introitum dictarum domorum, nemine contradicente, in dei nomine posui & induxi. ¶ Super quibus &c. Actum &c. Præsentibus &c.

Inductio in possessionem parochialis in continenti post acceptationem & prouisionem seu publicationem.

In nomine Domini amen &c. Constitutus N. &c. procurator &c. ¶ Ibi debes narrare acceptationem iuxta formam traditam, aut etiam publicationem, si immediate subsecuta est possessio. ¶ Tandem vero, absque aliquo temporis interuallo, ipsum dominum. N. in & ad corporalem, realem, & actualem possessionem dictæ ecclesiæ, iuriumque & pertinen. prædictorum, posui & induxi, per traditionem, tactum & palpationem clauis & annuli dictæ ecclesiæ. N. & introitum eiusdem, cornu magni altaris, calicis, libri, missalis, vestium, & ornamentorum sacerdotalium, vinetæ, cum vino & aqua, clauium sacrarij, & fontium baptismalium, ac cordarum campanarum & tintinabulorum, necnō annuli portæ maioris presbyteratus eiusdem ecclesiæ & ingressum eiusdem, cæterisque solennitatibus adhibitis in talibus obseruari consuetis. ¶ De & super &c. ¶ Actum &c. ¶ Præsentibus &c.

DE INIVRIIS.

Instrumentum iniuriarum verbalium ad animum reuocatarum.

In nomine Domini amen. Anno &c. Indictione &c. Die &c. Pont. &c. In mea notarij publici &c. constitutus honorabilis vir, dominus. N. principalis, habens & tenens in suis manibus, quandam papyream cedulam, verba iniuriosa, ipsi constituenti, per. N. (vt ipse exponens dol?ose exposuit) die tali, in tali loco, & in præsentia fidedignorũ testium, in honoris ipsius exponentis denigrationem, vt asseruit, illata continentem. Quam idem N. ibidem, de verbo ad verbum, alta & intelligibili voce, legit, & iniuriam in dicta cedula expressam, ad animum reuocauit, & dixit, quod illam iniuriam pro mille noluisset sustinuisse floreñ. Rheneñ. & eiius de bonis suis, tantum exposuisset, quam talem iniuriam sustinuisset seu sustinere velle i, si bona sua ad tantum se extendissent, & alia fecit prout in dicta cedula cõtinetur. Cuius cedulæ, tenor sequitur de verbo ad verbum, & est talis. ¶ Licet ergo. N. per viginti & quatuor &c. annos Romanæ Curiæ, curialis, in eadem curia, coram diuersis sacri apostolici causarum Auditoribus, maxime coram. N. apostolicæ sedis, dum vixit, Protonotario, per tempora quamplurima, vt Apostolica auctoritate notarius, & scriba, a tempore, quo ad annos discretionis perueni, citra iactantiam loquendo, fuerim & fui bonæ famæ, laudabilis vitæ, & honestæ conuersationis, & a dictis temporibus, & per ipsa tempora (quantum permisit humana fragilitas) ab illicitis & inhonestis, præsertim a furto & subtractione quarum cunque rerum, abstinuerim, Nihilominus tamen, quidã. N. de Anno præsenti, die tali &c. in præsentia plurimorum fidedignorum testium, me. N. publice, alta & intelligibili voce, furem nominauit, & alia iniuriosa verba in vulgari lingua, dixit, & me talem denotauit, in honoris & status mei denigrationem, & maximam iniuriam. Quam quidem iniuriam, ad animum, coram vobis notario & testibus hic præsentibus, per præsentes, in forma meliori reuoco, prout dicta die &c. coram eisdem fidedignis testibus, eandem ad animum reuocaui, illamque iniuriam æstimaui, & æstimo, ad mille floreñ. Rheneñ. Quosque floreñ. Rheneñ. ego. N. potius de meis exposuissem bonis, quam illam sustinuissem, si facultas bonorum meorum tanta fuisset. Et protestor, quod illam iniuriam, tempore congruo, prosequi volo. ¶ Super quibus omnibus &c.

Instrumentum de iniuriis illatis, & factis vsque ad sanguinis effusionem.

In nomine Domini amen &c. In mea notarij publici &c. personaliter cõstitutus discretus vir. D. Io. N. clericus. N. dioc multũ tristis, dolens, flendo, vlulando, & sanguinolẽtus, me notariũ, & testes infrascriptos, ad se vocauit publice, alta & intelligibili voce, in copiosa populi numerositate siue multitudine, & me, vt super manuũ violentarum iniectione, & cũ cultello sine vagina, quem. N. de. N. assertus clericus. N. dioc. euaginatum, & cruentatum, in manu sua adhuc tenebat, in capite, percussionibus vsque ad sanguinis effusionem non modicam inclusiue, alijsque iniurijs & oppressionibus eidem. D. Io. per dictum. N. me notario, & testibus infrascriptis, videntibus, cerneñ. & audieñ. factis, & illatis, vt de ipsis, sub debito, præstito per me, in notariatus creatione, iuramento, conficerem instrumentum publicum instantissime requisiuit. Et nihilominus de huiusmodi violentarum manuum iniectione & percussione, ac sanguinis effusione iniurijsque, sibi, per dictum. N. factis & illatis, & de illarum, suis loco & tempore, prosecutione, a iure & canone inflictis, solemniter protestatus fuit, Etiam mox & incontinenti, dictus. N. cultellum adhuc euaginatum in manu sua tenens, eidem. D. Io. reclamañ. & protestañ. dixit & respondit in hæc, vel in eis, in effectu similia verba. Taceas, si in præmissis non fueris contentus, expediam te in illa forma minus condecenter. ¶ Super quibus omnibus & singulis iniurijs, percussionibus, ac furiosa responsione dicti

N.idem.D.Io.itenim protestando,a me notario publico, ac etiam super percus sionibus & iniurijs antedictis, a me prachibato notario,vnum vel plura &c.

INVENTARIVM.

Instrumẽtum inuentarii bonorũ alicuius defuncti.

In nomine Domini amen. Per hoc præsens publicum instrumentũ,cunctis pateat euidenter & sit notũ quod Anno &c.præsentia personaliter constituti,honorabiles viri, A.B.C. Sacri palatij apostolici causarum notarij,executores testamenti, siue vltimæ voluntatis,quondam bo.me. Ioannis clerici,dum vixit,episcopi Maceratẽ. & vnius, ex dictis palatij apostolici causarum Auditoribus,Locumtenẽ. nuper in hac alma vrbe defuncti,per ipsum defunctum,tunc in humanis agentem, electi, constituti,& deputati,prout constat publico instrumento scripto & signato manu discreti viri.D.N.notarij apostolici,clerici.B.dioc. volẽ. ex certis causis animos ipsorum adhoc mouentibus,vt dixerunt,inuentarium rerum & bonorum quorũcunq; per ipsum Ioannem episcopum defunctum,vltimo per eum in dicto condito testamento suo,legatorum & relictorum, fideliter per me notariũ publicum infrascriptum,fieri,& res huiusmodi conscribi, ne in posterum ipsis executoribus aliqua sinistra occasione,æmulis obloquẽ. ascribi valeat vel inurgi. Præfati igitur executores,vna cum me notario & testibus infrascriptis,ad cameram habitationis,quam idem defunctus,dum ageret in humanis , ante mortẽ inhabitauerat & inhabitare consueuerat,in qua res & bona præfati defuncti sita fuerunt, & reposita,animo & intentione conficiendi inuentarium de rebus & bonis prædictis, accesserunt,ibiq; repertæ fuerunt,per præfatos executores,res infrascriptæ,ac per me notarium infrascriptum,ad requisitionem ipsorum executorum, fideliter descriptæ & annotatæ, vt sequitur. Et in primis in vna capsa clausa & signata (quam aperuerunt) repererunt vnum librum.N. Decem tazeas argenteas, & consequenter omnia alia &c. ¶ Super quibus omnibus &c.

Ita poteris conficere quodcunq; aliud in narratiua, deductis causis.

Inuocatio brachii Secularis, vide superius in aggrauatiõ. & in verbo brachium.

INTERDICTVM GENERALE.

Antonius Augustinus &c. ¶ Vniuersis &c. vt in citatione vsq; mandatis. ¶ Noueritis, quod orta dudum in Rom.Cu.ex cõmissione apostolica, coram nobis, inter honorabilem virum,dominum.N actorem ex vna,& quendam.N. de & super certa parochiali ecclesia.N. rebusq; alijs,& in actis causæ huiusmodi,latius deductis, & eorũ occasione reum & conuentũ partibus ex altera,lite,siue causa, ac materia q̃stionis. Nos in causa & causis huiusmodi rite & legitime procedẽ. seruatisq; seruandis quandam diffinitiuam dictæ parochialis adiudicatoriam,pro dicto domino .N. & contra præfatum.N.aduersarium cum fructuum & expensarum condemna-

tione, in scriptis tulimus & promulgauimus sententiam, prout in literis, & instrumentis, ac documentis publicis, desuper confectis & expeditis, ac actis causæ huiusmodi, latius & plenius continetur. Quæ quidem diffinitiua sententia, postquam, nulla prouocatione suspensa, in rem transiuisset iudicatam, idem dominus noster Papa, quandam aliam commissionis siue supplicationis cedulã, nobis, per quendam suum cursorem, præsentari fecit, quam nos, cum ea, qua decuit, reuerentia, recepimus huiusmodi sub tenore. ¶ Beatissime pater &c. ¶ Cuiusquidem commissionis vigore, omnibus & singulis expensis, in hac causa, pro parte dicti domini. N. principalis, coram nobis legitime factis, & in quibus, sibi dictus. N. aduersarius sententialiter condemnatus, vt præfertur, existit, per nos, ad. N. Duc. auri de camera, boni & iusti ponderis, prouida moderatione præuia, rite taxatis, ac nonnullis literis executorialibus desuper, per edictum publicum, in Rom. Cu. extra eam, & in partibus, in locis circumuicinis, exequendis, publicandis & affigendis, pro parte dicti domini. N. principalis, nostro sub sigillo, in forma debita, solita, & consueta, decretis atque concessis, in quibus, & per quas inter cætera præfatum. N. aduersarium, in dicta parochiali ecclesia. N. intrusum, quatenus eiusdem parochialis ecclesiæ, iuriumque & pertinentiarum omnium eiusdẽ, possessioni cederet, eamque possessionem, dicto domino. N. principali, tanquam vero & indubitato ipsius parochialis ecclesiæ Rectori, vel procuratori suo, ad hoc ab eo legitime constituto, eius nomine, vacuam, liberam & expeditam dimitteret, & relaxaret, sibique, de fructibus, a tempore motæ litis huiusmodi, ex dicta parochiali ecclesia citra perceptis, necnon. N. ducatis, per nos, occasione expensarum litis & causæ huiusmodi, vt præfertur, taxatis, ac quatuor alijs similibus ducatis auri de camera, pro ipsarum literarum executorialium expeditione etiam expositis, realiter & cum effectu, satisfaceret, & restitueret, ac plenariam & integram solutionem & satisfactionem impenderet, aut saltem super præmissis secum amicabiliter componeret & concordaret, infra certos, sibi, per nos desuper assignatos & iamdudum effluxos, peremptorio termino competentes, sub excommunicationis, alijsque sententijs, censuris, & pœnis ecclesiasticis, quas in eum, tunc, si secus faceret, canonica monitione præcedente, in scriptis ferebamus, monuimus & requisiuimus, ac moneri & requiri fecimus & mandauimus, prout in eisdem literis siue processibus executorialibus, a nobis desuper, vna cum aggrauationis, reaggrauationis, & interdicti, appositione, auxilijque brachij secularis inuocatione, in forma debita emanatis, & in actis causæ huiusmodi, plenius & latius continetur. ¶ Quibus quidem literis, siue processibus executorialibus, contra præfatum. N. intrusum, per edictum publicum, tam in Romana Curia, quam extra eam, etiam in partibus, & locis circumuicinis, iuxta literarum earundem vim, formam & tenorem, rite lectis, affixis, executis, & publicatis, eisdemque tandem, vna cum earum executione huiusmodi, coram nobis iudicialiter reproductis. ¶ Nos tunc Ant. Auditor in causa & negotio huiusmodi executionis, cum tempore. N. intrusus, sic vt pmittitur monitus & requisitus, mandatis, monitionibus, inhibitionibus, ac literis & processibus nostris antedictis, parere & obedire, ac nos de paritione sua infra terminos prænominatos, certificare non curasset, vlterius rite procedeñ. seruatis seruandis, singulisque dilationibus expectatis, per aliam nostram sentẽtiã siue ordinationem, quam desuper in scriptis tulimus, eundem. N. aduersarium intrusum, propterea excommunicationis sententiam, aliasque pœnas, sentẽtias, & cẽsuras ecclesiasticas, in ipsis literis executorialibus contentas, vt præfertur, & fulminatas, damnabiliter incurrisse & incidisse, duximus declarandum, & declarauimus, ac, vt talem, publice denunciandum mandauimus & fecimus. Ac deinde successiue, cum dierum competentium interuallis, propter ipsius. N. aduersarij multiplicem rebellionem & contumaciam, dictam excommunicationis sententiam, & processus nostros huiusmodi, aggrauauimus, & reaggrauauimus, prout in actis causæ huiusmodi, & alijs nostris desuper concessis literis, plenius conti-

netur. ¶ Sed quia dictus. N. aduersarius intrusus, & induratus, Pharaonis duriciam imitando, ad modum aspidum surdarum, aures suas obturantium, ne voces audiant incantantium, dictam nostram reaggrauationem, post decem dies post illius publicationem & denunciationem, in Rom. Cu. in diuersis locis publicis debite factis, pertinaciter sustinuit & sustinet, non curans ad Sanctæ matris Ecclesiæ gremium reddire. ¶ Nos tunc Antonius Auditor, ad præfati domini. N. principalis, instantiam, præfatum. N. aduersarium, omnesq; alios & singulos, sua communiter vel diuisim interesse putantes, eorumq; procuratores, si qui tunc erant in Romana Curia pro eisdem, ad videndum, & audiendum, omnes & singulas, ciuitates, terras, oppida, castra, villas, suburbia, collegia, parochias, & alia quæcunq; loca, in & sub quibus, dictum. N. aduersarium, excommunicatum declaratum, aggrauatum, & reaggrauatum, declinare seu deuenire contigerit, interdici, & interdicto ecclesiastico supponi, literasq; nostras, desuper opportunas, in forma solita & consueta, decerni & concedi, vel dicendum, & causam, si quam haberent rationabilem, cur id fieri non debeat, allegandum, per Audientiam publicam literarum contradictarum domini nostri Papæ prædictam, citari mandauimus & fecimus, ad certum peremptorium terminum, videlicet, ad diem & horam infrascriptos. ¶ Quibus occurrentibus, comparuit iudicialiter coram nobis, prouidus vir, magister. N. &c. documentis, & citatorum prædictorum, in quadam ipsius audientiæ cedula citatoria, in eadem audientia debite executa, & coram nobis, facto, realiter & in scriptis repræsentata, contentorum, non comparentium contumaciam accusauit, eosq; contumaces reputari, & in eorum contumaciam, ciuitates, terras, castra, villas, oppida, suburbia, collegia, parochias, & alia loca prædicta, interdici, & ecclesiastico interdicto supponi, literasq; desuper opportunas, in forma debita & consueta, decerni & concedi per nos, instanter postulauit. ¶ Nos tunc, dictos citatos non comparentes, reputauimus, non immerito (prout erant iustitia exigente) contumaces, & in eorum contumaciam, omnes & singulas ciuitates, terras, castra, villas, oppida, suburbia, collegia, parochias, & alia quæcunq; loca ad quæ dictum. N. aduersarium, excommunicatum, denunciatũ, aggrauatũ & reaggrauatũ declinare seu deuenire contigerit, interdiximus, ac ecclesiastico interdicto supposuimus, prout interdicimus & supponimus per præsentes, has nostras literas desuper decernendo & cõcedẽdo opportunas. ¶ Quæ omnia & singula præmissa, præsentes quoq; literas nostras interdictorias, & in eis cõtẽta, vobis omnibus & singulis supradictis (quibus eædem nostræ literæ diriguntur) intimamus, insinuamus, & notificamus, ac ad vestrã & cuiuslibet vestrũ notitiam, deducimus & deduci volumus per præsentes. Vosq; nihilominus, & vestrũ quẽlibet, auctoritate prædicta, tenore præsentiũ requirimus & monemus, primo, secũdo, tertio, & peremptorie, ac vobis, & vestrum cuilibet in solidum, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna, quam in vos, & vestrum quemlibet, si secus feceritis, ferimus in his scriptis, districte præcipiẽdo mandantes, quatenus statim, visis & receptis præsentibus, vos, vel quicunq; vestrum, postquam desuper, pro parte dicti domini. N. principalis, vigore præsentium, fueritis requisiti, seu fuerit requisitus, in dictis locis (quamdiu dictus. N aduersarius, excõ nunicatus, denunciatus, aggrauatus, & reaggrauatus, ibidem fuerit) cessetis & ab alijs cessari faciatis, apertis ianuis, a diuinis. Necnon cessationem eandẽ per tres dies cõtinuos, post ipsius. N. aduersarij abinde recessum, cõtinuetis obseruetis & ab alijs obseruari, & cõtinuari faciatis, & permittatis, ita, & taliter quod (stãte huiusmodi interdicto) nulla ecclesiastica, in & sub eisdem locis ministrentur sacramenta, nisi pœnitentia & baptismus omnibus indifferẽter, Eucharistia vero infirmis tantum, & matrimonium fine ecclesiastica solemnitate contrahatur, inibiq; & sub eisdem locis decedentibus, ecclesiastica denegetur sepultura, donec aliud a nobis, vel superiori nostro, receperitis in mandatis. ¶ Absolutionem vero omnium & singulorum, qui præfatas nostras sententias, aut earum aliquam

sentat.r, strictissimo ecclesiastico interdicto specialiter supposita, Sanctiss. mus in Christo Pater, & dominus noster, dominus Pius, diuina prouidentia IIII. quandam aliam commissionis siue supplicationis papyri cedulam &c. præsentari fecit, quam nos, cum ea qua decuit reuerentia, recepimus huiusmodi sub tenore. ¶ Beatissime pater &c. ¶ Cuiusquidem commissionis vigore, nos, in causa & causis huiusmodi, vlterius proceden. ad prouidi viri, magistri. N. in Romana Curia causarum &c. ad dicendum, & excipiendum, quicquid verbo, vel in scriptis, contra præinsertam commissionem, dicere siue excipere volebat, necnon, ad videndum, & audiendum, parochialem ecclesiam. N. tanquam parochiali ecclesiæ, sub qua N. exaduerso principalis, habitat & moratur, viciniorem, interdici, & ecclesiastico interdicto specialiter supponi, literasque &c. ¶ Quæ omnia & singula &c. vt in prima forma, seu alter vestrum fuerit requisitus, in dicta parochiali ecclesia. N. cessetis, & ab alijs cessari faciatis, apertis ianuis, a diuinis. Necnon, cessationem eandem tandiu obseruetis & continuetis, & ab alijs obseruari & continuari faciatis & permittatis, quousque dictus. N. exaduerso principalis, literis executorialibus prænarratis, paruerit, & absolutionis beneficium, a nobis, vel superiore nostro, meruerit obtinere, ita & taliter, quod stante huiusmodi interdicto &c.

DE LEGALITATE.

Vniuersis Et singulis, præsentes literas testimoniales inspecturis, visuris, lecturis, pariter & audituris. ¶ Nos Franciscus Albericus &c. deputatus, Salutem in domino, & præsentibus fidem indubiam adhibere. ¶ Quoniam iustum est, & rationi congruum, veritati testimonium perhibere, Vniuersitati vestræ, & cuilibet vestrum, tenore præsentium, intimamus & notificamus, ac attestamur, qualiter prouidus vir, dominus. N. qui de quodam instrumento testamenti, per quendam. N. de anno M. D. LVII. &c. mēsis Iunij, condito & facto, rogatus fuit, ipsumque testamenti instrumentum, in publicam formam redegit, ac signo & nomine suis, solitis & consuetis, signauit, subscripsit & publicauit, tam datæ tempore ipsius instrumenti, quam dudum ante, & post, fuit & erat (prout hodie est) publicus, apostolica & imperiali auctoritatibus, notarius, bonus, fidelis, legalis, pro talique, & vt talis, habitus, tentus, nominatus, & reputatus, prout de præsenti habetur, tenetur, nominatur & reputatur, suisque scripturis, & instrumentis publicis, semper adhibita fuit, & hodie adhibetur, in iudicio & extra, plena & indubitata fides. Et ne aliquem, super hoc, dubitari contingat, præsentes nostras literas testimoniales, de præmissis fieri, & per notarium nostrum, & dictæ curiæ coram nobis scribam, infrascriptum, subscribi sigillique nostri, quo in talibus vtimur, iussimus & fecimus impressione communiri. Datum &c.

Litera legalitatis, emanata a diocesano præceden. testium depositione.

Nouerint Vniuersi & singuli, præsentes literas inspecturi, quod constitutus coram nobis. A. Episcopo. N. discretus vir. B. N. dioc. habens & tenens in suis manibus, quoddam insinuationis publicum instrumentum, signo & subscriptione discreti viri. N. notarij roboratum, exposuit, quod cum ipse, instrumentum huiusmodi, pro tuendo iure suo, ad beneficium inibi expressum, ad Rom. Cu. habeat necessario destinare, timeatque ne signo & subscriptione dicti. N. notarij, in ipsa curia forsan incognita, ea fides forsan, quæ sibi. B. necessaria fuerit, adhibeatur. Quapropter nos, vt circa fidem & legalitatem ipsius. N. notarij, informationem sumere, & super his, fidedignum præstare testimonium, nostrasque literas, sibi concedere dignaremur, debita cum

Instan. postulauit. Nos tunc. A. episcopus supradictus, attendentes pium & rationabile existere, testimonium perhibere veritati. Et quia per diligentem examinationem, atq; inquisitionem, circa fidem & legalitatem dicti. N. notarij, per nos habitam atq; factam, præsertim depositioñ. testium nonnullorum fidedignorum, coram nobis desuper exhibitorum, & per nos receptorum, admissorum, & diligenter examinatorum, reperimus præfatum. N. publicum, apostolica auctoritate, notarium, fidelem & legalē esse, ipsumq;, pro tali, in ciuitate nostra. N. & alias vbiq; ab omnibus haberi, teneri, & reputari, & q̃ ad talem, pro instrumentis publicis, & scripturis conficiendis, ad ipsum communis habetur recursus, præfatumq; instrumentum esse scriptum, subscriptum, & signatum manu & signo dicti. N. notarij. Idcirco nos. A. Episcopus prælibatus, eundem. N. pro tali & vt talem, habemus, tenemus & reputamus, ac præsentium literarum nostrarñ serie, talem esse describimus & attestamur, dictoq; instrumento insinuationis, per eundem. N notarium subscripto & signato, plenam fidem, tam in iudicio quam extra, adhibendam, decernimus & declaramus. In cuius fidem, præsentes nostras literas, in fine dicti instrumenti, apponi & scribi, sigilliq; nostri impressione, & Secretarij nostri manus appositione, fecimus communiri. Datum &c.

Litera legalitatis, emanata ab officiali in alia forma, præcedente testium depositione.

Nos .N. decretorum doctor, Archidiaconis ecclesiæ. N. Reuerendiq; in Christo patris, & domini domini. N. Dei & apostolicæ sedis gratia, episcopi .N. in spiritualibus & temporalibus vicarius & officialis generalis. ¶ Vniuersis & singulis, huiusmodi nostras literas inspecturis, Salutem in domino & præsentibus fidem indubiam adhibere. ¶ Constitutus coram nobis in figura iudicij, venerabilis vir, dominus. N proposuit dudum coram discreto viro, domino. N. notario publico, certos constituisse procuratores, & eosdem, coram eodem reuocasse, timens eundem notarium in Rom. Cu fore incognitum, ideoq; nobis instanter supplicauit quatenus sibi, citationem legitimam, aduersus discretos viros, dominos N & N. ad recognoscendum legalitatem, signum, & manum eiusdem notarij, in diem & horam præsentes, decernere dignaremur. Nos tunc N præfatis ipsis dominis. N. & N. (prout ex discreti. N. nostri Bidelli iurati, relatione comperimus) primitus ad hoc citatis, & comparentibus, ac signum, manum & legalitatem præfati N. notarij legitime recognoscentibus, ac ipso, N. notario ibidē præsente, seq; tabellionem & notarium publicum per Magnificum. N. Comitem Palatinum, ad idem deputatum, creatum, docentem manum, & signum eiusdem N. pro recognitis, ipsumq; tanquam legalem & idoneum notarium, habuimus pronunciauimus & declarauimus, & præsentium tenore, mediante decreti nostri interpositione recognita pro recognitis, & ipsum. N. pro notario publico & legali habemus, declaramus, & pronunciamus, & ab omnibus, pro tali, & vt talem nominari, teneri, & reputari, decernimus, & hortamur, ne veritate sepulta, cuiquam detur occasio malignandi. ¶ In quorum &c.

Litera legalitatis Notarii a Duce Venetorum.

Franciscus Venerius, Dei gratia, Dux Venetorum &c. ¶ Vniuersis & singulis Christifidelibus, præsentes literas inspecturis, Salutem & syneeræ dilectionis affectum. Significamus vobis, quod. B. publicus, imperiali auctoritate, notarius, qui anno M. D. L V I I. Indict. X V. Die vero. X X V. mensis Iun. scripsit & publicauit quoddam procurationis instrumentum, per quod venerabilis, vir, dominus Io. N. constituit & or-

dinaui t suum procuratorem.P.de.N.notarium,ad comparendum &c. prout in dicto procurationis instrumento latius continetur; est notarius bonæ opinionis & famæ,fidelis & legalis,cuius instrumentis, & publicis scripturis per eum confectis,fides indubia adhibetur. Datum in nostro Ducali Palatio, die.N. Iunij. Anno &c. Indictione &c.

DE LEGITIMATIONE.

Legitimatio bastardi, seu illegitimi, ad successionẽ paternæ hæreditatis,& ad dignitates,& officia,per Comitem Palatinum, ab Imperatore creatum.

Vniuersis Et singulis, præsentes literas, siue præsens publicum instrumentum, seu priuilegium inspecturis. ℭBernardinus. M. Protonotarius Apostolicus, literarum apostolicarum Scriptor, Sacri palatij, apostolici, ac Aulæ Imperialis Comes, & Miles Palatinus. Pacem,gaudium, & salutem. ℭSæpe imperatoriæ maiestatis, potentia, quæ potest de nihilo aliquid quadam hominis seu iuris fictione, creare, nedum, simpliciter, naturales, sed etiam ex damnato coitu procreatos illegitimos, per imperialis magnificentiæ largitatem in talibus, quæ in hoc non peccant omnem genituræ maculam abstergere, & hos successionibus habiles reddere. ℭDudum siquidem Serenissimus Princeps, & dominus Carolus.V. diuina fauente clementia, Rom. Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hispaniæ,&c. extende titulum vsque rex, volens nos,aliquali dono gratioso, & potestate, decorare, suas nobis imperiales concessit literas,sanas,& integras,eius sigillo,sigillatas,tenorem qui sequitur continen̄. ℭCarolus.V. diuina fauente clementia, Romanorum Imperator semper Augustus,Germaniæ,Hispaniæ &c. ℭHic inseratur priuilegium Imperatoris. ℭCum itaque,discretus vir.N.N dioc. de soluto genitus & soluta, nobis humiliter supplicauerit,vt ipsum legitimare, ac ad omnia & singula iura legitima,necnon successiones,ex testamento & intestato hæreditates, legata, libertates honores,prærogatiuas,officia publica,status, & actus quoscunque legitimos, restituere & reintegrare,ac habilem & idoneum ad omnia & singula reddere,defectũ & inhabilitatem,ac maculam genituræ ipsius, tollere & abolere, auctoritate imperiali,dignaremur. ℭNos itaque.B. Comes Palatinus præfatus, auctoritate, potestate, & gratia, in dictis literis comprehensis, nobis per sacram maiestatem imperialem concessis,ipsius supplicationibus fauorabiliter annuen̄. eundem.N. quem,relatione condigna, bonæ vitæ & conuersationis laudabilis & honestæ, esse intelleximus,auctoritate imperiali,nobis in hac parte cõmissa,tenore præsentium,de speciali gratia legitimamus,habilitamus,& ad omnia iura legitima,necnon successiones,ex testamento vel intestato hæreditates,legata,libertates, honores,prærogatiuas,officia publica,status & actus quoscunque legitimos,restituimus & reintegramus,realiter & cum effectu, & habilem, ac idoneum, ad hæc omnia & singula,auctoritate prædicta,reddimus per præsentes omnemque defectum, inhabilitatem,& maculam genituræ ipsius,cassamus,tollimus,& totaliter abolem⁹ ita quod deinceps,ipse N.tanquam legitimus, & de legitimo thoro procreatus, possit & valeat quorumcunque parentum,agnatorum & cognatorum ex testamento seu intestato,bonis,rebus,iuribus,& actionibus, succedere ad æquales, cum legitimis,portiones,& quibuscunque officijs,honoribus, dignitatibus, & prærogati-

uis, præesse, & ad ipsa, & eorum quodlibet, recipi, eligi & admitti, iure scripto seu legibus municipalibus, atque statutis & consuetudinibus quarumcunque terrarum seu locorum, in contrarium editis, non obstañ. quibuscunque. Decerneñ. insuper, præfatum N fore legitimum, & de cætero, tanquam legitimũ, ad præmissa omnia & singula, & quoscunque alios actus legitimos, esse vbilibet admittendum, sub pœnis præinsertis. ¶ In quorum &c. huiusmodi nostram legitimationem in se continen. &c.

Similis legitimatio bastardi, per Comitem a Papa creatum, facta.

Iacobus De. F. vtriusque iuris doctor. Canonicus ecclesiæ. N. sacri palatij Apostolici causarum notarius, ac Aulæ Lateranensis. Comes, & Miles Palatinus. ¶ Vniuersis & singulis &c. Pacem, gaudium, & salutem. ¶ Sæpe Apostolicæ potestatis (alias Sedis) clementia &c. vt in proxima forma reddere. ¶ Dudum felici. record. Paulus Papa Quartus, volens nos &c. decorare, suas literas Apostolicas, eius vera bulla plumbea, cum filis sericeis, rubei croceique colorum, more Rom. Cu. impendeñ. bullatas, sanas, si quidem, & integras, non vitiatas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio & suspitione careñ. concessit. Et postmodum S. in Christo Pater, & D.N. D. Pius, diuina prouidentia, Papa IIII. ipsius Pauli prædecessoris sui, per suas in forma breuis literas, confirmauit. Quorum quidem priuilegij & breuis, tenores de verbo ad verbum &c. tales. ¶ Sixtus &c. ¶ Paulus &c. ¶ Cum itaque &c

Legitimatio Bastardi per Vicecomitem.

Vniuersis Et singulis &c. vt supra, vsque inspecturis. ¶ Io. de. N. sacri, imperiali auctoritate, Vicecomes, Salutem & incrementum gratiæ, pariter & honoris. ¶ Sæpe imperatoriæ &c. Vt supra, vsque largitatem abstergens. ¶ Dudum siquidem, nobis & spectabilis vir, dominus F. sacri Lateraneñ. Palatij & Regalis Aulæ, ac Imperialis consistorij Comes Palatinus, volens nos, aliquali dono singulari, decorare, potestate & auctoritate imperiali prædicta, nobis, plenam legitimandi dedit & concessit potestatem, omnes & singulos naturales, & Bastardos, Spurios, Manseres, Incestuosos, Eunuchos, & quoscunque, ex illicito seu damnato coitu, procreatos, seu defectum natalium patieñ. ad numerum N. omnemque genituræ maculam, pœnitus abolendi, ipsosque, ad omnia & singula iura legitima, & successiones hæreditatis restitueñ. ad instar illorum, qui sunt de legitimo thoro procreati. ¶ Cum itaque, discretus vir, Petrus &c. vt supra, vsque dignaremur, iuxta modum & formam concessioñ. priuilegij infrascripti, cuius tenor, de verbo ad verbum, sequitur in hunc modum, & est talis. ¶ Hic inferatur priuilegium &c ¶ Nos itaque Io. Vicecomes præfatus, auctoritate, potestate, & gratia, in dictis literis & priuilegio contentis, nobis, per præfatum dominum Carolum, imperiali auctoritate concessis, supplicationibus ipsius Petri antedicti fauorabiliter annueñ. quem relatione vtriusque condigna bonæ vitæ &c. eadem auctoritate imperiali &c. de speciali gratia & nunc pro nunc. P. legitimamus &c. omnemque defectum, inhabilitatem & maculam geniture, iuxta formam imperialis concessionis præinsertæ, cassamus tollimus &c. ita quod deinceps &c. vt supra in præcedeñ. vsque ad finem.

DE LICENTIA.

De licentia, vide etiam sub gradu.

Licentia data per diocesanum fratribus, ad prædicandum per eius diocesim.

Petrus Antonius de Angelinis Dei gratia, episcopus Sutriñ. & Nepesiñ. ¶ Vniuersis & singulis, parochialium ecclesiarum rectoribus, seu locateneñ. eorundem, per ciuitat. & dioc. nostras Sutriñ. & Nepesiñ. constitutis, ad quem, seu ad quos, præsentes nostræ literæ peruenerint, Salutem in domino sempiternam. ¶ Cum religiosi viri, Guardianus, & fratres, Conuentus fratrum minorum. N. nobis suas exposuerint necessitates, ita quod sine Christifidelium eleemosynis, cum nihil terreni habeant, viuere non possint, nobis propterea, cum humilitate supplicarunt, vt quotiens, saltem in diebus festiuis, vsq; ad annum, a data præsentium computandum, in parochialibus ecclesijs vestris, populo verbum Dei prædicandi, & pro eorum vitæ sustentatione, eleemosynam petendi, & recipiendi, licentiam concedere dignaremur. Nos huiusmodi supplicationibus inclinati, eisdem Guardiano & fratribus, concessimus, & tenore præsentium concedimus, quod in dictis festiuitatibus, vsq; ad annum, a data præsentium computandum, in ecclesijs vestris, verbum Dei prædicare, & eleemosynam, ac quæstum facere valeant, pro eorum vitæ sustentatione, hortañ. vos omnes & singulos, quatenus prædictos Guardianum & fratres, cum ad vos, in festiuitatibus huiusmodi, ad verbum Dei prædicandum populo, accesserint, seu aliquis ex ipsis accesserit, benigne & charitatiue recipiatis, & ad verbum Dei prædicandum admittatis, eleemosynas vestras, & alia charitatis opera, eis erogando, vt per hæc, & alia opera, quæ inspirante domino, feceritis, ad æternæ beatitudinis gloriam, possitis & valeatis gloriosius peruenire. Dat. &c.

Licentia pro vno religioso, per diocesanũ concessa.

Valentinus &c. Salutem in domino sempiternam. ¶ Religiosus vir, frater. N. ordinis minorum, magister in theologia, nobis humiliter supplicauit, vt sibi concedere dignaremur licentiam prædicandi verbum Dei, diebus dominicis & alijs festiuitatibus, populo, in ecclesijs nostrarum ciuitatis & dioc. ¶ Nos attendentes supplicationem huiusmodi esse iustam & rationi consonam, eidem, dictam licentiam, tenore præsentium, concedimus, Hortañ. vos &c. vt supra.

Vide de hac materia supra, sub verbo dimissoria, & sub indultis, ac dispensatioñ.

Litispendeñ. vide sub intimatione litispendentiæ.

DE LOCATIONE.

Instrumentum locationis domus ad certum tẽpus.

In nomine Domini amen. Anno &c. Dñi. M. D. LVII. Ind. XV. Die vero. N. mensis Iun. Pont. S. &c. Pauli &c. Papæ IIII. Anno Quarto. In mea notarij &c. personaliter cõsti

turus honorabilis,vir,dominus Alexander de.N.de Vrbino, sua propria, libera, & spontanea voluntate,non vi ductus,sed certa scientia,locauit, & locationis titulo dedit,cessit, & concessit, discreto viro, Magistro Carilepho Ceruy clerico Carnoten.dioc.ac Cartulario in vrbe,præsenti,stipulari,& recipien.pro se,suisq; hæredibus & successoribus,vnam domum ipsius domini Alexandri, sitam Romæ,in regione Parionis,pro anno proxime futuro,incipien. a die præsentis contractus celebrati,& finienti dicto anno decurso,ad habendum,tenendum,vtendū fruendū,& inhabitandū,p precio & nomine precij.XXV. Duc. auri de ca. pro dicto anno. Quorū quidē XXV.Ducatorum,medietatem,dictus.D.Alexander manualiter & in numerata pecunia,me notario & infrascriptis testibus præsentibus,recepit,promisitq; dictus dominus. A.dicto.M.C.præsenti, recipien. & legitime stipulan. (supradicto tempore locationis durante) eundem, in pacifica possessione domus prædictæ manutenere,protegere & defensare, ab omnibus eū inquietare seu molestare volen. Et econuerso,dictus.M.C.promisit dicto domino.A.præsenti,stipulan.recipien pro se,suisq; hæredibus & successoribus, dictam domum inhabitare,& eam bene tractare,more bonorum inquilinorum in vrbe commoran.

Pro quibus omnibus & singulis obseruandis,& plenarie adimplendis, dictus dominus. A.obligauit se,& bona sua,præsentia & futura, & voluit pro pdictis, vbiq; posse cogi & compelli,constringi & conueniri,omni tempore, & in omni curia,tam ecclesiastica,quam seculari,& coram quocunq; iudice, Auditore,Subdelegato,Vicario,seu rectore,ac etiam Senatore diebus feriatis,& nō feriatis quibus ferijs & feriatis diebus,tam præsentibus quam futuris, renunciauit expresse, & quibuscunq; alijs priuilegijs,quibus median.contra præmissa, vel eorum aliquod,se defensare posset vel tueri,& præsertim iuri dicenti,generalem &c.

De hac materia,vide sub verbo arrendatio.

DE MANDATIS.

Mandatum,de consignando fructus sequestratos creditoribus, sine sequestri relaxation.ab Auditore Cameræ.

Franciscus Albericus &c. ¶ Venerabilibus & circumspectis viris, dominis.N.&.N.R.P.D.N.&.N. Episcoporum,in spiritualibus & temporalibus vicarijs, seu officialibus generalibus, cæterisq; sequestratoribus fructuum beneficiorum domini.N. omnibusque alijs & singulis, ad quos præsentes nostræ literæ peruenerint, quosq; infrascriptum tangit negotium,seu tangere poterit quomolibet in futurum, Salutem in domino,& nostris huiusmodi,immo uerius apostolicis, firmiter obedire mandatis. ¶ Discretioni vestræ, & cuilibet vestrum,tenore præsentium, committimus, & sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, quam in vos, & vestrum quemlibet ferimus in his scriptis,nisi mandatis nostris infrascriptis parueritis,& quilibet vestrum paruerit cum effectu,præcipimus & mandamus, quatenus infra sex dierum spatium,a die notificationis præsentium vobis factæ,inantea computandorum,detis,tradatis,& cōsigneris,& quilibet vestrum,det, tradat & consignet,venerabili viro domino Iulio de Vecchi mercatori Senen.seu eius legitimo procuratori,recipienti,vice & nomine honorabilium virorum, domino rum.N.&.N.de.N.mercatorum creditorum dicti domini.N. summam.N.Du-

catorum auri de camera,tot & tantum, de fructibus beneficiorum prædictorum spectantibus & pertinentibus dicto domino N. alias pœnes vos ad instañ. dictorum N. & N. de nostro mandato arrestatis & sequestratis, qui ascendunt ad quãtitatem & valorem dictorum. N. ducatorum, in quibus dictus dominus. N. eisdem .N. & N. obligatur vigore publici instrumenti, Cuius vigore, idem dominus. N. per nos excommunicatus fuit, fructusq; beneficiorum, pœnes vos sequestrati fuerunt. ¶ Quicquid autem &c. ¶ Absolutionem &c. ¶ In quorum &c.

Mandatum Auditoris Cameræ de relaxãdo aliquẽ a carceribus,& de præsentando &c.

Franciscus Albericus &c. ¶ Nobili viro, ac potenti domino Hostilio de Sabellis. D. N. Papæ, ipsiusq; ac Rom. Cu. Marescallo, eiusq; iudici, vel iudicibus, loca gerentibus, seu vice gereñ. eorundem, necnon capitaneis, notarijs, mandatarijs, & seruieñ. quibuscunq; dictæ curiæ, Salutem in domino. ¶ Vobis & vestrum cuilibet, tenore præsentium, committimus, ac in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna, quam vos, & vestrum quemlibet, incurrere volumus, ipso facto, nisi feceritis quæ mandamus, districte præcipiendo mandañ. quatenus statim, visis præsentibus, honorabilem virum. N. in vestris carceribus detentum, relaxetis, & relaxari faciatis, quia nos, de clericatu eius, ac alijs ad hæc necessarijs, fuimus legitime informati, & etiam parati sumus, tam nostro ex officio, quam ad cuiuscunq; instañ. contra ipsum. N. ministrare iustitiæ complementum. Volumus tamen quod eo relaxato, nobis, & nostræ curiæ, vna cum informationibus, contra ipsum per eos habitis, ac processu facto, præsentetis & præsentari faciatis, alioquin nos, ad declarationem excommunicationis sententiæ huiusmodi, & alia grauiora, cõtra vos & vestrum quemlibet, procedemus, vestra inobedientia requirente. In cuius rei &c. vt supra de inhibitione Auditoris Cameræ ad Senatorem.

De hac materia, vide sub litera Curialitatis.

Mãdatũ Auditoris Cameræ, de incarcerãdo aliquẽ.

Franciscus Albericus &c. ¶ Vniuersis & singulis officialibus, potestatibus, capitaneis, armigeris, iudicibus, iustitiarijs, clientibus, & præconibus, omnibusq; alijs & singulis personis, tam spiritualibus, quam temporalibus, cuiuscunq; dignitatis, status, gradus, ordinis vel conditionis existant, quibuscunq; nominibus censeantur, aut quacunq; perfulgeant dignitate, & præsertim, omnibus & singulis officialibus, tam spiritualibus, quam temporalibus, sub Illustrissimo. D. N. Duce. N & sub illius dominio & districtu, ac alias vbilibet constitutis, & eorum cuilibet insolidum, ad quẽ vel ad quos, præsentes nostræ literæ peruenerint, Salutem in domino. ¶ Pro parte venerabilis viri, domini. N. instantissime requisiti, discretioni vestræ & cuilibet vestrum, tenore præsentium, committimus, & sub excommunicationis pœna quam canonica monitione præmissa, in vos & vestrum quemlibet, ferimus in his scriptis, nisi feceritis quæ mandamus, districte præcipieñ. quatenus receptis præsentibus, vos, & quicunq; vestrum, qui fuerit requisitus, per vos, vel alium seu alios, ex parte nostra, capiatis & incarceretis quendam. N. ipsum captum, detentum, & incarceratum, teneatis, ac sub fida & firma custodia, custodiatis, donec & quousq; dicto domino. N. vel eius legitimo procuratori, ad hoc sufficiens mandatum habenti, de. C. Duc. auri de Camera, boni & iusti ponderis, in quibus ipsum. N. olim ex confessione discreti viri. D. Cæsaris Lotti Quintilij clerici Romañ. dictæ Curiæ causarum notarij, eiusdem. N. procuratoris, facta in iudicio

coram nobis,condemnauimus,ac ipsum, excommunicationis sententiam incidisse,declarauimus,atque aggrauauimus,& reaggrauauimus, vsque ad auxilij brachij secularis inuocationem, prout in actis dictæ causæ, plenius continetur & habetur,satisfaciat,plenamque ac integram satisfactionem impendat,donec & quousque aliud a nobis &c. Datum Romæ &c.

¶ Io.B.Notarius. Pe. Q. Curs.

De hac materia, vide in aggrauatione & reaggrauatione cum inuocatione brachii secularis.

Mādatū Procuratoris, vide supra ī verbo cōstitutio.

DE MONITION. SIVE MONITORIIS.

Monitoriū speciale in Curia cōtra aliquē debitorē, ab Auditore Cameræ, cum arrestatione.

De mandato Reuerend.P. Domini Francisci Alberici &c.necnon curiæ causarum Cameræ Apostolicæ generalis Auditoris, & ad honorabilis viri, Domini .N. Clerici N.diocesis. Romanam curiam sequeñ. moneatur quidem.N. clericus.N. dioc. in regione Transtyberina almæ vrbis inhabitator, quatenus, sub excommunicationis pœna, debeat infra tres dies proxime sequeñ. de summa.N.duca.auri de camera boni, & iusti ponderis, in quibus dicto domino.N.sub forma & pœnis Cameræ, nomine amicabilis mutui, dicitur obligari, realiter & cum effectu satisfecisse, aut interim cum eo concordasse. Et nihilominus, sub simili excommunicationis pœna, arrestetur idem.N.ne a Rom. Cu.recedat,donec dicto. N.de huiusmodi pecuniarum summa,satisfecerit aut concordauerit,vt præfertur. Et si senserit &c. compareat &c. Alioquin &c.

¶ L.R.Notarius. Per Q. D N.Papæ Curs.

Monitorium relcuationis indemnitatis obligatioñ XXX. Duc. cum arresto.

De mandato Reuereñ.P.D.Francisci Alberici &c. Necnon curiæ causarum Cameræ Apostolicæ generalis Auditoris; & ad venerabilis viri, Domini Bartholomei Capellæ, Cameræ Apostolicæ notarij, moneatur dominus Ioan. N. quatenus infra tres dies proxime futuros, debeat sub excommunicationis pœna, dictum dominum Bartholomeum notarium cameræ, eius fideiussorem, secundum formam instrumenti obligationis huiusmodi, indemnem releuasse. Et nihilominus, sub eadem pœna, arrestetur dictus dominus Io. ne a Rom.Cu. recedat, & omnia bona sua mobilia, præsertim duo equi, in hospitio intersignij Crucis albæ, apud magistrum.N. hospitem dicti hospitij, existeñ.ne alicui tradantur, vendantur, aut extra dictum hospitium ducantur,nisi prius dictum dominum Bartholomeum realiter & cum effectu de summa.XXX.Ducat. pro quibus se in bancho nobilium virorum dominorum Bindi de Altouitis, & sociorum mercatorum Florentinorum Rom. Cu sequeñ. pro dicto domino Io. obligauit realiter & cum effectu releuauerit. Et si senserit &c. compareat &c. Alioquin &c.

¶ Fœlix de R. Notarius subscripsit. Per. Q. Curs.

Monitorium

Monitorium deseruiti salarii.

Demandato R. P. D. Francisci Alberici &c. vt supra Auditoris, & ad honorabilis viri domini.N.clerici.A. dioc.principalis instañ. moneatur quidam.G.quatenus infra tres dies proxime futuros, debeat sub excommunicationis pœna dicto. N. X L. Carlenos Papales (saluo iure calculi) occasione salarij deseruiti, persoluisse. Et nihilominus sub eadem pœna arrestentur omnes & singulæ pecuniarum summæ ad dictum .G. spectañ. & apud dominum.H. de.N. consisteñ. ne cuiquam tradantur seu assignentur, nisi prius dictus.G. præfato N. de dictis. X L. Carlenis satisfecerit realiter & cum effectu. Et si senserit &c. compareat &c.
¶ Alioquin &c.

¶ A.Q.Notarius subscripsit. Per.Q.Curs.

Simili modo facies sine arresto, omittendo clausulam arresti.

Monitorium generale in curia.

Franciscus Albericus &c. ¶ Pro parte honorabilis viri Domini .N. instanter & debite requisiti tenore præsentium requirimus, & monemus, primo, secundo, tertio & peremptorie & per quoscunq; Rectores Capellanos ecclesiarum parochialium Archipresbyteros quarumcunq; ecclesiarum canonicos & dominos Abbates Priores fratresq; cuiuscunq; ordinis per almam vrbem & Rom.Cu.dum missarum solemnia celebrantur dum & fidelium populus ad diuina audiendum, ibidem conuenerit, ac per affixionem præsentium nostrarum literarum, moneri volumus & mãdamus omnes & singulos vtriusq; sexus homines, cuiuscunq; status, gradus, ordinis vel conditionis existant, eisq;, sub excommunicationis pœna, quam canonica monitione præmissa, in eos & eorum, quemlibet, exnunc ferimus in his scriptis, nisi fecerint quæ mandamus, districte percipiendo mandañ. quatenus, si sit eorum aliquis, qui de anno præsenti, etiam paucis ante diebus præteritis, clam, furtiue, occulte, aut alias indebite, rapuerit, subtraxerit, & furtiue leuauerit.N.&.N. res, ad dictum.N. pertineñ. aut sciat aliquem, vel aliquos, dictas res habuisse vel habere, detinere, & sibi appropriare, dicti habentes, detinentes, vel occupantes, dent, tradant, & soluant cum effectu. Scientes vero, significent & reuelent dicto.N. seu alteri personæ, qua mediañ. dicto.N. condigna restitutio fieri possit de bonis prædictis, & hoc infra sex dierum spatium, a die monitioñ. huiusmodi, & postquam monitio ipsa, ad eorum notitiam peruenerit, proxime sequeñ. Alioquin, lapso dictorum sex dierum spatio vel termino, tales detineñ. ac scieñ. & non reuelañ exnunc prout extunc, & econuerso, excommunicamus, & excommunicationis sententiam incidisse declaramus, ipsosq; excommunicatos, publice nunciari mandamus, mandañ. omnibus & singulis supradictis &c.

Monitoriũ speciale extra Romanã Curiã contra debitorem, per Auditorem Cameræ.

Franciscus Albericus &c. Vt in citatione, nostræ literæ peruenerint, Salutem in domino &c. vsq; obedire mandatis. ¶ Pro parte honorabilis viri, domini. N. A. dioc. requisiti, discretioni vestræ & cuilibet vestrum, tenore præsentium, committimus, ac in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna, quam in vos, & vestrum quemlibet (trium tamen dierum canonica monitione præmissa) ferimus in his scriptis nisi feceritis quæ mandamus, districte præcipieñ. quatenus statim, receptis præsentibus, vos vel quicunq; vestrum fuerit requisitus, per vos, vel alium seu alios

ex parte nostra, moneatis & requiratis primo, secundo, tertio, & peremptorie, honorabiles viros, dominos N. & N. eisque nihilominus, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna, districte præcipiatis & mandetis, quibus nos etiam tenore præsentium, præcipimus & mandamus, ac requirimus & monemus eosdem quatenus infra sex dierum spatium, a die monitionis huiusmodi, per vos, vel alterum vestrum, eis factæ, immediate sequeñ. quorum sex dierum, duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies, eis & eorum cuilibet, pro tertio & peremptorio termino, ac monitione canonica assignamus & vos assignetis eisdem dent, soluant, & restituant, ac quilibet eorum, det, soluat & restituat eidem. N. vel eius legitimo procuratori, ad hoc mandatum sufficiens habenti, summam. X. Duc. auri de camera boni & iusti põderis, in quibus sibi occasione amicabilis mutui, in Rom. Cu. facti, dicuntur fore obligati, aut interim, se cum eodem. N. aut eius procuratore prædicto, amicabiliter componant, & concordent, alioquin, prænominatos. N. & N. si in præmissis, se fore grauatos senserint, modo & forma præmissis, peremptorie citare curetis, prout & nos citamus eosdem quatenus. XV. die, post citationem vestram huiusmodi, immediate sequeñ. si iuridica fuerit, & nos, vel locumtenens noster, ad iura reddendum, pro tribunali sederimus vel sederit, alioquin prima die iuridica extunc immediate sequeñ. qua nos vel Locumtenens præfatus ad iura reddendum, & causas audiendi, pro tribunali sedere contigerit, compareat in iudicio coram nobis, vel Locumteneñ. prædicto, per se vel procuratorem, seu procuratores suos idoneos, causam sui grauaminis allegaturi, aliasque dicturi, facturi, ostensuri, & recepturi, quod iustitia suadebit, & ordo dictauerit rationis. ¶ Certificañ. nihilominus, eosdem monitos & citatos, quod siue in dicto citationis termino, vt præmissum est, comparere curauerint, siue non, nihilominus tamen, nos, vel Locumtenens prædictus, ad declarationem dictæ excommunicationis sententiæ, & alias, ad grauiora procedemus seu procedet, dictorum monitorum & citatorum absentia seu contumacia, in aliquo non obstañ. ¶ Diem vero monitioñ. & citatioñ. vestrarum huiusmodi &c. curetis. ¶ Absolutionem &c. ¶ In cuius rei testimonium, præsentes literas nostras, exinde fieri, sigillique proprij dictæ curiæ Cameræ apostolicæ, quo vtimur iussimus appensione communiri. Datum &c.

Monitoriũ generale extra curiã ab Auditore Cameræ, cum aggrauatioñ. & reaggrauatioñ. cõtra detentores certorum bonorum.

Franciscus Albericus &c. ¶ Venerabilibus & circũspectis viris, dominis. N. & N. officialibus, ac vniuersis & singulis parochialium ecclesiarum Rectoribus, Capellanis, Curatis & non Curatis, necnon Conuentuum fratrum prædicatorum minorum, Augustineñ. & Carmelitarum, Prioribus & guardianis, ac fratribus, per dictas ciuitates, & earum dioceses, ac alias vbilibet constitutis, & eorum cuilibet insolidum, ac illi vel illis, ad quem, vel ad quos præsentes nostræ literæ peruenerint, Salutem in domino, & præsentibus fidem indubiam adhibere. ¶ Noueritis, quod nuper, pro parte prouidi viri domini. N principalis instanter requisiti, Discretioni vestræ, & cuiuslibet vestrum, tenore præsentium, committimus, & sub excommunicationis pœna, quam canonica monitione præmissa, in vos & vestrum quemlibet ferimus in his scriptis, nisi feceritis quæ mandamus, districte præcipieñ. quatenus, receptis præsentibus vos & quicunque vestrum, super hoc fuerit requisitus, per vos, vel aliũ seu alios, ex parte nostra, videlicet, vos domini officiales, dum causarum audientia tenebitis, vosque priores, guardiani & fratres, in vestris sermonibus publicis, dũ

verbum Dei, fidei populo ibidem assistenti, prædicabitis, ac vos Rectores, Capellani, Curati & non Curati in vestris ecclesijs, dum missarum celebrabuntur solemnia,& fidelium populus ibidem,ad diuina officia audiendum, conuenerit moneatis primo,secundo,tertio,& peremptorie,publice, alta & intelligibili voce omnes & singulas personas vtriusq; sexus,exemptas & non exemptas, cuiuscunq; dignitatis,status,gradus,ordinis,vel conditionis, existant, quas & earum quamlibet,nos etiam, tenore præsentium,monemus,eisq; nihilominus,in virtute sanctæ obedientiæ,& sub excommunicationis pœna,quam canonica monitione præmissa,in eas & earum quamlibet,exnunc ferimus in his scriptis, nisi mandatis & monitionibus nostris huiusmodi,paruerint cum effectu,districte precipimus & mandamus,quibus & eorum cuilibet,vos etiam præcipiatis & mandetis eisdem, quatenus si sit earum aliqua,quæ clam,furtiue,latenter,occulte,indebite, & iniuste, habuerit, receeperit,leuauerit,occultauerit,occupauerit,retinuerit,& sibi indebite appropriauerit, habeatq; detineat, celet, occultet, & sibi indbite appropriet, quouis quæsito colore,aut titulo,aut sciat habeñ.detiuen.occultañ.celañ.vsurpañ.rapieñ & sibi indebite appropriātes,aliqua de bonis mobilibus & immobilibus dicti. N. sicuti aurum,argentū monetatum,& nō monetatum,cuiuscunq; formæ,tazeas,ciphos,& coclearea,gobelletos,virgas,annulos auri & argēti, & alia quæcunq; vasa aurea,argentea,stannea,cuprea,æiea,terrea,seu lignea,perlas, lapides preciosos,& alia clenodia & iocalia,seu corrigias, auro vel argento fulcitas,literas,chartas,cedulas,instrumenta publica,testamenta,legata,relicta, donationes,protocolla,obligationes,quictantias,contractus, recognitiones, libros rationum,locationum,redditunm,censuum,& aliorum debitorum, & alias scripturas,tam publicas, quam priuatas. ¶ Quo vero ad ecclesias, cruces,calices,patenas, ampullas, reliquias, & alia ornamenta, seu paramenta, & indumenta ecclesiastica,de lana,lino,serico,seu veluto,libros,breuiaria,missalia,psalteria, biblias,antiphonaria,& alios quoscunq; libros,lectos, culcitras, linteamina, mappas,manutergia,auricularia,lodices,coopertu ras,cortinas,puluinaria,banchalia, mantellos,tunicas,capucia,& alia corporis vestimenta,pannos lineos & laneos, ollas,æreas,& cupreas,scutellas,discos,pintas vinarias seu aquarias, & potos stāni,patellas æris & ferri,pulues,lauatoria,lauderia,craticulas & candelabra, mensas,scamna,tripedes,arcas,coffros,scrinia,cathedras,& alia domus vtensilia, vina,vasa vinaria,& quæcunq; alia vasa,frumentum,auenam,silliginem,hordeum pisa,fabas,& alia legumina,fructus,census,domos,vineas,ortos, terras, grangias, possessiones,nemora,syluas,prata,pascua,aqueductus,pontes,molendina, & alias hæreditates,boues,vaccas,equos,porcos,iumenta,oues,agnos, muntones, asinos, mulos,capras,vitulos, & alia quæcunq; animalia, & bona ad dictum dominum .N.& ecclesias,prædictas in suis comitatibus, territorio, & districtu, quomodolibet consisteñ. spectantia & pertinentia. Et præsertim, quæ fregerunt, alienauerunt,transportauerunt & secum deportauerunt, seu frāgi,alienari, & transportari fecerunt,certa bancha,& alias ædificia,tam lignea,quam lapidea,in Ciuitate. N.existentia,& ad dictum.N pertinentia & spectantia, contra ipsius.N. voluntatem,& quæcunq; alia bona,ad præfatum.N. tam ratione personæ suæ, & successionis hæreditariæ, quorumcunq; parentum & amicorum suorum, quorum hæres existit,quam alias quouismodo spectantia & pertinentia, in quibuscunq; locis seu rebus,cōsistant,aut sciant,seu sciat aliquem,vel aliquos,dicta bona,aut ex ipsis aliqua habuisse,vel habere,detinere,occupare, & sibi indebite appropriare,seu dicta bancha & ædificia,fregisse seu frangi fecisse,ipsæ personæ,quas prorsus ignorat,dicta bona,aut ex ipsis aliqua,habentes, detineñ. occupañ. vsurpañ. & sibi indebite apropriantes,& quæ dicta bancha & ædificia, fregerunt, reddāt restituant,realiter & cum effectu,infra.XXX.dierum spacium,a die monitioñ.sic factæ inantea proxime computandorum, seu postquam huiusmodi monitio, ad ipsorum notitiam deuenerit,inantea computandorum,vsq; ad valorem duorum

solidorum Turonen̄ paruorum. ¶ Scientes vero dicta bona, aut ex ipsis aliqua habentes, detinentes, occupantes, vsurpantes, & sibi indebite appropriantes, reuelent & significent eidem .N. aut alicui alteri personæ idoneæ & fideli, per quam, seu mediante qua, possit eidem. N. fieri restitutio, seu condigna satisfactio, de bonis & rebus supradictis, aut alias amicabiliter conueniant, & concordent, cum eodem. Alioquin, lapso dicto monitionis termino, omnes & singulas personas, sic monitas dicta bona, aut ex ipsis aliqua habentes, detinentes, occupantes, & non restituentes, scientesq; & non reuelantes, quas & earum quamlibet, ob hac causam, in his scriptis excommunicamus, vosq; tandiu in vestris ecclesijs monasterijs, & capellis, singulis diebus dominicis & festiuis, dum missarum celebrabuntur solemnia, & fidelium populus ibidem conuenerit ad diuina officia audiēdū pulsatis campanis, candelis accensis, & demum extinctis, & in terram proiectis, sic excommunicatos, ob dictam causam, auctoritate nostra, imo verius apostolica, publice nuncietis, seu nunciari faciatis, donec aliud a nobis, vel superiori nostro, super hoc, habueritis in mandatis. ¶ Et si huiusmodi excommunicationis sententiam, post denunciationem huiusmodi, per vos seu alterum vestrum, sic factam, per decem dies animis (quod absit) sustinuerint induratis, nec de præmissis satisfacere, & ad gremium sanctæ matris ecclesiæ redire curauerint, Nos tunc attenden̄. q̄ eorum crescente contumacia, & inobedientia, merito crescere debet & pœna, in ipsas omnes & singulas personas supradictas, sic excommunicatas & denunciatas, sententiam ipsam excommunicationis, exnunc, prout extunc, duximus aggrauandum, & tenore præsentium, aggrauamus, Vobis nihilominus & singulis supradictis, & vestrum cuilibet, sub pœnis prædictis, mandamus, quatenus visis & receptis præsentibus, ipsas omnes & singulas personas, sic excommunicatas, & aggrauatas (lapsis dictis. XV. diebus post dictam denunciationem) tandiu in vestris ecclesijs, monasterijs, & capellis, infra missarum, & aliarum diuinarum horarum solemnia, vt moris est pulsatis campanis, & accensis candelis, demumq; extinctis, & in terram proiectis, excōmunicatos & aggrauatos, ob dictam causam, publice nuncietis, & nunciari faciatis, donec & quousq; aliud, a nobis, vel superiori nostro, super hoc, receperitis in mandatis. ¶ Demum, si præfatas excommunicationis & aggrauationis sententias, per alios. X. dies, proxime dictos. XV. dies immediate sequen̄. sustinuerint & in eis insorduerint, nec ad obedientiam, Sanctæ matris ecclesiæ redire curauerint, de præmissis satisfactionem impendendo sentētias p̄dictas, in eas & earū quālibet, vt p̄mittitur, latas, & p̄mulgatas quia exigit peruersorū audacia præsumptiua, vt vnica pœna non contenti, fortioribus arceantur pœnis, ne forte fides illorum lædatur, qui obedientiam debitam, suis superioribus impenderunt, exnunc, prout extunc, & extunc, prout exnūc, reaggrauandum duximus, & reaggrauamus per præsentes. Vobis insuper, omnibus & singulis supradictis, etiam sub pœnis prædictis, mandan̄. & committen̄. quatenus lapsis dictis vltimis. XV. diebus, post denunciationem prædictæ aggrauationis, omnes & singulas personas supradictas, de præmissis culpabiles, & per nos reaggrauatas, tandiu in vestris ecclesijs, monasterijs, & capellis, singulis diebus dominicis & festiuis (dum missarum solemnia celebrabuntur, & fidelium populus ibidem conuenerit ad diuina officia audiendum) etiā ter in missa, vt moris est, ac sero hora Completorij, pulsatis campanis, more tractus mortuorum, candelis accensis, & demum extinctis, ac in terram proiectis, in signum maledictionis æternæ, sic aggrauatos & reaggrauatos publice nuncietis, seu nunciari faciatis, donec & quousq; aliud a nobis, vel superiori nostro, habueritis in mandatis. ¶ Vel sic solemnius, & pro maiori terrore, vsq;. ¶ Vt autem prædicta &c. vt infra. ¶ Demū si præfati malefactores, denunciationem, & aggrauationem huiusmodi, ad eorum notitiā deductas, per decem dies, animis (quod absit) sustinuerint induratis, quia exigit peruersorum audacia præsumptiua, vt vnica pœna non contenti, fortioribus arceantur pœnis, ne forte fides illorum lædatur, qui semper obedientiam de

bitam, superioribus suis impenderunt, ex tunc processus nostros reaggrauando, vos omnes & singulos supradictos, quibus præsentes nostræ literæ diriguntur, modo & forma præmissis, requirimus & monemus, ac sub pœnis & sententijs antedictis, præcipimus ac mandamus, quatenus singulis diebus dominicis & festiuis (quotiens, & quando pro parte dicti. N. fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus) infra missarum solemnia, fidelium populo ibidem ad diuina audiendum congregato, prædictas denunciationem & declarationem innouando, præfatos malefactores, sic, vt præmittitur, excommunicatos & reaggrauatos, campanis pulsatis, candelis accensis, & demum extinctis & in terrã proiectis cruce erecta, & religione induta, aquã benedictam aspergendo, ad fugandũ dæmones, qui eos sic detinent ligatos, & suis laqueis catenatos, orãdo, quod dominus noster Iesus Christus, ipsos ad catholicam fidem, & Sanctæ matris ecclesiæ gremium, reducere dignetur, ne eos, in tali duricia & peruersitate, permittat dies suos finire, cum decantatione Responsorij, Reuelabunt cœli iniquitatem iudæ &c & Psalmi, Deus laudem meam ne tacueris &c. cum Antiphona, Media vita &c. Huiusmodi psalmo sic totaliter finito, ad ianuas ecclesiarum vestrarum, vna cũ clericis & parochianis vestris pergendo, ad terrorem, vt eo, citius, ad obedieutiã sanctæ matris ecclesiæ redeant, tres lapides proijciatis versus domos habitationum suarum, in signum maledictionis æternæ, quam Deus dedit Choræ, Dathan, & Abyron, quos terra viuos absorbuit, vt in infernum descenderent viuentes, etiam post missam, & in vesperis, alijsq; horis canonicis, sermonibus, & prædicationib⁹, solemniter publicetis, & ab alijs publicari faciatis, donec aliud, a nobis vel superiori nostro, super hoc, receperitis in mandatis. ℂ Vt autem prædicta omnia & singula, ad ipsarum personarum notitiam verisimiliter deducantur, copiam præsentium, in valuis ecclesiarum vestrarum & cuiuslibet ipsarum, vestris sigillis (si opus fuerit) munitam, affigi volumus, ne de prædictis, ignorantiæ causam, prætẽdere valeant, seu etiam allegare quam si quis ausu temerario præsumpserit amouere, vel lacerare, sententiam excommunicationis prædictam, incurrere volumus ipso facto. ℂ Diem vero seu dies, monitionis huiusmodi, atq; formam executionis, & quicquid in pmissis feceritis, nobis per vestras paten. literas, siue publicum instrumẽ harũ seriẽ vel sufficientem designationẽ in se cõtinẽ siue continens remissis præsentibus, fideliter intimare curetis. ℂ Absolutionem vero omnium & singulorum, qui præfatas nostras sentẽtias, aut earum aliquam incurrerint, seu incurrerit quoquomodo, nobis vel superiori nostro, tantummodo reseruamus. ℂ Datum Romæ, sub sigillo proprio dictæ Curiæ, quo vtimur, Anno &c.

Monitorium speciale extra Romanã Curiã ab Auditore Cameræ, tanquam ordinario, in vim sententiæ & taxationis expensarũ, quæ transiuerunt in rem iudicatam.

Franciscus Albericus &c. Discretis viris. N. &. N officialibus, ac vniuersis & singulis ecclesiarum parochialium Rectoribus & capellanis curatis & non curatis, presbyteris, clericis, notarijs & tabellionibus publicis per. N. &. N. ciuitates & earum dioces. ac almam vrbem, & eius districtum, ac in Rom. Cu. & alibi constitutis & eorum cuilibet insolidum, necnon illi vel illis, ad quẽ vel ad quos, præsentes literæ peruenerint, Salutem in domino &c. ℂ Pro parte venerabilis & circumspecti viri domini N. N. dioces. in Rom. Cu. fuit expositum coram nobis, quod orta dudum quæstionis materia, inter dominum. B. agentem ex vna, & dominum. C. assertum presbyterum, de & super parochiali ecclesia. N. & eius occasione, partibus ex al

tera penden.coram Reuerend.P.D.A.Sacri palatij causarũ Apostolici Audito re, Idem dñs.A.Auditor, in dicta causa, vtcunq; procedens, sententiam diffinitiuã pro dicto domino.C.& cõtra præfatum dominũ.B.adiudicatoriam, cũ cõdẽnatione expensarũ, tulit & promulgauit. A qua quidem sentẽtia, extitit pro parte ipsius dñi.C.ad præfatum dñm nostrũ Papam, & eius sanctam sedem apostolicã prouocatum & appellatum, & causa appellationis huiusmodi. R.P.D. Fabio Acorombono, dicti palatij causarũ Apostolici Auditori, ad instañ. dicti.C. commissa. Idem dñs Fabius Auditor, in dicta causa hmõi, rite & legitime procedens seruatis seruandis, sententiam diffinitiuam, pro parte dicti dñi.B.& cõtra ipsum C.latam, per aliam suam, quam desuper tulit & promulgauit sentẽtiã, reuocauit, ac pronunciauit, decreuit & declarauit, per præfatum.A. Auditorẽ, in dicta causa, male fuisse, & esse processum, sententiatũ & diffinitiũ, expensarum condemnationem omittendo. A qua quidem sententia, extitit pro parte dicti dñi.B. ad dictum.D.N.Papã, eiusq; sanctam sedem Apostolicã prouocatum, & appellatum, & causa huiusmodi appellationis, & desertioñ.eiusdem, ad supradicti dñi B. seu eius procuratoris instañ.R.P.Antonio Augustino, dicti palatij apostolici Auditori, commissa. Qui quidem.D.Antonius Auditor, in eadem causa, rite & legitime procedens, seruatis seruandis, pronunciauit & declarauit appellationem, pro parte dicti.B. interpositam, a prædicta sententia diffinitiua fuisse & esse desertã ipsamq; sententiam, per præfatum.D.Fabium Auditorem latam, in rem trãsiuisse iudicatam, ac ipsum.B.in expeñ.coram eo legitime factis, condemnandum fore, & condemnauit, ipsarũ expensarum taxatioñ sibi in posterũ reseruatas Quas quidem expensas, postmodum, ad duodecim duca. auri de Camera, præuida moderatione puia, taxauit. Quæ quidem sentẽtia, & expensa℞ taxatio, nulla appellatione interposita, in rem trãsiuerunt iudicatã. Verum cum parum prodesset, sententias ferre, & expensas taxare, nisi executioñ. debitæ demandarentur & suum debitum consequerentur effectum, Fuimus, pro parte dicti.D C.principalis, debita cum instañ. requisiti, quatenus sibi, super hoc, de opportuno remedio prouidere dignaremur. Nos igitur Franciscus Albericus Auditor, ac iudex ordinarius & executor præfatus ad præmissa exequenda, auctoritate apostolica deputatus, attendeñ. requisitionem huiusmodi esse iustam & rationi consonam, nolentesq; alicui, in exhibenda iustitia, sicuti nec debemus deesse, Discretioni vestræ, & cuilibet vestrum, tenore præsentium, cõmittimus, & sub excommunicationis pœna, quam, canonica monitione præmissa, contra vos & vestrum quemlibet, ferimus in his scriptis, nisi feceritis quæ mandamus, districte præcipieñ. quatenus receptis præsentibus, vos vel quicunq; vestrum, qui super hoc fuerit requisitus, per vos, vel alium seu alios, ex parte nostra, canonice moneatis primo, secundo, tertio & peremptorie præfatum dñm.B.quem nos etiam tenore præsentium monemus eidem nihilominus, sub excõmunicationis pœna, quam canonica monitione præmissa, in eum exnunc, ferimus in his scriptis, nisi nostris monitioñ.& mandatis huiusmodi paruerit cum effectu, districte præcipimus, & vos etiam præcipiatis & mandetis eidẽ, quatenus infra.XXX.dierũ spatiũ a die monitionis huiusmodi sibi factæ, inantea, proxime cõputandorũ, quorũ.XXX.dierũ.X.pro primo.X.pro secũdo, & reliquos.X.dies, pro tertio & peremptorio termino, ac monitione canonica assignamus, det, tradat, soluat, realiter & cũ effectu, dicto dño.C. dictos duodecim duc.auri de Camera, in quibus, vt præfertur, extitit cõdemnatus, aut alias amicabiliter cõueniat, aut concordet cum eodẽ.C. vel infra terminum supradictum, dicat, proponat, & alleget, coram nobis seu locumteneñ.nostro, in Ro. Cu. causam (si quam habeat rationabilem) quare ad pmissa minime teneatur. Alioquin dicto termino elapso, ad denunciationem & publicationem dictæ excõmunicationis sententiæ, contra ipsum procedemus, prout iuris fuerit, & consonum rationi, ipsius absentia seu contumacia in aliquo non obstañ. Diem vero &c.

Monitorium in euentum citatorium, in vim speciales commissionis.

Ioannes Baptista de Rubeis &c. causæq; & causis, ac partibus infrascri ptis a S. Domino .N. Papa Auditor specialiter deputatus. ¶ Vniuersis & singulis dominis Abbatibus &c. ¶ Beatissime pater &c. ¶ In fine &c. ¶ De mandato &c. ¶ Pro cuiusquidem commissionis & in ea contentorum verificatione, nonnullis positionibus & articulis, ac eorundem articulorum, & positionum probatione & verificatione, certis iuribus & munimentis, necnon testibus fidedignis ad informandum animum nostrum, de & super omnibus & singulis, in dicta præinserta commissione contentis, & expositis coram nobis, in huiusmodi causa productis & exhibitis. Ipsisq; testibus, per nos rite receptis, admissis, & in forma iuris iuratis, & diligenter examinatis. Fuimus, subsequenter, per discretum virum, magistrum. N. in Rom. Cu. causarum, & honorabilis viri, domini. A. principalis, in præinserta commissione principaliter nominati, procuratorem (de cuius procurationis mandato, ac in actis causæ huiusmodi, legitimis dinoscitur constare documentis) debita cum instañ. requisiti, quatenus sibi literas monitorias, & in euentum citatorias, sub pœnis & censuris ecclesiasticis, contra & aduersus. N. exaduerso principalem, in dicta nobis facta & præsentata commissione, exaduerso principaliter nominatum, ac alios intrusos & intrudendos, & in executione Monitorij huiusmodi nominandos, extra Rom. Cu. & ad partes, iuxta dictæ nobis factæ & præsentatæ commissionis, vim formam, & tenorem, in forma solita & consueta, decernere & concedere dignaremur. ¶ Nos igitur Ioan. Ant. Auditor præfatus, attendeñ. requisitionem huiusmodi esse iustam & rationi consonam, volentesq;, in causa & causis huiusmodi, ac inter partes prædictas, rite & legitime procedere, & partibus ipsis, dante domino, iustitiam ministrare, vt tenemur. Et quia ex iuribus & munimentis, ac dictis & depositionibus testium prædictorum, reperimus omnia & singula, in dicta nobis facta, & præsentata commissione contenta, esse vera, Idcirco auctoritate Apostolica nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, vos omnes & singulos supradictos, & vestrum quemlibet, requirimus & monemus, primo, secundo, tertio & peremptorie. Vobis nihilominus, & vestrum cuilibet, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna, quam in vos, & vestrũ quemlibet (si ea, quæ vobis in hac parte committimus, & mandamus, neglexeritis seu distuleritis contumaciter adimplere, canonica monitione præmissa) ferimus in his scriptis, districte præcipieñ. mandañ. quatenus, infra sex dierum spatium, post præsentationem, seu notificationem præsentium, vobis seu alteri vestrum factas, & postquam pro parte dicti domini. A. principalis, vigore præsentium fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus, immediate sequeñ. quorum sex dierum duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies, vobis vniuersis & singulis supradictis, pro tertio & peremptorio termino, ac monitione canonica, assignamus, ita tamen, quod in his exequeñ. vnus vestrum, alium non expectet, nec vnus pro alio, seu per alium, se excuset, accedatis personaliter, vbi propter hoc fuerit accedendum, & pro parte dicti domini. A. principalis fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus, præfatos. N & .N. exaduerso principales, in eorum proprijs personis, si eorum præsentias commode habere poteritis, alioquin in hospitijs habitationum suarum, si ad ea tutus vobis pateat accessus, & in parochiali, seu parochialibus, sub qua, vel quibus, degunt & morantur, Sin autem, in ecclesia Cathedrali. N. ac dictis parochialibus, alijsq; ecclesijs ac locis publicis, vbi quando, & quotiens expediens fuerit, infra missarum, & aliarum diuinarum horarum solemnia (dum ibidem populi multitudo ad diuina audieñ. conuenerit,

ſeu alias legitime congregata fuerit) ex parte noſtra, immouerius apoſtolicâ, alta & intelligibili voce, peremptorie moneatis & requiratis, quos nos etiã &, & eorum quemlibet, tenore præſentium, requirimus & monemus, eiſq; & eorum cuilibet, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœnis & cenſuris infraſcriptis, quas ipſos & eorum quemlibet, incurrere volumus ipſo facto, niſi mandatis, & monitioñ. noſtris huiuſmodi, paruerint & quilibet eorum paruerit, realiter & cum effectu, diſtricte præcipieñ. mandañ. prout etiam nos mandamus eiſdem, quatenus infra duodecim dies, poſt notificationem præſentium, eis, vt præfertur, factam, immediate ſequeñ. quem terminum, eis & eorum cuilibet, pro omni dilatione, terminoq; peremptorio, ac monitione canonica aſſignetis, prout nos etiam eiſdem aſſignamus, ipſi videlicet. N. & . N. exaduerſo principales, præfato domino. A. principali, ſeu eius legitimo procuratori ad hoc ſufficiens mandatum habenti, de ſumma. L. ducatorum auri in auro de Camera, in qua dicto domino. A. principali, effectualiter obligati exiſtunt, plene & integre ſatisfaciant, ſibiq; realiter & cum effectu, eoſdem tradant & deliberent, necnõ infra XII. dies dictos XII. dies immediate ſequeñ. nos vel ſurrogandum iudicem ac commiſſarium, ſe mandatis & monitioñ noſtris huiuſmodi, immouerius apoſtolicis, integraliter paruiſſe certificent, alioquin, in eoſdem ſic monitos, ſententiam excõmunicationis ferimus in his ſcriptis & etiam promulgamus. ¶ Et nihilominus, in euentum, quo dictis noſtris, immouerius apoſtolicis, monitioñ. & mandatis non paruerint, vobis omnibus & ſingulis ſupradictis, quibus præſentes noſtræ literæ diriguntur, ſub pœnis & ſententijs prædictis, præcipiendo mandamus, quatenus ipſos ſic monitos, & eorum quemlibet, ex parte noſtra, immouerius apoſtolica, peremptorie citare curetis, quos nos etiam, præſentium tenore, ſic citamus, quatenus prima die iuridica, poſt lapſum XII. dierum prædictorum, qua nos vel ſurrogandum iudicem & commiſſarium præfatum, Rom. vel alibi, vbi tunc forſan. D. N. Papa cũ ſua Rom. Cu. reſidebit, in domo habitatioñ. noſtræ, hora veſperorũ, ad iura reddendum pro tribunali ſedere contigerit, compareant in iudicio legitime coram nobis vel ſurrogando præfato per ſe, vel procuratorem ſeu procuratores ſuos idoneum vel idoneos, ad cauſam ſeu cauſas huiuſmodi ſufficienter inſtructum, ſeu inſtructos, ſe pœnas & cenſuras eccleſiaſticas ꝓdictas, incidiſſe declarari, & alias ad omnium & ſingulorum, in dicta commiſſione contentorum executionem iuxta & ſecundum tenorem eiuſdem, per nos procedi, viſuri vel cauſam (ſi quam habeant rationabilem) quare præmiſſa fieri non debeant allegaturi, aliaſq; dicturi facturi, & recepturi, id quod iuſtitia ſuadebit, & ordo dictauerit rationis.

¶ Certificañ. nihilominus, eoſdem ſic monitos & citatos, quod ſiue in dictis monitionum & citationum terminis, vt præmiſſum eſt, comparere curauerint, ſiue non, nos nihilominus, vel ſurrogandus Auditor præfatus, ad declarationem pœnarum, ſententiarum & cenſurarum huiuſmodi, & ad pœnas grauiores, ac alias (prout iuris fuerit) procedemus ſeu procedet, iuſtitia mediante, dictorum monitorum ſeu citatorum abſentia ſeu contumacia in aliquo non obſtañ. ¶ Diem vero monitioñ. requiſitioñ. & citatioñ. veſtrarum huiuſmodi atq; formã, & quicquid in præmiſſis feceritis, nobis per veſtras pateñ. literas &c. ¶ Abſolutionem vero &c. ¶ In quorum &c.

Aliud Monitorium in euentum citatorium, contra intruſum in beneficio generaliter reſeruato.

Antonius Auguſtinus Vtriuſq; iuris doctor Sanctiſſ. D. N. Papæ capellanus, & ipſius ſacri palatij Apoſtolici cauſarum, cauſæq; & cauſis, ac partibus infraſcriptis, a Sanctiſſ. D. N. Papa Auditor ſpecialiter deputatus. ¶ Vniuerſis & ſingulis &c. vt in citatioñ ſimplici.

¶ Pro cuius quidem commissionis & in ea contentorum verificatioñ. per honorabilem virum dominum N. principalem, in præinserta commissione principaliter nominatum, ad informandum animum nostrum, de & super omnibus & singulis, in dicta præinserta commissione, contentis & expositis, nonnullis positionibus & articulis, ac pro illorum probatioñ. certis iuribus & munimentis, facto, realiter, & in scriptis, necnon testibus fidedignis, coram nobis exhibitis atq; productis, ipsisq; testibus, rite per nos receptis, admissis, & in forma iuris iuratis, ac diligenter examinatis, eorumq; dictis & depositioñ. in scriptis fideliter redactis, & demum per nos visis. Tandem, fuimus per dictum dominum .N. principalem coram nobis personaliter constitutum, debita cũ instañ. requisiti, quatenus sibi monitorium, in euentum citatorium, sub pœnis & censuris ecclesiasticis, extra Rom. Cu. & ad partes, contra & aduersus quendam. N. exaduerso principalem, in eadem præinserta commissione exaduerso principaliter descriptum, in canonicatu & præbeñ. ecclesiæ. N. de quibus in præinserta commissione fit mentio, intrusum, ac alios quoscunq; intrusos & in posterum intrudendos. Necnon venerabiles & circumspectos viros, dominos Decanum, Canonicos & Capitulum, singulasq; personas dictæ ecclesiæ. N. atq; vniuersos & singulos colonos, censuarios, pensionarios, arrendatarios, reddituarios, aggricultores, vindemiatores, receptores, debitores & detentores fructuum, redditum & prouentuum, iuriumq; & pertinentiarum quorumcũq;, ad dictos canonicatum & præbeñ. spectantium & pertineñ & quoscunq; alios, sua communiter vel diuisim interesse, putañ. & in executioñ. monitorij huiusmodi, nominandos, iuxta & secundum dictæ commissionis vim, formam & tenorem, in forma solita & consueta, & decernere & concedere dignaremur. ¶ Nos igitur Antonius Augustinus Auditor præfatus, attendeñ. requisitionem huiusmodi esse iustam & rationi consonam, volentesq;, in causa & causis huiusmodi, ac inter partes prædictas, rite & legitime procedere, & partibus ipsis, dante domino, iustitiam ministrare, vt tenemur. Et quia, ex iuribus & munimẽtis prædictis, ac dictis & depositioñ. testium antedictorum, inuenimus in dicta præinserta commissione contenta & narrata, quo ad effectum infrascriptum veritate fulciri. Idcirco, auctoritate apostolica nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, vos omnes & singulos supradictos, quibus præsentes nostræ literæ diriguntur, & vestrum quemlibet tenore præsentium requirimus &c. vt supra in proxima forma vsq; excuset, præfatos dominos decanum, canonicos, ac personas ecclesiæ. N. necnon. N. exaduerso principalem, omnesq; alios & singulos cuiuscunq; status, gradus, ordinis, conditionis, præeminentiæ, aut nobilitatis existant, in dictis canonicatu & præbeñ. intrusos aut intrudendos, ac interesse putañ. & in executione monitorij huiusmodi nominandos, in eorum proprijs personis, Capitulum vero, in loco capitulari si ad id capitulariter induci & congregari voluerit, Alioquin Decanum, Canonicos & singulas personas ipsius ecclesiæ. N. necnon. N. exaduerso principalem, & alios supradictos, in hospitijs habitationum suarum, si ad ea tutus vobis pateat accessus, ac ipsos & capitulum huiusmodi in cathedrali. N. Sin autem eos omnes & singulos, & prædictum Capitulum, in dicta cathedrali, ac parochiali seu parochialibus, sub qua vel quibus, degunt & morantur, alijsue ecclesijs, & locis publicis quibuscunq;, de quibus, ac vbi, quãdo & quoties expedierit, infra missarum & aliarum horarum diuinarũ solemnia, dum ibidem populi multitudo ad diuina audieñ conuenerit, aut alias legitime congregata fuerit, ex parte nostra, immo verius apostolica, publice, alta & intelligibili voce, peremptorie requiratis & moneatis, ac quilibet vestrum eosdẽ requirat & moneat, quos nos etiam, tenore præsentium requirimus & monemus, primo, secundo, tertio, & peremptorie, communiter & diuisim, Eisq; & eorum cuilibet, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis, alijsq; sententijs, censuris & pœnis ecclesiasticis, quas ipsos & eorũ quemlibet, incurrere volumus ipso facto, ac in ipsos & eorum quemlibet, exnunc, prout extunc, & extunc, prout ex

nunc ferimus in his scriptis, nisi monitionibus & mandatis nostris huiusmodi, immouerius apostolicis, paruerint, & quilibet eorum paruerit, realiter & cum effectu, districte præcipiendo mandantes quatenus infra. XII. dierum spatium, post monitionem & requisitionem vestras huiusmodi, immediate sequen. Quorum duodecim dierum, quatuor pro primo, quatuor pro secundo, & reliquos quatuor dies, ipsis & eorum cuilibet, pro tertio & peremptorio termino, ac monitione canonica assignetis, quibus nos etiam assignamus eosdem, præfatus. N. exaduerso principalis, alijq; quicunq; in dictis canonicatu, & præbenda intrusi seu intrudendi, & eorum quilibet, a detentione, intrusione & occupatione eorundem canonicatus & præben. iurium & pertinen. eorundem, realiter & cum effectu desistant, ac se amoueant, ac quilibet eorum desistat, & se amoueat ab eisdem. Illorumq; realem corporalē & actualem possessionem, dicto domino. N. principali, vel eius legitimo procuratori, pro eo, & eius nomine, vacuam, liberam & expeditam, tradant, relaxent, & dimittant, ac quilibet eorum, prout eum concernit, tradat relaxet & dimittat. Dicti vero domini, Decanus, canonici & capitulum, ac personæ præfatæ. N. exaduerso principalem, a canonicatus & præben. huiusmodi detentione occupatione & intrusione expellant & amoueant, ac quilibet eorum expellat & amoueat, & dominum. N. principalem, vel eius procuratorem prædictum ad illorum corporalem, realem & actualem possessionem, ponant & inducant, inductumq; defendant, sibiq; de ipsorum canonicatus & præben. fructibus, redditibus & prouen. iuribus & obuen. vniuersis a tempore intrusionis & occupationis huiusmodi citra perceptis, & qui percipi potuerūt, integre respondeant & satisfaciāt, ac quilibet eorū respōdeat & satisfaciat de eisdē, faciatq; ab alijs, quātū in eis fuerit plenarie respōderi. Et nihilominus, dicti moniti oēs & singuli se mandatis & monitionibus nostris hmōi, immouerius apostolicis, in omnibus & p omnia, realiter & cū effectu, paruisse & satisfecisse, infra alios. XXX. dies, dictos duodecim dies immediate sequen. nos, vel aliū forsan interim, loco nostri, surrogandū Auditorem, certificent, & faciant debite certificari. Quod si dicti moniti & requisiti nō paruerint, aut de paritione eorū, nos nō certificauerint, in eos omnes & singulos sic rebelles & inobedientes, ac contradictores, exnunc prout extunc, & econuerso, dicta canonica monitione præmissa, excōmunicationis, In dictæ vero ecclesiæ. N. ac aliarum ecclesiarum Capitula, conuentus, & collegia quæcunq; in his delinquentia, suspensionis a diuinis. Et ipsorum delinquentium & rebellium huiusmodi, ecclesias monasteria & capellas, interdicti sententias ferimus in his scriptis & etiam promulgamus. Et nihilominus in euentum in quem, prædicti domini, Decanus, Canonici, & Capitulum ecclesiæ. N. ac personæ supradictæ, dictusq; N. exaduerso principalis, cæterisq; contradictores & rebelles, mandatis, monitionibus & requisitionibus nostris huiusmodi non paruerint, realiter & cum effectu, vos & omnes singuli supradicti quibus præsentes nostræ literæ diriguntur, sub pœnis & sententijs supradictis, ipsos sic monitos & eorum quemlibet, ex parte nostra, immouerius apostolica, peremptorie citare cureris, quos & nos, tenore præsentium, sic citamus, quatenus prima die iuridica, post lapsum dictorum. XXX. dierum, qua nos vel surrogandum Auditorem præfatum Romæ, vel alibi, vbi tunc forsan dominus noster Papa cum sua Romana Curia residebit in Audientia causarum apostolica, mane hora audientiæ causarum consueta, ad iura reddēdum & causas audiendum pro tribunali sedere contigerit compareant in iudicio legitime coram nobis, vel surrogando Auditore præfato, per se, vel procuratorem seu procuratores suos, ad causam seu causas huiusmodi sufficienter instructos, cum omnibus & singulis iuribus & munimentis, causam & causas huiusmodi, tangen. seu quomodolibet concernen. ad videndum se excommunicationis, aliasq; sententias censuras & pœnas supradictas, incidisse & incurrisse, declarari, vel causam (si quam habeant rationabilem, quare id fieri non debet) allegaturi, ac alias, in causa & causis huiusmodi, si opus fuerit, ad omnes & singulo

actus necessarios,& terminos iudiciales,gradatim & successiue,etiam vsque ad sententiam inclusiue (debitis & consuetis,dilationibus præcedentibus,vt moris est) processuri,& procedere visuri,aliasque dicturi,facturi,audituri, & recepturi, id quod iustitia suadebit,& ordo dictauerit rationis. Certificañ.nihilominus, eosdem sic monitos & citatos,quod siue in dicto citationis termino, vt præmissum est, comparere curauerint,siue non nihilominus nos,vel surrogandus Auditor præfatus, ad dictarum pœnarum & censurarum declarationem, ac ipsarũ aggrauationem, reaggrauationem,etiam vsque ad inuocationem auxilij brachij secularis, omniaque alia & singula,ac alias,prout iustum fuerit, procedemus seu procedet, dictorum monitorum & citatorum contumacia seu absentia in aliquo non obstañ.

¶ Diem vero, seu dies monitionis & citationis vestrarũ huiusmodi atque formam &c. ¶ Absolutionem vero omnium & singulorum &c. ¶ In quorum &c. Datum &c.

Monitorium in euentum citatorium cum inhibitione inserta per edictum.

Vniuersis Et singulis Christifidelibus, & præsertim Franciæ vel Galliæ nation. ¶ Ioannes Antonius &c. ¶ Beatissime &c.

¶ Pro cuiusquidem commissionis, & in ea contentorum verificatione, nonnullis positionibus & articulis, necnon iuribus & munimentis, facto, realiter & in scriptis, ac testibus fidedignis, pro articulorum huiusmodi probatioñ. & præsertim ad informandum animum nostrum, de & super non tuto accessu, ad quendam.L.N exaduerso principalem, in præinserta commissione, exaduerso principaliter descriptum, pro præsentibus nostris literis,in eius propria persona, vel domicilio, exequendis, coram nobis exhibitis, & productis, ipsisque testibus receptis,admissis, & in forma iuris iuratis,ac diligenter,de mandato nostro,examinatis, eorumque dictis & depositionibus, in scriptis fideliter redactis & per nos visis, Subsequenter, fuimus, pro parte dicti domini P.N. principalis debita cum instañ. requisiti, quatenus sibi monitorium, in euentum citatorium, cum inhibitioñ inserta per edictum publicum, in Romana Curia,& in partibus, in locis circumuicinis,legendum,affigendum,publicandum, & exequendum, contra & aduersus præfatum. L.N.exaduerso principalem, omnesque alios & singulos, sua communiter vel diuisim, interesse putantes, & in executione præsentium nominando, extra Rom. Cu. & ad partes, iuxta & secundum dictæ præinsertæ commissionis vim,formam & tenorem,in forma solita & consueta,decernere & concedere dignaremur. Nos igitur Ioannes Antonius Auditor præfatus,attendentes requisitionem huiusmodi esse iustam & consonam rationi, Volentesque in causa & causis huiusmodi,rite procedere, ac dictam,nobis factam & præsentatam, commissionem,ad effectum debitum deducere, vt tenemur. Et quia, ex iuribus & munimentis,ac testium,vt præfertur,coram nobis productorum, & per nos admissorum,iuratorum & examinatorũ,dictis & depositionibus, reperimus omnia & singula,in præinserta commissione contenta, quo ad effectum infrascriptum, veritate fulciri,necnon dicto domino.P.principali,aut alteri eius nomine, ad supradictum.L.exaduerso principalem, cæterosque intrusos, aut forsan interim intrudendos, & alios aduersarios supradictos, ad monendum & citandum eosdem in eorum proprijs personis,siue eorum domicilijs, aut alias, præsentes literas nostras,contra eosdem,in locis consuetis,more solito,exequendum, tutum non patere accessum. Idcirco,auctoritate apostolica, nobis concessa, & qua fungimur in hac parte,per hoc præsens publicum edictum, in Romana Curia in Audientia publica literarum contradictarum Domini nostri Papæ,legendum,ac in Basilicæ Principis Apostolorum de vrbe,& Audientiæ causarum apostolicarum,nec non extra ipsam curiã, & in partibus,in Metropolitañ.N. & Collegiatæ sanctæ

.N.N.dioc. ecclesiarum valuis seu portis, tanquam in locis magis convenienti bus & vicinis,& alibi,vbi iure fieri poterit,affigendum & publicandum,præfatū .L.intrusum exadverso principalem,omnesq; alios & singulos adversarios supra dictos,tenore præsentiū,requirimus & monemus,primo, secūdo, tertio, & perem ptorie,eisq; nihilominus,& eorum cuilibet, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis, alijsq; sententijs,censuris & pœnis ecclesiasticis, quas ferimus in his scriptis, quasq; contrafacientes incurrere volumus ipso facto, nisi fe cerint,quæ mandamus, districte præcipień. mandań. quatenus infra duodecim dierum spacium, post legitimam affixionem & publicationem præsentium, in lo cis supradictis,vt præmittitur,factas,immediate sequentes. Quorum quidē duo decim dierum, quatuor pro primo, quatuor pro secundo, & reliquos quatuor dies, ipsis & eorum cuilibet,pro tertio & peremptorio termino, ac monitione canonica assignamus. Præfatus L.spoliator & intrusus, cæterisq; intrusi & intru dendi,a spoliatione,intrusione,& occupatione ipsius Archidiaconalis dignitatis ecclesiæ.N.N.dioc.illius iurisdictione, iuriumq; & pertinentiarum omnium eo rundem,desistant,possessionemq; huiusmodi,ipsi domino.P. seu procuratori suo pro eo,& eius nomine, liberam, vacuam & expeditam dimittant, sibiq; de fructi bus,redditibus,prouentibus,iuribus,& obuentionibus vniuersis, exinde, a tempo re intrusionis huiusmodi citra perceptis, & qui percipi potuerunt, vna cum dam nis,expensis & interesse propterea passis, satisfaciant, aut se desuper amicabiliter componant cum eodem,nec se deinceps,de Archidiaconali dignitate, eiusq; iu risdictione & possessione prædictis,vllatenus inrromittant,necnon D.Episcopus, Capitulum,canonici,& personæ supradictæ,ac subditi,vasalli, coloni, decimato res, & redditurij archidiaconalis dignitatis & iurisdictionis eiusdem præfatum L.intrusum,ac intrusos & intrudendos,a spoliatione,detentione,occupatione, & intrusione Archidiaconalis dignitatis, ac illius iurisdictione, atq; possessione, iu riumq; & pertineń. omnium eorundem,tollant, amoueant,& expellant realiter ab eisdem,præfatumq; dominum.P.principalem, seu procuratorem suum prædi ctum, pro eo & eius nomine, in & ad corporalem, realem, & actualem possessio nem Archidiaconalis dignitatis & iurisdictionis, iuriumq; & pertineń. prædicto rum,reponant,reintegrent,restituant & reducant,repositumq;,reintegratum, resti tutum,& reductum defendant,sibiq;,vel dicto procuratori suo, & nulli alteri, de ipsius Archidiaconalis dignitatis atq; iurisdictionis huiusmodi, fructibus, reddi tibus, proueń. iuribus & obueń.vniuersis, sine rebellione & difficultate quibus libet,quantum vnumquemq; ex eis respectiue concernit, integre respondeant, & faciant ab alijs (quantum in eis fuerit) plenarie responderi. Et nihilominus, in fra alios XXX. dies,dictos XII.dies immediate sequeń.nos,vel alium forsan in terim loco nostri, surrogandum Auditorem, se huiusmodi nostris, immouenus apostolicis,monitionibus & mandatis realiter & cum effectu, paruisse & obedi uisse,& præmissa cum effectu adimpleuisse,certificent,seu faciant certificari,alio quin,eosdem sic monitos & requisitos,per simile edictū modo & forma præmis sis,exequendum & publicandum,perēptorie citamus,quatenus, dicta die.XXX. si ipsa dies XXX.iuridica fuerit,& nos vel surrogandus prædictus, ad iura red dendum,& causas audiendum,pro tribunali sederimus, vel sederit, alioquin pro xima die iuridica,extunc immediate sequeń. qua nos, vel surrogandū prædictū, Ro.vel alibi,vbi tunc forsan Dominus noster Papa, cum sua Romana Curia re sidebit,ad iura reddendum, & causas audiendum,in loco nostro solito & consue to,pro tribunali sedere contigerit, compareant in iudicio legitime coram nobis, vel surrogando prædicto,per se,vel procuratorē,seu procuratores suos idoneos, ad causam & causas huiusmodi sufficienter instructos, ad videndum & audien dum,se pœnas,sententias & censuras prædictas, vt præmissum est, incidisse de clarari,& alias in causa & causis huiusmodi si opus fuerit, ad omnes & singulos actus,gradatim & successiue,vsq; ad sententiam diffinitiuam inclusiue, debitis

&

& consuetis terminis & dilationibus præceden. vt moris est, processuri & procedi visuri, aliasq́ dicturi, facturi, allegaturi, audituri, ostensuri, & recepturi, quod iustitia sua debit & ordo dictauerit rationis. Certifican. nihilominus, eosdem sic monitos & citatos, quod siue, vt præmissum est, comparere curauerint, siue non, nos nihilominus, vel surrogandus prædictus, ad dictarum sententiarum, censurarum, atq; pœnarum declarationem, ac earundem aggrauationem, & auxilij brachij secularis inuocationem inclusiue, & alias pœnas grauiores, & alias etiam, in præsenti negotio, prout iustum fuerit, ad partis comparentis instañ. procedemus seu procedet, iustitia mediante, dictorum monitorum & citatorum absentia in aliquo non obstañ. ¶ Et insuper attendeñ. &c. vt supra in citatione per edictum. ¶ Loca vero &c.

Monitorium personale per edictum.

Vniuersis Et singulis &c. ¶ Ioannes Dominicus, miseratione diuina &c. Salutem in domino &c. ¶ Noueritis &c. ¶ Beatissime pater &c. ¶ Post cuiusquidem commissionis &c. fact. productis primitus coram nobis, per venerabilem virum dominum.N principalem, in dicta nobis facta &c. nominatum, nonnullis testibus fidedignis, ad informandum animum nostrum, de & super, in dicta commissione, contentis, & præsertim, de & super non tuto accessu, ad quendam.B.exaduerso principalem &c. exequendum, ipsisq; testibus per nos &c. redactis. Tandem, fuimus per venerabilem virum, dominum Nicolaum Farfarum, in Rom.Cu.causarum, & Sanctissimi Domini nostri Papæ, & ipsius Cameræ apostolicæ Fisci procuratorem, coram nobis personaliter constitutum, debita cum instañ. requisiti, quatenus sibi, monitorium, in euentum citatorium, per edictum publicum, in Rom. Cu. extra eam, & in partibus in locis &c. contra & aduersus præfatum.B.&c. dignaremur. ¶ Nos igitur Ioan.D.&c. attendeñ. &c. vt tenemur, Et quia ex prædictorum testium, coram nobis productorum, & per nos receptorum, admissorum, iuratorum, & examinatorum, dictis & depositionibus inuenimus dicto.N.&c. Idcirco, auctoritate apostolica &c. per hoc præsens publicum edictum in Rom Cu. in Audientia &c. vt in citatione per edictum, eundem.B.exaduerso principalem, excommunicationis & interdicti, aliasq; sententias, censuras & pœnas ecclesiasticas, quibus irretitus extitit, vt in præinserta commissione narratur, continentem, & in illis insordescentem, vel se ab eisdem facere absolui, aut censum per eundē debitum, in eadem commissione expressum, cameræ apostolicæ soluere minime curantem, & ab hoc, & alijs causis, de fide & hæresi suspectum, tenore præsentiū requirimus & monemus primo, secundo, tertio, & peremptorie, sibiq; sub priuation. omnium & singulorum beneficiorum suorum pœna, quam ferimus in his scriptis, quaq;, eum (nisi mandatis & monitionibus nostris huiusmodi immo uerius apostolicis, paruerit cum effectu) incurrere volumus ipso facto, districte præcipien. mandamus, quatenus infra. XXX. dies, post literarum &c. assignamus eidem, aliqua die iuridica, qua nos, vel alterum forsan loco nostri surrogandum iudicem, & commissarium Romanæ vel alibi, vbi tunc forsan dominus noster Papa, cum sua Rom. Cu. residebit, in &c. contigerit. Idem.B.personaliter & in propria persona, compareat in iudicio legitime coram nobis vel dicto surrogando iudice vel commissario, & causam iuridicam & legitimam, quod iuridice & iuste, illis, de quibus in præinserta commissione fit mentio, non adhæsit, neq; illis, fauorem, auxilium & consilium præstitit, alleget. Necnon dictæ Cameræ apostolicæ, omnes & singulos census, propter quorum non solutionem, dictis sententijs & censuris, ligatus, & irretitus extitit, realiter & cum effectu persoluat, & de illis satisfaciat, ac se a penis, sententijs & censuris huiusmodi, absolui & liberari faciat & procuret, alioquin eundem.B.&c. per simile edictum in locis, ac modo

& forma prædictis exequendum, tenore præsentium, peremptorie citamus, quatenus prima die iuridica, post lapsum dictorum XXX. dierum, extunc proxime & immediate sequeñ. qua nos vel surrogandum iudicem & commissarium præfatum, vt præmittitur, pro tribunali sedere contigerit, etiam personaliter & in propria persona, coram nobis, vel dicto surrogando iudice & commissario, in iudicio legitime compareat, se læsæ maiestatis, rebellionis, & periurij crimina & priuationẽ pœnas supradictas, incidisse & incurrisse declarari, & vt talem, publice denunciari visurus, & auditurus vel dicturus, & causas, si quas habeat rationabiles, cur præmissa minime fieri debeant allegaturus, ac alias, in causa & causis, huiusmodi, ipsum tam de & super præmissis, quam alijs, deducendis, etiam criminibus, excessibus, & delictis, etiam maioribus expressis, si fieri potest, per eũ hactenus commissis & perpetratis, Ac etiam super crimine hæresis, vsq; ad diffinitiuam sententiam, summarie, simpliciter & de plano, sine strepitu & figura iudicij, sola facti veritate inspecta, procedi visurus, aliasq; dicturus, facturus, allegaturus, &c. dictauerit rationis. Certificañ. nihilominus, eundem. B. exaduerso principalem, quod siue in dictis monitioñ. & citatioñ. terminis, vt præmissum est, comparere curauerit, siue non, nos nihilominus, vel surrogandus iudex & commissarius præfatus, ad dicti domini. N principalis aut alterius Fiscalis, pro tempore coram nobis compareñ. & causam seu causas huiusmodi prosequi curantis, instañ. ad dictarum pœnarum, sententiarum & censurarum, ac criminum declarationem, & alia præmissa, per audientiam contradictarum, sine alia citatione, contra ipsum. B. &c. extra dictam Curiam facienda, ac alias, prout iustum fuerit, procedemus, seu procedet, dicti. B. absentia, &c. non obstañ. ¶ Loca vero, audientiæ &c. ¶ In quorum &c.

Monitorium in euentũ citatoriũ contra Minorennẽ ad eligendum, aut sibi dari videndum Curatorẽ ad lites, vide supra in verbo deputatio.

Monitorium in vim Paulinæ ab Auditore Cameræ, tanquam ordinario.

Franciscus Albericus &c. Sanctissimi Domini nostri Papæ eiusq; Camerarij, necnon curiæ, causarum Cameræ Apostolicæ generalis Auditor, atq; appellationum & reclamationum, in terris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, mediate vel immediate subiectis, interpositarum, iudex ordinarius, sententiarumq; & censurarum, in Roma. Cu. latarum, generalis executor. ¶ Vniuersis & singulis &c. per Ciuitates & diocesí. N. ac alias &c. ¶ Noueritis quod nuper, coram nobis, tanquam executore omnium sententiarum in Rom. Cu. latarum. Pro parte venerabilis viri, domini. N. clerici. N. diocesí, principalis, nobis extitit propositum cum quærela, quod licet felicis recordationis Paulus Papa Secundus, in die cœna Domini, videlicet die Iouis sancta, omnes & singulos, qui per se, vel alium seu alios, qualscunq; personas ecclesiasticas vel seculares, ad Roma. Cu. pro earum causis & negotijs recurreñ. illasq; in eadem prosequeñ. aut procuratores, negotiorum gestores, aduocatos, sollicitatores vel nuncios ipsorum, vel etiam Auditores seu iudices, super dictis causis vel negotijs deputatos, occasioñ. causarum vel negotiorum huiusmodi, verberarent, mutilarent, seu alias violentias eis inferrent, aut bonis spoliarent, cuiuscunq; præeminentiæ, dignitatis, status, gradus, ordinis, aut con-

ditionis existerent, etiam si Pontificali Regali, aut quauis alia præfulgerent dignitate, excommunicauerit & anathematizauerit, prout literis apostolicis desuper confectis, in locis publicis Romanæ Curiæ ad hoc deputatis, affixis & publicatis, plenius continetur. Nihilominus tamen, nonnulli iniquitatis filij, videlicet quidam.N.&.N.canonici ecclesiæ Cathedralis.N.procuratores causarum Consistorij.N.& certi alij complices, & adhærētes, nullo præterquam maligno spiritu vt præsumitur ducti præfatum dominum.N.dum esset intentioñ. ad Romanam Curiam pro prosecutione cuiusdam appellationis, alias, in partibus, a quadam interlocutoria siue diffinitiua sententia, dudum in causa verteñ. inter dictum dominum.N.conuentum ex vna, & quendam dominum.N.mercatorem & oppidanum de.N.partibus ex altera, lata & promulgata, legitime interposita veniendi, necnon limina beatorum Petri, & Pauli Apostolorum de Vrbe, peregre visitandi, a dicta ecclesia.N. (præter ius & iustitiam) & violenter repulerunt & eiecerunt, in animarum suarum periculum, dictiq; Domini exponeñ. non modicum præiudicium, iacturam, grauamen, & verecundiam, literarum quoq; apostolicarum prænominatarum, & apostolicæ sedis vilipendium, & contemptum, ac perniciosum exemplum plurimorum, dictas propterea excommunicationis & anathematis, aliasq; sententias, censuras & pœnas, in eisdem literis apostolicis contentas, temere incurrendo. Fuimus igitur, pro parte dicti domini.N. exponeñ. debita cum instañ. requisiti, vt sibi, super præmissis, de aliquo opportuno remedio, prouidere dignaremur. Nos igitur Franciscus Auditor & executor præfatus, attendeñ. requisitioñ. huiusmodi esse iustam & consonam rationi, & vt iuriantium temeritas compescatur. Discretioni vestræ & cuilibet vestrum, tenore præsentium, committimus, & in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicat onis pœna, quam canonica monitione præmissa, in vos & vestrum quemlibet, ex nunc ferimus in his scriptis, nisi feceritis quæ mandamus, districte præcipiendo mandañ. quatenus statim, visis & receptis præsentibus, vos vel quicunq; vestrum qui super hoc vigore præsentium, fuerit requisitus, per vos, vel aliū seu alios, mot. eatis & requiratis, primo, secundo, tertio, & peremptorie, præfatos.N. &.N. eorumq; complices adhærentes, in præmissis comprehensos, eorum nomina & cognomina in executione præsentium exprimendo, quos nos etiā & eorum quemlibet, tenore præsentium, requirimus & monemus, eisq;, & eorum cuilibet, in virtute sanctæ obedientiæ & sub præfata excommunicationis pœna, districte præcipiatis & mandetis, prout nos etiam tenore præsentium præcipimus & mandamus eisdem, quatenus infra sex dierum spatiū, a die monitionis vestræ, inantea computandorū, quorū sex dierū, duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies, eis & eorum cuilibet, pro tertio & peremptorio termino ac monitione canonica assignamus, & per vos eis assignari volumus & mandamus, ipsi.N. & .N. debeant præfato domino.N. exponeñ. principali, aut eius legitimo procuratori, ad hoc sufficienti mandato suffulto, summam & quantitatem.N. Ducatorum auri de Camera, ratione iniuriarum sibi illatarum, vt præmittitur, realiter & cum effectu, persoluisse, aut interim, desuper cū eodem, aut eius procuratore prædicto, amicabiliter conuenisse & cōcordasse. Et nihilominus, nos vel locūteneñ. nostrum, infra.XL.dies, dictos sex dies inmediate sequeñ. dictis nostris, immo eius apostolicis, monitionibus, & literis, realiter & cum effectu se paruisse certificent, alioquin, proxima die iuridica, ex tunc immediate sequeñ. qua nos, vel futurogandum, aut locumteneñ. nostrum, ad iura reddendum & causas audiendum, pro tribunali sedere contigerit, compareant, & quilibet eorum compareat, in Ro. Cu. coram nobis aut locumteneñ. nostro, personaliter, & in propria persona ad videndum se præfatas excommunicationis, suspensionis &, interdicti, aliasq; sententias, & pœnas, in præfatis literis apostolicis respectiue contentas, a qua, seu quibus, nisi per Rom. Pontificem, (præterquam in mortis articulo constituti) absolui nequeant, incurrisse declarari, ipsos quoq;, pro talibus, & vt tales, publicari, ac

literas necessarias & opportunas, desuper decerni visuri & audituri, vel causas (si quas iidem .N.& N. ac alij prædicti habeant, & quilibet eorum habeat ratio nabiles) quare præmissa fieri non debeant, allegaturi, alioquin, lapso dicto moni tionis & citationis termino, ad declarationem censurarum & pœnarum ecclesia sticarum, & alia grauiora, procedemus, prout iuris fuerit, præfatorum .N.& .N. ac aliorum citandorum contumacia non obstañ. ℂ Absolutionem vero omnium & singulorũ, quæ præfatas nostras sententias, aut earum aliquam, incurrerint, seu incurrerit quoquomodo, nobis vel superiori nostro, tantũmodo reseruamus. ℂ In cuius rei testimonium &c.

Monitorium in vim Eugenianę ab Auditore Cameræ, tanquam ordinario.

Franciscus Albericus &c. ℂ Graues deo, & Apostolicæ sedi, irrogantur iniuriæ, cum eiusdem sedis officiales, aut quæuis aliæ personæ, pro suis, aut aliorum causis, & negotijs, in dicta curia moram trahentes, seu ad ipsam confluentes, vel recedeñ. ab eadem in partibus, per locorum ordinarios, eorum q; officiales, commissarios, ac alios quoscunq;, cuiuscunq; dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis, seu auctoritatis existant, a quorum iurisdictionibus sunt exempti, quacunq; ratione, occasione, vel causa, beneficijs eorum ecclesiasticis, ac fructibus, redditibus, prouen. & distributionibus, ex eisdem prouenientibus, bonisq;, & rebus alijs priuantur & spoliantur, necnon litibus & processibus inuoluuntur, vexantur, impediuntur, molestantur, aut quauis occasione, in beneficijs aut bonis huiusmodi, perturbantur, iniuriantur, aut inquietantur. Ad quas quidem temerarias & illicitas vexationes iniurias perturbationes molestationes, & inquietationes propulsandum, dudum felicis recordat. Eugenius Papa Quartus, ex certis iustis legitimis & rationabi bus causis rationabiliter motus, etiam (nonnullorum prædecessorum suorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ summorum Pontificum, vestigijs inhærendo) quasdã suas literas apostolicas ad futuram rei memoriam, edidit atq; concessit, huiusmodi sub tenore. ℂ Eugenius &c. Inferatur Bulla Eugeniana. ℂ Post quarum quidem literarum apostolicarum ac in eis contentorum concessionem earumq; publicationem, & affixionem, in valuis Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe iuxta earundem tenorem debite fact. quærelam &c. domini .A. suscepimus continen. quod licet ipse dominus .A. a pluribus annis citra, pro nonnullis certis diuersis suis, aut aliorum causis & negotijs, in Rom. Cu. prosequendis, & pertractandis, ad ipsam Rom. Cu. venerit, in eaq; steterit, Pro vt de præsenti, de die in diem continue stat, ab eademq; curia multotiens recedere & ad eam iterato reuerti intendat & speret. Quapropter priuilegijs & indultis dictæ sedis officiali bus & curialibus, alijsq; personis ad Rom. Cu. venientibus & in ipsa residenti bus, ac ab eadem recedentibus, alias per summos Romanos Pontifices concessas, vti, frui, & gaudere debeant, pariter & potiri, neminiq; licuerit, neq; liceat, eundẽ dominum .A. exponeñ in beneficijs suis, necnon fructibus, redditibus, & prouen. ac distributionibus ex eisdem prouenieñ. alijsq; rebus & bonis eisdem domino .A. exponeñ. pertineñ. & spectañ. a quoquã, quauis occasione, auctoritate, vel causa, molestari, inquietari, perturbari, vexari, impediri, aut iniuriari, sed potius eundem dominum .A. exponeñ. in suorum beneficiorum, fructuum &c. perceptioñ. ac aliarum rerum & bonorum suorum, pacifica possessione dimittere, conseruare & manuteneri licitũ omnibus est & opportunum, hoc quoq; maxime rationi congruit. Nihilominus tamen quidam .B.&.N. nescitur quo spiritu du

Eti, nisi maligno, eundem dominum. A. exponeñ. in beneficiorum suorum, fructuum, redditunm &c. Perceptioñ. impendierunt, molestarunt, perturbarunt, inquietarunt, vexarunt, & iniuriati sunt, prout adhuc impendiunt, molestant, perturbant, inquietant, vexant, & iniuriantur de præsenti, adhuc eosdem recipiendo, tractando, & vsurpando, in ipsius. B. & N. & aliorum suorum in hac parte complicum & adhærentium, animarum periculum, dictiq; domini. A. exponeñ. & conquereñ. non modicum præiudicium, damnum & grauamen dictæq; sedis & Romanæ Curiæ quæ præ ceteris est fons iustitiæ, & recursus oppressorum, ac præinsertarum literarum & mandatorum apostolicorum, dedecus, vilipendium maximum, & contemptum, ac perniciosum exemplum & scandalum plurimorum, excommunicatioñ. suspeñ. & interdicti sententias, in præinsertis literis Apostolicis contentas, damnabiliter incurrendo. Quare, pro parte dicti domini. A. exponeñ. & conquereñ. fuimus debita cum instañ. requisiti, quatenus sibi, in præmissis, de remedio opportuno, prouidere dignaremur. Cum igitur nos Franciscus Auditor præfatus, omnium sententiarum in Romana Curia latarum, iudex & executor, attendentem requisitionem huiusmodi esse iustam & rationi consonam. Idcirco auctoritate apostolica nobis concessa, & qua fungimur in hac parte, vos omnes & singulos supradictos (quibus præsentes nostræ literæ diriguntur) & vestrum quemlibet, tenore præsentium, requirimus & monemus, primo, secundo, tertio & peremptorie, communiter, vel diuisim, vobis nihilominus & vestrum cuilibet, in virtute sanctæ &c. eorum nomina & cognomina, in executione præsentium nominando & exprimendo, in eorum proprijs personis, si eorum præsentias commode habere poteritis, alioquin in domibus habitatioñ. suarum, si ad eas vobis tutus pateat accessus &c. vt in citatioñ. expediens fuerit, moneatis & requiretis, primo, secundo, tertio &c. Vt in præcedeñ. volumus & mandamus ipsi. B. &. N. eorumq; adhæreñ. & fautores antedicti, eidem domino. A. seu eius legitimo procuratori ad hoc sufficiens mandatum habenti, omnes & singulos fructus, redditus, & proueñ. atq; distributiones quotidianas ipsius domini. A. conquereñ. vna cum omnibus & singulis damnis, expeñ. & interesse propterea, per eundem dominum. A. habitis, factis, & incursis, ac omnia & singula bona, eidem domino. A. conquereñ. spectañ. & pertineñ. per eos & eorum quemlibet, iniuste, inique, & illicite percepta, habita & vsurpata, realiter & cum effectu, dent, tradant, & restituant, ac integraliter satisfaciant, nec deinceps ipsi seu illorum alter, aut quicunq; alij, præfatum dominum. A conquereñ. in præmissis aliquo modo perturbent, impediant, molestent, inquietent, aut perturbare, impediri, inquietari, & molestari præsumant, seu alter eorum præsumat, sed eundem dominum. A. in suis beneficijs, & beneficiorum huiusmodi fructuum &c. Perceptioñ. rerumq; aliarum & bonorum suorum, pacifica possessione reponant, & stare permittant, & quilibet ipsorum reponat, & stare permittat, aut interim cũ eodem vel eius procuratore prædicto, amicabiliter conueniant, & concordent, & quilibet eorum conueniat & concordet. Et insuper, se mandatis & monitionibus nostris huiusmodi, immo verius apostolicis, in omnibus & per omnia, realiter & cum effectu, paruisse infra decem dies, præfatos decem dies immediate sequeñ. nos vel locumteneñ. nostrum, per suas patentes literas, seu alia legitima documenta, certificent & intiment, ac certificari & intimari faciant & procurent, Alioquin, ipsos omnes sic monitos & requisitos, nisi mandatis & monitionibus huiusmodi antedictis paruerint, & nos vel locumteneñ. nostrum, de eorum effectuali paritione, certificauerint modo & forma præmissis, citare curetis, prout nos etiam tenore præsentium citamus eosdem, quatenus prima die iuridica, præfatos. X. dies immediate sequeñ qua nos vel locumteneñ. præfatum, ad iura reddendum &c.

R

Monitorium simplex, sine citatione.

Antonius Augustinus &c. Vt in citatione simplici &c. ¶ Cuiusquidem cõmissionis vigore, in causa & causis huiusmodi, coram nobis, inter partes in ea nominatas, legitime deductis & introductis, & per nos, & coram nobis, inter easdem partes, seu verius earum procuratores, ad aliquorum actuum iudicialium (citra tamen causæ conclusionem) processo, præfatus dominus noster Papa, quandam aliam commissionis siue supplicationis cedulam &c. ¶ Beatissime Pater &c. ¶ Post cuiusquidem commissioñ. &c. nos, ad prouidi viri &c. Idcirco auctoritate Apostolica nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, vos omnes & singulos supradictos (quibus præsentes nostræ literæ diriguntur) & vestrum quemlibet in solidum, tenore præsentium, requirimus & monemus, primo, secundo, tertio, & peremptorie, ac vobis & vestrum cuilibet, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna, quam in vos, & vestrum quemlibet, canonica monitione præmissa, ferimus in his scriptis, nisi feceritis, quæ mandamus, districte præcipien. mādañ: quatenus infra sex dierum spatium, post præsentationem, seu notificationē præsentium, ac requisitionem vobis, seu alteri vestrū factas, immediate sequeñ. quorum sex dierum, duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies, vobis vniuersis & singulis supradictis, & vestrum cuilibet, pro tertio & peremptorio termino, ac monitione canonica assignamus, ita tamē, quod in his exequeñ. &c. excuset, dictum. N. ex aduerso principalem, iuxta ipsius vltimæ præinsertæ commissionis vim &c. moneatis & requiratis, quem nos etiam, tenore præsentium, requirimus & monemus, primo, secūdo, tertio & peremptorie quatenus infra sex dies, post monitionem, & requisitionem vestras huiusmodi, immediate sequeñ. se ad Romanam Curiam cum omnibus iuribus, cōputis & rationibus suis, ad hanc causam facientibus seu eam quomodolibet concerneñ. personaliter conferre, ac reuisioni & calculationi huiusmodi, iuxta prædictæ commissionis vltimæ vim &c. in omnibus & per omnia intersit & assistat, certificañ. nihilominus, eundem monitum & requisitum, quod, siue in dicto monitioñ. & requisitioñ. termino, vt præmissum est, comparere curauerit, siue non, nos nihilominus, vel loco nostri forsan surrogandus Auditor, discretos viros. N. &. N. mercatores antedictos, super huiusmodi calculis, per partes, hinc inde electos, & per viros, vt præmittitur deputatos, auditis instructionibus discreti viri. N. &c. in ipsa commissioñ. desuper nominati, visisq; alijs, pro parte dictorum filij & hæredum principalium, deductis & deduceñ. prout iustum fuerit, compellemus seu compellet, postmodumq;, tam relaxatioñ. huiusmodi, quam alijs hinc inde deductis & probatis, causam huiusmodi pro parte fouente, iustitiam decidemus & terminabimus, seu decidet & terminabit, ac ad omnia & singula præmissa (prout iustum fuerit) procedemus seu procedet, dicti moniti & requisiti absentia &c. non obstañ. ¶ Diem vero &c. ¶ In quorum &c.

Et per has, conficies multas alias, formas monitioñ.

NOMINATIO.

De nominationibus, vide infra in pceſſu noiatioñū.

Notarii creatio per Comitem Palatinum, vel Vicecomitem.

Vniuersis Et singulis præsens publicum instrumentum inspecturis, visuris, lecturis, pariter & audituris. ¶ Vrsinus de .N. Vicecomes, ab egregio & Magnifico viro, domino Io.N. vtriusq; iuris doctor, sacri palatij Apostolici Consistorij Aduocato, ac Lateraneñ. Aulæ Comite, & milite Palatino, in vniuersitate almæ vrbis ordinario, ad creañ. instituẽñ. & ordinañ. publicos notarios seu tabelliones, ac iudices ordinarios, specialiter delegatus & deputatus, pacem, gaudium, & salutem. ¶ Sagax humanæ naturæ discretio, hominum memoriæ labilitate pensata, ne diurnitate temporum ea quæ inter contrahentes agerentur, obliuionis defectui subiacerent, Tabellionatus officium, per quod contrahentium vota conscriberentur, & scripturæ ministerio longe seruarentur in æuum, sagaciter adinuenit, vt talibus personis, quibus vitæ ac morum honestas, aliaq; laudabilia probitatis & virtutum merita, suffragantur, huiusmodi tabellionatus officia concedenda sint & committenda. ¶ Cum itaq; in nostra & testium infrascriptorum præsentia, personaliter constitutus, discretus vir, dominus.N. clericus.N. dioc. nobis flexis genibus supplicauerit, quatenus ipsum auctoritate apostolica, iuxta tenorem Priuilegij per Sanctiss. in Christo Patrem, & D.N.D. Paulum, diuina prouidentia Papam IIII. præfato domino Ioanni Comiti, & per illius delegationem nobis sua liberalitate dudum concessi prout in ipsis, tam suis, quam nostris literis, sigillis debitis munitis, plenius continetur, In publicum & authenticum notarium, & tabellionem ac iudicem ordinarium, instituere, facere, creare, & ordinare, sibiq; notariatus & tabellionatus, ac iudicatus officia, concedere, & elargiri, digna-remur. Cuius priuilegij tenor &c. ¶ In nomine &c. Inserantur Priuilegia Comitis, & Vicecomitis. ¶ Nos igitur Vrsinus de.N. Vicecomes, ex certa nostra scientia, animoq; deliberato, supplicationi dicti domini.N. personaliter coram nobis, vt præmittitur, constituti, (quem vtiq; virum literatum, & scribere scientem, ac alias, ad huiusmodi notariatus seu tabellionatus, atq; iudicatus ordinarij, officia exerceñ. sufficientem, habilem, & idoneum esse reperimus) annuẽtes. Auctoritate supradicta, super creandis notarijs ac tabellionibus publicis, & iudicibus ordinarijs, per præfatum dominum nostrum Papam, dicto domino Ioanni Comiti, & nobis, per illius delegationem, concessa, omnibus melioribus modo, via, iure, causa & forma quibus melius & efficacius potuimus & possumus, eundem.N. vt præfertur præsentem, supplicantem, & acceptantem, in publicum & authenticum notarium & tabellionem, ac iudicem ordinarium, creauimus, deputauimus, constituimus, & ordinauimus, ac tenore præsentium, creamus, deputamus, constituimus, & ordinamus, eiq; huiusmodi notariatus seu tabellionatus, ac iudicatus, publica officia, cum omnibus & singulis priuilegijs, honoribus, commoditatibus, excellentijs, immunitatibus, & libertatibus, auctoritate prædicta, duximus committeñ. & conceden. ac commisimus & concessimus, committimusq;, & concedimus per præsentes. Atq; ipsum N. per calamarium, pennam, atq; chartam, (quas in nostris tunc tenebamus manibus, ipsiq; tradidimus) inuestiuimus de officio memorato, Dantes & concedentes eidem.N. auctoritate nostra præfata, plenam auctoritatem & licentiam, per omnes ciuitates, terras, oppida, villas, castra, & alia loca, quæ sacrũ profitentur imperium, ac vbiq; locorum, faciendi, conscribendi, publicandi, contractus, instrumenta, iudicia, testamenta, & vltimas voluntates, decreta & aucto-

ritates interponendi quibuscunq; contractibus, requirentibus illa, omniaq; alia & singula, palam, & publice faciendi & exercendi, quæ ad officiũ publici & authentici notarij & tabellionis, ac iudicis ordinarij, pertinere & spectare dignoscũtur, & quod ad eundem. N. tanquam ad notarium & tabellionem publicum, seu authenticam personam, publice recurratur, & recurri possit & valeat, de cæteroq; instrumentis publicis, per eum conficiendis, stetur firmiter, & plenaria fides adhibeatur. Post quæ omnia & singula, per nos, sic, vt præmittitur, gesta, dictus. N. notarius & tabellio publicus, ac iudex ordinarius, per nos, vt præmittitur, creatus ad mandatum nostrum, & in manibus nostris, tactis per eum corporaliter, scripturis sacrosanctis, ad sancta Dei euãgelia S.D.N.D. Paulo Papa IIII. & successoribus eius canonice & legitime intrantibus, infrascriptum, solitum & consuetum, fidelitatis præstitit iuramentum, in hæc verba, videlicet. ¶ Ego. N. clericus. N. dioces. promitto & iuro, vt in forma, & hæc sancta Dei euangelia. ¶ In quorum &c. huiusmodi nostrarum creatioñ. priuilegiorum & formæ iuramenti præstiti huiusmodi, insertionem in se continen. &c. Datum &c.

Clausula ponenda, quando notario creato, datur facultas creandi alios notarios, vsq; ad certum numerum.

Et vlterius Volumus ipsum. N. (suis exigentibus meritis) amplioribus frui prærogatiuis, eum in Vicecomitem nostrum ordinamus ac erigimus, & stabilimus per præsentes, eiq; vices nostras concedimus, videlicet, quod possit & valeat creare, & ordinare, eo modo quo eum, creauimus, & ordinauimus, (simili iuramento interueniente) personas idoneas, vsq; ad viginti, simul vel successiue, in notarios publicos seu tabelliones, ac iudices ordinarios, dando eis & eorum cuilibet, potestatem notariatus seu tabellionatus, ac iudicatus ordinarij, publica officia (vt præmissum est, & non alias) exercendi, modo & forma nobis attributis & concessis. ¶ In quorum &c.

Notarii imperialis absentis, creatio.

Vniuersis &c. ¶ Reginaldus. N. Dei gratia, Lateranen. Palatij & Regalis Aulæ Comes Palatinus, Pacem, gaudium, & Salutem. ¶ Sagax humanæ naturæ &c. vt supra. ¶ Cum itaq;, pro parte. N. clerici. N. dioc. nobis fuerit humiliter supplicatum, quatenus ipsum, auctoritate Imperiali, iuxta tenorem priuilegij, per Illustrissimum & Serenissimum Principem, & dominum dominum Carolum, diuina fauente clementia, Roman. Imperatorem &c. & liberalitate dudum concessi & attributi, prout in ipsius serenissimi domini Caroli literis, suo sigillo munitis, plenius continetur in publicum & authenticum notarium & tabellionem, instituere, facere, creare, & ordinare, sibiq; notariatus & tabellionatus officium, concedere & elargiri dignaremur. Cuius priuilegij tenor, de verbo ad verbum sequitur. ¶ In nomine domini &c. ¶ Nos igitur Reginaldus, Comes Palatinus præfatus, pro parte ipsius. N. licet absentis, requisitus, supplicatioñ. ipsius fauorabiliter annueñ. Venerabili viro, domino. N. nomine sacri Imperij, solitum fidelitatis iuramentum, in suis manibus, ab eodem. N. iuxta formam, in præinsertis literis annotatã, præstandum, per præsentes cõmittimus recipiendum. Et nihilominus, eundem. N. licet absentem, tãquam præsentem, auctoritate Imperiali prædicta, nobis in hac parte cõcessa, omnibus melioribus modo, via, iure, causa, & forma, quibus melius & efficacius, potuimus, & possumus, in publicum & authenticum notarium & tabellionem, creamus, deputamus, constituimus, & ordinamus eiq; huiusmodi notariatus seu tabellionatus officium cũ omnibus & singulis priuilegijs, honoribus,

bus,cōmoditatibus excellentis, immunitatibus & libertatibus,auctoritate prædi cta,duximus committendum & concedendum, ac commisimus & concessimus committimusq; & concedimus per præsentes,prædictoq; domino.M. damus fa cultatem vt si præfatum.N.sufficientem,habilem,& idoneum, ad practicā executionem huiusmodi officij inuenerit (super quo ipsius cōscientiam oneramus) ipsum per pennam & calamare, de eodem notariatus seu tabellionatus officio, inuestiendi vt moris est, & ad osculum pacis, gratiose recipiendi dando eidem .N auctoritate prædicta,plenam & liberam licentiam & facultatem,quemcunq; instrumenta protocolla,& alias scripturas, tam publicas, quam priuatas, tam in iudicio,quam extra vbiq; locorum,scribendi & publicandi,& alia faciendi, quæ ad ipsum notariatus seu tabellionatus officium, spectare seu pertinere dinoscuntur. Quodq; ad eundem.N. de cætero,tanquam ad notarium & autenticam personam,recurratur,& instrumentis per eum conficiendis,postquam iuramentum fidelitatis in manibus præfati domini M. præstiterit,& per eundem dominū .M.de eodem officio inuestitus fuerit, firmiter stetur, & credatur, ac plenaria fides adhibeatur,nostrum decretum interponimus,præsentium per tenorem.

¶Quæ omnia & singula, vobis vniuersis & singulis,& vestrum cuilibet,intimamus,insinuamus,& notificamus, ac ad vestram & cuiuslibet vestrum notitiam, deducimus & deduci volumus per præsentes. In quorum &c.

Notarii imperialis creatio, per Vicecomitem, habentem potestatem creandi Notarios Decem.

Orlandus .O.&c. Vicecomes, a venerabili & Magnifico viro D. M. Sacri Lateraneñ. palatij, & Aulæ Consistorialis Comite Palatino, ad infrascripta, Imperiali auctoritate, specialiter deputatus. ¶Discreto viro.N.clerico.N. dioces. Salutem, & incrementum gratiæ, pariter & honoris.

¶Circa nostra seruitia, solicita conuersatione, sic fideliter & deuote,ac laudabiliter te gessisti, quod ad personam tuam affectum, specialem extendimus, & libenter in quibus honeste possumus, te speciali prosequamur gratia & fauore. Vt igitur ardentius, & commodius, crescas de virtutibus in virtutes, & de bene agendo in melius fortius animeris, alijsq; etiam magis esse valeas fructuosus.

¶Sane cum alias dominus. M.Comes Palatinus illustris, nostris supplicationibus inclinatus, benigne nobis, per suas literas speciales, in hac parte,in modum publici instrumenti scriptas, signatasq;, sanas & integras, non abolitas non abrasas nec vitiatas, aut corruptas, sed prorsus, omni vitio & suspitione careñ. quorum tenor inferius describitur & continetur, indulsit, vt decem personas presbyteros vel clericos, quas nos, diligenti examinatione præmissa, ad exerceñ. tabellionatus officium, sufficientes reperiremus, & idoneas, quasq; ad illud duxerimus eligendas (recepto primitus ab eisdem & earum singulis, iuxta formam in dictis literis commission. annotatam corporali iuramento) auctoritate imperiali dicti Comitis, Tabelliones, seu notarios publicos,extra Roma. Cu. simul vel successiue creare valeamus. ¶Nos igitur Orlandus, supplicationibus tuis in hac parte porrectis,fauorabiliter annueñ. huiusmodi tabellionatus officium, tibi qui per diligentem examinationem, per nos,de te factam,ad illud exercendū repertus idoneus extitisti (recepto a te prius,iuxta formam in dicta commissione literarum comprehensam, debitæ fidelitatis solito iuramento) auctoritate dicti Comitis concedimus gratiose, & te in notarium & tabellionem publicum auctoritate Imperiali fauorabiliter creamus & de numero Decem prædictorum volumus computari & poni,ac etiam aggregari, inuestientes nihilominus te aucto

dtate prædicta, de ipso tabellionatus officio, per pennam, pugillarem, calamar, atque chartam quæ de nostris manibus suscepisti, & cum pacis osculo, in signum possessionis apprehensæ, vt illud vbique terrarum vel locorum, prudenter, fideliter, & legaliter exerceas & exequaris, ac decernentes vt ad te cætero, quæ huiusmodi notariatus officium spectant, recurratur & instrumentis per te cóficiendis firmiter stetur credatur & plena fides adhibeatur. In quorum omnium &c.

Alia Notarii creatio per Comitem Palatinum, habẽtem ad certum numerũ creandi facultatem.

Oliuerius .O. Licentiatus in decretis, Rector parochialis ecclesiæ Beatæ Mariæ virginis A.B. dioc. Sacra, Imperiali auctoritate, commissarius ad infrascripta. ¶ Notum facimus vniuersis, præsentes literas inspecturis, quod nos benignè audiuimus honorabilem & discretum. N. de. N. dictæ. B. dioc. nos instanter petentem, vt eum, in notarium publicum, & tabellionem ac iudicem ordinarium, creare & desuper inuestire dignaremur, auctoritate præmissa. Cuiusquidem priuilegij tenor, quo ad creandum notarios, sequitur & est talis. ¶ Carolus, diuina fauente clementia Rom. Imperator semper Augustus &c. regni vero nostri, anno. N. ¶ Nos igitur Oliuerius Commissarius prædictus, præfatum. A. quem ad dicta officia exercenda, habilem & idoneum reperimus (recepto ab eodem vice & nomine sacri Rom. Imperij, debitæ fidelitatis, corporali & proprio iuramento) in notarium publicum & tabellionem, ac iudicem ordinarium, creauimus, & ad officia, huiusmodi, solenniter inuestiuimus eundem in numero [illegible] N. iuxta formam Imperialis concessionis præinsertæ, volentes, vt eius inantea sententijs, protocollis, seu instrumentis, stetur in iudicio vbilibet & extra, fidesque ei, & ipsius scripturis, tanquam authenticis, adhibeatur plenissima, sub pœnis præinsertis. ¶ In quorum omnium & singulorum præmissorum fidem & robur, præsentes cum appensione sigilli nostri, ac subscriptione notarij, literas, assignauimus eidem. Acta sunt hæc Romæ, in domo solitæ nostræ residẽ. Anno a Natiuitate Christi. M. D. LVII. Indictione. XV. Die vero N. mensis Iunij. Pontificatus Sanctiss. in Christo Patris, & Domini nostri Domini Pauli &c. Papæ IIII. Anno eius Quarto. Præsentibus &c.

Notarii præsentis creatio, per Comitem Palatinum, cum extensioñ. Priuilegii, ac formæ Iuramenti.

Vniuersis Et singulis præsentes literas visuris audituris. Nos Guilliermus Menu sacri palatij & aulæ Lateraneñ. Comes, ac Scriptor apostolicus, dilecto. N. clerico. N. dioc. Salutem & omne bonum. Dignum reputamus, & congruum vt personas, honestas & virtutum meritis insignitas dignis fauoribus & gratijs prosequamur. Cum itaque in nostra ac notarij publici testiumque infrascriptorum, præsentia personaliter constitutus honestus. N. clericus. N. dioc. nobis supplicauerit quatenus ipsum auctoritate apostolica iuxta tenorem priuilegij nobis per S. in Christo Patrem, & dominum nostrum dominum Pium diuina prouidentia Papam IIII. concessi in notarium publicum ac tabellionem & iudicem ordinarium creare, facere instituere & deputare ac ordinare eique huiusmodi notariatus seu tabellionatus & iudicatus ordinarij publica officia concedere & elargiri dignaremur cuius priuilegij tenor sequitur & est talis. ¶ Paulus Episcopus seruus seruorum Dei, Dilecto filio magistro Guilliermo Menu clerico Virduneñ. dioc. sacri palatij

& aulæ Lateranẽ. Comiti Scriptori & familiari nostro, Salutem & apostolicam
benedictionem. Ecclesia Romana, cuius principatum super omnia diuina extu-
lit maiestas, & a qua veluti primitiuo fonte, honoris & dignitatis beneficia pro-
ueniunt, tanquam regina in vestitu deaurato circundata varietate, deuotos & fi-
deles suos, quos grata deuotionis & familiaritatis obsequia ac fidei illibata sinceri-
titas, & alia propria virtutum merita, ad hoc recommendant, honoris & famæ
amplioribus præconijs, ac præclaris dignitatum titulis decorat & ornat, necnon
specialis beneuolentiæ fauoribus amplectitur, p out personarum qualitati pro-
spicit conuenire. Hinc est, quod nos ad grata deuotionis & familiaritatis obse-
quia, quæ nobis & apostolicæ sedis hactenus impendisti, & adhuc sollicitis stu-
dijs impedere non desistis, necnon vitæ ac morum honestatem, aliaq; laudabi-
lia & præcipua probitatis & virtutum merita, quibus personam tuam etiam fide
dignorum testimonijs percipimus insignitam, debitum respectum habentes. Et
propterea eandem personam tuam specialis honoris & excellentiæ dignitatis ti-
tulo sublimare volentes. Motu proprio non ad tuam, vel alterius pro te nobis
super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, & ex cer-
ta scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, te sacri palatij & aulæ Late-
ranẽ. Comitẽ, necnon nobilem, & militem auctoritate apostolica tenore præsen-
tium creamus facimus constituimus, & deputamus, nobilitamusq;, ac nobilitatis
Comitis & militis titulo nomine & insignijs decoramus. Necnon aliorum pala-
tij & aulæ huiusmodi Comitum ac nobilium & militum numero & consortio
fauorabiliter aggregamus, Teq; etiam postquam Scriptor esse desieris Comi-
tem militem & nobilem esse, ac pro tali & vt talem haberi nominari & reputari
volumus & mandamus. Et in signum honoris nobilitatis huiusmodi pro insi-
gnijs seu armis quibus in decorem deinceps perpetuo vti possis, partem insignio-
rum nostrorum videlicet duos montes prout tu melius etiam cum armis tuis si
illa habueris vel sine illis duxeris ordinanda seu eligenda, assignamus damus &
concedimus. Volentes & tibi concedentes ac decernentes, quod tu omnibus &
singulis priuilegijs decorationũ. prorogatiuis exemplationũ. decretis declarationũ. de
rogationibus cassationibus mandatis exceptionibus suspensionibus fauoribus
gratijs & indultis, quibus alij palatij & aulæ huiusmodi Comites, cæteriq; nobi-
les & milites quicunq; etiam de nobili militari & Comitum ac aliorum maiorũ
nobilium genere, & qui illustres repræsentantur ex vtroq; parẽte procreati, de iu-
re vel consuetudine aut alias quomodolibet vtuntur potiuntur & gaudent ac vti
potiri & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, vti potiri & gaudere libe-
re & licite valeas vere & non ficte, in omnibus & per omnia, perinde ac si de illu-
strium genere ex vtroq; parente procreatus fores ita quod inter te & ipsos illu-
stres quoad nobilitatem huiusmodi & alia ad illam necessaria, nulla poenitus sit
differentia, nec fictio locum habeat. Et insuper tibi ad instar aliorum palatij
& aulæ prædictorum Comitum, vbicunq; locorum extra tamen muros Vrbis no-
stræ, auctoritate prædicta quoscunq; quos in iure Canonico & ciuili, seu altero
eorum studuisse, & ad hoc assistentibus tibi duobus vel tribus in iure, seu iuribus
huiusmodi Doctoribus per te eligendis, in eisdem Canonico & ciuili iuribus seu
altero eorum, per diligentem examinationem, scientia & moribus idoneos & suf-
ficientes esse inueneris, in vtroq; vel altero iurium huiusmodi. Quos vero in
Theologia, seu in artibus, vel Medicina aut alia licita facultate studuisse, & simi-
liter per diligentem examinationem, duorum vel trium similiter per te eligendo-
rum doctorum seu magistrorum, facultatis in qua studuerunt coram eis, seu ali-
quo eorum habendam ac fidelem doctorum seu magistrorum eorundem attesta-
tionem tibi faciendam peritos, ac scientia & moribus ad hoc idoneos & sufficien-
tes esse repereris, de eorundem doctorum seu magistrorum, quo ad præmissa om-
nia consilio & assensu, ac eorum votis iuratis in Theologia seu artibus vel Me-
dicina aut alia licita facultate huiusmodi ad bacchalariatus licentiaturæ & Do-

ctoratus seu Magisterij gradus promouendi & in eis legendi interpretandi disputãdi & alios actus ad personas in huiusmodi gradibus constitutas quomodo libet pertinentes faciendi facultatem, & auctoritatem faciendi ipsorum graduum solita insignia eis exhibendi. Ac etiam illos quos adhoc idoneos & fideles, ac in literatura sufficientes fore repereris in notarios publicos seu tabelliones, ac iudices ordinarios (recepto prius per te ab eis solito iuxta formam præsentibus annotatam iuramento) creandi, ac de notariatus seu tabellionatus, ac iudicatus officijs per pennam & calamare vt moris est, inuestiendi, & inuestiri mandandi. Necnon quoscunq; nothos bastardos & naturales spurios incestuosos & manseres, copulatiue vel disiunctiue ex quocunq; illicito & damnato coitu, procreatos viuentibus seu etiam mortibus eorum parentibus omnem ab eis genituræ maculam tollendo, ita vt ad paternam & alias successiones bonorum quorumcunq; agnatorum cognatorum & attinentiũ admitti, & in illis succedere valeant, absq; tamen præiudio illorum, qui ad huiusmodi successiones si personæ ipsæ ab intestato decederent de iure admitti deberent, & ad honores dignitates, status, gradus, & officia secularia publica & priuata recipi & admitti, illaq; gerere & exercere, libere & licite possint, ac si de legitimo matrimonio procreati essent, legitimandi, & ad primeua & legitima naturæ iura, & quoscunq; actus legitimos restituendi & reducendi, ita quod officium Comitat. huiusmodi per te vel alios, a te ad id deputandos, vbicunq; locorum extra tamen dictos muros exercere possis. Ac quibuscunq; personis quoad præmissa faciendum vices tuas committendi. Necnon vt ornamentis & fauoribus apostolicis affluentius vallatus existas, ensẽ & alia arma honesta per nobiles & milites deferri solita etiam per vrbem absq; alicuius licentia deferendi, ac tres personas nobiles per te eligendas, milites de auratos faciendi, cõstituendi & deputandi, eisq; insignia, & arma in similibus dari solita, dandi & concedendi, ac eos numero & consortio aliorum militum deauratorum fauorabiliter aggregandi. Necnon etiam tres personas, etiam si nobiles non fuerint in Comites palatij & aulæ Lateranen. huiusmodi cũ simili aut limitata facultate prout tibi videbitur creandi, constituendi, & deputandi, motu scientia & potestatis plenitudine similibus plenam & liberam auctoritate præmissa concedimus facultatem. Non obstantibus de certo notariorum eorundẽ numero, cui per hoc alias non intendimus derogare, & aliis apostolicis, ac in prouincialibus & sinodalibus conciliis editis, generalibus, vel specialibus constitutionibus & ordinationib⁹. Necnon legibus imperialibus, ac statutis & consuetudinibus, etiam municipalibus ciuitatum & locorum in quibus ipsi legitimãdi forsan fuerint iuramento confirmatione Apostolica vel quauis firmitate alia roboratis, illis præsertim quibus caueri dicitur expresse, quod naturales & bastardi legitimari non possint, nisi de consensu legitimorum & naturalium. Necnõ quibusuis Cancellariæ apostolicæ regulis per nos & sedem prædictam in contrarium hactenus editis, & in posterum edendis, priuilegijs quoq; indultis & literis apostolicis etiam quibusuis vniuersitatibus studiorum generalium, collegijs ordinibus & quibusuis alijs locis etiam Romanæ Curiæ officiorum & illorum officijs, ac officialibus, vel quibusuis alijs, sub quibuscunq; verborũ formis & clausulis, etiam derogatoriarum derogatorijs, etiam motu scientia & potestatis plenitudine similibus, necnon consistorialiter, & de consilio sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, etiam ad instantiam Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, Principum, & aliorum dominorum temporalium hactenus concessis & confirmatis & in posterum concedendis, & confirmandis, quibus omnibus, etiam si in eis caueatur expresse quod nullus ad huiusmodi gradus vel eorum aliquem nisi in vniuersitate in qua pro tempore studuerit promoueri possit, nec Comites palatini præfati eorum facultatibus nisi in locis ab eadem Vrbe per vnã seu duas dietas distañ. vti possint, ac pro eorũ sufficiẽti derogatione de illis eorũq; totis tenorib. specialis specifica expssa & indiuidua, ac de verbo ad verbũ, nõ autẽ per

clausulas generales idem importantes mentio seu quæuis alia expressio habẽda aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda, foret, eorũ omniũ tenores præsentib. pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris quo ad præmissa hac vice duntaxat specialiter & expresse derogamus. Necnon iuramenta per ipsos promouẽdos de non recipiendo alibi huiusmodi gradus quàm in vniuersitate in qua studuerint hactenus præstita & in posterum præstanda ex nunc prout extunc, & ecõtra, eis relaxamus, eosq; ad illa obseruanda non teneri decernimus, & declaramus, cæterisq; contrarijs quibuscunq;. Verũ quia difficile foret, præsentes literas ad singula quæq; loca, in quibus de eis fides facienda, foret deferri, volumus & eisdem auctoritate apostolica motu & sciẽtia decernimus quod ipsarum transumptis, manu alicuius notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius prælati vel personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, in iudicio & alibi vbi opus fuerit, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ eisdem adhiberetur si forent exhibitæ vel ostensæ. Forma aũt iuramenti, quod ab eisdẽ notarijs & iudicibus exigere habebis, sequitur & est talis. Ego. N. ab hac hora inantea fidelis & obediens ero beato Petro, & S. R. E. ac domino meo domino Pio Papæ IIII. suisq; successoribus canonice intrantibus, non ero in consilio auxilio consensu vel facto, vt vitam perdant, aut membrum, vel capiantur mala captione, consilium quod mihi per se vel literas, aut nuncium manifestabunt, ad eorum damnum scienter nemini pandam, si vero ad meam notitiam aliquid deuenire cõtingat, quod in periculum Romani Pontificis, aut Romanæ Ecclesiæ vergeret, seu graue damnum illi immineret, illud pro posse meo impediam, & si hoc impedire non potero, procurabo bona fide, id ad notitiam domini nostri Papæ perferri. Papatum Rom. & regalia sancti Petri, ac iura ipsius ecclesiæ, specialiter si qua eandem ecclesia in ciuitate vel terra de qua oriundus sum habeat, adiutor eis ero, ad defendendum & retinendum, seu etiam recuperandum, contra omnes homines. Tabellionatus officium fideliter exercebo, contractus in quibus exigetur consensus partium, fideliter faciam nil addendo vel minuendo, sine voluntate partium, quod substantiam contractus immutet. Si vero in conficiendo aliquod instrumentum vnius solius partis sit requirenda voluntas, hoc ipsum faciam vt scilicet nil addam vel minuam, quod mutet facti substantiam contra ipsius voluntatem. Instrumentum non conficiam de aliquo cõtractu, in quo sciam interuenire seu intercedere vim vel fraudem. Contractus in prothocollum redigam, & postquam in prothocollum redegero, maliciose non differram, contra voluntatem illius vel illorum, cuius seu quorum est contractus super eo conficere publicum instrumentum, saluo meo iusto & consueto salario, sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei Euangelia. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ creationis factionis constitutionis deputationis nobilitationis derogationis aggrauationis mandati assignationis concessionis derogationis declarationis voluntatis & decreti infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationẽ omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum. Anno Incarnationis 1561. Octauo Kal. Iunij Pontificatus nostri anno Secundo.

Nos Igitur Guill. Menu Comes Miles & Scriptor præfatus supplicationibus dicti. D. N. quem virum literatum & scribere scientem, ac alias ad dicta notariatus seu tabellionatus, ac iudicatus ordinarij officia exercenda habilem & idoneum esse reperiremus bȩnigne annuentis, auctoritate apostolica nobis commissa & qua fungimur in hac parte omnibus melioribus modo, via, iure, causis & forma quibus melius, & efficacius, potuimus, & debuimus, possumusq;, & debemus, eundẽ dñm Io. præsentem & acceptãtem, idq; humiliter fieri supplicãtem (præstito prius in manibus nostris, debitæ fidelitatis, iuxta formam

in dictis præinsertis literis Apostolicis annotatam, iuramento) in publicum, & authenticum notarium, seu tabellionem, ac iudicem ordinarium, creauimus, constituimus, ordinauimus, & deputauimus, prout creamus, cōstituimus, ordinamus, & deputamus per præsentes, eiq; huiusmodi notariatus, & tabellionatus, ac iudicatus ordinarij, publica officia, cum omnibus & singulis gratijs, honoribus, immunitatibus, libertatibus, facultatibus, prærogatiuis, priuilegijs & indultis, quib⁹ alij, auctoritate Apostolica notarij, de iure, vel consuetudine, aut alias, quomodolibet vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, committenda duximus, & concedenda, committimusq; & concedimus per præsentes, Ipsumq; de præmemoratis officiis, per pennam & calamare (vt moris est) inuestiuimus & inuestimus, Dantes, & concedentes, eidem domino Io. plenam & omnimodam, auctoritate prædicta, licentiam, & facultatem per omnes ciuitates, terras, oppida, villas, castra, & alia quecunq; loca, quæ Sacrosanctam confitentur Ecclesiam, contractus, instrumenta, documenta, testamētaq; & vltimas voluntates, scribendi, conficiendi subscribendi, & publicandi, alijsq; (si & prout opus fuerit) auctoritatem, & decretum interponendi, omniaq; alia & singula, ad officia huiusmodi quomodolibet spectantia & pertinentia, palam & publice, faciendi, & exercendi. Quodq; ad eundem dominum Ioan. tanquam ad notarium publicum, seu publicam & authenticam personam, publice recurratur, instrumentisq;, per eum de cætero conficiendis, stetur, & credatur, plenariaq; fides, tam in iudicio, quam extra, & alibi, vbi opus fuerit, adhibeatur.

¶ In quorum omnium & singulorum fidem, robur, & testimonium præmissorū, præsentes literas, siue hoc præsens publicum notariatus instrumentum, exinde fieri, & per notarium publicum infrascriptum, subscribi mandauimus, Sigilliq; nostri fecimus appensione communiri. Datum & actum Romæ extra portam .S. Petri Portueñ. dioc. Sub anno a Natiuitate Domini nostri Iesu Christi. 1557. Indict. XV. Die vero. XXV. mensis Iunij Pont. præfati Domini nostri Papæ, Anno IIII. Præsentibus.

¶ Et ego Alexander Sculteti, cler, Vladislaueñ. dioc. publ. apostolica & imperiali auctoritat. notarius & in archiuio Rom. Cu. descriptus, quia dictæ notarij creationi præmissisq; omnibus & singulis & præfertur factis vna cum prænominatis testibus interfui eaq; in notam sumpsi. Ideo hoc præsens instrumentum inde extractum tametsi aliena manu fideliter tamen scriptum subscripsi & publicaui signoq; & nomine meis consuetis vna cum dicti domini Guillet. Menu Comitis & Scriptoris apostolici sigilli appensione communiri. In fidem præmissorum rogatus. ¶ Nota q̄d si Vicecomes non habeat proprium Sigillum potest vti sigillo alicuius personæ, in dignitate ecclesiastica constitutæ, & tunc ponendum erit. Sigilliq; Domini. N. (ob defectum proprij) appensione communiri. ¶ Dat. & actum &c. vt in superiori forma vsq; ad finem.

Alia forma creandi notarios, per Vicecomitem Palatinum.

Vniuersis Et singulis, præsentes literas, siue hoc præsens publicum instrumentum, inspecturis, lecturis, visuris, pariter & audituris. ¶ Nos Franciscus Per. clericus. G. dioces. Vicecomes Palatinus, ab egregio viro Guillermo Menu literarum Apostolicarum scriptore, sacri palatij apostoli, & Aulæ Lateraneñ. Comite, & Milite palatino, ad creandum nominandum, inuestiendum, ordinandum, & deputandum, omnes & singulas personas ad id habiles & idoneas, in notarios publicos, seu tabelliones, ac iudices ordinarios, auctoritate apostolica, specialiter deputatus, Pacem, gaudium, & salutem. ¶ Dignum reputamus, & congruum, vt personas, quibus vitæ ac

morum honestas, aliaque laudabilia probitatis & virtutum merita, suffragantur, fa-uoribus & gratijs prosequamur opportunis. Cum itaque in nostra, ac notarij pu-blici, testiumque infrascriptorum, præsentia, per sonaliter constitutus, honestus, & discretus vir dominus Ioan. de. N. clericus. N. ciuitatis (vel dioces.) &c. nobis humiliter supplicauerit, quatenus ipsum auctoritate apostolica (iuxta tenorem Priuilegij, dicto domino. G. M. Comiti Palatino, per Sanctissimum in Christo pa-trem & dominum nostrum dominum Pium, diuina prouidentia Papam Quar-tum, nobis vero, per illius subdelegationem, gratiose concessi) in notarium publi-cum, seu tabellionem, ac iudicem ordinarium, creare, facere, instituere, deputare, & ordinare, eique huiusmodi notariatus, seu tabellionatus, ac iudicatus ordinarij, publica officia, concedere & elargiri dignaremur. Cuiusquidem Priuilegij, te-nor sequitur & est talis.

¶ Extendatur Priuilegium Vicecomitis ad longum, omissa notarij subscriptione. Deinde inserantur infrascripta.

Nos Igitur. R. O Vicecomes Palatinus præfatus, supplicationibus dicti Do-mini Ioa. de. N. quem virum literatum, & scribere scientem, ac alias, ad supradicta notariatus, ac iudicatus ordinarij, publica officia, fideliter exercenda, habilem & idoneum, fore & esse reperimus fauorabiliter annuentes. Idcirco, auctoritate apostolica nobis commissa, & qua fungimur in hac parte. Omnibus melioribus modo, via, iure, causa & forma, quibus melius, & efficacius potuimus, & debuimus, possumusque, & debemus, eundem dominum Ioan. præsentem & acceptantem, idque humiliter fieri supplicantem (præstito prius in manibus no-stris, debitæ fidelitatis, iuxta formam in dictis præinsertis literis apostolicis anno tatam, iuramento) in publicum & authenticum notarium, seu tabellionem, ac iu-dicem ordinarium creamus, constituimus, ordinamus &c.

Forma legitimationis bastardorum per Vicecomi tē Palatinū, de qua supra de legitimatione.

Vniuersis Et singulis præsentes literas, siue hoc præsens publicum legi-timationis instrumentum, inspecturis, lecturis, visuris, pari-ter, & audituris. ¶ Nos. F de. N. clericus. N. Ciuitatis, vel dioces. Vicecomes Palatinus, ab egregio viro, domino. P. de. N. sacri palatij Apostolici, & Aulæ Lateranensis Comite, & Palatino, ad legitimandum, & legitima naturæ iure te ducendum, omnes, & quoscunque vtriusque sexus naturales spurios, incestuosos, manseres, & bastardos, copulatiue, & disiunctiue, ex quocunque illicito, & dam-nato coitu, procreatos, seu procreandos, auctoritate apostolica, specialiter depu tatus, Pacem, gaudium, & salutem. ¶ Sæpe sedis Apostolicæ auctoritas, quæ potest de nihilo aliquid, quadā hominis seu iuris fictione creare, nedum sim pliciter naturales, sed etiam ex damnato coitu procreatos illegitimos, per aposto licæ sedis clementiam, in talibus, quæ in hoc non peccant, omnem ab eis genitu-ræ maculam abstergens, eos successionibus reddere, idoneos. ¶ Cum itaque in nostra, ac notarij publici, testiumque infrascriptorum, præsentia, personaliter consti tutus, honestus Iuuenis, dominus. G. de. N. clericus. N. Ciuitatis (vel dioces.) no bis humiliter supplicauerit, quatenus ipsum (qui defectum natalium, ex soluto & soluta genitus patitur) auctoritate apostolica (iuxta tenorem priuileg. j, eidē domino. P. de. N. Comiti Palatino, per Sanctiss. in Christo Patrem, & Dominum nostrum, Dominum Pium, diuina prouidentia Papam IIII. nobis vero, per eius subdelegationem concessi) legitimare, ac ad omnia & singula naturæ iura, necnon successione bonorum quorumcunque parentum suorum, ex testamento, & intestato hæreditates, legata, libertates, honores, prærogatiuas, officia secularia

publica,& priuata, ſtatus, & actus quoſcunq; legitimos, reſtituere & reintegrare ac habilem & idoneum, ad omnia & ſingula ſupradicta, reddere, omnemq; geniture maculam, ab eo tollere & abolere, dignaremur. Cuiuſquidem Priuilegij tenor ſequitur, & eſt talis.

¶ Extendatur Priuilegium Vicecomitis ad longum, omiſſa notarij ſubſcriptione. Deinde inſerantur infraſcripta.

NOS Igitur R.O. Vicecomes Palatinus præfatus, ſupplicationibus dicti domini. G. de. N coram nobis (vt præmittitur) perſonaliter conſtituti, fauorabiliter annuentes, ipſumq;, relatione condigna, bonæ vitæ ac conuerſationis honeſtæ, nec paternæ incontinentiæ ſectatorem, eſſe intelleximus. Idcirco auctoritate apoſtolica ſupradicta, præfato domino P. de. A. Comiti Palatino nobis vero, Vicecomiti, per illius ſubdelegationem, gratioſe, vt præfertur, conceſſa, de ſpeciali gratia, legitimamus, & habilitamus, & ad omnia iura legitima, nec non ſucceſſiones, ex teſtamento, vel ab inteſtato bonorum quorumcunq; parentum ſuorum hæreditates, legata, libertates, honores, prærogatiuas, officia ſecularia, publica, & priuata ſtatus, & actus, quoſcunq; legitimos, reſtituimus & reintegramus, realiter & cum effectu, ac habilem, & idoneum, ad hæc omnia & ſingula reſtituimus & vt talem rehabilitamus omnemq; defectum inhabilitatem, & declaramus genituræ maculam ſiue notam ipſius, caſſamus, tollimus, & pœnitus abolemus, ita q; deinceps, ipſe dominus. G. tanquam legitimus, & de legitimo matrimonio procreatus, quorumcunq; parentum, agnatorum, & cognatorum ſuorũ ex teſtamẽto, vel ab inteſtato, bonis, rebus, iuribus, & actionibus, ſuccedere, & quibuſcunq; officijs, honoribus, dignitatibus, & prærogatiuis, præeſſe, & ad ipſa, & eorum quæcunq;, recipi, eligi, & admitti, illaq; gerere & exercere, libere & licite, poſſit & valeat. Decernentes inſuper, præfatum dominum. G. eſſe legitimum, & de cætero, tanquam legitimum, ad prædicta omnia & ſingula, & quoſcunq; alios actus legitimos, eſſe vbilibet admittendum.

¶ In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium præmiſſorum, præſentes literas, ſiue hoc præſeas publicum legitimationis inſtrumentum exinde fieri, & per notarium publicum infraſcriptum ſubſcribi, Sigilliq; noſtri &c. vt ſupra. ¶ Datum & actum, vt ſupra.

¶ Hæc forma legitimationis, debuiſſet poni ſupra, in legitimatiõ. baſtardorum.

DE OBLIGATIONE.

Obligatio in forma Cameræ, cum conſtitutione Procuratorum.

In nomine Domini amen. Anno &c. Die &c. Pont. &c. In mea notarij &c. præſentia perſonaliter conſtitutus, honorabilis vir, dominus. A. ex certa ſcientia, ac libera voluntate pro ſe, ſuiſq; hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunq;, confeſſus fuit, palamq; & publice recognouit, ſe eſſe verum, & legitimum debitorem diſcreti viri, magiſtri Nicolai Hallot ſacri palatij apoſtolici cauſarũ notarij, ibidem præſentis, ac pro ſe, ſuiſq; hæredibus, & ſucceſſoribus legitime ſtipulañ. & recipieñ. in. X. Ducat. auri de Camera, ex cauſa ſalarij deſeruiti, in cauſa intitulata Cameraceñ. Canonicatus & præbeñ. (vel ex cauſa puri gratuiti & amicabilis mutui, ſibi, in mea &c. præſentia, in prompta & numerata pecunia facti). De quibus. X. Ducat vt ſupra habitis idem dominus. A. ſe bene contentum vocauit, & eundem magiſtrum Nicolaum præſentem, & vt ſupra, ſtipulañ. &c. quietauit, ac exceptioni non habitorum, & non receptorum dictorum. X. Duca. ac ſpei futuræ numerationis &

receptionis eorundem, expresse renunciauit. ¶ Quos quidem. X. Duc. auri de Camera, dictus dominus. A. debitor, promisit soluere, & de eisdem satisfacere, dicto magistro Nicolao creditori, vt supra, stipulañ. & recipieñ. vel eius legitimo procuratori, ad hoc ab eo sufficiens mandatum habenti, hinc ad festum S. Michaelis proxime futurum, hic Romæ, absq; exceptione aliqua, vna cũ omnibus & singulis damnis, expeñ. & interesse, quæ, quas, & quod præfatus magister Nicolaus creditor, ob moram & retardationem debiti prædicti, in termino prænotato non soluti, faceret, incurreret, aut alias sustineret. ¶ Super quibus quidem damnis, expeñ. & interesse, præfatus dominus. A. debitor, stare & credere voluit, soli & simplici sacramento dicti magistri Nicolai creditoris, vel eius factoris, aut procuratoris, eiusq; hæredum & successorum, absq; testium depositioñ. seu probatione, quacũq; iudicis taxatioñ. sine strepitu & figura iudicij, & absq; arbitrio, seu arbitramento alicuius boni viri, ita tamen, quod si præfatus dominus. A. debitor, deficeret in solutione prædicta, præfatus magister Nicolaus creditor, contra ipsum dominum. A. debitorem, ad recuperationem debiti antedicti, ac damnorum expensarum, & interesse, continuo agere, experiri, & procedere possit, virtute huiusmodi obligationis, in Romana Curia & extra, vbiq; locorum, pro suæ libito voluntatis.

FORMA CAMERAE.

Pro Quibus omnibus & singulis præmissis, sic tenendis, complendis, & inuiolabiliter obseruandis, idem dominus. A. debitor, seipsum, eiusq; hæredes & in posterum successores quoscunq;, ac omnia & singula sua, & ipsorum hæredum & successorum suorum bona, mobilia & immobilia ac semouentia, & alia quæcunq;, præsentia, & futura, vbicunq; existentia, iuraq;, & actiones, sibi quomodolibet competentia & competitura, ac competentes, & competituras, nominaq; debitorum, eorumq; exercitium eidem magistro Nicolao creditori, præsenti, ac pro se, suisq; hæredibus, & successoribus quibuscunq;, vt supra, stipulañ. & recipieñ. (vel absenti) ac mihi notario publico infrascripto tanquam publicæ & authenticæ personæ, vice, & nomine, ac ad opus omnium & singulorum, quorum interest, intererit, aut interesse poterit quomodolibet in futurum, solemniter stipulañ. & recipieñ in forma meliori, & ampliori Cameræ Apostolicæ solemniter obligauit, & hypothecauit, Necnon seipsum, suosq; hæredes & successores prædictos, ac bona prædicta, iurisdictioñ. compulsioñ. condemnatioñ. sententijs, iuribus, & censuris, ac mero examini domini nostri Papæ, ipsiusq; Camerarij, nec non Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ generalis Auditoris, ipsiusq; Viceauditoris Locumteneñ. & Commissarij, & alterius eorundem, ac per pactũ expressum solemni stipulatione vallatum, omnium aliarum Curiarũ ecclesiasticarum, & secularium, vbilibet constitutarum, in qua seu quibus, hoc præsens publicum obligationis instrumentum, exhiberi seu produci contigerit, & dictum debitum, siue depositum petitum fuerit, propterea totaliter subiecit & submisit.

¶ Per quarum quidem Curiarum, iudices, & officiales, Auditores, viceauditores, seu Locumteneñ. eorundem, præfatus dominus A. debitor, voluit posse conueniri, cogi, compelli, coarctari, condemnari, excõmunicari, aggrauari, reaggrauari, ac realiter & personaliter capi, detineri, etiam cum inuocatione brachij secularis, vsq; ad integram satisfactionem dictorum. X. Duca. auri de Camera, ac damnorum expeñ. & interesse, superius expressorum, & alias, ad omnium & singulorum præmissorum paritionem & complectionem, ita quod inchoato iudicio coram vno ex iudicibus antedictis, contra præfatum dominũ. A. debitorem, liceat prænominato magistro Nicolao creditori, aut eius legitimo procuratori, coram alio seu alijs iudicibus, liberum habere recursum, vsq; ad integrã obseruationem omnium & singulorũ, in præsenti instrumento contentorum, nullũ, propter

hoc, eidem magistro Nicolao creditori, aut suis, præiudicium generando.
¶ Præterea dictus dominus. A. debitor, in præmissis omnibus & singulis, exceptioñ. doli, mali, vis, metus, fraudis, in factum actioñ. conditioñ. indebiti, ob causam, siue causa, ob iniustam causam, vel turpem, necnon dictorum. X. Duc. non habitorum, non deseruitorum, non numeratorum, non receptorum, non sic celebrati contractus, rei non sic gestæ, aut aliter fuisse dictum, quam scriptum, siue recitatum, & ecõtra, necnon priuilegijs fori, ferijs messium & vindemiarum, omni tempore feriato, quadrimestri, beneficio cessioñ. omnium bonorum & dilatioñ. quinquennalis, petitioñ. & libelli oblatioñ. ac simplicis petitioñ. beneficio nouæ constitution. de pluribus reis debeñ. Epistolæ diui Hadriani, capituli Odoardi de solutioñ. &c. Peruenit, prouocationis & appellationis remedio, copiæ præsentis instrumenti, siue eius notæ, non habitæ, per modum actorum & recursus ad arbitrium boni viri, ac vtriusq; iuris auxilijs, & quibuscunq; alijs constitutionibus & statutis Papalibus, Imperialibus, Regijs, localibus, & temporalibus, a iure vel ab homine, æditis, ac ædendis, in genere, vel in specie, concessis, & concedendis, omnibusq; alijs & singulis exceptionibus, iuribus, & defensionibus, quibus mediantibus, contra præmissa, vel eorum aliquod, dicere, facere, opponere, vel venire posset, aut se, in aliquo, defendere vel tueri, de iure, vel de facto, & præsertim iuri dicenti, generalem renunciationem non valere, nisi præcesserit specialis, ac iuri dicenti, coram non suo iudice, forum posse declinari, ac iuri dicenti, vbi iudicium ceptum est, ibi finem recipere debet, ex certa scientia, & non per errorem aliquẽ solemni stipulatione interueniente, expresse (vt præmittitur) renunciauit.
¶ E T Ibidem, incontinenti, ad maiorem firmitatem, & cautelam, ac securitatẽ omnium & singulorum præmissorum, præfatus dominus. A. debitor, omnibus melioribus modo, via, iure, causa, forma & ordine quibus melius & efficacius potuit, & debuit, fecit, cõstituit, creauit, & solemniter ordinauit, suos veros, certos legitimos, & indubitatos, ac irreuocabiles procuratores, actores factores, negotiorumq; suorũ gestores, ac nũcios speciales & generales, ita tamen quod specialitas, generalitati non deroget, nec econtra, videlicet, prouidos viros. A. B. C. &. D. in Romana Curia causarum procuratores, necnon. D. Fœlicem de Romaulis, & Lodouicum Reydettum, dictæ Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ notarios, ac omnes & singulos procuratores, & notarios, tam Romanæ, quam aliarum curiarum ecclesiasticarum & secularium, vbilibet constitutarum, nunc & pro tempore existeñ. (quorum nomina, & cognomina voluit hic habere pro sufficienter expressis) absentes tanquam præsentes, & quemlibet eorum insolidum, ita tamẽ quod non sit melior conditio primitus occupantis, nec deterior subsequentis, sed quod vnus eorum inceperit, alter eorundem id prosequi valeat, mediare, terminare, pariter & finire, videlicet, ad comparendum pro ipso domino. A. constitueñ. & eius nomine, omni tempore die, & hora, feriatis, & non feriatis, tam ante terminum, quam in ipso termino & post ipsum terminum, solutioñ. debiti antedicti, aut alias, vbi quando, & quotiens dicto magistro Nicolao creditori, aut eius legitimo, procuratori, placuerit, & visum fuerit expedire, coram dictis dominis Camerario, Auditore, Viceauditore, seu Locumteneñ. eorundem iudicibus officialibus, ordinarijs, extraordinarijs, delegatis, subdelegatis, & Commissarijs quarumcunq; Curiarum prædictarum, aut eorundem altero, debitum, siue depositum. X. Duc. auri de Camera, prædictum, semel vel pluries, confitendum & recognosceñ & propterea dictum dominum. A. constitueñ. ac bona prædicta, viribus, cẽsuris, & coertioñ. ac compulsioñ. dictarum Curiarum, & cuiuslibet ipsarum, submitteñ. ac ad peteñ. & recipieñ. dicti domini constitueñ. nomine, omne præceptum, omnemq; monitionem, condemnationem, sententiam, & mandatum, quod & quam, dicti domini Camerarius, Auditor, Viceauditor, Locũteneñ officiales, & Commissarij, contra ipsum dominum constituentem, occasione præmissorum facere, & ferre voluerint, ac eis sponte acquiescendum. Et ad consentiendum,

quod dicti Domini Camerarius, Auditor, Viceauditor, Locumtenen. officiales & Commissarij, ac quilibet ipsorum, in ipsum dominum constituen. præmissorum occasione, excommunicationis & aliam quam voluerint sententiam, ferant & promulgent, aliosq; processus, reales & personales, faciant & decernant, quos voluerint, & dicto magistro Nicolao creditori, visum fuerit expedire.

Clausula Generalis.

Et Generaliter omnia alia & singula faciendum, dicendum, gerendum, exercendum, & procurandum, quæ in præmissis, & circa ea, necessaria fuerint, seu etiam quomodolibet opportuna, & quæ ipsemet dominus constituens, faceret seu facere posset, si præmissis omnibus & singulis, præsens & personaliter interesset, etiam si talia forent, quæ mandatum exigerent magis speciale, & maiora essent, quam præsentibus est expressum. ¶ Promittens idem dominus constituens eidem magistro Nicolao creditori, vt supra, stipulan. ac mihi notario publico infrascripto, tanquam personæ publicæ & idoneæ, rite & legitime stipulan. vice & nomine omnium & singulorum, quorum interest, intererit, aut interesse poterit quomodolibet in futurum, se ratum, gratum, atq; firmum perpetuo habiturum, totum id, & quicquid, per dictos suos procuratores, atq; alterum eorum actum, factum, dictum, gestumue, fuerit in præmissis, seu aliquo præmissorum.

Clausula Releuans.

Eosque Nihilominus, & eorum quemlibet, releuans & releuare volens, ab omni onere satisdandi, iudicioq; sisti, & iudicatum solui, cum omnibus & singulis clausulis necessarijs & opportunis, sub hypotheca, & obligatione, omnium & singulorum bonorum suorum, mobilium & immobilium, & aliorum prædictorum, præsentium, & futurorum, ac sub omni reuocatione an tescriptis, & alijs ad hæc necessarijs pariter & cautelis. ¶ Pro quorum omnium & singulorum roboratione, & firmiori cautela dictus dominus. A debitor, in manibus meis notarij infrascripti (tactis per eum scripturis sacrosanctis, ad sancta Dei Euangelia) iurauit & dixit, dictos suos procuratores aut eorum alterum, casu aliquo, non reuocare, aut reuocari facere velle, sed eos & eorum quemlibet, manutenere & cōseruare in dicto procurationis officio & exercitio, donec & quousq; prædicta omnia & singula per se & dictos procuratores suos, & eorum quemlibet fuerint plenarie obseruata, & contra ea, vel eorum aliquod, & generaliter contra omnia & singula, in præsenti instrumento contenta, non facere, dicere, vel venire, per se, vel alium, seu alios, de iure, vel de facto, vllo vnquam tempore in iudicio vel extra, directe vel indirecte, tacite vel expresse, quouis quæsito colore, nec aliquam absolutionem a iuramento huiusmodi, vel aliud quodcunq; rescriptū, etiam dilationis vel moratoriæ aut beneficij alternatiuæ, vel. c. Odoardus, seu peruenit, impetrare, seu impetrari facere, per se, vel alium, seu alios, impetraris quoq; vel impetrandis, etiam motu proprio concessis, & concedēdis, non vti, per quæ, contra præmissa, vel præmissorum aliquod, dicere, facere, vel venire posset, aut se opponere valeret quomodolibet, vel tueri, sub pœna periurij, quam ipso facto, incurrere voluit, & alijs pœnis & obligationibus superius expressis. ¶ De & super quibus omnibus & singulis, dictus magister Nicolaus creditor, sibi a me notario publico infrascripto, vnum vel plura, publicum seu publica, fieri, atq; confici petijt instrumentum & instrumenta, dictanda & corrigenda consilio sapientum, facti tamen substantia, in aliquo non mutata. ¶ Acta fuerunt hæc Romæ, in domo mea notarij infrascripti. Sub anno. Indictione, Die, Mense & Pontific. quibus supra. Præsentibus ibidem. N. & N. &c. testibus ad præmissa vocatis specialiter, atq; rogatis.

dictarum Curiarum inceptus fuerit,nihilominus, ad aliam, seu alias, possit dictus .S. creditor,vel sui procuratores aut hæredes ire, seu etiam recursum habere, nullum sibi propter electionem huiusmodi, præiudicium generando.
¶ Super quibus &c.

Obligatio simplex cum fideiussoribus.

In nomine Domini amen. Anno a Natiuitate &c. In mea notarii publici,testiumq; infrascriptorum &c. personaliter constitutus,honorabilis vir dominus Nicolaus Faullonet, clericus Virdueñ. dioc. Miles.S.Petri de Vrbe,& honorabili viro domino.N.præsenti & recipienti, nomine veri,gratuiti,& amicabilis mutui dedit, tradidit, assignauit, & intitulauit,Quinquaginta duca.auri de Camera,boni & iusti ponderis.Quos quidem.L.Duca.præfatus dominus.Q. se in parata & numerata pecunia, habuisse & recepisse, præsentialiter & publice recognouit, ac expresse confessus fuit.Promisitq; eosdem,ipse.Q. infra octo menses proxime & immediate sequeñ. ad omnem dicti domini.N.requisitionẽ ipsi,soluere & restituere. Huic vero obligationi,vt præfertur dictorum. L.duc.occasione factæ, honorabiles viri domini A.B.&.C.ecclesiastici.N.dioces.& quilibet eorum insolidum,accedeñ.pro præmissis omnibus plenarie obseruandis,fideiusserunt seq;,melioribus modo,via, iure,causa,& forma,quibus melius potuerunt, sponte obligarunt. Promitteñ. mihi notario publico infrascripto legitime stipulanti,& recipienti,vice & nomine dicti.N.& aliorum,quorum interest,dictos.A.B.&.C. de & super præmissis omnibus & singulis,indemnes reddere & conseruare, Renunciantes etiam hincinde omni exceptioni,doli,mali,conditioni indebitæ, & omni fraudi, iuris canonici & ciuilis auxilio,& defensioni. ¶ Et insuper,præfatus N.debitor,promisit mihi notario publico infrascripto,stipulañ. & recipieñ. dictos suos fideiussores, indemnes seruare,eosq; releuare ab omni onere satisdandi,ac damnis, expeñ. & interesse,occasione dictorum. L. Ducat.forsan fiendis. ¶ Super quibus &c. ¶ Actum &c. Præsentibus &c.

De obligatione,plura vide supra, in verbo Cõfessio.

DE OFFICIALATV.

Officialis creatio in spiritualibus & tẽporalibus,pro Episcopo ad capiendum possessionem Episcopatus, in ampla forma.

In nomine Domini amen. ¶ Nouerint vniuersi & singuli, præsentes,& futuri,huiusmodi instrumentum, siue præsentes,literas inspecturi,visuri,lecturi, & legi audituri, q nos. A.electus confirmatus.B.de scientia & fidelitate,probitate, industria, & circumspectione venerabilis viri,domini. N.plenarie confisi,& fiduciam habentes,bene deliberati,omnibus melioribus modo,via,iure,causa,& forma,quibus melius, validius, & efficacius,potuimus & debuimus,ac possumus & debemus,constituimus, creauimus & solenniter ordinauimus , prout cõstituimus, creamus & ordinamus per præsentes nostrũ verum certum,legitimum & indubitatum procuratorẽ,officialem,vicarium,& prouisorem generalem & specialem actorem,factorem, & negotiorum nostrorum infrascriptorum gestorem, ac nuncium generalem & specialem,ita tamen,q specialitas generalitati non deroget,nec econtra, videlicet prænominatum dominum.N.absentem,tanquam præsentem, solum & insolidum,

ad præsentandum,intimandum,insinuandum,& notificandum,pro nobis & nostro nomine,literas prouisionis,& alias quascunq; literas,nobis, per Sanctissimum in Christo Patrem , & dominum nostrum dominum Pium , diuina prouidentia Papam IIII. super dicta ecclesia.B. concessas, venerabilibus viris, Dominis Decano,& Capitulo eiusdem ecclesiæ.B.ac illi,vel illis,cui,vel quibus, dirigun tur,ac alias,vbi quando & quotiens expediens fuerit, ipsasq; literas apostolicas, exequendum, & executioni demandandum & demandari faciendum. Decanumq; & Capitulum dictæ ecclesiæ.B. & quoscunq; alios, de quibus expediens videbitur,vt ipsis literis apostolicis,pareant, obediant & intendant, ac nos ad ecclesiam,siue Episcopatum , necnon illius regimen , administrationem omniumq; fructuum, redditiuum, prouentuum, iurium & obuentionum eiusdem perceptionem, & possessionem pacificam, & quietam,recipiant & admittant, ac dicto nostro Prouisori,de vniuersis & singulis fructibus, redditibus,prouentibus, iuribus, & obuentionibus huiusmodi(prout ad ipsos spectat & pertinet) respondeant, & admitti,recipi,necnon responderi faciant ac permittant, realiter & cum effectu, sub pœnis sententijs,& censurjs in eisdem literis contentis, monendum & requirendum,moneriq; & requiri faciendum & procurandum & obtinendum possessionemq; ecclesiæ & Episcopatus huiusmodi .B. ac regiminis & administrationis, iuriumq; & bonorum prædictorum , apprehendendum , intrandum , manutenendum,defendendum,& continuandum,fructus, redditus, & prouentus, iura obuentiones,& emolumenta prædicta,& quæcunq; alia bona ipsius Episcopatus .B.a quibuscunq; personis & debitoribus,exigendum, leuandum, recipiendum, colligendum,recuperandum & conseruandum, ipsosq;,arrendandum,locandum, dislocandum,& ad firmam seu annuam pensionem dandum , & concedendum , ac computa,calcula,& rationes,cum quibuscunq; personis debitoribus bonorum huiusmodi,faciendi,atq; de receptis,leuatis,recuperatis & computatis, quietãdũ necnon super his, literas, siue instrumenta publica quietationis & recognitionis (cum pacto,de rem solutam huiusmodi vlterius non petendo) dandum , faciendum, & concedendum. Iuramenta vero quæcunq; in et pro assecutione dicti nostri Episcopatus,ad bonorum,iuriumq;& pertinentiarum, ac regiminis & administrationis ipsius quomodolibet necessaria,præstari solita & consueta, in animã nostrã pstañ.& subeũdum,ipsamq; ecclesiã & Episcopatũ.B. in spiritualibus & tẽporalibus regendũ & gubernandũ,regiq; & gubernari,ac in spiritualibus,& tẽporalib⁹ei deseruiri faciẽñ. Rectores,Gubernatores,ac in spũalib⁹officiales,Vicarios,castellañ.& seruitores, & alios officiarios necessarios,ecclesiasticos & seculares,quibuscunq; nominibus censeantur,cũ plenaria potestate,recipiendũ,ponẽdum,instituendum,ordinandum,& deputandum,ac positos, institutos, receptos, ordinatos,& deputatos,(quotiens expediens videbitur, ipsi nostro Prouisori, vel officiali,seu vicario) amoueñ. & destituendum homagia, & alia quæcunq; fidelitatis iuramẽta,a vasallis, & castellanis, castrorum & fortilicioꝝ quorumcunq; ad nostram ecclesiam spectantium & pertinentium, ac subditis, vicarijs, officialibus & alijs quibuscunq; personis, nostro nomine, recipiendum, beneficia ecclesiastica,cum cura vel sine cura,canonicatus & præbeñ. etiam in dicta ecclesia .B. necnon alia beneficia, etiam si dignitates , personatus , administrationes , vel officia fuerint,ad nostram collationem, institutionem,præsentationem, seu quãuis aliam dispositionem,ratione dicti nostri Episcopatus & ad nos spectañ.bene meritis & idoneis personis (& præsertim illi,vel illis,cui vel quibus,nos volueri mus,& per nostra scripta mandauerimus) confereñ. Præsentationes quoq; similium benemeritarum & idonearum personarũ,ad beneficia iurispatronatus existentia protempore vacantia,& per patronos laicos, vel spirituales, infra tẽpore a iure statuta,factas admittendum, & personas huiusmodi, sic (vt præmittitur) præsentatas,instituendum,& inuestiendum, ipsasq; personas, in possessionem eo-

rundem beneficiorum, introducendum, ac manutenendum & defendendum, & super ipsis collation. literas, nostro nomine, & pro nobis, dandum & concedendum, insuper quibuscunque clericis literas dimissorias, & licentiam, vt ad omnes minores, etiam sacros ordines, vsque ad presbyteratum inclusiue, quibuscunque idoneis & benemeritis personis, per ipsum nostrum prouisorem & officialem, primitus de vita & moribus, ac literatura examinatis concedendum, ac cum illegitimis, vt ad omnes minores ordines duntaxat, promoueantur, & vnum beneficium simplex sine cura, obtinere possint & valeant, dispensandum, & eisdem illegitimis, vnicum beneficium simplex, pro quolibet conferēdum, & assignandum, necnon ad creandum notarios & tabelliones publicos, ad legitimandum illegitimos cum illis solemnitatibus, quæ in similibus requirūtur, & prout ex priuilegijs apostolicis, Regum & Principum, ad nos & nostram dignitatem Episcopalem pertinere dinoscitur, ac tam de iure, quam antiqua consuetudine hactenus inconcusse & laudabiliter obseruatis. Atque ad dandum, & concedendum alicui Antistiti catholico, gratiam & communionem sedis apostolicæ habenti, licentiam & auctoritatem in prædicto nostro Episcopatu, & pro nobis, ac nostro nomine, quoscunque etiam presbyteratus sacros ordines, debitis, a iure statutis temporibus, celebrandum, & conferendum subditosque clericos nostros ordinandum, & cum indigen. seu defectum natalium patientibus (prout iuris est vel fuerit) dispensandū, Crisma conficiendum, & in fronte crismandum, ecclesias, calices, & altaria, etiam portatilia, consecrandum, & ecclesias, seminis aut sanguinis effusione violatas, reconciliandum, seu consui chrismari, consecrari, & reconciliari faciēdum ac omnia alia, ad dignitatem episcopalem, pertinentia, gerendum, exercendum, & quotiescunque, nostro procuratori visum fuerit, dictam potestatem huiusmodi, Antistiti concessam, reuocandum, & alteri vel alijs, episcopo seu episcopis, eandem potestatem dandum, & concedendum, necnon, ad visitandum quascunque ecclesias, tam regulares, quam seculares, ac dictarum ecclesiarum Rectores, Abbates, siue Priores, procurationemque, ratione visitationis prædictæ, ab eisdem visitatis, petendum, & exigendum, charitatiuum subsidium, a clero, populo, subditis, & vasallis nostris, petendum, & imponendum, leuandum, & exigendum, sigilla magna & parua, seu secreta, sub nomine, & titulo nostris, fieri faciendum, ac ipsis sigillis, in dicto nostro episcopatu, vtendum, & per vicarios, officiales, & alijs de quibus videbitur, vti faciendum, in omnibus & singulis necessarijs & opportunis. Sententiam, ac sententias, tam interlocutorias, quam diffinitiuas, ac censuras quascunque præsertim excommunicationis, suspensionis & interdicti, necnon mulctas atque pœnas alias, de quibus sibi videbitur, in subditos, necnon contradictores rebelles, & inobedientes huiusmodi ferendum, & inferendum, leuandum, & exigendum, ac contra Sacrilegos (prout iuris & consuetudinis fuerit) procedendum, & ab eis, pœnas, etiam pecuniarias, petendum & exigendum, necnon personas ecclesiasticas (cuiuscunque status, gradus, ordinis, vel conditionis existant) malefactores, & rebelles propter eorum demerita, beneficijs eorum, cuiuscunque qualitatis, aut conditionis existant, priuandum, & ea ab alijs amouendum, ac eadem beneficia, personis fidedignis & benemeritis (prout dicto officiali & prouisori nostro videbitur) conferendum & assignandum, ac in possessionem eorundem introducendum, manutenendum, & defendendum, necnon causas quascunque beneficiales, matrimoniales, ciuiles, criminales, atque mixtas, tam de iure, quam de cōsuetudine, in dicto nostro episcopatu, audiri solitas, & cōsuetas, per se vel quoscunque alios vicarios, ab eo deputandos, aut subdelegandos, audiendum, cognoscendum, decidendum fineque debito terminandum, & in ipsis causis, ad quoscūque actus iudiciales vel extraiudiciales, ad partis vel partium instantiam, aut alias (prout iustum fuerit) proceden. & procedi facien. Sententiam seu sententias, tam diffinitiuas, quam interlocutorias ferendum, superque appellationibus ab ipsis sententijs interponendis (prout visum fuerit expedire) de apostolicis responden

dum. Et generaliter omnia & singula faciendum, quæ in præmissis & circa ea necessaria fuerint &c. vt in constitutione procuratorum per episcopum.

Officialis creatio similis, pro Archiepiscopo.

Vniuersis Præsentes literas inspecturis. C. A. Dei gratia Archiepiscopus. B. Salutem in domino: Noueritis, q nos, attenden. multiplices occupationes, & residentiam, quam nos necessario oportet facere in Rom. Cu. propter quæ, nostra ecclesia, in defensione iurium suorum, ne striq subditi, in auditione causarum & reddition. iustitiæ, non mediocre possent recipere detrimentum, ac etiam læsionem. Consideran. igitur, probitatem, legalitatem, discretionem, ac etiam industriam discreti viri. N. ipsum in spiritualibus temporalibus, cum alijs Vicarijs nostris, per nos, alias constitutis, non intenden. per hoc derogare in aliquo officio. N. nostri in temporalibus Vicarij per nos constituti, Nostrum Vicarium generalem, & officialem, in Archiepiscopatu nostro, tenore præsentium, facimus, constituimus, & creamus, citra tamen reuocationem aliorum Vicariorum nostrorum, per nos, alias constitutorum dantes & concedentes eidem. N. vna cum alijs Vicarijs nostris, plenam & liberam potestatem, & mandatum speciale, confirmationes & consecrationes episcoporum subditorum, abbates, abbatissas, & moniales benedicendi & consecrandi pueros & puellas vtriusq; sexus, confirmandi, Chrisma conficiendi, Oleum Cathecuminorum & infirmorum, benedicendi, clericos nostræ diocesis confirmandi, & clericali caractere insigniendi, seu per aliquem Antistitem catholicum gratiam & communionem sedis apostolicæ habentem benedici & consecrari ac confici confirmari & insigniri faciendi, & cum ipsis etiam illegitime natis, vt ad minores ordines promoueri valeant, dispensandi eosq; ordinandi seu ordinari faciendi, literas commendatitias & dimissorias, ad sacros ordines tribuendi & concedendi ordines ipsos celebrandi seu celebrari faciendi, beneficia & officia, in ecclesia, ciuitate & dioc. nostris, ad nos spectan. qualitercunq; vacantia & vacatura conferendi, visitationes faciendi, Synodos celebrandi & celebrari committendi, causas criminales, ciuiles, matrimoniales & beneficiales, & quascunq; alias, tam principales, quam incidentales, & per appellationem deuolutas & in posterum deuoluendas, ad nos & dictam nostram ecclesiam spectan. de consuetudine vel de iure audien. & de ipsis recognoscen. & ex officio inquiren. ecclesias, capellas, & oratoria ac cemiteria polluta, reconciliari faciendi & absolue̅di, & de nouo ædificatas, & ædificata consecrandi seu consecrari faciendi, & personas omnes, in nostras ciuitate & dioc. ac in tota nostra prouincia (prout ad nos, de iure Metropolitan. spectat & pertinet) siue sint Prælati, abbates, priores, & aliæ ecclesiasticæ personæ, quocunq; nomine censeantur puniendi, deponendi, corrigendi, & mulctandi, sine acceptatione personarum (prout delictorum qualitas, & excessus quantitas, exegerint, & enormitas delinquentis) suspendendi, interdicendi, exco̅municandi præcepta & mandata faciendi, ipsasq; exequendi & reuocandi, delinquentes incarcerandi & condemnandi ad perpetuum carcerem, vel ad tempus, poenas mitigandi, a sententijs excommunicationis, ac quibuscunq; alijs casibus, nobis reseruatis, absoluendi, prout sibi videbitur conuenire, & in ipsis criminib' in quibus nobis, a iure vel alias, permittitur, vel constitution. synodalibus, vel prouincialibus dispensandi, & absoluendi, prout eidem N. videbitur expedire, sententias proferendi, & omnia alia & singula faciendi, committendi, etiam si maiora fuerint, & quæ mandatum exigant magis speciale, prout ad ipsius Vicariatus & officialatus officium, noscitur quomodolibet pertinere, cuius sententias & ma̅data (prout rite latæ fuerint) rata & grata habere promittimus, & facimus, auctore domino, inuiolabiliter obseruari. Præcipimusq;, & damus in mandatis, tenore

nore præsentium, omnibus, & singulis nostris subditis, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna, quam in omnes & singulos rebelles, ex nunc prout extunc, ferimus in his scriptis, quatenus ipsi, prompto & benigno affectu, eundem. N. tanquam Vicarium & officialem nostrum, & prædictæ ecclesiæ nostræ, vt præmittitur, recipiant, suscipiant, & admittant, ac eidem, in his quæ secundum deum, ad nos & iurisdictionem nostram ordinariam qualitercunq; spectant vel spectare poterunt, pareant ac efficaciter obediant, prout obedire & parere tenentur nobis Archiepiscopo prælibato. ¶ In cuius rei &c.

Officialis ordinatio, cum interdicto alienandi.

Honoratus Dei & apostolicæ sedis gratia Archiepiscopus. C. Discreto viro. A. Vicario nostro, Salutem in domino sempiternam. ¶ Cum nos, ad Rom. Cu. pro quibusdam nostris, & ecclesiæ nostræ negotijs, oporteat proficisci. ¶ Vel sic. Cum nos, in Rom. Cu. oporteat residentiam facere personalem, Vel sic, Incumbunt nobis solicitudinis studia, vt nostra ecclesia, tam in spiritualibus, quam temporalibus salubriter gubernetur, ac eius iura & commoda prospere dirigantur. Attendeñ. itaq; fidem & deuotionem tuam, in quibus te probatum inuenimus, iam ab olim, securę te nostris & ecclesiæ nostræ, seruitijs duximus deputandum. Quocirca, te exnunc, in ciuitate & dioc. ac prouincia nostris. C. in spiritualibus & temporalibus, nostrum, & dictæ ecclesiæ Vicarium facimus, ac etiam ordinamus & committimus tibi integre vices nostras, donec eas, ad nos, duxerimus renocandas, dantes tibi, tenore præsentium, plenam & liberam potestatem, in ciuitate & dioc. ac prouincia prædictis (prout ad nos spectat) possessionem Archiepiscopatus nostri, necnon castrorum, villarum, possessionum, iurium & iurisdictionum, & omnium aliorum, ad nostrum Archiepiscopatum spectañ. intrandi, tenendi, & defendendi, nomine nostro, & pro nobis, omnes & singulas causas, tam spirituales, quam temporales, ad nostrum Archiepiscopatum, & forum spectañ. siue per appellationẽ, siue per simplicem querelam, vel quocunq; alio modo, ad nos nunc delatas seu in posterum deferendas, audieñ. ipsasq;, per te, vel alium seu alios, executioñ. debitæ demandandi, prouinciam quoq; ciuitates & dioc. prædictas, ac prælatos clericos, & laicos vniuersos, nobis & ecclesiæ nostræ subiectos, in prouincia ciuitate, & dioc. prædictis degentes, tam in capite, quam in membris, visitandi, corrigendi, reformandi, & puniendi, sententias proferendi, pœnas infligendi, leuandi, & recipiendi, quietandi & mitigandi, confirmationes Episcoporum, & aliarum dignitatum depositiones, & priuationes eorum committeñ. quodq; ecclesias, & dignitates, prædictas, cæteraq; beneficia, quæ in ciuitate & dioc. prædictis per cessionẽ, renunciationem vel mortem, aut alias quouis modo, vacent ad præsens, aut cum vacabunt, quorum ad nos collatio, prouisio, præsentatio, electio, institutio, aut quæuis alia dispositio pertinet de consuetudine, vel de iure, personis idoneis conferre possis, cum potestate recuperandi, & defendendi literas, possessiones, iurisdictiones, & omnia bona, ad nos & Archiepiscopatum nostrum spectañ. procuratorem & procuratores, ac Bailiuum & Bailiuos, constituendi, & constitutos mutandi reuocandi & amouendi quandocunq; & quotiescunq; videris expedire, concessiones, ad firmam vel pensionem annuam de rebus nostris, & ecclesiæ nostræ, nomine nostro, & ipsius ecclesiæ ad longum vel aliquod breue tempus iuxta consuetudinem ipsius ecclesiæ, faciendi, necnon contradictores & rebelles seu commisso tibi officio non parentes, corrigendi & concernendi. Et generaliter omnia alia & singula exercendi, quæ generalis Vicarij incumbunt officio, & ipsius auctoritas postulat & requirit, & quæ nobis & ecclesiæ nostræ, vtilitati videbis expedire, inuocando ad hæc, si opus fuerit, auxilium brachij secularis, in

necessariis casibus atque causis, Volentes & mandantes, vt tibi ab omnibus nostræ iurisdictionis subiectis obedientia, & in omnibus præmissis & præmissa tangentibus, sicut nobis, prædicto Archiepiscopo præstetur. Nos enim processus, quos legitime feceris, & sententias, quas rite tuleris, in contradictores & rebelles, ratos & gratos habebimus, ac eos & eas, faciemus, auctore domino, inuiolabiliter obseruari. Et insuper, interdicimus tibi & cuilibet alteri, tam procuratori, quam Balliuo substituto & substituendo a te, omne genus alienationis, ita quod de iuribus & proprietatibus, ad nos, vel ad ipsam ecclesiam nostram, aut eius membra, spectañ. vendere vel permutare, donare, obligare, in perpetuam emphyteosim, concedere vel locare, vel quomodolibet distrahere vel alienare non possis, absque nostris speciali licentia & mandato. Volumus tamen, quod in venditionibus rerum immobilium factis & faciendis, inter vasallos nostros, & ecclesiæ nostræ, quæ licite & de iure, sine præiudicio iuris, & secundum consuetudinem ecclesiæ prædictæ, factæ sunt, & deinceps fieri continget, consensum legitimum & debitum, auctoritate nostra, præstare possis, & te subscribere, Sed venditionibus rerum earundem factis & faciendis, alijs quam vasallis prædictis, inhibemus, tibi tuum præstare consensum, ratum & firmum perpetuo habiturum, Promitteñ. (sub dictæ ecclesiæ nostræ, & omnium bonorum nostrorum obligatione) totum id, & quicquid modo prædicto, per te, factum fuerit in præmissis nos ratũ & gratum habituros. ¶ In cuius rei testimonium &c.

Per præinsertas formas, cõficies multas alias, etiam pro Abbatibus & Prioribus Collegiatarum ecclesiarum & ordinum si studiose attendas.

DE OPTIONE PRAEBENDARVM.

Optio maioris præbendæ.

In nomine Domini amen. Anno a Natiuitate Domini. M. D. LVII. Indict. XV. Die vero prima mẽsis Iunij. Pont. Sanctissimi in Christo Patris, & domini nostri domini Pauli, diuina prouidentia Papæ IIII. Anno Quarto. In mea notarij publici, testiumque infrascriptorum, ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum præsentia, & coram venerabilibus & circumspectis viris, dominus. N. Decano, ac. A. B. C. & D canonicis ecclesiæ. N. in loco capitulari, per Decanum capitulariter congregatis, ipsumque Capitulum facientibus, & representañ. personaliter constitutus venerabilis vir, dominus. F. N. minore præbeñ præbendatus, iuxta dictæ ecclesiæ consuetudinem hactenus obseruatam, maiorem præbeñ. per mortem quondam G. I. Canonici, dum vixit, in domino defuncti, ordinarie vacantem, quam idem dominus G. pacifice tenuit & possedit, omnibus melioribus (quibus potuit & debuit) modo, forma, & iure, optauit, & ad eandem maiorem præbeñ. ascendit, eum protestatione tamen expressa, quod si præben. huiusmodi, per eum, vt præmittitur, optata, vigore optionis huiusmodi, sibi non debeatur, nec ad eandem sibi ius competierit, quod regressum habeat ad minorem suam præbeñ. prædictam, vel alias sibi, de iure vel consuetud. ne, debitam. ¶ Super quibus &c. Acta &c. Præsentibus &c.

ORDO.

De ordinibus, vide supra in collation. ordinum.

DE LITERA PASSVS.

Litera passus pro Ambasiatoribus.

Firminus &c. ¶Vniuersis & singulis, præsentes literas inspecturis, Salutem in domino sempiternam. ¶Cum R. Pater dominus. A. Episcopus. B. ac. C. amici nostri charissimi, ac illustris Principis domini. N. Oratores insignes, ad Sanctissimum dominum nostrum Papam, Sanctamque sedem apostolicam, per ipsum illustrem Principem, specialiter destinati, in præsentiam, ad partes Gallicas se transferre, & partes proprias, repetere habeant. Idcirco vniuersos & singulos Principes, tam ecclesiasticos, quam seculares &c. hortamur & effectuose rogamus, quatenus ipsos, & eorum quemlibet, tam coniunctim, quam diuisim, cum eorum equis &c. tam ob præfati. S. domini nostri Papæ, Sanctæque sedis apostolicæ reuerentiam, quam ipsius illustris Principis atque nostram contemplationem, vsque ad numerum. XVI. libere transire &c. vt supra in litera familiaritatis Cardinalis.

Litera passus propter pestem.

Vniuersis Et singulis, præsentes nostras literas inspecturis, fidem facimus, & verum perhibemus testimonium quod discretus M. de. N. familiaris noster, ac lator præsentium, fuit in ciuitate. N nobiscum per tres menses, vbi non viget pestis contagio, sed, Dei benignitate, saluberrimo fruimur aere. Quare eosdem rogamus, ac impense hortamur, vt eundem. M. intra mœnia cuiuscunque loci, ad quem ipse accesserit, admittant & in omnibus suis rebus peragendis, commendatum suscipiant, nobis etenim rem maiorem in modum gratam facient, ac nos ad hæc eandem & longe maiora obsequia præstanda, proculdubio sibi vicissim obligabunt. Datum &c,

DE PERMVTATIONE.

De permutatione, vide sub collatione beneficiorũ resignatorum ex causa permutationis.

DE PRAESENTATIONE.

Præsentatio beneficii, facta Episcopo per Abbatẽ.

Reuerendo In Christo P. &. D. D. E. Dei & apostolicæ sedis gratia, episcopo. F aut eius in spiritualibus vicario. ¶Gratianus, Dei gratia, humilis Abbas Monasterij Sancti. N. ordinis. S. B. C. dioc. Honorem & reuerentiam debitas.

¶ Reuerende pater, cum ad Abbatem dicti Monasterij pro tempore existeñ. præsentatio personæ idoneæ, ad ecclesiam parochialem de. N. vestræ dioc. quando vacat, & huiusmodi præsentati. receptio, ac collatio, & prouisio dictæ parochialis ecclesiæ, vobis præfato domino episcopo, de antiqua & approbata consuetudine, pertineant, Ideo ad ecclesiam ipsam nunc vacātem, & liberam, per obitum quondam. N. dictæ ecclesiæ rectoris, nuper defuncti, prouidum virum, dominum. N. presbyterum dioc. vestræ, tanquam habilem & idoneum ad ecclesiam ipsam obtineñ. vestræ. R. P. præsentium tenore, præsentamus. Supplicando e. v. R. P. quatenus præsentationem huiusmodi, recipere & admittere dictamq; ecclesiam, sic (vt præmittitur) vacañ. cum omnibus iuribus & pertineñ. suis, præfato. N. præsentato, conferre & assignare, & de ea sibi prouidere dignetur. e. v. R. P. quoniam spero quod per dicti. N. sic præsentati, industriam, præfata ecclesia parochialis (fauente altissimo) suscipere incrementum. Datum &c. sub nostro sigillo, Die. N. mensis. N. Anno &c.

Præsentatio beneficii, facta per Priorem & Couētū.

Reuerendo In Christo Patri, & D. D. N. Dei, & Apostolicæ sedis gratia, Episcopo. N. ¶ Deuoti Oratores & humiles, Frater. N. de. N. Prior Claustralis & Conuentus Monasterij. S. N. de. N. ordinis. S. A. humilem commendationem cum omnimoda subiectione. ¶ Reuereñ. Pater & domine, nuper intelleximus, quod parochialis ecclesia de. N. vestræ dioc. vacauerit, ac vacet ad præsens, per obitum quondam. N. qui rector ipsius parochialis ecclesiæ existens, nuper diem clausit extremum. Et cum ad ecclesiam ipsam, quando vacat, ius præsentandi personam idoneam, nobis Prior & Conuentui prædictis, vobis vero domino episcopo, huiusmodi præsentari receptio, & admissio, necnon collatio & prouisio dictæ ecclesiæ, de antiqua & approbata consuetudine pertineat, Igitur ad ecclesiam eandem, & prouidum & honestum virum, dominum. N. presbyterum vestræ diocef. habilem & idoneum ad eandem ecclesiam obtineñ. vestræ Reuereñ. P. præsentium tenore, præsentamus Supplicañ. eidem vestræ Reuereñ. P. quatenus præsentationem nostram huiusmodi gratiose recipieñ. & admitteñ. dictam parochialem ecclesiam sic vacañ. cum omnibus iuribus &c. vt supra in præcedenti.

Præsentatio facta per Militem ordinis.

Reuerendo In Christo Patri, & domino domino, Dei gratia, Episcopo. L. ¶ Io. de. N. Miles, dominus loci de. N. vestræ dioc. Reuerentiam debitam, & omne bonum. ¶ Reuerende Pater, cum ad dominos dicti loci de. N. Præsentatio personæ idoneæ, ad capellam beatæ Barbaræ in ecclesia. N. dicti loci fundatam, per prædecessores dominos eiusdem loci quando vacat, ab domino episcopo. N. pro tempore existenti, præsentatæ personæ idoneæ ad capellam ipsam, receptio & admissio, collatioq; prouisio, & omnimoda dispositio dictæ Capellaniæ pertineant, & cum de præsenti, capella ipsa, per obitum quondam. N. dictæ capellæ, dum viueret, capellani, vita defuncti, vacet. Igitur ad capellam eandem prouidum virum. N. presbyterum dictæ vestræ diocef. tanquam habilem & idoneum ad dictam capellaniam obtinendum &c. vt supra in proximo præcedenti.

¶ Et ita facies de alijs.

De processibus, require pmisso ordine Alphabeti.

DE PROCESS. ABSOLVTION.

Processus absolutionis ab homicidio.

Ludouicus &c. Dei & apostolicæ sedis gratia, episcopus. N. Iudex & Commissarius vnicus ad infrascripta, a sede apostolica, specialiter deputatus. ℂReuerēn: in Christo patri, & domino domino, N. eadem gratia episcopo .S. eiusq; in spiritualibus & temporalibus, Vicario & officiali generali, necnon vniuersis & singulis dominis Abbatibus, prioribus, præpositis, decanis &c. vt in citatione, cum inhibitioñ. inserta, literæ, peruenerint, Salutem in domino, & nostris huiusmodi, immouerius apostolicis, firmiter obedire mandatis. ℂLiteras Sanctiss. in Christo Pat. &. D. N. D. Pauli &c. ℂVel sic. Literas Reuerendissimi in Christo Pat. & domini domini Marcelli, Miseratione diuina &c. vt infra in processu dispeñ. super defectu natalium, vsq; contentorum in eisdem &c. In quibus processibus in generalibus recurritur ad primum processum expectatiuarum.

ℂPOST quarum quidem literarum apostolicarum &c. vsq; contentorum in eisdem, procedere, ac ipsum, a quibuscunq; excommunicationis, sententijs, ac reatu homicidij, & excessibus, quos (vt in ipsis literis apostolicis deducitur) incurrisse noscitur, absoluere, ac sanctæ matris ecclesiæ vnitati, & sacramentorum ecclesiasticorum participationi, restituere, ac alias, secundum vim, formam & tenorem earundem literarum apostolicarum, procedere dignaremur. Nos igitur Ludouicus episcopus, seu Marcellus Cardinalis, commissarius & executor præfatus, attendeñ requisitionem huiusmodi esse iustam, & rationi consonam, volentesq; mandatum apostolicum, nobis in hac parte directum, reuerenter exequi, vt tenemur, attendeñ. q sancta mater ecclesia, nemini claudit gremium ad eam redeunti, & veniam postulañ. ipsum. N, principalem, coram nobis flexis genibus constitutum, & humiliter fieri petentem, a quibuscunq; excommunicationis, sententijs, & reatu homicidij, & excessibus, quos (vt præmittitur) noscitur incurrisse hac vice, in forma ecclesiæ consueta, duximus absoluendum, & absoluimus, ipsumq; communioni fidelium, & ecclesiasticorum sacramentorum participationi & sanctæ matris ecclesiæ vnitati, restituimus eiq; pro modo culpæ suæ pœnitentiam iniuximus salutarē, recepto tamen primitus ab eodem domino. N. principali in nostris manibus (tactis per eum scripturis sacrosanctis ad sancta Dei Euangelia, de parendo sanctæ matris ecclesiæ, atq; nostris mandatis) corporali iuramento. ℂQuos omnia &c. vt in alijs absolutionibus vigore commissioñ.

Processus absolutionis & dispensationis super irregulariter.

Benedictus &c. Dei & apostolicæ sedis gratia episcopus. N. iudex & executor vnicus, ad infrascripta, a sede apostolica, specialiter deputatus. ℂVniuersis & singulis &c. vt supra in præcedenti, vsq; ipsumq; communioni fidelium, & ecclesiasticorum sacramentorum participationi, & sanctæ matris ecclesiæ vnitati, restituimus. Et nihilominus, secundum quod nobis, & conscientiæ nostræ, visum fuit, eidem pœnitentiam iniunximus salutarem. Et insuper, secum, super irregularitate, quam ipse, se immiscendo diuinis, aut vt in præfatis susceptis (non tamen in contemptum clauium) contraxit, quodq; ad presbyteratus ordinem, promoueri, ac in illo, & susce-

publica,& priuata, ſtatus, & actus quoſcunq; legitimos, reſtituere & reintegrare ac habilem & idoneum, ad omnia & ſingula ſupradicta, reddere, omnemq; geniturae maculam, ab eo tollere & abolere, dignaremur. Cuiuſquidem Priuilegij tenor ſequitur, & eſt talis.

¶ Extendatur Priuilegium Vicecomitis ad longum, omiſſa notarij ſubſcriptione. Deinde inſerantur infraſcripta.

Nos Igitur R.O. Vicecomes Palatinus praefatus, ſupplicationibus dicti domini.G.de.N coram nobis (vt praemittitur) perſonaliter conſtituti, fauorabiliter annuentis, ipſumq;, relatione condigna, bonae vitae ac conuerſationis honeſtae, nec paternae incontinentiae ſectatorem, eſſe intelleximus. Idcirco auctoritate apoſtolica ſupradicta, praefato domino P.de.A. Comiti Palatino nobis vero, Vicecomiti, per illius ſubdelegationem, gratioſe, vt praefertur, conceſſa, de ſpeciali gratia, legitimamus, & habilitamus, & ad omnia iura legitima, nec non ſucceſſiones, ex teſtamento, vel ab inteſtato bonorum quorumcunq; parentum ſuorum haereditates, legata, libertates, honores, praerogatiuas, officia ſecularia, publica, & priuata ſtatus, & actus, quoſcunq; legitimos, reſtituimus & reintegramus, realiter & cum effectu, ac habilem, & idoneum, ad haec omnia & ſingula reſtituimus & vt talem rehabilitamus omnemq; defectum inhabilitatem, & declaramus geniturae maculam ſiue notam ipſius, caſſamus, tollimus, & poenitus abolemus, ita q deinceps, ipſe dominus.G.tanquam legitimus, & de legitimo matrimonio procreatus, quorumcunq; parentum, agnatorum, & cognatorum ſuorũ ex teſtamẽto, vel ab inteſtato, bonis, rebus, iuribus, & actionibus, ſuccedere, & quibuſcunq; officijs, honoribus, dignitatibus, & praerogatiuis, praeeſſe, & ad ipſa, & eorum quaecunq;, recipi, eligi, & admitti, illaq; gerere & exercere, libere & licite, poſſit & valeat. Decernentes inſuper, praefatum dominum.G. eſſe legitimum, & de caetero, tanquam legitimum, ad praedicta omnia & ſingula, & quoſcunq; alios actus legitimos, eſſe vbilibet admittendum.

¶ In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium praemiſſorum, praeſentes literas, ſiue hoc praeſens publicum legitimationis inſtrumentum exinde fieri, & per notarium publicum infraſcriptum ſubſcribi, Sigillique noſtri &c. vt ſupra. ¶ Datum & actum, vt ſupra.

¶ Haec forma legitimationis, debuiſſet poni ſupra, in legitimatiõ. baſtardorum.

DE OBLIGATIONE.

Obligatio in forma Camerae, cum conſtitutione Procuratorum.

In nomine Domini amen. Anno &c. Die &c. Pont. &c. In mea notarij &c. praeſentia perſonaliter conſtitutus, honorabilis vir, dominus. A. ex certa ſcientia, ac libera voluntate pro ſe, ſuiſq; haeredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunq;, confeſſus fuit, palamq; & publice recognouit, ſe eſſe verum, & legitimum debitorem diſcreti viri, magiſtri Nicolai Hallot ſacri palatij apoſtolici cauſarũ notarij, ibidem praeſentis, ac pro ſe, ſuiſq; haeredibus, & ſucceſſoribus legitime ſtipulañ. & recipieñ. in.X. Ducat. auri de Camera, ex cauſa ſalarij deſeruiti, in cauſa intitulata Cameraceñ. Canonicatus & praebeñ. (vel ex cauſa puri gratuiti & amicabilis mutui, ſibi, in mea &c. praeſentia, in prompta & numerata pecunia facti). De quibus.X. Ducat vt ſupra habitis idem dominus. A. ſe bene contentum vocauit, & eundem magiſtrum Nicolaum praeſentem, & vt ſupra, ſtipulañ. &c. quietauit, ac exceptioni non habitorum, & non receptorum dictorum.X. Duca, ac ſpei futurae numerationis &

receptionis eorundem, expresse renunciauit. ¶ Quos quidem .X. Duc. auri de Camera, dictus dominus. A. debitor, promisit soluere, & de eisdem satisfacere, dicto magistro Nicolao creditori, vt supra, stipulañ. & recipieñ. vel eius legitimo procuratori, ad hoc ab eo sufficiens mandatum habenti, hinc ad festum S. Michaelis proxime futurum, hic Romæ, absq; exceptione aliqua, vna cũ omnibus & singulis damnis, expeñ. & interesse, quæ, quas, & quod præfatus magister Nicolaus creditor, ob moram & retardationem debiti prædicti, in termino prænotato non soluti, faceret, incurreret, aut alias sustineret. ¶ Super quibus quidem damnis, expeñ. & interesse, præfatus dominus. A. debitor, stare & credere voluit, soli & simplici sacramento dicti magistri Nicolai creditoris, vel eius factoris, aut procuratoris, eiusq; hæredum & successorum, absq; testium depositioñ. seu probatione, quacũq; iudicis taxatioñ. sine strepitu & figura iudicij, & absq; arbitrio, seu arbitramento alicuius boni viri, ita tamen, quod si præfatus dominus. A. debitor, deficeret in solutione prædicta, præfatus magister Nicolaus creditor, contra ipsum dominum. A. debitorem, ad recuperationem debiti antedicti, ac damnorum expensarum, & interesse, continuo agere, experiri, & procedere possit, virtute huiusmodi obligationis, in Romana Curia & extra, vbiq; locorum, pro suæ libito voluntatis.

FORMA CAMERAE.

Pro. Quibus omnibus & singulis præmissis, sic tenendis, complendis, & inuiolabiliter obseruandis, idem dominus. A. debitor, seipsum, eiusq; hæredes & in posterum successores quoscunq;, ac omnia & singula sua, & ipsorum hæredum & successorum suorum bona, mobilia & immobilia ac semouentia, & alia quæcunq;, præsentia, & futura, vbicunq; existentia, iuraq;, & actiones, sibi quomodolibet competentia & competitura, ac competentes, & competituras, nominaq; debitorum, eorumq; exercitium eidem magistro Nicolao creditori, præsenti, ac pro se, suisq; hæredibus, & successoribus quibuscunq;, vt supra, stipulañ. & recipieñ. (vel absenti) ac mihi notario publico infrascripto tanquam publicæ & authenticæ personæ, vice, & nomine, ac ad opus omnium & singulorum, quorum interest, interesit, aut interesse poterit quomodolibet in futurum, solemniter stipulañ. & recipieñ in forma meliori, & ampliori Cameræ Apostolicæ solemniter obligauit, & hypothecauit, Necnon seipsum, suosq; hæredes & successores prædictos, ac bona prædicta, iurisdictioñ. compulsioñ. condemnatioñ. sententijs, iuribus, & censuris, ac mero examini domini nostri Papæ, ipsiusq; Camerarij, nec non Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ generalis Auditoris, ipsiusq; Viceauditoris Locumteneñ. & Commissarij, & alterius eorundem, ac per pactũ expressum solemni stipulatione vallatum, omnium aliarum Curiarũ ecclesiasticarum, & secularium, vbilibet constitutarum, in qua seu quibus, hoc præsens publicum obligationis instrumentum, exhiberi seu produci contigerit, & dictum debitum, siue depositum petitum fuerit, propterea totaliter subiecit & submisit.

¶ Per quarum quidem Curiarum, iudices, & officiales, Auditores, viceauditores, seu Locumteneñ. eorundem, præfatus dominus A. debitor, voluit posse conueniri, cogi, compelli, coarctari, condemnari, excõmunicari, aggrauari, reaggrauari, ac realiter & personaliter capi, detineri, etiam cum inuocatione brachij secularis, vsq; ad integram satisfactionem dictorum .X. Duca. auri de Camera, ac damnorum expeñ. & interesse, superius expressorum, & alias, ad omnium & singulorum præmissorum paritionem & complectionem, ita q inchoato iudicio coram vno ex iudicibus antedictis, contra præfatum dominũ. A. debitorem, liceat prænominato magistro Nicolao creditori, aut eius legitimo procuratori, coram alio seu alijs iudicibus, liberum habere recursum, vsq; ad integrã obseruationem omnium & singulorũ, in præsenti instrumento contentorum, nullũ, propter

hoc, eidem magistro Nicolao creditori, aut suis, præiudicium generando.
¶ Præterea dictus dominus. A. debitor, in præmissis omnibus & singulis, exceptioñ. doli, mali, vis, metus, fraudis, in factum actioñ. conditioñ. indebiti, ob causam, siue causa, ob iniustam causam, vel turpem, necnon dictorum. X. Duc. non habitorum, non deseruitorum, non numeratorum, non receptorum, non sic celebrati contractus, rei non sic gestæ, aut aliter fuisse dictum, quam scriptum, siue recitatum, & ecõtra, necnon priuilegijs fori, ferijs messium & vindemiarum, omni tempore feriato, quadrimestri, beneficio cessioñ. omnium bonorum & dilatioñ. quinquennalis, petitioñ. & libelli oblatioñ. ac simplicis petitioñ. beneficio nouæ constitution. de pluribus reis debeñ. Epistolæ diui Hadriani, capituli Odoardi de solutioñ. &c. Peruenit, prouocationis & appellationis remedio, copiæ præsentis instrumenti, siue eius notæ, non habitæ, per modum actorum & recursus ad arbitrium boni viri, ac vtriusque iuris auxilijs, & quibuscunque alijs constitutionibus & statutis Papalibus, Imperialibus, Regijs, localibus, & temporalibus, a iure vel ab homine, æditis, ac ædendis, in genere, vel in specie, concessis, & concedendis, omnibusque alijs & singulis exceptionibus, iuribus, & defensionibus, quibus mediantibus, contra præmissa, vel eorum aliquod, dicere, facere, opponere, vel venire posset, aut se, in aliquo, defendere vel tueri, de iure, vel de facto, & præsertim iuri dicenti, generalem renunciationem non valere, nisi præcesserit specialis, ac iuri dicenti, coram non suo iudice, forum posse declinari, ac iuri dicenti, vbi iudicium ceptum est, ibi finem recipere debet, ex certa scientia, & non per errorem aliquẽ solemni stipulatione interueniente, expresse (vt præmittitur) renunciauit.
¶ ET Ibidem, incontinenti, ad maiorem firmitatem, & cautelam, ac securitatẽ omnium & singulorum præmissorum, præfatus dominus. A. debitor, omnibus melioribus modo, via, iure, causa, forma & ordine quibus melius & efficacius potuit, & debuit, fecit, cõstituit, creauit, & solemniter ordinauit, suos veros, certos legitimos, & indubitatos, ac irreuocabiles procuratores, actores factores, negotiorũque suorũ gestores, ac nũcios speciales & generales, ita tamen quod specialitas, generalitati non deroget, nec econtra, videlicet, prouidos viros. A. B. C. & D. in Romana Curia causarum procuratores, necnon. D. Fœlicem de Romaulis, & Lodouicum Reydettum, dictæ Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ notarios, ac omnes & singulos procuratores, & notarios, tam Romanæ, quam aliarum curiarum ecclesiasticarum & secularium, vbilibet constitutarum, nunc & pro tempore existeñ. (quorum nomina, & cognomina voluit hic habere pro sufficienter expressis) absentes tanquam præsentes, & quemlibet eorum insolidum, ita tamẽ quod non sit melior conditio primitus occupantis, nec deterior subsequentis, sed quod vnus eorum inceperit, alter eorundem id prosequi valeat, mediare, terminare, pariter & finire, videlicet, ad comparendum pro ipso domino. A. constitueñ. & eius nomine, omni tempore die, & hora, feriatis, & non feriatis, tam ante terminum, quam in ipso termino & post ipsum terminum, solutioñ. debiti antedicti, aut alias, vbi quando, & quotiens dicto magistro Nicolao creditori, aut eius legitimo, procuratori, placuerit, & visum fuerit expedire, coram dictis dominis Camerario, Auditore, Viceauditore, seu Locumteneñ. eorundem iudicibus officialibus, ordinarijs, extraordinarijs, delegatis, subdelegatis, & Commissarijs quarumcunque Curiarum prædictarum, aut eorundem altero, debitum, siue depositum. X. Duc. auri de Camera, prædictum, semel vel pluries, confitendum & recognosceñ & propterea dictum dominum. A. constitueñ. ac bona prædicta, viribus, cẽsuris, & coertioñ. ac compulsioñ. dictarum Curiarum, & cuiuslibet ipsarum, submitteñ. ac ad peteñ. & recipieñ. dicti domini constitueñ. nomine, omne præceptum, omnemque monitionem, condemnationem, sententiam, & mandatum, quod & quam, dicti domini Camerarius, Auditor, Viceauditor, Locũteneñ officiales, & Commissarij, contra ipsum dominum constituentem, occasione præmissorum facere, & ferre voluerint, ac eis sponte acquiescendum. Et ad consentiendum,

quod dicti Domini Camerarius, Auditor, Viceauditor, Locumtenen. officiales & Commissarij, ac quilibet ipsorum, in ipsum dominum constituen. præmissum occasione, excommunicationis & aliam quam voluerint sententiam, ferant & promulgent, aliosque processus, reales & personales, faciant & decernant, quos voluerint, & dicto magistro Nicolao creditori, visum fuerit expedire.

Clausula Generalis.

Et Generaliter omnia alia & singula faciendum, dicendum, gerendum, exercendum, & procurandum, quæ in præmissis, & circa ea, necessaria fuerint, seu etiam quomodolibet opportuna, & quæ ipsemet dominus constituens, faceret seu facere posset, si præmissis omnibus & singulis, præsens & personaliter interesset, etiam si talia forent, quæ mandatum exigerent magis speciale, & maiora essent, quam præsentibus est expressum. ¶ Promittens idem dominus constituens eidem magistro Nicolao creditori, vt supra, stipulan. ac mihi notario publico infrascripto, tanquam personæ publicæ & idoneæ, rite & legitime stipulan. vice & nomine omnium & singulorum, quorum interest, intererit, aut interesse poterit quomodolibet in futurum, se ratum, gratum, atque firmum perpetuo habiturum, totum id, & quicquid, per dictos suos procuratores, atque alterum eorum actum, factum, dictum, gestumue, fuerit in præmissis, seu aliquo præmissorum.

Clausula Releuans.

Eosque Nihilominus, & eorum quemlibet, releuans & releuare volens, ab omni onere satisdandi, iudicioque sisti, & iudicatum solui, cum omnibus & singulis clausulis necessarijs & opportunis, sub hypotheca, & obligatione, omnium & singulorum bonorum suorum, mobilium & immobilium, & aliorum prædictorum, præsentium, & futurorum, ac sub omni reuocatione antescriptis, & alijs ad hæc necessarijs pariter & cautelis. ¶ Pro quorum omnium & singulorum roboratione, & firmiori cautela dictus dominus A. debitor, in manibus meis notarij infrascripti (tactis per eum scripturis sacrosanctis, ad sancta Dei Euangelia) iurauit & dixit, dictos suos procuratores aut eorum alterum, casu aliquo, non reuocare, aut reuocari facere velle, sed eos & eorum quemlibet, manutenere & cõseruare in dicto procurationis officio & exercitio, donec & quousque prædicta omnia & singula per se & dictos procuratores suos, & eorum quemlibet fuerint plenarie obseruata, & contra ea, vel eorum aliquod, & generaliter contra omnia & singula, in præsenti instrumento contenta, non facere, dicere, vel venire, per se, vel alium, seu alios, de iure, vel de facto, vllo vnquam tempore in iudicio vel extra, directe vel indirecte, tacite vel expresse, quouis quæsito colore, nec aliquam absolutionem a iuramento huiusmodi, vel aliud quodcunque rescriptũ, etiam dilationis vel moratoriæ aut beneficij alternatiuæ, vel. c. Odoardus, seu peruenit, impetrare, seu impetrari facere, per se, vel alium, seu alios, impetratis quoque vel impetrandis, etiam motu proprio concessis, & concedẽdis, non vti, per quæ, contra præmissa, vel præmissorum aliquod, dicere, facere, vel venire posset, aut se opponere valeret quomodolibet, vel tueri, sub pœna periurij, quam ipso facto, incurrere voluit, & alijs pœnis & obligationibus superius expressis. ¶ De & super quibus omnibus & singulis, dictus magister Nicolaus creditor, sibi a me notario publico infrascripto, vnum vel plura, publicum seu publica, fieri, atque confici petijt instrumentum & instrumenta, dictanda & corrigenda consilio sapientum, facti tamen substantia, in aliquo non mutata. ¶ Acta fuerunt hæc Romæ, in domo mea notarij infrascripti. Sub anno. Indictione, Die, Mense & Pontific. quibus supra. Præsentibus ibidem. N. & N. &c. testibus ad præmissa vocatis specialiter, atque rogatis.

dictarum Curiarum inceptus fuerit,nihilominus, ad aliam, seu alias, possit dictus .S. creditor,vel sui procuratores aut hæredes ire, seu etiam recursum habere, nullum sibi propter electionem huiusmodi, præiudicium generando. ¶Super quibus &c.

Obligatio simplex cum fideiussoribus.

In nomine Domini amen. Anno a Natiuitate &c. In mea notarii publici,testiumq; infrascriptorum &c. personaliter constitutus,honorabilis vir dominus Nicolaus Faullonet, clericus Virduen. dioc.Miles.S.Petri de Vrbe,& honorabili viro domino.N.præsenti & recipienti, nomine veri,gratuiti,& amicabilis mutui dedit, tradidit, assignauit, & intitulauit,Quinquaginta duca.auri de Camera,boni & iusti ponderis.Quos quidem.L.Duca.præfatus dominus.Q. se in parata & numerata pecunia, habuisse & recepisse, præsentialiter & publice recognouit, ac expresse confessus fuit.Promisitq; eosdem,ipse.Q. infra octo menses proxime & immediate sequen. ad omnem dicti domini.N.requisitioné ipsi,soluere & restituere. Huic vero obligationi,vt præfertur dictorum. L.duc.occasione factæ, honorabiles viri domini A.B.&.C.ecclesiastici.N.dioces.& quilibet eorum insolidum,acceden.pro præmissis omnibus plenarie obseruandis,fideiusserunt seq;,melioribus modo, via, iure,causa,& forma,quibus melius potuerunt, sponte obligarunt. Promitten. mihi notario publico infrascripto legitime stipulanti,& recipienti,vice & nomine dicti.N.& aliorum,quorum interest,dictos.A.B.&.C. de & super præmissis omnibus & singulis,indemnes reddere & conseruare, Renunciantes etiam hincinde omni exceptioni,doli,mali,conditioni indebitæ, & omni fraudi, iuris canonici & ciuilis auxilio,& defensioni. ¶Et insuper,præfatus N.debitor,promisit mihi notario publico infrascripto,stipulan. & recipien. dictos suos fideiussores, indemnes seruare,eosq; releuare ab omni onere satisdandi,ac damnis, expen. & interesse,occasione dictorum.L.Ducat.forsan fiendis. ¶Super quibus &c. ¶Actum &c. Præsentibus &c.

De obligatione,plura vide supra, in verbo Cõfessio.

DE OFFICIALATV.

Officialis creatio in spiritualibus & tẽporalibus,pro Episcopo ad capiendum possessionem Episcopatus,in ampla forma.

In nomine Domini amen. ¶Nouerint vniuersi & singuli, præsentes,& futuri,huiusmodi instrumentum, siue præsentes,literas inspecturi,visuri,lecturi, & legi audituri, q nos. A.electus confirmatus.B.de scientia & fidelitate,probitate, industria, & circumspectione venerabilis viri,domini. N.plenarie confisi,& fiduciam habentes,bene deliberati,omnibus melioribus modo,via,iure,causa,& forma,quibus melius,validius, & efficacius,potuimus & debuimus,ac possumus & debemus,constituimus, creaui mus & solemniter ordinauimus , prout cõstituimus, creamus & ordinamus per præsentes nostrũ verum certum,legitimum & indubitatum procuratoré,officialem,vicarium,& prouisorem generalem & specialem actorem,factorem, & negotiorum nostrorum infrascriptorum gestorem, ac nuncium generalem & specialem,ita tamen,q specialitas generalitati non deroget,nec econtra, videlicet prænominatum dominum.N.absentem,tanquam præsentem, solum & insolidum,

ad præſentandum,intimandum,inſinuandum,& notificandum,pro nobis & no ſtro nomine,literas prouiſionis,& alias quaſcũq; literas,nobis, per Sanctiſſimum in Chriſto Patrem, & dominum noſtrum dominum Pium, diuina prouidentia Papam IIII. ſuper dicta eccleſia.B. conceſſas, venerabilibus viris, Dominis Decano,& Capitulo eiuſdem eccleſiæ.B.ac illi,vel illis,cui,vel quibus, diriguntur,ac alias,vbi quando & quoties expediens fuerit, ipſaſq; literas apoſtolicas, exequendum, & executioni demandandum & demandari faciendum. Decanumq; & Capitulum dictæ eccleſiæ.B. & quoſcunq; alios, de quibus expediens videbitur,vt ipſis literis apoſtolicis,pareant, obediant & intendant, ac nos ad eccleſiam,ſiue Epiſcopatum, necnon illius regimen, adminiſtrationem omniumq; fructuum, redditium, prouentuum, iurium & obuentionum eiuſdem perceptionem, & poſſeſſionem pacificam, & quietam,recipiant & admittant, ac dicto noſtro Prouiſori,de vniuerſis & ſingulis fructibus, redditibus,prouentibus, iuribus, & obuentionibus huiuſmodi(prout ad ipſos ſpectat & pertinet) reſpondeant, & admitti,recipi,necnon reſponderi faciant ac permittant, realiter & cum effectu, ſub pœnis ſententijs,& cenſurjs in eiſdem literis contentis, monendum & requirendum,moneriq; & requiri faciendum & procurandum & obtinendum poſſeſſionemq; eccleſiæ & Epiſcopatus huiuſmodi .B. ac regiminis & adminiſtrationis, iuriumq; & bonorum prædictorum, apprehendendum, intrandum, manutenendum,defendendum,& continuandum,fructus, redditus, & prouentus, iura obuentiones,& emolumenta prædicta,& quæcunq; alia bona ipſius Epiſcopatus .B.a quibuſcunq; perſonis & debitoribus,exigendum, leuandum, recipiendum, colligendum, recuperandum & conſeruandum, ipſoſq;,arrendandum,locãdum, diſlocandum,& ad firmam ſeu annuam penſionem dandum, & concedendum, ac computa,calcula,& rationes,cum quibuſcunq; perſonis debitoribus bonorum huiuſmodi,faciendi,atq; de receptis,leuatis,recuperatis & computatis, quietãdũ necnon ſuper his, literas, ſiue inſtrumenta publica quietationis & recognitionis (cum pacto,de rem ſolutam huiuſmodi vlterius non petendo) dandum, faciendum, & concedendum. Iuramenta vero quæcunq; in et pro aſſecutione dicti noſtri Epiſcopatus,ad bonorum,iuriumq;& pertinentiarum, ac regiminis & adminiſtrationis ipſius quomodolibet neceſſaria,præſtari ſolita & conſueta, in animã noſtrã pſtañ.& ſubeũdum,ipſamq; eccleſiã & Epiſcopatũ.B. in ſpiritualibus & tẽporalibus regendũ & gubernandũ,regiq; & gubernari,ac in ſpiritualibus,& tẽporalib⁹ei deſeruiri faciẽñ.Rectores,Gubernatores,ac in ſpũalib⁹officiales,Vicarios,caſtellañ.& ſeruitores, & aliosofficiarios neceſſarios,eccleſiaſticos & ſeculares,quibuſcunq; nominibus cenſeantur,cũ plenaria poteſtate,recipiendũ,ponẽdum,inſtituendum,ordinandum,& deputandum,ac poſitos, inſtitutos, receptos, ordinatos,& deputatos,(quoties expediens videbitur, ipſi noſtro Prouiſori, vel officiali,ſeu vicario) amoueñ. & deſtituendum homagia, & alia quæcunq; fidelitatis iuramẽta,a vaſallis, & caſtellanis, caſtrorum & fortiliciorũ quorumcunq; ad noſtram eccleſiam ſpectantium & pertinentium, ac ſubditis, vicarijs, officialibus & alijs quibuſcunq; perſonis, noſtro nomine, recipiendum, beneficia eccleſiaſtica,cum cura vel ſine cura,canonicatus & præbeñ. etiam in dicta eccleſia .B. necnon alia beneficia, etiam ſi dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia fuerint,ad noſtram collationem, inſtitutionem,præſentationem, ſeu quãuis aliam diſpoſitionem,ratione dicti noſtri Epiſcopatus & ad nos ſpectañ.bene meritis & idoneis perſonis (& præſertim illi,vel illis,cui vel quibus,nos voluerimus,& per noſtra ſcripta mandauerimus) confereñ. Præſentationes quoq; ſimilium benemeritarum & idonearum perſonarũ,ad beneficia iuriſpatronatus exiſtentia protempore vacantia,& per patronos laicos, vel ſpirituales, infra tẽpore a iure ſtatuta,factas admittendum, & perſonas huiuſmodi, ſic (vt præmittitur) præſentatas,inſtituendum,& inueſtiendum, ipſaſq; perſonas, in poſſeſſionem eo-

eundem beneficiorum,introducendum, ac manutenendum & defendendum, & super ipsis collation. literas,nostro nomine,& pro nobis, dandum & conceden dum,insuper quibuscunq; clericis literas dimissorias,& licentiam , vt ad omnes minores,etiam sacros ordines,vsq; ad presbyteratum inclusiue , quibuscunq; ido neis & benemeritis personis,per ipsum nostrum prouisorem & officialem,primi tus de vita & moribus, ac literatura examinatis concedendum , ac cum illegiti mis,vt ad omnes minores ordines duntaxat,promoueantur, & vnum beneficium simplex sine cura, obtinere possint & valeant , dispensandum , & eisdem illegiti mis,vnicum beneficium simplex,pro quolibet conferēdum, & assignandum,nec non ad creandum notarios & tabelliones publicos,ad legitimandum illegitimos cum illis solemnitatibus,quæ in similibus requirūtur,& prout ex priuilegijs apo stolicis, Regum & Principum, ad nos & nostram dignitatem Episcopalem per tinere dinoscitur,ac tam de iure, quam antiqua consuetudine hactenus inconcus se & laudabiliter obseruatis. Atq; ad dandum,& concedendum alicui Antistiti catholico,gratiam & communionem sedis apostolicæ habenti, licentiam & au ctoritatem in prædicto nostro Episcopatu, & pro nobis, ac nostro nomine, quos cunq; etiam presbyteratus sacros ordines,debitis à iure statutis temporibus, cele brandum,& conferendum subditosq; clericos nostros ordinandum , & cum indi geñ.seu defectum natalium patientibus (prout iuris est vel fuerit) dispensandū, Crisma conficiendum,& in fronte crismandum,ecclesias,calices,& altaria,etiam portatilia,consecrandum,& ecclesias,seminis aut sanguinis effusione violatas,re conciliandum,seu confiti chrismari,consecrari, & reconciliari faciēdum ac om nia alia,ad dignitatem episcopalem,pertinentia,gerendum,exercendum,& quo tiescunq; nostro procuratori visum fuerit,dictam potestatem huiusmodi , Antisti ti concessam,reuocandum,& alteri vel alijs , episcopo seu episcopis , eandem po testatem dandum,& concedendum,necnon,ad visitandum quascunq; ecclesias , tam regulares,quam seculares,ac dictarum ecclesiarum Rectores , Abbates , siue Priores,procurationemq; ratione visitationis prædictæ,ab eisdem visitatis, peten dum,& exigendum, charitatiuum subsidium, a clero, populo,subditis,& vasallis nostris,petendum, & imponendum,leuandum, & exigendum , sigilla magna & parua,seu secreta,sub nomine,& titulo nostris,fieri faciendum, ac ipsis sigillis, in dicto nostro episcopatu,vtendum,& per vicarios, officiales, & alijs de quibus vi debitur,vti faciendum, in omnibus & singulis necessarijs & opportunis. Senten tiam,ac sententias,tam interlocutorias, quam diffinitiuas, ac censuras quascunq; præsertim excommunicationis , suspensionis & interdicti , necnon mulctas atq; pœnas alias , de quibus sibi videbitur, in subditos , necnon contradictores re belles, & inobedientes huiusmodi ferendum, & inferendum , leuandum , & exi gendum, ac contra Sacrilegos (prout iuris & consuetudinis fuerit) proceden dum,& ab eis,pœnas,etiam pecuniarias, petendum & exigendum, necnon perso nas ecclesiasticas(cuiuscunq; status,gradus,ordinis,vel conditionis existant) ma lefactores,& rebelles propter eorum demerita, beneficijs eorum , cuiuscunq; qua litatis,aut conditionis existant,priuandum, & ea ab alijs amouendum, ac eadem beneficia,personis fidedignis & benemeritis(prout dicto officiali & prouisori no stro videbitur) conferendum & assignandum , ac in possessionem eorundem in troducendum,manutenendum, & defendendum , necnon causas quascunq; be neficiales,matrimoniales,ciuiles,criminales, atq; mixtas , tam de iure , quam de cōsuetudine,in dicto nostro episcopatu,audiri solitas,& cōsuetas,per se vel quo scunq; alios vicarios, ab eo deputandos,aut subdelegandos, audiendum, cogno scendum,decidendum fineq; debito terminandum,& in ipsis causis, ad quoscūq; actus iudiciales vel extraiudiciales, ad partis vel partium instantiam , aut alias (prout iustum fuerit) proceden. & procedi facien. Sententiam seu sententias, tam diffinitiuas,quam interlocutorias ferendum , super appellationibus ab ipsis sententijs interponendis (prout visum fuerit expedire) de apostolicis responden

dum. Et generaliter omnia & singula faciendum, quæ in præmissis & circa ea necessaria fuerint &c. vt in constitutione procuratorum per episcopum.

Officialis creatio similis, pro Archiepiscopo.

Vniuersis Præsentes literas inspecturis. ℭ.A. Dei gratia Archiepiscopus.B. Salutem in domino: Noueritis, q nos, attenden. multiplices occupationes, & residentiam, quam nos necessario oportet facere in Rom. Cu. propter quæ, nostra ecclesia, in defensione iurium suorum, nostriq subditi, in auditione causarum & reddition. iustitiæ, non mediocre possent recipere detrimentum, ac etiam læsionem. Consideran. igitur, probitatem, legalitatem, discretionem, ac etiam industriam discreti viri.N. ipsum in spiritualibus temporalibus, cum alijs Vicarijs nostris, per nos, alias constitutis, non intenden. per hoc derogare in aliquo officio.N: nostri in temporalibus Vicarij, per nos constituti, Nostrum Vicarium generalem, & officialem, in Archiepiscopatu nostro, tenore præsentium, facimus, constituimus, & creamus, citrà tamen reuocationem aliorum Vicariorum nostrorum, per nos, alias constitutorum dantes & concedentes eidem.N.vna cum alijs Vicarijs nostris, plenam & liberam potestatem, & mandatum speciale, confirmationes & consecrationes episcoporum subditorum, abbates, abbatissas, & moniales benedicendi & consecrandi pueros & puellas vtriusq; sexus, confirmandi, Chrisma conficiendi, Oleum Cathecuminorum & informorum, benedicendi, clericos nostræ diocesis confirmandi, & clericali caractere insigniendi, seu per aliquem Antistitem catholicum gratiam & communionem sedis apostolicæ habentem benedici & consecrari ac confici confirmari & insigniri faciendi, & cum ipsis etiam illegitime natis, vt ad minores ordines promoueri valeant, dispensandi eosq; ordinandi seu ordinari faciendi, literas commendaticias & dimissorias, ad sacros ordines tribuendi & concedendi ordines ipsos celebrandi seu celebrari faciendi, beneficia & officia, in ecclesia, ciuitate & dioc. nostris, ad nos spectan. qualitercunq; vacantia & vacatura conferendi, visitationes faciendi, Synodos celebrandi & celebrari committendi, causas criminales, ciuiles, matrimoniales & beneficiales, & quascunq; alias, tam principales, quam incidentales, & per appellationem deuolutas & in posterum deuoluendas, ad nos & dictam nostram ecclesiam spectan. de consuetudine vel de iure audien. & de ipsis recognoscen. & ex officio inquiren. ecclesias, capellas, & oratoria ac cemiteria polluta, reconciliari faciendi & absoluẽdi, & de nouo ædificatas, & ædificata consecrandi seu consecrari faciendi, & personas omnes, in nostras ciuitate & dioc. ac in tota nostra prouincia (prout ad nos, de iure Metropolitan. spectat & pertinet) siue sint Prælati, abbates, priores, & aliæ ecclesiasticæ personæ, quocunq; nomine censeantur puniendi, deponendi, corrigendi, & mulctandi, sine acceptatione personarum (prout delictorum qualitas, & excessus quantitas, exegerint, & enormitas delinquentis) suspendendi, interdicendi, excõmunicandi præcepta & mandata faciendi, ipsasq; exequendi & reuocandi, delinquentes incarcerandi & condemnandi ad perpetuum carcerem, vel ad tempus, pœnas mitigandi, a sententijs excommunicationis, ac quibuscunq; alijs casibus, nobis reseruatis, absoluendi, prout sibi videbitur conuenire, & in ipsis criminib' in quibus nobis, a iure vel alias, permittitur, vel constitution. synodalibus, vel prouincialibus dispensandi, & absoluendi, prout eidem N. videbitur expedire, sententias proferendi, & omnia alia & singula faciendi, committendi, etiam si maiora fuerint, & quæ mandatum exigant magis speciale, prout ad ipsius Vicariatus & officialatus officium, noscitur quomodolibet pertinere, cuius sententias & mãdata (prout rite latæ fuerint) rata & grata habere promittimus, & faciemus, auctore domino, inuiolabiliter obseruari. Præcipimusq;, & damus in mandatis, tenore

nore præsentium, omnibus, & singulis nostris subditis, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna, quam in omnes & singulos rebelles, ex nunc prout extunc, ferimus in his scriptis, quatenus ipsi, prompto & benigno affectu, eundem. N. tanquam Vicarium & officialem nostrum, & prædictæ ecclesiæ nostræ, vt præmittitur, recipiant, suscipiant, & admittant, ac eidem, in his quæ secundum deum, ad nos & iurisdictionem nostram ordinariam qualitercunque spectant vel spectare poterunt, pareant ac efficaciter obediant, prout obedire & parere tenentur nobis Archiepiscopo prælibato. ¶ In cuius rei &c.

Officialis ordinatio, cum interdicto alienandi.

Honoratus Dei & apostolicæ sedis gratia Archiepiscopus. C. Discreto viro. A. Vicario nostro, Salutem in domino sempiternam. ¶ Cum nos, ad Rom. Cu. pro quibusdam nostris, & ecclesiæ nostræ negotijs, oporteat proficisci. ¶ Vel sic. Cum nos, in Rom. Cu. oporteat residentiam facere personalem, Vel sic, Incumbunt nobis solicitudinis studia, vt nostra ecclesia, tam in spiritualibus, quam temporalibus salubriter gubernetur, ac eius iura & commoda prospere dirigantur. Attenden. itaque fidem & deuotionem tuam, in quibus te probatum inuenimus, iam ab olim, secure, te nostris & ecclesiæ nostræ, seruitijs duximus deputandum. Quocirca, te exnunc, in ciuitate & dioc. ac prouincia nostris. C. in spiritualibus & temporalibus, nostrum, & dictæ ecclesiæ Vicarium facimus, ac etiam ordinamus & committimus tibi integre vices nostras, donec eas, ad nos, duxerimus reuocandas, dantes tibi, tenore præsentium, plenam & liberam potestatem, in ciuitate & dioc. ac prouincia prædictis (prout ad nos spectat) possessionem Archiepiscopatus nostri, necnon castrorum, villarum, possessionum, iurium & iurisdictionum, & omnium aliorum, ad nostrum Archiepiscopatum spectan. intrandi, tenendi, & defendendi, nomine nostro, & pro nobis, omnes & singulas causas, tam spirituales, quam temporales, ad nostrum Archiepiscopatum, & forum spectan. siue per appellationem, siue per simplicem quærelam, vel quocunque alio modo, ad nos nunc delatas seu in posterum deferendas, audien. ipsasque, per te, vel alium seu alios, execution. debitæ demandandi, prouinciam quoque ciuitates & dioc. prædictas, ac prælatos clericos, & laicos vniuersos, nobis & ecclesiæ nostræ subiectos, in prouincia ciuitate, & dioc. prædictis degentes, tam in capite, quam in membris, visitandi, corrigendi, reformandi, & puniendi, sententias proferendi, pœnas infligendi, leuandi, & recipiendi, quietandi & mitigandi, confirmationes Episcoporum, & aliarum dignitatum depositiones, & priuationes eorum committen. quodque ecclesias, & dignitates prædictas, cæteraque beneficia, quæ in ciuitate & dioc. prædictis per cessionem, renunciationem vel mortem, aut alias quouis modo, vacent ad præsens, aut cum vacabunt, quorum ad nos collatio, prouisio, præsentatio, electio, institutio, aut quæuis alia dispositio pertinet de consuetudine, vel de iure, personis idoneis conferre possis, cum potestate recuperandi, & defendendi literas, possessiones, iurisdictiones, & omnia bona, ad nos & Archiepiscopatum nostrum spectan. procuratorem & procuratores, ac Bailiuum & Bailiuos, constituendi, & constitutos mutandi reuocandi & amouendi quandocunque & quotiescunque videris expedire, concessiones, ad firmam vel pensionem annuam de rebus nostris, & ecclesiæ nostræ, nomine nostro, & ipsius ecclesiæ ad longum vel aliquod breue tempus iuxta consuetudinem ipsius ecclesiæ, faciendi, necnon contradictores & rebelles seu commisso tibi officio non parentes, corrigendi & concernendi. Et generaliter omnia alia & singula exercendi, quæ generalis Vicarij incumbunt officio, & ipsius auctoritas postulat & requirit, & quæ nobis & ecclesiæ nostræ, vtilitati videbis expedire, inuocando ad hæc, si opus fuerit, auxilium brachij secularis, in

necessarijs casibus atque causis, Volentes & mandantes, vt tibi ab omnibus nostræ iurisdictionis subiectis obedientia, & in omnibus præmissis & præmissa tangentibus, sicut nobis, prædicto Archiepiscopo præstetur. Nos enim processus, quos legitime feceris, & sententias, quas rite tuleris, in contradictores & rebelles, ratos & gratos habebimus, ac eos & eas, faciemus, auctore domino, inuiolabiliter obseruari. Et insuper, interdicimus tibi & cuilibet alteri, tam procuratori, quam Bailiuo substituto & substituendo a te, omne genus alienationis, ita quod de iuribus & proprietatibus, ad nos, vel ad ipsam ecclesiam nostram, aut eius membra, spectañ. vendere vel permutare, donare, obligare, in perpetuam emphyteosim, concedere vel locare, vel quomodolibet distrahere vel alienare non possis, absque nostris speciali licentia & mandato. Volumus tamen, quod in venditionibus rerum immobilium factis & faciendis, inter vasallos nostros, & ecclesiæ nostræ, quæ licite & de iure, sine præiudicio iuris, & secundum consuetudinem ecclesiæ prædictæ, factæ sunt, & deinceps fieri continget, consensum legitimum & debitum, auctoritate nostra, præstare possis, & te subscribere, Sed venditionibus rerum earundem factis & faciendis, alijs quam vasallis prædictis, inhibemus, tibi tuum præstare consensum, ratum & firmum perpetuo habiturum, Promitteñ. (sub dictæ ecclesiæ nostræ, & omnium bonorum nostrorum obligatione) totum id, & quicquid modo prædicto, per te, factum fuerit in præmissis nos ratũ & gratum habituros. ¶ In cuius rei testimonium &c.

Per præinsertas formas, cõficies multas alias, etiam pro Abbatibus & Prioribus Collegiatarum ecclesiarum & ordinum si studiose attendas.

DE OPTIONE PRAEBENDARVM.

Optio maioris præbendæ.

In nomine Domini amen. Anno a Natiuitate Domini. M. D. LVII. Indict. XV. Die vero prima mẽsis Iunij. Pont. Sanctissimi in Christo Patris, & domini nostri domini Pauli, diuina prouidentia Papæ IIII. Anno Quarto. In mea notarij publici, testiumque infrascriptorum, ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum præsentia, & coram venerabilibus & circumspectis viris, dominus. N. Decano, ac. A. B. C. &. D canonicis ecclesiæ. N. in loco capitulari, per Decanum capitulariter congregatis, ipsumque Capitulum facientibus, & representañ. personaliter constitutus venerabilis vir, dominus. F. N. minore præbeñ præbendatus, iuxta dictæ ecclesiæ consuetudinem hactenus obseruatam, maiorem præbeñ. per mortem quondam G. I. Canonici, dum vixit, in domino defuncti, ordinarie vacantem, quam idem dominus G. pacifice tenuit & possedit, omnibus melioribus (quibus potuit & debuit) modo, forma, & iure, optauit, & ad eandem maiorem præbeñ. ascendit, cum protestatione tamen expressa, quod si præben. huiusmodi, per eum, vt præmittitur, optata, vigore optionis huiusmodi, sibi non debeatur, nec ad eandem sibi ius competierit, quod regressum habeat ad minorem suam præbeñ. prædictam, vel aliam sibi, de iure vel consuetud.ne, debitam. ¶ Super quibus &c. Acta &c. Præsentibus &c.

ORDO.

De ordinibus, vide supra in collation. ordinum.

DE LITERA PASSVS.

Litera passus pro Ambasiatoribus.

Firminus &c. ¶ Vniuersis & singulis, præsentes literas inspecturis, Salutem in domino sempiternam. ¶ Cum R. Pater dominus. A. Episcopus. B. ac. C. amici nostri charissimi, ac illustris Principis domini. N. Oratores insignes, ad Sanctissimum dominum nostrum Papam, Sanctamque sedem apostolicam, per ipsum illustrem Principem, specialiter destinati, in præsentiam, ad partes Gallicas se transferre, & partes proprias, repetere habeant. Idcirco vniuersos & singulos Principes, tam ecclesiasticos, quam seculares &c. hortamur & effectuose rogamus, quatenus ipsos, & eorum quemlibet, tam coniunctim, quam diuisim, cum eorum equis &c. tam ob præfati. S. domini nostri Papæ, Sanctæque sedis apostolicæ reuerentiam, quam ipsius illustris Principis atque nostram contemplationem, vsque ad numerum. XVI. libere transire &c. vt supra in litera familiaritatis Cardinalis.

Litera passus propter pestem.

Vniuersis Et singulis, præsentes nostras literas inspecturis, fidem facimus, & verum perhibemus testimonium quod discretus M. de. N. familiaris noster, ac lator præsentium, fuit in ciuitate. N nobiscum per tres menses, vbi non viget pestis contagio, sed, Dei benignitate, saluberrimo fruimur aere. Quare eosdem rogamus, ac impense hortamur, vt eundem. M. intra mœnia cuiuscunque loci, ad quem ipse accesserit, admittant & in omnibus suis rebus peragendis, commendatum suscipiant, nobis etenim rem maiorem in modum gratam facient, ac nos ad hæc eandem & longe maiora obsequia præstanda, proculdubio sibi vicissim obligabunt. Datum &c,

DE PERMVTATIONE.

De permutatione, vide sub collatione beneficiorum resignatorum ex causa permutationis.

DE PRAESENTATIONE.

Præsentatio beneficii, facta Episcopo per Abbatem.

Reuerendo In Christo P. &. D. D. E. Dei & apostolicæ sedis gratia, episcopo. F aut eius in spiritualibus vicario. ¶ Crananus, Dei gratia, humilis Abbas Monasterij Sancti. N. ordinis. S. B. C. dioc. Honorem & reuerentiam debitas.

De processibus, require pmisso ordine Alphabeti.

DE PROCESS. ABSOLVTION.

Processus absolutionis ab homicidio.

Ludouicus &c. Dei & apostolicæ sedis gratia, episcopus. N. Iudex & Commissarius vnicus ad infrascripta, a sede apostolica, specialiter deputatus. ¶ Reuerendi in Christo patri, & domino domino, N. eadem gratia episcopo. S. eiusq; in spiritualibus & temporalibus, Vicario & officiali generali, necnon vniuersis & singulis dominis Abbatibus, prioribus, præpositis, decanis &c. vt in citatione, cum inhibition. inserta, literæ, peruenerint, Salutem in domino, & nostris huiusmodi, immoo verius apostolicis, firmiter obedire mandatis. ¶ Literas Sanctiss. in Christo Pat. &. D. N. D. Pauli &c. ¶ Vel sic. Literas Reuerendissimi in Christo Pat & domini domini Marcelli, Miseratione diuina &c. vt infra in processu dispen. super defectu natalium, vsq; contentorum in eisdem &c. In quibus processibus in generalibus recurritur ad primum processum expectatiuarum.

¶ POST quarum quidem literarum apostolicarum &c. vsq; contentorum in eisdem, procedere, ac ipsum, a quibuscunq; excommunicationis, sententijs, ac reatu homicidij, & excessibus, quos (vt in ipsis literis apostolicis deducitur) incurrisse noscitur, absoluere, ac sanctæ matris ecclesiæ vnitati, & sacramentorum ecclesiasticorum participationi, restituere, ac alias, secundum vim, formam & tenorem earundem literarum apostolicarum, procedere dignaremur. Nos igitur Ludouicus episcopus, seu Marcellus Cardinalis, commissarius & executor præfatus, attenden requisitionem huiusmodi esse iustam, & rationi consonam, volentesq; mandatum apostolicum, nobis in hac parte directum, reuerenter exequi, vt tenemur, attenden. q sancta mater ecclesia, nemini claudit gremium ad eam redeunti, & veniam postulan. ipsum. N. principalem, coram nobis flexis genibus constitutum, & humiliter fieri petentem, a quibuscunq; excommunicationis, sententijs, & reatu homicidij, & excessibus, quos (vt præmittitur) noscitur incurrisse hac vice, in forma ecclesiæ consueta, duximus absoluendum, & absoluimus, ipsumq; communioni fidelium, & ecclesiasticorum sacramentorum participationi & sanctæ matris ecclesiæ vnitati, restituimus eiq; pro modo culpæ suæ pœnitentiam iniunximus salutarē, recepto tamen primitus ab eodem domino. N. principali in nostris manibus (tactis per eum scripturis sacrosanctis ad sancta Dei Euangelia, de parendo sanctæ matris ecclesiæ, atq; nostris mandatis) corporali iuramento. ¶ Quos omnia &c. vt in alijs absolutionibus vigore commission.

Processus absolutionis & dispensationis super irregulariter.

Benedictus &c. Dei & apostolicæ sedis gratia episcopus. N. iudex & executor vnicus, ad infrascripta, a sede apostolica, specialiter deputatus. ¶ Vniuersis & singulis &c. vt supra in præcedenti, vsq; ipsumq; communioni fidelium, & ecclesiasticorum sacramentorum participationi, & sanctæ matris ecclesiæ vnitati, restituimus. Et nihilominus, secundum quod nobis, & conscientiæ nostræ, visum fuit, eidem pœnitentiam iniunximus salutarem. Et insuper, secum, super irregularitate, quam ipse, se immiscendo diuinis, aut vt in præfatis susceptis (non tamen in contemptum clauium) contraxit, quodq; ad presbyteratus ordinem, promoueri, ac in illo, & susce-

ptis ordinibus præfatis,ministrare,necnon,tam illa quæ possidet & expectat, ac in quibus & ad quæ,ius,sibi quomodolibet competit de præsenti,atq; eorum veros valores annuos,necnon dispensatioñ. etiam super pluribus beneficijs ecclesiasticis incompatibilibus,recipieñ.per eum perpetuo, vel ad certum tempus, in simul retinendum,quam etiam alia quæ sibi conferri,& ad quæ eum eligi & assumi contigerit,quæcunq;,quorumcunq;,& qualiacunq; beneficia ecclesiastica,in uicem (nisi alias, canonica fuit dispensatione suffultus) compatientia, etiam si canonicatus & præbeñ.dignitates,personatus,administrationes,&c. vt in bulla, recipere & tenere,libere & licite valeat, auctoritate apostolica prædicta, tenore præsentium dispensamus, omnemq; inhabilitatis & infamiæ maculam siue notam, per eundem dominum.N.occasione præmissorum contractam, præfata auctoritate, tollimus & abolemus, non obstañ omnibus, quæ præfatus dominus noster Papa in suis literis apostolicis voluit non obstare.

¶ Quæ omnia & singula supradicta,vobis omnibus & singulis supradictis, ac alijs,quibus interest seu intererit quolibet in futurum,tenore præsentium,intimimus insinuamus & notificamus,ac ad vestram & cuiuslibet vestrum notitiam deducimus, & deduci volumus per præsentes. ¶ In quorum omnium &c.

Processus absolutionis, & habilitationis Apostatæ Monachi redeuntis ad Monasterium.

Venerabilibus Et Religiosis viris, dominis Abbati & Conuentui Monasterij .N. ordinis .S. B. C. dioces. omnibusq; alijsq; & singulis &c. Idcirco auctoritate apostolica nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, vos dominos Abbatem & Conuentum, omnesq; alios &c. quatenus infra sex dierum spatium post præsentationem & notificationem prædictarum literarum apostolicarum, & præsentis nostri processus, ac requisitionem vobis per præfatum .N. fact. immediate sequeñ. quorum sex dierum &c. assignamus præfatum.N. deo & ordini suo, reconciliari voleñ. qui habitu regulari dimisso, diutius incessit,prout incedit, per seculum,vestes deferens laicales (non tamen animo Apostatandi) recipiatis,vestrumq; quilibet recipiat in Monachum atq; fratrem,& syncera in domino charitate,ibidem tractetis & quilibet vestrum tractet. Vosq; domine Abbas, ipsum fratrem.N. Monachum vestrum, quam primum in monasterio vestro receptus fuerit, immediate, per vos, vel alium,ob excommunicationis sententia, si quam incurrit, habitum suum regulare,vt præmittitur,dimittendo,in foro conscientiæ absoluatis, & super excessibus & reatibus quibuscunq;,per quos ipse,ante vel post habitus sui dimissionem in ordine suo,vel extra & periurio etiam vel alia causa, irregularitatem incurrit,dispensetis cum eodem iniuncta tamen sibi, pro modo culpæ,pœnitentia salutari Verum quia nimius rigor,vel pœnalis asperitas, ob fragilitatem carnis humanæ, interdum non ædificat,sed corrumpit,pœnam,vel pœnitentiam, ex dicti ordinis statutis vel prædicti Monasterij consuetudine, sibi in hac parte, imponeñ circa eundem fratrem.N. qui sponte ad suam religionem reuertitur, auctoritate apostolica præfata,vobis sub pœnis infrascriptis præcipimus & mandamus,quatenus taliter,& benigne moderemini q ipse frater.N.aut alij consimiles,eius exemplo,a suorum resumptione habitus & religionis, minime retrahantur,inhibeñ.etiam vt postquam ipse.N in dicto Monasterio sic receptus fuerit, & pœna seu pœnitentia religionis huiusmodi circa ipsum fuerit moderata, pœnam ipsam vel pœnitentiam,eidem aggrauare, qualitercunq; minime præsumatis,seu per aliū vel alios permittatis aggrauari, Decerneñ.si secus feceritis,se eundem.N. ad earum obseruationem, aliqualiter non teneri, sed eum in pacis tranquillitate, & specie benignitatis, modis omnibus, quibus poteritis, foueatis & supradictis nostris, immouerius apostolicis,mandatis & monitionibus efficaciter pareatis,ita & taliter,q non possitis de inobedientia vel negligentia in aliquo

culpari & reprehendi.

¶QVOD Si forte præmissa omnia & singula non adimpleueritis, aut aliquid in contrarium feceritis, seu eundem fratrem .N. Monachum vestrum, in dicto Monasterio vestro, recipere, denegaueritis, aut eum suspendendo, interdicendo, vel excommunicando, seu interdictum suspensum vel excommunicatum denunciando, seu reputando prohibendo, carceris custodia eum mancipando, habitum regularem, seu alimenta, eidem subtrahendo, ipsum claustro seu habitationi claustrali exponendo, verba opprobriosa de facto etiam inferendo, seu alia contra ipsum quoquomodo attentaueritis, propter quod, idem, vel alij consimiles a suorum reassumptione habitus & religionis, quoquomodo retrahi valeat, aut quicquam in contrarium feceritis, aut fieri mandaueritis, seu si monitioñ. inhibitioñ. & mandatis nostris huiusmodi, immo verius apostolicis non parueritis cum effectu, nos in vos dominos abbatem, & singulos Monachos, ac Conuentos vestros & personas, & quoscunque alios, in præmissis & contra præmissa, culpabiles, aut impedientes monitioñ. inhibitioñ. & mandata prædicta, aut ipsum. N. ad status & habitus sui reassumptionem, & restitutionem, ac religioñ. gradum pristinñ dantes auxilium consilium vel fauorem, seu quominus idem. N. in præd ícto Monasterio recipiatur & charitatiue tractetur, pœnaque seu pœnitentia ordinis vel Monasterij, aut religionis prædictæ, iuxta mandatum apostolicum & nostrũ præsentem processum, circa ipsum, valeat misericorditer temperari, & temperata sine aggrauatione aliqua, obseruari, Exnunc, prout extunc, & econuerso, dicta canonica monitione præmissa, singulariter in singulos, excommunicantes, In conuentum vero dicti Monasterij, suspensioñ. a diuinis, & in ipsum Monasterium, ac ecclesiam eiusdem, interdicti ecclesiastici sententias ferimus in his scriptis, & etiam promulgamus. ¶Cæterum &c. vsque procurent, ac dictum fratrem. N. dicto Monasterio recipi, & ibidem, syncera in domino charitate, tractari, pœnamque vel pœnitentiam ordinis vel religionis, ac Monasterij prædicti, circa ipsum fratrem. N. misericorditer temperari, & temperatam, sine aggrauatione aliqua, obseruari faciant & procurent. ¶Et generaliter &c.

Processus annexionis de Capellania, factæ Præpositura.

Post quarum quidem literarum apostolicarum &c. nonnullis testibus fidedignis, coram nobis per præfatum. N. ad informandum animum nostrũ, de & super contentis in præfatis literis Apostolicis, ipsisque, rite & legitime receptis & ad iurandum admissis, iuratisque & diligenter examinatis, eorum quoque dictis & depositioñ. per notarium infrascriptum, in scriptis fideliter redactis, ac per nos diligenter visis. Demum fuimus per dictum. N. debita cum instañ. requisiti, quatenus ad executionem dictarũ literarũ apostolicarũ, & contentorũ in eisdem &c. vt tenemur. Et quia per informationem legitimã, & diligentẽ examinationẽ per nos a dictis testibus, vt præmittitur, factam & receptam, reperimus omnia & singula in dictis literis apostolicis expressa & asserta, veritate fulciri, Idcirco, auctoritate apostolica &c in parte, dictam Capellaniam, quæ sine cura est, & cuius præsentatio, ad præfatũ Capitulũ ecclesiæ. N. de antiqua & approbata, ac hactenus pacifice obseruata consuetudine, collatio vero, ad capitulũ. N. huiusmodi, pertinere dicuntur, si per obitum dicti quondam. N. extra Romana Curia defuncti, vacat, ad præsens, & tempore dictarum literarum apostolicarum, non esset in ea alicui specialiter ius quæsitum exnunc, alioquin causa, ipsi mansea cedeñ. vel decedeñ. rectore ipsius Capellaniæ, qui nunc est, vel pro tẽpore erit, aut alias, Capellaniã ipsam, quomodolibet dimittentem, vacauerit, seu actu vacet, cum omnibus iuribus & pertineñ suis, dictæ præpositur(æ) (nõ obstañ. omnibus & singulis, in dictis literis apostolicis narratis) in perpetuum incorporauimus, annexuimus, vniuimus, incorporamusque, annectimus, & vnimus per præsentes, ita quod liceat eidem in N. vel alteri, pro tẽpore existẽti eiusdem ecclesiæ præpositio, corporalẽ

possessionem Capellaniæ, per nos sic vnitæ, iuriumq; & pertinen. prædictorum, etiam auctoritate propria, apprehendere libere, eiusq; fructus, redditus, & prouentus in suos vsus conuertere, dioecesani loci, & cuiuscunq; alterius, licentia super hoc, minime requisita, prouiso tamen, quod Capellania huiusmodi, debitis propter hoc, non fraudetur obsequijs, sed eius, debite, supportentur onera consueta. ¶ Quæ omnia & singula supradicta &c.

Clausula processus super benedictione, Abbati, auctoritate Apostolica, impendenda.

Et nihilominus &c. Denegamus. Et insuper præfato domino. N. vt a quocunq; Catholico Antistite (quem super hoc adire maluerit) gratiam & communionem sedis apostolicæ habente, munus benedictionis recipere, ipseq; Antistes, illud ei impendere, libere & licite possit & valeat, auctoritate apostolica prædicta, tenore præsentium concedimus, & licentiam elargimur & facultatem. Qui quidem Antistites iuxta formam literarum apostolicarum, ab eodem domino Abbate, præfati domini nostri Papæ & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ nomine fidelitatis debitæ solitum recipiat iuramentum, ac alias & alia faciat, iuxta earundem literarum apostolicarum, & præsentis nostri præcessus, vim, formam, continentiam, & tenorem præfatas quoq;, literas apostolicas & hunc nostrum processum &c.

DE PROCESS. COMMISSIONVM.

Processus commissionis vigore, per alium iudicem, propter absentiam iudicis in literis apostolicis nominati, decretus.

Reuerendissimo In Christo Patri & domino domino, Dei & apostolicæ sedis gratia, Archiepiscopo. N. eiusq; in spiritualibus Vicario &c. vsq; præfulgeant dignitate. ¶ Mauritius, eadem gratia, episcopus. N. iudex & executor ad infrascripta, in locum venerabilis viri, domini Cantoris ecclesiæ. N. iudicis in infrascriptis literis apostolicis, alias a sede apostolica deputati, ab eadem sede specialiter deputatus, Salutem in domino, & nostris, immo verius apostolicis, firmiter obedire mandatis. ¶ Noueritis quod nuper, Sanctiss. in Christo Pater, &. D. noster. D. Pius, diuina prouidentia Papa IIII. quandam commissionis siue supplicationis cedulam, per quendam suum Cursorem nobis præsentari fecit, quam nos, cum ea qua decuit reuerentia, recepimus huiusmodi sub tenore. ¶ Dignetur. S. V. &c. In fine vero &c. De mandato &c. ¶ Post cuius quidem commissionis siue supplicationis cedulæ præsentationem, nobis, & per nos, vt præmittitur, factam literas. S. in Christo Patris & D. N. D. Pij, diuina prouidentia Papæ IIII. vnam videlicet gratiosam, cum filis sericeis, rubei, croceiq; colorum, aliam vero executoriam, cum Cordula Canapis, more Rom. Cu. impenden. bullatas, sanas &c.

¶ Pius Episcopus, seruus seruorum Dei ad futuram rei memoriam.

¶ POST quarum quidem commission. & literarum apostolicarum præsentationem nobis & per nos, vt præmittitur, factam, fuimus &c. formam. Nos igitur Mauritius Episcopus Commissarius, iudex & executor præfatus, attenden. requisitionem huiusmodi esse iustam & rationi consonam, volentesq; mandatum apostolicum

apostolicum supradictum, nobis in hac parte directum, reuerenter exequi, vt tenemur. Idcirco, auctoritate apostolica, nobis commissa, & qua fungimur in hac parte &c. ¶ Generalia, vide in primo processu expectatiuarum.

Processus commissionis translationis Monasterii Monialium, ad aliud Monasterium, cum certis statutis, per iudicem, vigore clausulæ, per te, vel alium, seu alios.

Christophorus &c. Dei & apostolicæ sedis gratia, Episcopus.N. iudex & executor vnicus, ad infrascripta, cum illa clausula, quatenus vocatis, quorum interest, per te ipsum &c. a sede apostolica præfata, specialiter deputatus. ¶ R. P. D. N. dictæ sedis apostolicæ Prothonotario, & in spiritualibus, ac venerabili & circumspecto viro domino. P. de. N. nostris in temporalibus vicarijs, salutem in domino, & debitam in commissis adhibere diligentiam, nostrisq; huiusmodi, immouerius apostolicis, firmiter obedire mandatis. ¶ Literas Sanctiss. &c.

¶ POST quarum quidem literarum apostolicarum præsentationem &c. fuimus pro parte dictarum Abbatissæ & conuentus monasterij N. principalium, in præinsertis literis apostolicis, principaliter nominatarum, debita cum instañ. requisiti, quatenus prædictarum literarum apostolicarum, vigore aliquibus probis viris, extra Rom. Cu. & in partibus residentibus, qui prædictis Abbatissæ & conuentui monasterij beatæ Catherinæ de S. cum omnibus & singulis calicibus & alijs ornamentis ecclesiasticis, necnon suppellectilibus, alijsq; earum bonis, ad prædictum aliud monasterium, in eisdem literis apostolicis designatum, se transferendi, & inibi, sub earum habitu & ordine regularibus, & priuilegijs commorari, licentiam concedere, ac quod dictum monasterium, extra muros præfatos, sit caput earum & dictum Monasterium Beatæ Catherinæ sit membrum alterius Monasterij. N. statuere & decernere, aliasq; in præmissis opportune prouidere, ac omnia & singula, nobis in hac parte commissa, debitæ executioni demandare valeant, plenarie committere, literasq; nostras subdelegatorias, desuper necessarias & opportunas (iuxta, earundem literarum apostolicarum continentia & tenorem, in forma solita & consueta) decernere & concedere dignaremur, Nos igitur Christophorus Episcopus, iudex & executor præfatus, attendeñ. &c. vt tenemur, cum ad dicti mandati apostolici nobis directi executionem faciendam, pluribus alijs arduis, in Rom. Cu. legitime præpediti negotijs, personaliter interesse nequeamus. Idcirco, auctoritate apostolica, nobis in hac parte commissa, vobis dominis. N. Prothonotario &. N. de. N. de quorum legalitate & industria, plenam in domino gerimus fiduciam vices auctoritatem, & potestatem, nobis, præinsertarū literarum apostolicarum vigore, quomodolibet concessas, traditas, & attributas, vt vocatis, quorum interest, super præmissis omnibus & singulis, in dictis literis apostolicis contentis, ac earum circumstantijs vniuersis, vos diligenter informetis, & si vobis constiterit, prædicta, in dictis literis apostolicis contenta esse vera & illa veritate fulciri, Abbatissæ & conuentui prædictis, cum omnibus & singulis calicibus & ornamentis ecclesiasticis, necnon supellectilibus, cæterisq; bonis & rebus suis ad præfatum Monasterium, extra dictos muros, se transferendi, & inibi, sub earum habitu & ordine regularibus, & priuilegijs commorandi, plenā, & liberam licentiam concedere, necnon quod Monasterium extra muros huiusmodi, sit & esse debeat caput earum, præfatum vero Monasterium Beatæ Catherinæ, sit membrum dicti Monasterij, extra dictos muros, & per easdē Abbatissam

& conuentum,teneatur possideatur,& gubernetur. Quodq; tam Abbatissa, & conuentus,quam Monasterium extra muros huiusmodi,omnibus & singulis priuilegijs,exemptionibus,gratijs,libertatibus, & immunitatibus, gaudeant & vtantur,sicut prius statuere & decernere,eadem auctoritate nostra, immouerius apostolica,procuretis. Cæteraq; omnia & singula (iuxta prædictarum literarum apostolicarum,vim,formam & tenorem)faciendum,& executioni debitæ demandandum,plenarie duximus committendum, vosq; iudices & executores earundem,loco nostri subdelegamus & subdeputamus præsentium per tenorem, has nostras literas subdelegatorias, desuper decernen. opportunas. ¶ Quæ omnia & singula &c. Vobis dominis .N. Prothonotario &c. intimamus &c. ¶ Acta Romæ &c.

Per pmissa,pficies ipsum pcessum,si bene intuearis.

DE PROCESS. CONCESSIONVM.

Processus, super cōcessione, facta Fabricæ ecclesiæ, vt medietas fructuum beneficiorū primo vacaturorum,conuertatur in eius vtilitatē, cum inuocatione brachii secularis.

Lucas &c. Mandamus,quatenus statutum, & ordinationem supradict. de quibus in præinsertis literis apostolicis fit mentio, iuxta ipsarum literarum apostolicarum, continentiam atq; formam, inantea perpetuo inuiolabiliter obseruan. omnium & singulorum quorumcunq; & qualiumcunq; secularium, & cuiusuis ordinis, etiam Militiarum, regularium, cum cura, beneficiorum ecclesiasticorum, in Ciuitate & dioces. A. consistentium, ab ordinaria videlicet iurisdictione non exemptorum, dimidios cuiuslibet anni, in quo tempore vacauerint, fructus & redditus, in vsus & vtilitatem Fabricæ dictæ ecclesiæ. A. conuertendos,eidem Fabricæ,tunc vt præfertur,debitos,ipsi Fabricæ vel eius procuratori,pro tempore existenti,infra sex dierum spatium, postquam pro parte præfatorum.B.&.C fueritis requisiti, super hoc, seu alter vestrum fuerit requisitus. Quorum sex dierum, duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies, vobis vniuersis & singulis pro tertio & peremptorio termino, ac monitione canonica,assignamus,realiter & cum effectu,detis, persoluatis & assignetis prout vos & vestrum quemlibet tanget,& faciatis ab alijs(quantum in vobis fuerit) dari,persolui & assignari,non obstan.omnibus,quæ idem dominus noster, in dictis literis apostolicis,voluit non obstare.

¶ QVOD Si forte præmissa omnia &c. ac impedientes ipsos dominos.B. &. C.super præmissis in aliquo,quo minus ipsi,dictos dimidios fructus (vt superius enarratum est) percipere,habere,leuare,ac illos in vsus prædictos conuertere valeant super præmissis in aliquo,aut ipsis impedientibus, dantes auxilium, consilium vel fauorem publice vel occulte, directe vel indirecte, quouis quæsito colore &c. excommunicationis, in capitula vero &c.

¶ CAETERVM &c. procurent,ac omnium & singulorum quorumcunq; & qualiumcunq; secularium & cuiusuis ordinis,etiam Militiarum regularium, cum cura & sine cura,beneficiorum ecclesiasticorum, in Ciuitate & dioc. A.con

sisteñ. ab ordinaria, videlicet iurisdictione, non exemptorum, dimidios cuiuslibet anni, in quo pro tempore vacauerint, vt præfertur, fructus, & redditus, in vsus & vtilitatem Fabricæ dictæ ecclesiæ. A huiusmodi, conuertendos, eidem Fabricæ, tunc, vt præmittitur, debitos, ipsi Fabricæ, vel eius procuratori pro tempore existenti, realiter & cum effectu, dari, persolui, & assignati, ac alias, statutum, ordinationem & voluntatem, supradicta de quibus in dictis literis fit mentio (iuxta earundem literarum apostolicarum continentiam tenorem atq; formam, quantum in eis fuerit) perpetuo & inuiolabiliter obseruari faciant.

¶ET NIHILOMINVS, si forte aliqui, quos supradictum tangit negotium seu tanget, & tangere poterit quomodolibet in futurum, vt præfertur, dictos dimidios fructus (vt superius est expressum) dare soluere, necnon statutum, ordinationem & voluntatem antedictos, obseruari & alijs mandatis & monitionibus nostris huiusmodi, immouerius apostolicis, obedire & parere recusarent, seu illa differrent, vel negligerent contumaciter adimplere Illustrissimum Principem, & Serenissimum. N. Regem, ac alios dominos, Duces, Principes, Barones, cæterosq; nobiles quoscunq; in præfatis regnis, & præsertim in Ciuitate & dioces. prædictis, iurisdictionem temporalem & ordinariam quomodolibet exercentes, eorumq; locateneñ. & ipsorum quemlibet, tanquam religionis & fidei Christianæ participes, & etiam defensores, ex parte dicti domini nostri Papæ, requirimus, & ex nostra auctoritate rogamus, quatenus ipsi, & eorum quilibet, si & prout fueriut requisiti, seu fuerit requisitus, pro parte dictorum. B. &. C. vel procuratoris, per se, vel alium, seu alios, (vt veri catholici) sui in hac parte officij, dexteram extendeñ. infra sex dies, post præsentationem seu notificationem prædictarum literarum apostolicarum, ac requisitionem, eis, seu eorum alteri, vt præmittitur, factas, immediate sequeñ. quoscunq; in præmissis contradictores & rebelles, ac eorum quemlibet, in his culpabiles, qui sic, iudicium & censuram ecclesiasticam contempserint, per captionem & distractionem bonorum suorum, mobilium & immobilium, in ipsorum iurisdictione consistetium, primo, & deinde, per ipsorum personarum captionem, & quemcunq; alium modum canonicum, qui eisdem dominis temporalibus, & ipsorum officiarijs, videbitur expedire, auctoritate nostra, immouerius apostolica, compellant, videlicet etiam manu forti, absq; tamen graui læsione corporum eorundem, vsq; ad integram satisfactionem & paritionem omnium & singulorum, in præsenti processu nostro contentorū, & alijs ipsos inobedientes & rebelles, & eorum quemlibet astringant, ipsorum potentia brachij secularis, donec ad obedientiam sanctæ matris ecclesiæ deuenerint, & processibus nostris antedictis paruerint, beneficium quoq; absolutionis, a prædictis sententijs nostris meruerint obtinere. ¶Absolutionem vero omnium & singulorum &c. reseruamus. ¶In quorum omnium & singulorum &c.

Processus super concessione facta Episcopo, quod possit per personas idoneas visitare Episcopatum.

Vniuersis Et singulis dominis Abbatibus monasteriorum, Prioribus prioratuum, & ipsorum monasteriorum, & prioratuum conuentibus, capitulis, & collegijs, necnon parochialium ecclesiarum rectoribus, cæterisq; personis quibuscunq;, in ciuitate & dioc. N. consistentibus, quorumcunq; ordinum, seu Militiarum, etiam si Iesu Christi fuerint, in quibus Reuerendo in Christo Patri &c. Episcopo. N. visitationis officium, de iure vel consuetudine competit, omnibusq; alijs &c.

¶POST quarum quidem &c. vos dominos Abbates, priores, conuentus, ca-

pitula,collegia,parochialiumq; ecclesiarum rectores, & alias personas ecclesiasticas,in quibus præfato Reuerend. P.D. Episcopo N. visitationis officium, de iure vel consuetudine,quomodolibet competit, omnesq; alios & singulos supradictos, quibus noster processus dirigitur, tenore præsentium, requirimus & monemus primo,secundo,tertio & peremptorie,communiter & diuisim,ac vobis & vestrum cuilibet,in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœnis infrascriptis, districte præcipiendo mandamus,quatenus infra sex dies, postquam pro parte præfati Reuerendi patris,domini Episcopi,fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus. Quorum sex dierum, duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos &c. assignamus,personam seu personas,quam, seu quas idem Reuerendus pater dominus Episcopus.N. ad præmissum visitationis officium duxerit deputandã, seu etiam deputandas,ad illud admittatis, dictoq; R.P.D. Episcopo.N.vel procuratori suo pro eo,procurationes sibi debitas,quamdiu dictæ ecclesiæ .N. præfuerit,ab ecclesijs,Monasterijs & locis ac personis taliter visitatis, iuxta præfati domini nostri Papæ concessionem,sine difficultate, contradictione & oppositione quibuslibet, ministretis,& ab alijs faciatis ministrari.

¶QVOD Si forte personam seu personas huiusmodi, ad præmissum visitationis officium exercendum, non admiseritis, præfatoq; Reuerendo Patri domino.N.Episcopo vel procuratori suo,pro eo, procurationes prædictas, iuxta prædictæ concessionis tenorem, non administraueritis, mandatisq; & monitionibus &c.ac impedieñ. ipsum R P.dominum Episcopum.N. quominus persona, seu personæ huiusmodi,ad præmissum visitationis officium exercendum, admittantur seu admittatur,& procurationñ. prædictæ, præfato Reuerend. Patri domino Episcopo.N vel procuratori suo,ministrentur,iuxta occasionis prædictæ tenorẽ, ac ipsum impedieñ.dantes &c.existant,exnunc,prout extunc,& extunc prout exnunc,singulariter &c. præmissa,excommunicationis, In Conuentus vero Monasteriorum & Prioratuum,ac Capitula,& Collegia,in his forsan delinquentia, suspeñ. a diuinis,& in Monasteria,prioratus,& ecclesias vestras prædictas, interdicti ecclesiastici sententias &c. promulgamus. ¶Cæterum &c. ad vos dominos Abbates, Priores,Conuentus,Capitula, Colegia, parochialiumq; ecclesiarum Rectores,aliasq; personas, & loca supradicta, personaliter accedant seu accedat &c.procurent,ac personam seu personas &c. vt in dictione huiusmodi processus.

Processus similis concessionis, pro Archidiacono.

Vniuersis Et singulis Monasteriorum Abbatibus, Prioratuum Prioribus, necnon parochialium ecclesiarum rectoribus, cæterisq; personis, quibuscunq; in.N. dioc.existentibus, in quibus venerabili & circumspecto viro, domino.N. Archidiacono de.N.in ecclesia.N.visitationis officium de iure vel consuetudine competit, omnibusq; alijs & singulis &c. vt in alijs processibus, vsq; vos dominos Abbates, priores, parochialiumq; ecclesiarum rectores, & alias personas ecclesiasticas, in quibus præfato domino Archidiacono, visitationis officium, de iure vel de consuetudine quomodolibet competit, omnesq; alios & singulos supradictos, canonica monitione præmissa, personam seu personas, quam seu quas, idem dominus Archidiaconus, ad præmissum visitationis officium, duxerit deputandam, seu etiam deputandas, vsq; ad Septennium,a dat. prædictarum literarum computandum, ad illud admittatis, dictoq; domino Archidiacono, vel procuratori suo pro eo, procurationñ. sibi debitas,per Septennium huiusmodi, ab ecclesijs, Monasterijs, locis & personis taliter visitatis,iuxta prædicti domini nostri Papæ concessionis tenorem, sine difficultate, cõtradictione, & oppositione quibuslibet,ministretis,& ab alijs ministrari faciatis.

¶Quod si forte præmissa omnia & singula &c.

¶Cæterum

CAETERVM &c. excuset, ad vos dominos Abbates, Priores, conuentus rectores, aliasq; personas & loca supradicta, personaliter accedant seu accedat &c. procurent ac personam seu personas huiusmodi, ad prædictum visitationis officium, durante huiusmodi Septennio, admitti, & procurationem huiusmodi, eidem domino Archidiacono, vel dicto suo procuratori pro eo, per Septennium, ab ecclesijs, Monasterijs locis & personis taliter visitatis, integre, iuxta prædictæ concessionis tenorem (quantum in eis fuerit) ministrari faciant &c.

DE PROCESSV CONFIRMAT.

Processus confirmationis receptionis Capellarum & loci, pro religiosis.

Vniuersis Et singulis, præsentes literas inspecturis &c. fact. Coram nobis primitus, pro parte præfatorum dominorum Prioris, & aliorum Eremitarum principalium, in præinsertis literis apostolicis principaliter nominatorum, nonnullis testibus fidedignis, ad informandum animum nostrum, de & super, in dictis literis apostolicis contentis, & productis, ipsisq; testibus, per nos receptis, & admissis, in forma iuris iuratis & examinatis & eorum dictis & depositionibus, in scriptis fideliter redactis, subsequenter, fuimus pro parte præfatorum dominorum Prioris, & aliorum Eremitarum principalium, debita cum instañ. requisiti &c. vt tenemur. Et quia, ex dictis & depositionibus testium prædictorum, tam coram nobis (vt præmittitur) productorum, receptorum, iuratorum & examinatorum, quam alias, legitime comperimus omnia & singula, in præinsertis literis apostolicis expressa & narrata, ita esse, & veritate fulciri, Idcirco auctoritate apostolica nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, acceptationes capellarum & loci, in dictis literis apostolicis expressorum, sine cuiuscunq; præiudicio, approbandum, & confirmandum, omnesq; alios & singulos defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem, supplen. necnon Prioribus & Eremitis prædictis eorumq;, in eisdem locis, siue Eremitorijs successoribus, & sub vno Priore, & alias quemadmodum hactenus vixerunt, sub regulari habitu, viuere, & domino famulari volentibus absq; alicuius impedimento vel vexatioñ. libere & licite possint, iuxta earundem literarum apostolicarum continentiam & tenorem concedendum duximus, approbamusq;, confirmamus, ac supplemus & concedimus per præsentes.

QVAE omnia & singula supradicta, Vobis omnibus & singulis, quorum interest, intererit aut interesse poterit, quomodolibet in futurum, intimamus, insinuamus, & notificamus, ac ad vestram & cuiuslibet vestrum notitiam, deduci, mus & deduci volumus per præsentes, ne de præmissis, aut aliquo præmissorum, ignorantiam aliquam prætendere valeatis, seu etiam quomodolibet allegare. Per processum autem nostrum huiusmodi, nolumus, nec intendimus nostro, in aliquo præiudicare collegæ, quominus ipse, seruato tamen hoc nostro processu, in huiusmodi negotio procedere valeat, prout ei visum fuerit expedire.

IN quorum omnium &c.

DE PROCESS. COMMENDARVM.

Processus super Commenda, de Prioratu, cessante commenda.

Post quarum quidem literarum &c. & qua fungimur in hac parte, Prioratum.N.ordinis.C.qui Conuentualis,aut dignitas non est,& a Monasterio.N dicti ordinis, dependet,& per illius Monachos,gubernari consueuit & ad quem non est solitus quis, per electionem assumi, quem Reuerend.P.D.N. Electus.N.sedis apostolicæ Prothonotarius,tempore promotionis, per præfatum dominum nostrum Papam,nuper factam,de persona sua,ad ecclesiam .N.tunc Pastore carentem ex dispensatione apostolica,in commendam obtinebat,prout obtinet quam primum, per promotionem huiusmodi,& munus consecrationis,eidem impendendum, præterquam ipsius electi obitu, seu commenda ipsa , cessante vacare contigerit, etiam si actu præmisso,vel alias, quouis modorum,in præinsertis literis apostolicis expressatorum , vacat , nobis non constito , quod tempore dat. dictarum literarum apostolicarum, esset in prædicto prioratu,alias alicui,ius specialiter quæsitum cum omnibus iuribus & pertineñ. suis, præfato.N. quoad vixerit,vna cum omnibus & singulis beneficijs ecclesiasticis,cum cura vel sine cura quæ obtinet,tenendum regeñ. & gubernañ. ita quod idem dominus .N. debitis & consuetis ipsius Prioratus,supportatis oneribus,de residuis illius fructibus, redditibus,& proueñ. disponere & ordinare, sicut veri ipsius Prioratus Priores, pro tempore,de eis disponere & ordinare potuerunt, seu etiam debuerunt, alienatione tamen, quorumcunq; bonorum &c. libere & licite valeat, auctoritate nostra,immouerius apostolica,commendauimus, & tenore præsentium, commendamus &c.

Processus commendæ, per cessionem commendæ.

Post quarum quidem literarum apostolicarum &c. fungimur in hac parte, Prioratuq;.N.ordinis.S.A.B.dioc.qui Conuentualis non est, & a Monasterio.N.dependet, & per illius Monachos gubernari consueuit, & ad quem non est solitus quis,per electionem assumi, cuiq; cura , per perpetuum Vicarium exerceri solita, imminet animarum , per liberam cessionem venerabilis & religiosi viri, domini.N.Abbatis Monasterij N.qui nuper Prioratum prædictum ex concessione & dispensatione sedis apostolicæ,in commendam obtinebat , Commendæ huiusmodi,ex certis rationabilibus caussis animum suũ mouentibus per venerabilem & circumspectum virum dominum.N.procuratorem suum, ad hoc ab eo specialiter constitutum, in manibus domini nostri Papæ, sponte & libere cesserit, ipseq; dominus noster Papa,ipsam cessionem duxerit,admittendum, Cõmenda huiusmodi cessante,dictus Prioratus,adhuc eo (quo vltimo ante dictam commendam vacauerat)modo,vacare noscatur,etiam si actu præmisso,seu alias quouis modorum,in dictis literis expressatorum &c. vt in præcedentibus.

DE PROCESSV DIMEMBRAT.

Processus dimembrationis vniti beneficii. Et attende ad bullam.

Post quarum quidem &c. factas, coram nobis,& in nostra præsentia,personaliter constitutus Reuerend. in Christo pater,& dominus .N. procurator principalis, & nomine procuratorio.N. prout de suæ procurationis mandato, subscripto & signato manu discreti viri.N. apostolica auctoritate, notarij , nobis extitit legitime facta fides, Præceptoriam de.N . de qua , in præmissis literis apostolicis fit mentio,prioratui.N.vnitam & annexam, cum omnibus iuribus & pertineñ. suis, a dicto prioratu,per nos,dimembrari petijt. Nos tunc, auctorita-

tate apostolica,nobis in hac parte commissa, præceptoriam, siue Commendam de.N.prædictam a dicto Prioratu dimembrandam duximus & dimembrauimus prout dimembramus,per præsentes.Qua facta dimembratione, idem.N.procurator (nomine procuratorio quo supra) dictam Commendam de.N. in manibus nostris,pure,libere,& simpliciter, resignauit,petens resignationem huiusmodi,per nos, recipi & admitti. Nos itaq; resignationem huiusmodi, auctoritate apostolica supradicta,nobis in hac parte commissa, recipiendam & admittendam duximus,ac recepimus & admittendam duximus,ac recepimus & admisimus, prout recipimus & admittimus,eaq; per nos recepta & admissa, fuimus per dictum .N. debita cum instañ.requisiti, vt ad vlteriorem executionem dictarum literarum apostolicarum & contentorum in eisdem &c. nobis formam. Nos igitur &c. vt tenemur,de contentis in præinsertis literis apostolicis,nos informauimus diligenter. Et quia per informationem huiusmodi,omnia & singula,in dictis literis contenta vera esse reperimus (recepto primitus,per nos,a præfato.N. procuratore, in animam ipsius,principalis,& per ipsum, ad sancta Dei Euangelia, corporali iuramento,ad pectus suum,more prælatorum, præstito, quod in huiusmodi resignatione,non interueniebat,neq; interuenire sperabatur, fraus,dolus, simoniaca priuatas,seu etiam corruptela) Præceptoriam seu Commendam de.N.prædictã per resignationem huiusmodi,aut alias quouis modorum, in eisdem literis Apostolicis expressorum, vacañ. nobis, non constito legitime, quod tempore dat. dictarum,esse in dicta Præceptoria seu Commenda,alicui specialiter ius quæsitum cum omnibus iuribus & pertineñ.suis, præfato .N. auctoritate apostolica prædicta,contulimus,& assignauimus, ipsumq; in realem & corporalem possessionem &c.

DE PROCESS. DISPENSATION.

Processus dispensationis, super defectu natalium.

Vniuersis Et singulis &c. ¶Dominicus.N.Dei & apostolicæ sedis gratia Episcopus.N.ad præsens in Romana Curia residens &c. vt infra in processu legitimationis, vsq; nobis, per discretum virum, dominum Ioan.A.scholarem.B.dioces. principalem, in ipsis literis apostolicis principaliter nominatum, coram notario &c. infrascriptis, præsentatas, nos cum ea qua decuit reuerentia, noueritis recepisse. Quarum quidem literarum, tenor sequitur in hunc modum, & est talis. Venerabilis in Christo Patri &c.

¶POST quarum quidem &c. præsentationem, ac earundem receptionem fuimus per dictum Ioan.debita cum instañ. requisiti, vt ad executionem dictarum literarum, & in eisdem contentorum, procedere dignaremur. Nos igitur Dominicus,Episcopus & executor præfatus,volẽtes dictas literas,ad instantiam dicti Ioan.executioñ. debitæ demandare,vt tenemur, productis tamen primitus coram nob s per dictum Ioan.nonnullis testibus fidedignis,ipsisq;, per nos, receptis,admissis,iuratis,& examinatis, ac consideratis diligenter vniuersis circunstantiis,quæ circa idoneitatem dicti Io. erant attendendæ,& qua clare &c. vt infra in processu legitimatioñ. vsq; ad finem.

Processus super dispẽsatione cũ moniali, vt quoties fuerit infirma, possit exire ad balnea.

Vniuersis Et singulis, præsentes literas, siue præsens publicum instru- mentum inspecturis, visuris, lecturis pariter & audituris. ¶ Ioan. N. officialis &c. exordium receptioñ. literarum vt infra in processu le gitimatioñ. Bastardi per pœnitentiarium. Et quia per inquisitionem & infor- mationem huiusmodi, comperimus, ꝙ ipsa domina Soror M. certis infirmitati- bus frequenter opprimitur & grauatur, ꝙ iuxta consilium medicorum, ab illis curari non potest, nisi balneis naturalibus, & alijs remedijs & medicamentis; huiusmodi infirmitatibus congruis vtatur, quibus in dicto Monasterio, pro re- cuperanda sanitate, vti non valet, omniaq; alia & singula, in præfatis literis con tenta fuisse & esse vera. Et quia ad hoc accessit & accedit consilium medico- rum, Idcirco cum præfata domina Sorore. M. principali, propterea coram no- bis principaliter constituta, & id humiliter fieri postulañ. vt sibi liceat, ad balnea naturalia huiusmodi, vel ad domos parentum suorum & consanguineorum acce dere, quotiens fuerit opportunum, & in eis, donec ab infirmitatibus huiusmodi li berata fuerit, permanere possit & valeat. Constitutionibus & statutis Monasterij & ordinis prædictorum, & alijs, in suprascriptis literis contentis, non obstañ. Au ctoritate apostolica nobis in hac parte commissa, misericorditer dispensauimus, ac etiam dispensamus præsentium per tenorem, prout secundum Deum & con scientiam nostram, animæ suæ saluti vidimus & videmus salubriter expedire, ita tamen, ꝙ quotiens eam, huiusmodi occasione Monasterium prædictum exire contingat, quamprimum ex dictis infirmitatibus liberata fuerit, extunc, eo ipso, ad dictum Monasterium redire teneatur. Alioquin, huiusmodi dispensationis gratia, & inde secuta, nullius pœnitus sint momenti, omniaq; & singula fecimus & attendimus, quæ facienda & attendenda erant, quomodolibet in præmissis, & prout, per dictum maiorem pœnitentiarium, nobis, vt præmittitur, extitit cõmis- sum. ¶ QVAE omnia &c. vobis omnibus &c. vt in alijs dispensationibus.

Processus super dispensatione ætatis, cum no ua collatione de beneficio retento.

Vt Tenemur, & quia inuenimus per diligentem examinationem & inquisitio- nem, super hoc per nos factam, dictam parochialem ecclesiam vacare, ex eo, ꝙ dictus. N. dum per patronum eiusdem ecclesiæ, loci ordinario, præsenta- tus, & per eundem ordinarium, in ea, vel ad eam institutus extitit legitime defe ctum trium annorum, vel circiter, patiebatur, & adhuc patitur, licet prima facie inter nothos ipsius ætatis, legitime, ad beneficium huiusmodi, cum cura obtinen dum, esset notorie reputatus, ipsaq; ecclesia, per ipsum in manibus nostris dimis- sa, auctoritate apostolica, nobis in hac parte commissa, super defectu huiusmodi quod de cætero ecclesiam prædictam, & quodcunq; etiam aliud beneficium cu ratum, recipere valeat, libere, & licite retinere, si sibi canonice conferatur, dispen sauimus cum eodem. Et nihilominus, ecclesiam parochialem prædictam &c. Pone clausulam vsque ad præsentes. Quocirca vos dominum Episcopum om- nesq; alios & singulos &c.

DE PROCESSIB. ERECTIONVM.

Processus erectionis vnius dignitatis & suppressionis alterius, cum prouisione.

Post quarum quidem &c. fact. nonnullis testibus fidedignis, coram nobis, per præfatum dominum. N. canonicum ecclesiæ. N. ad informandum animum nostrum, de & super contentis in præfatis literis apostolicis productis, ipsisq; rite & legitime receptis, & ad iurandum admissis, iuratisq; & diligenter examinatis, nos informauimus, Demum fuimus per dictum. N. principalem, debita cum instantia requisiti, quatenus ad executionem earundem literarum & contentorum in ipsis procedere curaremus &c. Nos igitur &c. vt tenemur. Et quia per informationem legitimam & diligentem, per nos a dictis testibus, vt præmittitur, factam & receptam examinationem, reperimus omnia & singula, in dictis literis expressa & asserta, veritate fulciri, Idcirco, auctoritate apostolica nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, in ecclesia prædicta. N. sacristiam, quæ dignitas in eadem censetur, cum præeminentijs, honoribus, & oneribus aliarum cathedralium ecclesiarum sacristanis competentibus, de nouo ereximus, prout erigimus, eaq; per nos erecta, Abbatialem dignitatem, & ordinem, ac dependentiam sanct. N. &. N. Monasteriorum. N. ordinis, & P. diocef. suppressimus & extinximus, prout supprimimus & extinguimus, eisq; per nos suppressis & extinctis, dicta Monasteria, cum omnibus iuribus & pertinentijs suis, præfatæ Sacristiæ, nouiter per nos erectæ, in perpetuum incorporauimus, vniuimus, & annexuimus, prout incorporamus, vnimus, & annectimus, necnon Sacristiam huiusmodi, ac Canonicatum de. N. prædictos, per vnum insimul, de cætero obtineri debere, auctoritate apost. supradicta decernimus. Et insuper quia per diligentem examinationem, per nos, vt nobis mandabatur, factam, præfatum. N. propter hoc, coram nobis personaliter constitutum, ad Sacristiã huiusmodi, vna cum Canonicatu & præbeñ. teneñ. regeñ. & gubernañ. sufficientem & idoneum esse reperimus, ea propter, auctoritate apostolica supradicta, nobis commissa & qua fungimur in hac parte, Sacristiam memoratam, prædicto. N. cum omnibus iuribus & pertineñ. suis contulimus & assignauimus, cõferimusq; & assignamus per præsentes, ac prouidemus etiam de eadem, ipsumq;. N. in corporalem possessionem, seu quasi Sacristiæ & annexorum, iuriumq; & pertinentiarum prædictorum, per dictarum literarum apostolicarum &c. tenorem. ¶ QVAE omnia & singula, necnon præinsertas literas apostolicas & hunc nostrum processum, ac omnia & singula in eis contenta &c. vt infra in processibus prouisionum.

Processus super erectione capellaniæ, vocatis. A. B. &. C. quorum interest.

Vt Tenemur, & quia per informationem legitimam, ac diligentem per nos a dictis testibus, vt præmittitur, habitam & receptam examinationem, reperimus omnia & singula in præinsertis literis apostolicis expressa & asserta veritate fulciri. Idcirco auctoritate apostolica nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, in ecclesia. N. vnam perpetuam Capellaniam sine cura, de nouo ereximus, prout erigimus per præsentes, ipsasq; per nos, sic erecta, bona, & possessiones per quondam. N. pro illius dote (vt in præinsertis literis plenius deducitur) relicta, & relictas, applicauimus, appropriauimus, & assignauimus. Et nihilominus, Capellaniam prædictam, sic per nos, vt præmittitur, de nouo erectam, a sui primeua erectione & dotatione vacañ. prædicto. N. principali, cum omnibus iuribus & pertineñ. suis contulimus & assignauimus, cõferimusq; & assignamus per præsentes, ac prouidimus & prouidemus etiam de eadem, ipsumq; dominum. N. in corporalem, seu quasi Capellaniæ, iuriumq; & pertineñ. prædictorum, per

dictarum literarum apostolicarum in suis manibus traditionem, posuimus & induximus, ponimusque & inducimus, ac etiam inuestimus de eadem, præsentium per tenorem. ¶Quæ omnia & singula &c. vt in processibus prouision.

DE PROCESS. EXPECTATIVARVM PRO SECVLARIBVS.

Processus expectatiuæ pro creato in vna ecclesia, & de alio beneficio.

Reuerendissimis In Christo patribus & dominis dominis, Dei & apostolicæ sedis gratia M.&.N. Episcopis, eorumque, & cuilibet ipsorum, in spiritualibus & temporalibus, Vicariis seu officialibus generalibus, necnon venerabilibus & circumspectis viris, dominis Præposito, Decano, Archidiacono, scholastico, cantori, custodi, singulisque canonicis & personis. N. etiam dignitates, personatus, administrationes & officia in illa obtinentibus, ipsarumque M. &. N. ecclesiarum Capitulis, necnon illi, vel illis, ad quem, vel ad quos, in dicta ecclesia. N. Canonicorum receptio & admissio, necnon præben. ac dignitatum personatum, administrationum, & officiorum, ac in ciuitate & dioces. N. præstimoniorum, præstimonialium portionum, & simplicis beneficiorum, collatio, prouisio, præsentatio, electio, seu quæuis alia dispositio, communiter vel diuisim, pertinet, omnibusque aliis & singulis, quorum interest, intererit, aut interesse poterit, quosque infrascriptum tangit negotium, seu tangere poterit quomodolibet in futurum, communiter vel diuisim, quibuscunque nominibus censeantur, aut quacunque præfulgeant dignitate. ¶Io. eadem gratia episcopus. N. iudex & executor, ad infrascripta, vna cum quibusdam aliis infrascriptis, nostris in hac parte collegis, cum illa clausula, quatenus vos vel duo, aut vnus vestrum, si & postquam dictæ literæ, vobis præsentatæ fuerint, per vos vel alium, seu alios &c. a sede apostolica, specialiter deputatus. Salutem in domino, & nostris huiusmodi, immo verius apostolicis, firmiter obedire mandatis.
¶Literas Sanctiss. in Christo Patris, & domini nostri, domini Pauli, diuina prouidentia Papæ IIII. HIC ATTENDE AD BVLLAM) Vnam videlicet gratiosam, cum filis sericeis, rubei croceique colorum, Aliam vero executoriam, cum cordula canapis, veris bullis plumbeis ipsius domini nostri Papæ more Romanæ Curiæ impenden. bullatas, sanas siquidem & integras, non vitiatas, non cancellatas, neque in aliqua sui parte suspectas, sed prorsus omni vitio & suspitione carentes, vt in eis prima facie apparebat, nobis per venerabilem virũ, dominum. A. Canonicum, B. principalem, in eisdem literis apostolicis principaliter nominatum, coram notario publico & testibus infrascriptis, præsentatas, nos cum ea qua decuit reuerentia, noueritis recepisse, huiusmodi sub tenore.
¶PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei &c. Insere ambas bullas.
¶POST QVARVM quidem literarum apostolicarum præsentationem & receptionem, nobis & per nos, vt præmittitur factas, fuimus per præfatum dominum. A. principalem, in præinsertis literis apostolicis, principaliter nominatum, & coram nobis personaliter constitutum, debita cum instantia requisiti, quatenus ad executionem dictarum literarum apostolicarum, & contentorum in eisdem procedere dignaremur, iuxta traditam seu directam, per eas a sede apostolica, nobis formam. Nos igitur Ioan. Episcopus, iudex & executor præfatus, atten den. requisitionem huiusmodi esse iustam, & rationi consonam, volentesque mandatum apostolicum supradictum, nobis in hac parte directum, reuerenter exequi

vt tenemur. Idcirco, auctoritate apostolica nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, præfatas literas apostolicas, huncque nostrum processum, ac omnia & singula in eis contenta, vobis omnibus & singulis supradictis communiter, ac diuisim, intimamus, insinuamus & notificamus, ac ad vestram & cuiuslibet vestrum notitiam, deducimus, & deduci volumus per præsentes. Vosque dominos M. & N. Episcopos, decanum, archidiaconos, capitula, singulosque canonicos & personas præfatas, omnesque alios & singulos supradictos, quibus præsens noster processus dirigitur, tenore præsentium requirimus, & monemus, primo, secundo, tertio, & peremptorie, communiter vel diuisim, ac vobis & vestrum cuilibet in solidum, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub infrascriptis sententiarum pœnis, districte præcipien. mandamus, quatenus infra sex dierum spatium, post præsentationem seu notificationem dictarum literarum apostolicarum, & præsentis nostri processus, ac requisitionem, vobis seu alteri vestrum fact. & postquam pro parte dicti domini. A. principalis, vigore præsentium, super hoc fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus, immediate sequen. Quorum sex dierũ, duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies, vobis vniuersis & singulis supradictis, pro tertio & peremptorio termino, ac monitione canonica, assignamus, eundem dominum. A. principalem, vel procuratorem suum, ad hoc ab eo, legitime constitutum, pro eo & eius nomine, in præfata ecclesia. N. in canonicum recipiatis, & in fratrem stallũque sibi in choro, & locum in capitulo ipsius ecclesiæ. N. cum plenitudine iuris canonici, assignatis, & infra eosdem, vel alios sex dies, post quam præfatum dominum. A. principalem vel procuratorem suum eius nomine, præben. ac dignitatem, personatum, administrationem, vel officium ipsius ecclesiæ. N. necnon præstimonia, præstimoniales portiones, simplicia beneficia, vnius duorum, trium aut plurium, cedentis vel decedentis, cedentium vel decedentium, seu illud, vel illa, alias, quomodolibet dimittentis vel dimittentium, præfatæ ecclesiæ canonici, seu canonicorum, aut in ciuitate vel dioc. N. beneficiati vel beneficiatorum, necnon aliud beneficium ecclesiasticum, cum cura vel sine cura, in præinsertis literis apostolicis, designata & specificata, ac per præfatum dominum nostrum Papam reseruata, infra tempus, in eisdem literis apostolicis contentum & præfixum, acceptasse, sibique, per nos, aut aliquem collegarum, vel subdelegatorum nostrorum, supra & infra scriptorum, post acceptationem prædictam, cum omnibus iuribus & pertinen. suis, collata & assignata, ac de eis prouisum fuisse & esse noueritis, immediate sequen. Quorum sex dierum, duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies vobis vniuersis & singulis supradictis, pro tertio & peremptorio termino, ac monitione canonica, assignamus, eundem dominũ. A. principalem, vel procuratorẽ suũ, eius nomine, in, & ad corporalẽ, realẽ, & actualẽ possessionẽ præben. ac dignitatis personatus, administrationis, vel officij, necnon præstimoniorũ, præstimonialiũ portionũ simplicium, necnon beneficij, iuriũque & pertinen. prædictorũ, sine contradictiõn. oppositiõn. & difficultate, recipiatis admittatis, & inducatis, & ab alijs, recipi & induci faciatis, inductũque defendatis, ac ipsum dominũ. A. principalẽ vel procuratorẽ suũ pro eo, ad dignitatẽ, personatũ, administrationẽ, vel officiũ, ac præstimonia & præstimoniales portiones huiusmodi, vt moris est, admittatis, sibique, de illarũ, ac canonicatus collatis, & præben. reseruati prædictorũ, fructibus, redditibus, prouen. iuribus, & obuentiõn. vniuersis, prout ad vos, cõmuniter vel diuisim, pertinet, respondeatis, & faciatis ab alijs (quantũ in vobis est vel fuerit) plenarie & integre responderi.

QVOD SI FORTE præmissa omnia & singula, non adimpleueritis, seu distuleritis contumaciter adimplere, mandatisque & monitionibus nostris huiusmodi, immo uerius apostolicis, non parueritis, realiter & cum effectu, nos, in vos omnes & singulos supradictos, qui culpabiles fueritis in præmissis, & generaliter, in contradictores quoslibet, & rebelles, ac impedientes ipsum dominũ

A.principalem, vel procuratorem suum, eius nomine supra præmissis in aliquo aut ipsum impedien. dantes auxilium,consilium,vel fauorem, publice vel occulte, directe vel indirecte,quouis quæsito colore, cuiuscunq; dignitatis, status, gradus,ordinis, vel conditionis existant,exnunc,prout, extunc,& extunc, prout exnunc,singulariter in singulos, prædicta sex dierum, canonica monitione præmissa,excommunicationis,in capitula vero.M.&.N. ecclesiarum ac conuentus & collegia quæcunq;, in his forsan delinquen. necnon ecclesias in quibus beneficium seu beneficia huiusmodi,forsan fuerint,suspen.a diuinis,& in ipsas, ac ipsorum delinquen. & rebellium ecclesias,monasteria,& capellas,interdicti ecclesiastici sententias,ferimus in his scriptis, & etiam promulgamus. ¶ Vobis vero Reueren. patribus dominis.M.&.N.Episcopis præfatis,duntaxat exceptis, quibus, ob reuerentiam vestrã pontificalium dignitatum,deferimus in hac parte,si cõtra præmissa,vel ipsorum aliquod, feceritis seu fieri mandaueritis, per vos, vel submissas personas,publice vel occulte,directe vel indirecte, quouis quæsito colore extunc prout exnunc,prædicta sex dierum,canonica monitione præmissa,ingressus ecclesiarum interdicimus in his scriptis. Si vero huiusmodi interdictum, per alios sex dies,præfatos sex immediate sequen. sustinueritis,vos in eisdem scriptis,simili canonica monitione præmissa,suspendimus a diuinis. Verum si præfatas interdicti & suspensionis,sententias, per alios sex dies, præfatos duodecim sequen. animis (quod absit) sustinueritis induratis, vos & quemlibet vestrum, ex nunc, prout extunc, & econuerso huiusmodi canonica monitione præmissa, in his scriptis,excommunicationis sententia, auctoritate apostolica supradicta, innodamus. ¶ Cæterum cum ad executionem præmissorum vlterius facien. nequeamus,quo ad præsens,personaliter interesse,pluribus alijs arduis,in Romana Curia,legitime præpediti negotijs. Vniuersis & singulis dominis, Abbatibus,prioribus,præpositis,decanis,archidiaconis,scholasticis,cantoribus, custodibus, thesaurarijs,succentoribus,sacristis,tam cathedralium, quam collegiatarum,canonicis,parochialiumq; ecclesiarum rectoribus,seu locatenen. eorundem,plebanis,vicеplebanis,archipresbyteris,vicarijs,perpetuis capellanis, curatis, altaristis presbyteris,clericis,cæterisq; viris ecclesiasticis, in quibuscunq; dignitatibus, gradibus,vel officijs, constitutis, notarijsq; & tabellionibus publicis quibuscunq;, per ciuitates & dioc.M.&.N.ac alias,vbilibet constitutis, & eorum cuilibet in solidum,super vlteriori executione dicti mandati apostolici, atq; nostri,facienda,auctoritate apostolica supradicta,tenore præsentium, plenarie committimus vices nostras, donec, eas, ad nos, specialiter & expresse duxerimus reuocandas, quos nos etiam,& eorum quemlibet insolidum,eadem auctoritate, tenore præsentium requirimus & monemus,primo,secundo, tertio, & peremptorie, communiter, & diuisim,eisq; nihilominus,& eorum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna,quam, in eos & eorum quemlibet (nisi fecerint quæ mandamus) districte præcipiendo mandañ.quatenus infra sex dies, post præsentationem seu notificationem præsentium & requisitionem,pro parte dicti domini .A.principalis,ei,seu eorum alteri,desuper fact.immediate sequen. quos dies ipsis & eorum cuilibet,pro omni dilatione,terminoq; peremptorio,ac monitione canonica, assignamus,ita tamen,quod in his exequendis,vnus eorum, alterum non expectet,nec vnus,pro alio,seu per alium, se excuset. Ad vos dominos.M.&.N. Episcopos,necnõ Decanos, Archidiaconos,capitula,canonicos,& personas præfatas, omnesq; alios & singulos supradictos, quibus huiusmodi noster processus dirigitur,necnon ad ecclesias huiusmodi,personasq; & loca alia, de quibus, vbi quando,& quotiens expediens fuerit,personaliter accedãt,seu accedat, & pfatas literas Apostolicas,huncq; nostrum processum, ac omnia & singula in eis contẽta,vobis omnibus & singulis supradictis,communiter vel diuisim,legãt,intiment, insinuent,& fideliter publicare procurent,seu legat,intimet, insinuet, & fideliter publicare procuret, ac eundem dominum .A. principalem, vel procuratorem

ſuum eius nomine,in præfata eccleſia.N. in canonicum recipi faciant, & in fratrem,ſtallumq; ſibi in choro,& locum,in capitulo ipſius eccleſiæ.N.cum plenitudine iuris canonici, aſſignent. Præben̄ vero,ac dignitatem,perſonatum,adminiſtrationem,vel officium eiuſdem eccleſiæ.N.necnon præſtimonia, præſtimoniales portiones,& ſimplicia beneficia,necnon beneficium huiuſmodi,ſic,vt præmittitur,reſeruatum,ſi tempore huiuſmodi reſeruationis,vacabant, aut poſtea vacarunt,aut cum ſimul,vel ſucceſſiue,vacauerint,eidem domino.A. principali poſt acceptationem prædictam,cum omnibus iuribus & pertinen̄. ſuis ſupradictis eadem auctę,conferant & aſſignent,ſeu conferat & aſſignet,ac prouideant,ſeu prouideat,etiam de eiſdem,ac ipſum dominum. A.vel procuratorem ſuum, eius nomine,in corporalem,realem,& actualem poſſeſſionem præben̄ ac dignitatis, perſonatus,adminiſtration̄.vel officij,necnon præſtimoniorum, præſtimonialiū portionum & ſimplicium, ac alterius beneficiorum, iuriumq; & pertinen̄. omnium eorundem,auctoritate noſtra,immo uerius apoſtolica,vice noſtra, recipiant & inducant,ac ponant & inducant,& inductum defendant ſeu defendat, necnon eundem dominum .A.principalem, vel procuratorem ſuum prædictum, pro eo, ad dignitatem,perſonatum,adminiſtrationem vel officium, ac præſtimoniales portiones,& ſimplicia & alia beneficia prædicta, vt moris eſt, admittant & admitti faciant,ſibiq; vel dicto procuratori ſuo pro eo,de illorum,ac canonicatus collati, & præben̄ reſeruatis prædictorum,huiuſmodi fructibus,redditibus,prouen̄. iuribus,& obuen̄.vniuerſis (prout ad eos communiter vel diuiſim pertinet) reſpondeant,& faciant ab alijs (quantum in eis fuerit) plenarie & integre reſponderi, non obſtan̄. omnibus, quæ prælibatus Sanctiſſ. D.N.Papa,in præinſertis literis, voluit non obſtare.

¶ET NIHILOMINVS, omnia & ſingula, nobis in hac parte commiſſa,plenarie exequantur, iuxta prædictarum literarum apoſtolicarum, & præſentis noſtri proceſſus vim,formam,continentiam & tenorem, ita tamen,quod dicti ſubdelegati noſtri,vel quicunq; alius, ſeu alij, nihil in præiudicium dicti domini.A.principalis,vel procuratoris ſui, valeant attentare quomodolibet in præmiſſis,neq; in proceſſibus per nos habitis,aut ſententijs per nos latis, abſoluendo vel ſuſpendendo,aliquid immutare. In cœteris autem, quæ eidem domino .A. principali,vel procuratori prædicto, in præmiſſis nocere poſſent, vel quomodolibet obeſſe præfatis ſubdelegatis noſtris, & quibuſcunq; alijs, poteſtatem omnimodam,denegamus. Et ſi contingat nos,ſuper præmiſſis,in aliquo procedere, de quo nobis poteſtatem omnimodam reſeruamus, non intendimus propterea commiſſionem noſtram huiuſmodi in aliquo reuocare, niſi de reuocatione ipſa, ſpecialem & expreſſam, in literis noſtris fecerimus mentionem. Per proceſſum autem noſtrum huiuſmodi nolumus nec intendimus noſtris in aliquo præiudicare Collegis,quominus ipſi vel eorum alter, ſeruato tamē hoc noſtro proceſſu, in huiuſmodi negotio,procedere,valeant, prout eis, vel eorum alteri, viſum fuerit expedire. Præfatas quoq; literas apoſtolicas,& hunc noſtrum proceſſum, ac omnia & ſingula huiuſmodi, negotium tangentia, volumus pœnes dictum dominū .A.principalem,vel procuratorem ſuum,remanere, & non per vos, aut aliquem veſtrum,ſeu quemcunq; alium,ipſis inuitis, & contra eorum voluntatem quomodolibet contineri. Contrarium vero facien̄. præfatis noſtris ſententijs (prout in his ſcriptis per nos latæ ſunt) dicta canonica monitione præmiſſa, ipſo facto volumus ſubiacere. Mandamus tamen copiam fieri de præmiſſis,eam peten̄.& habere deben̄.petentium quidem ſumptibus & expen̄. ¶Abſolutionem vero omnium & ſingulorum,qui præfatas noſtras ſententias,aut earum aliquam incurrerint quoquomodo,nobis vel ſuperiori noſtro tantummodo, reſeruamus.

¶IN quorum omnium & ſingulorum fidem, & teſtimonium præmiſſorū præſentes literas,ſiue præſens publicum inſtrumentum, proceſſum, noſtrum huiuſmodi, in ſe continen̄. ſiue continens,exinde fieri,& per notarium publicum in

frascriptum, subscribi & publicari mandauimus, nostriq; sigilli, iussimus & feci mus appensione communiri. ¶ Datum & actum Romæ in domo habitationis nostræ, sub anno a natiuitate Domini M. D. LVIII. Indictione Prima, Die vero Prima, Mensis Ianuarij. Pontificatus eiusdem Sanctissimi in Christo Patris, & D N. D. Pauli, diuina prouidentia Papæ IIII. Anno Quarto. Præsentibus ibidem discretis viris, dominis. A.B. &.C. clericis. M. & .N. dioc. testibus ad præmissa vocatis specialiter, atq; rogatis.

Processus expectatiuæ, pro creato in duabus.

Reuerendissimis In Christo Patribus, & dominis, Dei & apostolicæ sedis gratia. C. &. D. Episcopis eorumq; & cuiuslibet ipsorum, in spiritualibus & temporalibus Vicarijs, & officialibus generalibus, necnon venerabilibus & circumspectis viris, dominis. C. &. D. ecclesiarum capitulis, ac illi vel illis, ad quem vel ad quos, in eisdem ecclesijs canonicorum receptio, necnon præbeñ. ac dignitatum, personatum, administrationum, & officiorum, ac in. C. &. D. Ciuitatibus & dioc. præstimoniorum præstimonialium portionum, & simplicium beneficiorum, collatio prouisio, præsentatio, electio, seu quæuis alia dispositio, communiter vel diuisim, pertinet, omnibusq; alijs & singulis, quorum &c.

¶ POST quarum quidem &c. vsq; mandamus, quatenus infra sex dierum spatium, post præsentationem seu notificationem, dictarum literarum apostolicarum, & præsentis nostri processus, ac requisitionẽ, pro parte dicti domini. E. principalis, vobis seu alteri vestrum, desuper fact. immediate sequeñ. quorum sex dierum, duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies, vobis, vniuersis & singulis supradictis, pro tertio & peremptorio termino, ac monitione canonica, assignamus eundem dominum. E. principalem, vel procuratorem suum, eius nomine, in dictis. C &. D. ecclesijs, in Canonicum recipiatis, & in fratrem, stallumq; sibi in choro, & locũ in capitulo vtriusq; ecclesiarum earundem, cum plenitudine iuris canonici, assignatis, & infra eosdem, vel alios sex dies, postquam præfatũ dominum. E. principalem, vel procuratorem suum, eius nomine, vnam videlicet .C. & aliam. D. ecclesiarum prædictarum præbeñ. necnon dignitatem, personatum, administrationem, vel officium alterius ipsarum ecclesiarum, ac præstimonia, præstimoniales portiones, & simplicia beneficia in præinsertis literis apostolicis, latius specificata & designata, ac per eundem dominum nostrum Papam reseruata infra tempus in eisdem literis præfixum, acceptasse sibiq; per nos, aut aliquem collegarum aut subdelegatorum &c. ¶ Cæterum &c. Vsq; procurent, ac eundem dominum. E. principalem, vel procuratorem suũ, eius nomine, in vtraq; ecclesiarum prædictarum, in canonicum recipi faciant & in fratrem, stallumq; sibi in choro, & locum in capitulo vtriusq; ecclesiarum prædictarum cum dicti iuris plenitudine, assignent & assignari faciant. Præbeñ. vero vtriusq; ecclesiarum ipsarum, ac dignitatem, personatum, administrationem, vel officium alterius illarum, necnon præstimonia, præstimoniales portiones, & simplicia beneficia huiusmodi, sic vt præmittitur, reseruata, si tempore reseruationis huiusmodi vacabunt aut postea vacarunt, seu cum vacauerint, eidem. E post acceptionem prædictam, cum omnibus iuribus & pertineñ. suis, auctoritate supradicta, conferant & assignent, ac prouideant etiam de eisdem, ipsumq; dominum. E. vel dictum procuratorem suum pro eo, in & ad corporalem, realem, & actualem possessionem canonicatum & præbeñ. ac dignitatis, personatus, administrationis, vel officij alterius earundem, necnon præstimoniorum, præstimonialium portionum & beneficiorum huiusmodi, iuriumq; & pertineñ. omnium eorundem, auctoritate apostolica, vice nostra, recipiant &c. vt supra.

Processus expectatiuæ, ad vnum vel duo.

Reuerendissimis In Christo Patribus, & dominis dominis, Dei & apostolicæ sedis gratia. F. &. G. Episcopis, eorūq; & cuiuslibet ipsorum, in spiritualibus, & temporalibus Vicarijs & officialibus generalibus, necnon venerabilibus & circumspectis viris, dominis præpositis, decanis, archidiaconis, scholasticis, cantoribus, custodibus &c. & capitulis, singulisq; canonicis & personis. F. &. G. ecclesiarum, etiam dignitates, personatus, administrationes, vel officia, in illis obtinentibus, omnibusq; alijs & singulis, quorum interest, intererit, aut interesse poterit, quosq; infrascriptum tangit negotium, seu tangere poterit quomodolibet in futurum, quibuscunq; nominibus censeantur, aut quacunq; præfulgeant dignitate. ¶ IODOCVS de N. vtriusq; iuris doctor, Archidiaconus ecclesiæ &c. vt supra in processu expectatiuæ pro creato in vna.

¶ POST quarum quidem literarum apostolicarum præsentationem & receptionem, nobis & per nos, vt præmittitur, factas, vel vsq; mandamus, quatenus infra sex dies, post præsentationem seu notificationem prædictarum literarum apostolicarum & præsentis nostri processus, ac requisitionem, pro parte dicti domini Iodoci vobis seu alteri vestrum factas, & postquam eundem. D. Iodocum principalem, vel procuratorem suum pro eo & eius nomine, vnum vel duo beneficium vel beneficia, ecclesiasticum vel ecclesiastica, etiam si alterum cum cura &c. vt in bulla, vsq; existat, vel fuerit, in præinsertis literis apostolicis, designatū seu designata, & per præfatum. D. N. Papam, vt præmittitur, reseruatum seu reseruata, infra tempus in eisdem literis contentum, & præfixum, acceptasse, sibiq; per nos aut aliquem collegarum, vel subdelegatorum nostrorum, supra & infra scriptorum, post acceptationem prædictā, cum omnibus iuribus, & pertineñ. suis, collatum seu collata, assignatum seu assignata, ac de eo vel de eis, sibi prouisum fuisse & esse, noueritis, immediate sequeñ. Quorum sex dierum, duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies, vobis vniuersis & singulis supradictis, pro tertio & peremptorio termino, ac monitione canonica, assignamus, eundem. D. Iodocum principalem, vel procuratorem suum eius nomine, in & ad corporalem, realem & actualem possessionem beneficij seu beneficiorum, iuriūq; & pertineñ prædictorum, sine contradictione & oppositione quibuslibet, recipiatis, ponatis & inducatis inductumq; defendatis, & ad illud vel illa, vt moris est, admittatis, sibiq;, de illius vel illorum fructibus, redditibus, prouen̄. iuribus & obuen̄. vniuersis (prout ad vos communiter vel diuisim pertinet) respondeatis, & faciatis ab alijs (quantum in vobis est vel fuerit) plenarie responderi.

¶ Quod si forte præmissa omnia & singula &c. promulgamus. Vobis vero &c.

¶ Coeterum &c. vsq; procurent, ac beneficium seu beneficia huiusmodi, per præfatum dominum nostrum Papam, sic, vt præmittitur, reseruatum seu reseruata, si tempore huiusmodi reseruationis vacabat seu vacabant, aut postea vacauit seu vacarunt, seu cum vacauerit, aut cum simul vel successiue vacauerint, vt præfertur, eidem domino Iodoco principali, aut procuratori suo pro eo, post acceptationem prædictam, cum omnibus iuribus & pertineñ. suis, eadem auctoritate, conferant & assignent, ac prouideant etiam de eodem vel eisdem, ipsum dominum Iodocum, vel procuratorem suum prædictum, eius nomine, in corporalem, realem & actualem possessionem, beneficij seu beneficiorum, iuriumq; & pertineñ. prædictorum auctoritate prædicta, vice nostra ponant, recipiant, & inducant, & inductum defendant, & ad illud vel illa, vt moris est, admittant & admitti faciant, sibiq;, de illis vel illorum fructibus, redditibus, prouen̄. iurib. & obuen̄. vniuersis (prout ad eos communiter vel diuisim pertinet) respondeant, & faciant ab aliis (quantum in eis est vel fuerit) plenarie & integre responderi.

¶ ET generaliter omnia & singula, nobis in hac parte commissa &c. vt in primo expectatiuarum per totum.

Per processum, ad vnũ vel duo, facies processum de vno nõ duplicãdo in locis, vbi duplicatur de puritate beneficiorũ, vt nõ dicendo &c. vel beneficiorũ, aduertẽdo etiã ad directionẽ, si sit ad vnam vel ad duas collationes.

DE PROCES. IN FORMA PAVPERVM.

Processus in forma pauperum.

Reuerendo In Christo Patri, & domino domino, Dei & Apostolicæ sedis gratia, Episcopo. R. eiusq; in spiritualibus & temporalibus, Vicario seu officiali generali, omnibusq; alijs & singulis, quorum interest, intererit, aut interesse, quosq; infrascriptum tangit negotium seu tangere poterit quo modolibet in futurum, quibuscunq; nominibus censeantur, aut quacunq; præfulgeant dignitate. ¶ Tilmanus. B. legum doctor, præpositus sanctæ Crucis Hildesemeñ. Theodoricus. A. Decanus sancti Blasij Brunsuuiceñ. N. diœcs. Ac Bernardus de. G. Canonicus Herbipoleñ. ecclesiarum, in Romana Curia residenñ. iudices & executores, ad infrascripta a sede apostolica specialiter deputati, Salutem in domino, & nostris huiusmodi, immo uerius apostolicis, firmiter obedire mandatis. ¶ Literas Sanctissimi in Christo Patris, & domini nostri domini Pauli diuina prouidentia Papa IIII. eius vera bulla plumbea, cum cordula canapis, more Romanæ Curiæ impendeñ. bullatas, sanas &c. recepisse noueritis, sub hac verborum serie. ¶ Paulus Episcopus seruus seruorum &c. vsq; in finem.

¶ POST quarum quidem literarum apostolicarum &c. vsq; nobis formam. Nos igitur Tilmannus præpositus. T. Decanus, & B. canonicus, iudices & executores prædicti, voleñ. mandatum apostolicum, nobis in hac parte directum, reuerenter exequi, vt tenemur, auctoritate apostolica, nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, De vita & conuersatione dicti domini. N. clerici. N. diœcs. & alijs in dictis literis apostolicis contentis, prout nobis mandabatur, solerter inquisiuimus. Et quia, per solertem inquisitionem huiusmodi & ex fidedigno um testium dictis & depositionibus, per dictum. N. coram nobis productorum, & diligenter examinatorum, ipsum. N. vitæ laudabilis, & honestæ conseruationis, fuisse & esse, & aliquod beneficium ecclesiasticum non obtinere, aliudq; canonicum non obstare, propter quod ipsarum literarum executio, in aliquo deberet differri aut retardari, reperimus. Idcirco ipsum. N. clericũ, pronunciauimus, & tenore præsentium vnanimiter pronunciamus, esse habilem & idoneum, ac sufficientẽ, ad beneficium ecclesiasticum, cum cura vel sine cura, secundum formam & tenorem dictarum literarum apostolicarum, & vsq; ad summam & valorem, in eisdẽ designatis, essequendum & obtinendum. ¶ Quæ omnia & singula, necnon literas prædictas, huncq; nostrum processum, ac omnia & singula in eis contenta, vobis omnibus & singulis supradictis, intimamus &c. per præsentes, ac beneficium huiusmodi, in dictis literis expressum, ad vestri domini episcopi collationem & prouisionem pertinens, si quod in vestra ciuitate vel dioc. R. tempore dat. dictarum literarum vacabat, aut postea vacauit, seu vacat ad præsens, aut cum vacauerit, quod idem. N. clericus, per se vel procuratorem suum, ad hoc ab eo legitime constitutum, infra vnius mensis spatium, postquam sibi, vel eidem procuratori,

tori, de ipsius beneficij vacatione constiterit, duxerit acceptandum, conferen̄. sibi post acceptationem huiusmodi, cum omnibus iuribus & pertinen̄. suis, auctoritate apostolica nobis commissa, collationi, & prouisioni, nostris & cuiuslibet nostrum, & subdelegatorum nostrorum infrascriptorum, specialiter & expresse reseruauimus, districtius inhiben̄. vobis domino episcopo præfato, ad quem huiusmodi beneficij collatio vel prouisio pertinet, ne de dicto beneficio, sic per nos reseruato, alicui alteri, quam dicto. N. prouidere, seu quenquam alium, ad illud admittere, vel de eo in præiudicium dicti. N. interim etiam ante insinuationem dictarum literarum apostolicarum, & præsentis nostri processus, vobis factam (nisi postquam vobis constiterit, quod idem. N. vel procurator prædictus illud noluerit acceptare) disponere præsumatis quoquomodo, decernen̄. prout, per eundem dominum nostrum Papam decretum est, irritum & inane, si secus super his a quoquam quauis auctoritate, scienter vel ignoranter, attentatum forsan est hactenus, vel in posterum contigerit attentari. Quocirca, vos dominum Episcopum, omnesque alios & singulos supradictos, quibus præsens noster processus dirigitur, auctoritate apostolica, tenore præsentium, requirimus & monemus, primo, secundo, tertio & peremptorie, communiter vel diuisim, vobisque nihilominus & vestrum cuilibet, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœnis infrascriptis, districte præcipien̄. mandamus, quatenus infra sex dierum spatium, post præsentationem seu notificationem prædictarum literarum apostolicarum, & præsentis nostri processus, ac requisitionem, vobis seu alteri vestrum, pro parte dicti domini. N. desuper fact. & postquam eundem dominum. N. clericum vel procuratorem suum, eius nomine, beneficium huiusmodi acceptasse, sibique de illo per nos aut aliquem collegarum, vel subdelegatorum nostrorum, prouisum fuisse & esse noueritis, immediate sequen̄. Quorum sex dierum &c. vt in præceden̄. &c. publicari mandauimus, sigillique præfati domini Tilmanni Præpositi sanctæ crucis Hildesemen̄. quo nos omnes prælibati alij executores, ad præsens vtimur, fecimus appensione communiri &c. ℂ Datum &c. Præsentibus &c.

Processus in forma pauperum, quando alter ex iudicibus, se excusat, aut est absens.

Reuerendo &c. ℂ Gaspar Foier Papatus Lubicen̄. & Ioachim a Latorf Hildescinen̄. & Magdeburgen̄. ecclesiarum canonici, ac lites Sancti Petri de Vrbe in Romana Curia residen̄. iudices & executores, ad infrascripta, vna cum venerabili viro, domino Conrado Artzt Canonico ecclesiæ Patauien̄. nostro in hac parte collega, cum illa clausula. Quod si non omnes his exequendis poteritis interesse, duo, aut vnus vestrum, ea nihilominus exequantur, a sede apostolica specialiter deputati. Salutem in domino, & nostris huiusmodi, immo uerius apostolicis, firmiter obedire mandatis. ℂ Pius Episcopus &c. ℂ Post quarum quidem literarum &c. vt tenemur, & quia prædictus dominus Conradus canonicus, noster, in hac parte collega, se ab executione prædictarum literarum, alijs præpeditus negotijs, coram nobis notario publico infrascripto, & testibus fidedignis, legitime excusauit de qua excusatione ex relatione eiusdem notarij, inde nobis facta, legitime constitit atque constat, Idcirco nos Gaspar & Ioachim Papatus, & canonici prædicti, ad earundem executionem simul proceden̄. auctoritate apostolica nobis commissa &c. vt in præcedenti.

Vel sic, & melius.

Reuerendo &c. Eiusque in spiritualibus &c. generali, ac illi, vel illis, ad quem, vel ad quos, infrascripti beneficij collatio, prouisio, præsentatio, seu quæuis alia dispositio, communiter vel

diuisim, pertinet, omnibusq; &c. vt supra in processu in forma pauperum vsq; præfulgeant dignitate. ¶ Io.N.in Rom.Cu.residens, iudex & executor, ad infrascripta, vna cum nonnullis infrascriptis nostris in hac parte collegis, qui (vt ex subscripti publici notarij relatione, accepimus) alijs arduis, in dicta Romana Curia præpediti negotijs, præsenti executioni literarum infrascriptarum, interesse non poterant vices suas, nobis in hac parte committentes, de hoc negotio se propterea exonerarunt & excusarunt, cum illa clausula. Quod si nō omnes &c. deputatus, Salutem &c. ¶ Paulus &c.

¶ POST quarum quidem literarum &c. vsq; a sede apostolica, nobis formã, attento q̃ præscripti nostri collegæ huiusmodi, executioni, vt præmittitur, interesse non poterant, procedere dignaremur. Nos igitur &c. vt in forma pauperum.

DE PROCES. COLLATO. ET COLLATRI.

Processus ad collationem Decani & capituli.

Venerabilibus Et circumspectis viris, dominis Decano & capitulo, singulisq; canonicis & personis ecclesiæ. N. ac illi, vel illis, ad quem &c. omnibusq; alijs & singulis, quorum interest &c. vt in præcedenti. ¶ Quod si forte &c. vsq; præmissa, excommunicationis, In capitulum vero dictæ ecclesiæ. N. si in his deliquerit, suspeñ. a diuinis, & in ipsorum delinquentium & rebellium &c. ¶ Cæterum &c. vsq; excuset, ad vos omnes & singulos supradictos &c. vt supra, mutatis mutandis.

Processus ad collationem Abbatis & conuentus.

Venerabilibus Et religiosis viris, dominis Abbati & Conuentui Monasterij. A. ordinis sancti. B C. dioc. ac illi &c. omnibusq; alijs & singulis &c. vt in primo processu, de vno vel duobus &c. ¶ Quod si forte &c. vsq; dicta canonica monitione præmissa, excommunicationis, In conuentum vero dicti Monasterij. A. si in his &c. & in ipsorum &c. ¶ Cæterum &c. vsq; excuset, ad vos dominos Abbatem & Conuentum, omnesq; alios &c. vt supra de vno vel duobus &c. vsq; in finem, mutatis mutandis.

Processus ad collationem Prioris & conuentus ordinis .N.

Venerabilibus Et religiosis viris, dominis Priori & Conuentui. N. omnibusq; alijs & singulis &c. ¶ Quod si forte &c. præmissa excommunicationis, in Conuentum vero, & Prioratum huiusmodi, suspeñ. &c. & in ipsum Prioratum, interdicti ecclesiastici sententias, ferimus &c. ¶ Cœterum &c. vsq; excuset, ad vos dominos Priorem & Conuentum, omnesq; alios & singulos supradictos, ac personas, & loca alia &c.

Processus ad collationem duarum Abbatissarum & conuentum earundem.

Venerabilibus Ac religiosis dominabus Abbatissis & Conuentibus Monasteriorum Beatæ Mariæ in . A. & Sancti . B. in .C. ordinis Sancti. N. P. dioces. ac illi vel illis &c. omnibusq; alijs &c. ¶ Quod si forte &c. excommunicationis, In Conuentus vero, dictorum Monasteriorum, suspeñ. a diuinis, & in ipsa Monasteria, interdicti ecclesiastici sententias, ferimus in his scriptis, & etiam promulgamus. ¶ Cœterum &c.

excuset, ad vos dominas Abbatissas & conuentus, omnesq; & singulas supradictas personas, & loca alia &c.

Processus ad collationem Episcopi, & capitulorum cathedralis & collegiatæ Ecclesiarum.

Reuerendo In Christo Patri, & domino. A. Dei gratia episcopo. N. eiusq; in spiritualibus & temporalibus Vicario, seu officiali generali, necnon venerabilibus, & circumspectis viris dominis Decano & Archidiacono. N. ac præposito ecclesiæ collegiatæ Sancti. N. O. dioc. ipsorumq;. N. &. N. ecclesiarum prædictarum capitulis, canonicis & personis etiam, dignitates, personatus, administrationes vel officia in illis obtinen. omnibusq; alijs & singulis, quorum interest &c. ¶Quod si forte &c. vsq; in capitula vero. N. & Sancti. N. ecclesiarum & quarumcunq; aliarum ecclesiarum capitula & conuentus, si in his deliquerint, suspen. a diuinis, & in ipsorum & quorumcunq; delinquentium ecclesias, Monasteria &c. promulgamus, Vobis &c. ¶Cæterum &c. vsq; excuset, Ad vos dominos Episcopum, decanum, Archidiaconum & præpositum, omnesq; alios &c. supradictos, personasq; & loca alia &c.

Processus ad collationem Episcopi & Abbatis.

Reuerendo In Christo Patri, & domino &c. ac officiali generali, necnon venerabilibus & circumspectis, ac etiam religiosis viris, dominis, Decano, & capitulo. N. singulisq; canonicis & personis ecclesiæ. B. etiam dignitates, personatus, administrationes, & officia in illa obtinen. necnon Abbati & conuentui Monasterij Sancti. N. ordinis P. omnibusq; alijs & singulis &c. ¶Quod si forte &c. & excommunicationis, In capitula vero ecclesiæ. N. & conuentum Monasterij prædictorum, suspen. a diuinis, ac in ecclesiam, & Monasterium huiusmodi, interdicti &c. promulgamus, Vobis vero &c. ¶Cæterum &c. excuset, Ad vos dominos Episcopum, Decanum, capitulum, canonicos & personas, necnon Abbatem & conuentum, omnesq; alios & singulos supradictos &c.

¶Simili modo, facies processum ad collationem Epi & Abbatissæ.

Processus ad collationẽ duorũ Abbatũ & Cõuẽtuũ.

Venerabilibus Et Religiosis viris, dominis. N. &. N. dioces. ordinis sancti. B. Monasteriorum Abbatibus, & conuentibus omnibusq; alijs & singulis &c. ¶Quod si forte &c. excommunicationis, in conuentus vero dictorum monasteriorum, suspen. a diuinis & in ipsa monasteria, interdicti &c. sententias ferimus in his scriptis & etiam promulgamus. ¶Cæterum &c. vsq; excuset, ad vos dominos Abbates & conuentus, omnesq; alios & singulos supradictos &c.

Processus ad collationem Ecclesiæ collegiatæ, & vnius Abbatis.

Venerabilibus Et circumspectis, ac etiam Religiosis viris, dominis Præposito, & capitulo, singulisq; canonicis & personis ecclesiæ Sanct. A. B. dioc. etiam dignitates, personatus, administrationes, vel officia, in illa obtinen. necnon Abbati & conuentui monasterij Sancti. M. ordinis. N. omnibusq; alijs & singulis quorum &c. ¶Quod si forte &c. excommunicationis, In capitulum vero ecclesiæ. A. & conuentuum &c. vt supra in processu episcopi, & abbatis vsq;.

¶ Cæterum &c. vsq; excuset, Ad vos dominos præpositum, capitulum, canonicos, & personas, necnon Abbatem & conuentum præfatos, omnesq; alios &c.
¶ Simili modo, ad quascunq; alias collationes mutatis mutandis, poteris formare processus.

DE PROCESSIBVS EXPECTATIVARVM IN FORMA DIGNVM.

Processus expectatiuæ, in forma dignum, pro creato in vna Ecclesia, ac de alio beneficio.

Reuerendo In Christo Patri & domino &c. necnon venerabilibus &c. Decano & capitulo, singulisq; canonicis & personis ecclesiæ .N. &c. vsq; tenemur, Attendeñ. requisitionem huiusmodi esse iustam & rationi consonam, eundem .O. coram nobis, propter hoc personaliter constitutum, diligenter examinauimus. Et quia per diligentem examinationem huiusmodi, ipsum sufficientem & idoneum, ad dictam gratiam obtinendam, & alias bonæ vitæ, & honestæ conuersationis ac famæ laudabilis, fuisse & esse reperimus, Idcirco auctoritate apostolica nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, Canonicatum ecclesiæ .N. cum plenitudine iuris canonici, eidem d mino .O. conferimus & assignamus, ac prouidemus etiam de eodem. Præbeñ. vero, ac dignitatem &c. vt in bullis, vsq; ad illud verbum fuerit, & ad dignitatem, personatum, administrationem vel officium huiusmodi, consueuit &c. existat ad venerabilium & religiosorum virorum, dominorum Abbatis & conuentus monasterij sanct. A. ordinis. S. C. dioc. &c. collationem &c. pertineñ. si qua vacant ad præsens, aut cum simul vel successiue vacauerint, quæ eidem .O. per se vel procuratorem suum, ad hoc, ab eo, legitime constitutum, intra tempus in eisdem literis apostolicis contentum & præfixum, duxerit acceptañ. conferenda, sibi post acceptationem huiusmodi, cum omnibus iuribus & pertineñ. suis, collationi & donationi nostræ, immouerius apostolieæ, specialiter & expresse, reseruamus, districtius inhibeñ. auctoritate apostolica prædicta, vobis domino Episcopo .N. ac Decano & capitulo eiusdem ecclesiæ, ac illi vel illis, ad quem, vel ad quos, in dicta ecclesia præbeñ. &c. collatio &c. pertineñ. ac dignitate &c. necnon Abbati & conuentui præfatis, ne de beneficio huiusmodi interim, etiam ante acceptationem eandem (nisi postquam vobis constiterit, quod O. vel procurator prædictus, illa noluerint acceptare) disponere quoquomodo præsumatis, ac decerneñ. (prout per præfatum dominum nostrum Papam est decretum) irritum & inane, si secus super his a quoquam, quauis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari. ¶ Quæ omnia & singula, necnon præfatas literas apostolicas, huncq; nostrum processum, ac omnia & singula &c. vt in primo non ponendo clausulam, per processum autem nostrum, quia est vnus iudex &c. vt in alijs.

Item notandũ est, quod illa clausula, per processum autẽ nostrũ &c. nõ ponitur quãdo est vnicus iudex siue executor, sed ponitur vbi sunt plures Iudices, siue executores.

PROCESSVS IN FORMA DIGNVM, DE VNO BENEFICIO.

Reuerendo &c. Vt tenemur ipsum.N.de literatura diligenter examinatum,ac per examinationem huiusmodi, ipsum sufficientem & idoneum, ad consequendam dictam gratiam, esse reperimus, Idcirco auctoritate apostolica &c. qua fungimur in hac parte, beneficium ecclesiasticum, cum cura vel sine cura, etiam si in vestra Cathedrali ecclesia existat,dummodo Canonicatus & præben. non fuerit in eadem, ad vestrorum dominorum Episcopi & Capituli, singulorumq; Canonicorum & personarum ecclesiæ.N. collationem, prouisionem &c. pertinen. si quod vacat ad præsens vel vacauerit, quod dictus dominus.N.per se vel procuratorem suum, ad hoc,ab eo, legitime constitutum,infra vnius mensis spatium,postquam sibi,vel eidem procuratori,vacatio illius beneficij innotuerit,duxerit acceptandum, conferendum, eidem domino.N.post acceptationem prædictam, cum omnibus iuribus & pertinen. suis, donationi nostræ, immouerius apostolicæ, specialiter & expresse, reseruamus, districtius inhiben. vobis domino Episcopo,Decano, Capitulo præfatis, ac illi, vel illis, ad quem, vel ad quos, huiusmodi beneficij collatio &c. pertinet, ne de huiusmodi beneficio interim etiam ante acceptationem eandem, nisi postquam vobis constiterit,quod.N. vel procurator prædicti, illud noluerint acceptare, disponere quouis modo præsumatis. Quæ omnia & singula,necnon præfatas literas apostolicas huncq; nostrum processum &c.

Per istos duos vltimos processus,habēdo respectum ad superiores,cōficies alios processus in forma dignū,pro absentibus, qui in partibus examinātur,etiam pro regularibus, habendo respectum ad infrascriptum.

DE PROCESSV EXPECTATIVARVM PRO REGVLARIBVS.

Processus expectatiuæ pro Monacho, cum translatione ad aliud Monasterium post assecutionē.

Venerabilibus Et Religiosis viris, dominis.M.&.N.Monasteriorum Abbatibus, & conuentibus, ordinis sancti.A.B.dioc. omnibusq; alijs & singulis &c. vt in primo processu mutatis mutandis, vsq; ad illud verbum factas, postquam eundem dominum P. vel procuratorem suum, eius nomine, beneficium ecclesiasticum, cum cura vel sine cura per Monachos dicti ordinis, gubernari solitum, etiam si prioratus, præpositura &c. existat, in præfatis literis apostolicis, designatum, & per præfatum dominum nostrum Papam reseruatum, infra tempus in eisdem literis apostolicis contentum,& assignatum,acceptasse,sibiq;,per nos,aut aliquem collega-

rum, vel subdelegatorum nostrorum, supra & infra scriptorum, post acceptationem prædictam, cum omnibus iuribus & pertineñ. suis, collatum & assignatum decerneñ. prout per præfatum dominum nostrum Papam decretum est, præfatũ dominum. P. principalem, quam primum beneficium huiusmodi, si illud, per Monachos Monasterij. A. regi consueuerit, pacifice assecutus fuerit, de præfato Monasterio. B. cuius Monachus & ordinem ipsum expresse professus est, ad ipsum Monasterium. A. auctoritate nostra, immo uerius apostolica, translatum fuisse & esse noueritis, immediate sequeñ. quorum sex dierum, duos pro primo, duos pro secundo & reliquos duos dies, vobis omnibus & singulis supradictis, pro tertio & peremptorio termino, ac monitione canonica, assignamus, eundem dominũ. P. vel procuratorem suum, eius nomine, in & ad corporalem, realem & actualẽ possessionem beneficij, iuriumq; & pertineñ. prædictorum, ponatis & inducatis, inductũq; defendatis, ac eundem dominum. P. vel dictum procuratorem pro eo ad beneficium huiusmodi, vt moris est, admittatis, ipsumq; dominum. P. in præfato Monasterio. A. in Monachum recipiatis, & in fratrem, ac syncera in domino charitate tractetis, sibiq; de ipsius beneficij fructibus, redditibus, & proueñ. iurib⁹ & obueñ. &c. vt in alijs auctoritate nostra, immo uerius apostolica, inducant & defendant inductum, & ad huiusmodi beneficium, vt moris est, admittant & admitti faciant. Ipsumq; dominum. P. postquam beneficium huiusmodi pacifice fuerit assecutus, de dicto monasterio. B. ad dictum monasterium. A. transferant, & in eodem, in monachum recipi, & in fratrem, ac syncera ibidem in domino charitate tractari, sibiq; de ipsius beneficij fructibus, redditibus proueñ. iuribus &c. Aduerte ad verba Bullæ.

Simili modo facies de quacunq; alia expectatiua regularium, etiam sine translatione, omittẽdo clausulam translationis, etiã de duobus beneficiis, habendo respectũ ad superiores processus.

DE PROCES. SVPER FRVC. PERCIPIEN.

Processus super indulto, de fructibus percipieñ. in absentia.

Vniuersis Et singulis Reuerendissimis, ac Reuereñ. in Christo patribus & dominis dominis, Dei & apostolicæ sedis gratia, præsentibus & futuris, Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, ac venerabilibus & circumspectis viris, tam Metropolitañ. quam aliarum cathedralium & collegiatarum, ecclesiarum (in quibus venerabilis vir, magister Nicolaus Cumyn, literarum apostolicarum Scriptor, beneficia nunc obtinet, & in posterum obtinebit) capitulis, & alijs quorumcunq; locorum ordinarijs, omnibusq; alijs & singulis, quorum interest, vel intererit, & quos infrascriptum tangit negotium &c. vos dominos Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, capitula, locorũq; ordinarios, omnesq; alios & singulos supradictos, quibus præsens noster processus dirigitur, tenore præsentium requirimus & monemus, primo, secundo, tertio & peremptorie, ac vobis & cuilibet vestrum, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœnis infrascriptis, districte præcipieñ. mandamus, quatenus infra nouem dies, postquam pro parte dicti. N. fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus, immediate sequeñ. quorum nouem dierum, tres pro primo, tres pro secundo, & reliquos tres &c. assignamus, fructus, redditus & proueñ. iura, & emolumẽ

tà canonicatuum & præbeñ.& aliorum beneficiorum quorumcunq;, quæ idem .N. in quibusuis ecclesijs,siue locis,obtinet, & in posterum obtinebit, cum ea integritate,cum qua illos perciperet & haberet,si in ecclesijs ipsis,siue locis, in quibus canonicatus & præbeñ. ac beneficia huiusmodi, nunc consistunt, & in futurum consistent, præsens, personaliter resideret, eidem.N. vel procuratori suo, ministretis & ministrari faciatis sine difficultate, rebellione & oppositione quibuslibet, debitis & consuetis, eorundem beneficiorum, supportatis oneribus, dictumq; Magistrum Nicolaum,ad residendum personaliter in eisdem ecclesijs, siue locis nullatenus compellatis,nec molestetis,contra concessionis prædictæ tenorem,seu compelli,aut molestari faciatis,non obstañ.omnibus & singulis, quæ præfatus dominus noster Papa,in præfatis literis apostolicis voluit non obstare. ¶Quod si forte præmissa omnia &c. ac impedieñ. ipsum .N. vel procuratorem suum super præmissis in aliquo, quominus huiusmodi fructus, redditus,& prouen.sibi ministrentur,ac ipsum impedieñ.dantes auxilium, consilium vel fauorem &c. In capitula vero ecclesiarum,in quibus idem.N. beneficium obtinet & in posterum obtinebit, ac conuentus & collegia quæcunq; in his forsan delinquen.suspen.a diuinis,ac in ipsas ecclesias & loca, interdicti ecclesiastici sententias &c. promulgamus. ¶Vobis vero Reuerendissimis, ac Reuerendis in Christo patribus,& dominis dominis Patriarchis, Archiepiscopis & Episcopis præfatis,tantum exceptis,quibus &c. ¶Cœterum &c. tabellionibus publicis quibuscunq;,per ciuitates & dioc.ac alia loca huiusmodi, in quibus idem N. beneficia obtinet & obtinebit, vt præfertur, & alias, vbilibet constitutis &c. procurent, ac huiusmodi fructus, redditus, & prouen. iuxta prædictæ concessionis continentiam & tenorem,præfato.N.vel procuratori suo,debitis, & consuetis supportatis oneribus ministrari faciant seu faciat, dictumq; N.ad residendum in eisdem ecclesijs siue locis,nullatenus per ordinarios & capitula, aut quosuis alios, contra prædictæ concessionis continentiam & tenorem, compelli seu molestari permittant seu permittat. ¶Et nihilominus &c.

Processus similis de fructibus Canonicatus & præbeñ.percipieñ.residendo in studio.

Reuerendo In Christo Patri,& domino domino, Dei & apostolicæ sedis gratia Episcopo.N. eiusq; in spiritualibus & temporalibus Vicario & officiali generalibus, necnon venerabilibus & circumspectis viris, dominis, Decano & capitulo ecclesiæ .R. in qua venerabilis, vir dominus .S. canonicatum & præbeñ. obtinet, omnibusq; alijs &c. assignamus, fruct. redditus,& prouen. dictorum canonicatus & præbeñ. ecclesiæ.T.de quibus,in præinsertis literis apostolicis fit mentio, per dictum tempus, in quo literarum studio vacauerit, & alias, iuxta præfati domini nostri Papæ concessionis tenorem, præfato domino.S. vel procuratori suo, integre ministretis,dictumq; dominum.S. ad residendum interim in dicta ecclesia, nullatenus molestetis seu molestari faciatis. ¶Quod si forte fructus, redditus & prouen. huiusmodi præfato domino.S.vel procuratori suo,non administraueritis, mandatisq; & monitionibus nostris huiusmodi, immo uerius apostolicis, non parueritis cum effectu, nos in vos, omnes & singulos supradictos qui culpabiles fueritis in præmissis, & generaliter &c. ¶Et nihilominus &c.

Processus similis, de fructibus percipieñ. resideñ. in altero beneficiorum.

REVERENDIS. In Christo Patribus, & dominis dominis, Dei & apostolicæ sedis gratia .M.&.N.

Episcopis ac alijs locorum ordinarijs quibuscunque eorumque & cuiuslibet ipsorum in spiritualibus vicarijs,& officialibus generalibus &c. assignamus, fructus, redditus & prouen. iura, obuen. & emolumenta canonicatuum & praeben. dictarum M.&.N.ecclesiarum,ac quorumcunque aliorum beneficiorum ecclesiasticorum cum cura vel sine cura, etiam si canonicatus & praeben. ac dignitates, personatus,administrationes vel officia, in cathedralibus,etiam in Metropolitan.&c. vt in Bulla, quae dictus dominus.R. in quibusuis ecclesijs siue locis, obtinet, & in posterum obtinebit,cum ea integritate(quotidianis distributionibus duntaxat exceptis) cum qua illos perciperet & haberet,si in dictis ecclesijs, siue locis, in quibus beneficia huiusmodi consistunt siue consistent, personaliter resideret, eidem domino.R. in aliquo beneficiorum suorum ecclesiasticorum residendo, quoad vixerit, vel procuratori suo pro eo, & eius nomine, iuxta praefati domini nostri Papae concessionis tenorem,administretis seu administrari faciatis,sine difficultate & contradictione quibuscunque,dictumque.R.ad residendum in ecclesijs, siue locis antedictis,nullatenus compellatis,vel alias, contra huiusmodi concessionis tenorem quomodolibet molestetis,aut compelli seu molestari faciatis, nec etiã permittatis. ¶Quod si forte praemissa omnia & singula &c. vt in processu de percipiendis fructibus in absentia, vsque excommunicationis, in capitula vero, & collegia quaecunque, in & sub quibus dictus dominus.R.beneficia obtinet, seu in posterum obtinebit, in his delinquen.suspen. a diuinis, & ipsorum delinquentium & rebellium huiusmodi ecclesias,interdicti ecclesiastici sententias ferimus in his scriptis,& etiam promulgamus. Vobis vero &c. ¶Coeterum cum ad executionem &c. vsque quibuscunque per ciuitates & dioc.M.&.N.& alia loca, in quibus &c. se excuset, Ad vos dominos.M. &.N. ordinarios & capitula, omnesque alios & singulos supradictos,quibus praesens noster processus dirigitur &c.ac personas & loca alia de quibus &c. procurent,ac huiusmodi fructus,redditus & prouen. praefato domino.R.(in aliquo beneficiorum suorum residendo quoad vixerit,vel procuratori suo,eius nomine (prout ad eos communiter vel diuisim pertinet) iuxta praedictae concessionis tenorem, ministrent seu ministrari faciant & procurent, plenarie & integre, ipsumque dominum.R.ad residendum interim, in ecclesijs,siue locis praedictis,nullatenus,per vos seu capitula huiusmodi, aut quoscunque alios compelli,vel alias,contra iam dictae concessionis tenorem, quomodolibet molestari permittant. ¶Et generaliter &c.

DE PROCESS. LEGITIMATIONIS.

Processus super legitimationis bastardi, per summum Poenitentiarium.

Vniuersis Et singulis, praesentes literas, siue hoc praesens publicum instrumentum, inspecturis. ¶Martinus Dei & apostolicae sedis gratia, Episcopus.N.ad praesens in Romana Curia residens, Commissarius & executor vnicus, ad infrascripta, auctoritate apostolica, specialiter deputatus, Salutem in domino sempiternam, & praesentibus fidem indubiam adhibere. ¶Literas Reuerendissimi in Christo Patris, & domini domini Raynutij, miseratione diuina, tituli sancti Angeli, Sacrosanctae Romanae Ecclesiae presbyteri Cardinalis de Farnesio vulgariter nuncupati, ac Sanctissimi Domini nostri Papae & sanctae Sedis apostolicae maioris Poenitentiarij, eius vero sigillo oblongo, in cera rubea, alba circundata, cum cordula sericea, rubei coloris, more sacrae Poenitentiariae apostolicae, impenden. sigillatas, sanas &c. nobis per discretum virum, dominum .V. in eisdem literis principaliter nominatum,

coram notario publico & testibus infrascriptis &c. Quorum quidem literarum tenor sequitur &c. ¶ Venerabili in Christo Patri, Dei gratia, episcopo. N. &c. ¶ Post quarum quidem literarum apostolicarum sacræ Pœnitentiariæ præsentationem &c. fact. fuimus per dictum dominum. V. debita cum instañ. requisiti, quatenus ad executionem &c. nobis formam. Nos igitur vt supra in processu super defectu natalium, vsq; tenemur. Idcirco, auctoritate apostolica nobis cõmissa & qua fungimur in hac parte, consideratis diligenter circunstantijs vniuersis, quæ circa idoneitatem personæ dicti. V. erant consideranda, & quia ex illis clare & euidenter nobis constitit, & legitime constat, eundem dominum. V. esse vitæ laudabilis & conuersationis honestæ, ipsumq; V. non fuisse nec esse paternæ incontinentiæ imitatorem, aliaq; sibi merita reperimus suffragari, ad dispensationis gratiam obtineñ. Ideo cum eodem V. super huiusmodi defectu natalium quem patitur, de presbytero genitus & soluta, ꝙ eo defectu & alijs præmissis, in supradictis literis apostolicis contentis, non obstañ. ad omnes etiam sacros & presbyteratus ordines promoueri possit & beneficium ecclesiasticum, etiam si curam habeat animarum, obtinere, auctoritate apostolica, nobis in hac parte commissa (iuxta earundem literarum vim, formam & tenorem) misericorditer dispensauimus, ac tenore præsentium dispensamus, ita tamen quod idem. V. vt requirit, onus beneficij, quod eum, post dispensationem huiusmodi, obtinere contigerit, se faciat, statutis a iure temporibus, ad omnes ordines promoueri, & personaliter residea t in eodem, alioquin dicta dispensationis gratia, quo ad beneficium ipsum, nullius sit momenti & omnia alia fecimus in præmissis, prout, per dictum dominum Pœnitentiarium maiorem, nobis extitit commissum.

¶ IN quorum omnium & singulorum &c. præsentes literas, in forma publici instrumenti redactas, per notarium publicum infrascriptum, subscribi, signari, & publicari mandauimus, Sigilliq; nostri, iussimus & fecimus appensione cõmuniri. ¶ Datum & Act. &c. Præsentibus &c.

DE PROCESS. DISPENSATIONVM.

Processus super simili dispensatione, quando fuit auctoritate ordinaria, ad minores ordines, & beneficium dispensatum.

Vniuersis &c. Aliaq; sibi merita reperimus suffragari, ad dictam dispensationis gratiam obtinendam cum eodem. Q. cum quo alias, super defectu natalium quem patitur, de P. genitus & S. vt eo non obstañ. defectu, ad omnes minores ordines posset promoueri, & beneficium ecclesiasticum, cui cura non immineret animarum, obtinere, ordinaria auctoritate fuit dispensatum, cuius dispensationis vigore, ipse clericali caractere insignitus, & ad minores ordines, rite promotus fuit, prout nobis legitime constitit atq; constat, quod huiusmodi natalium defectu non obstañ. ad omnes sacros, etiam presbyteratus ordines, possit promoueri, & si ex fructibus, redditibus & prouentibus huiusmodi beneficij quod eum vigore dictæ ordinariæ dispensationis obtinere contigerit, sustentari non poterit, vnum aliud beneficium compatibile cum dicto beneficio obtinẽdo, etiam si curam habeat animarum, in ecclesia Cathedrali &c. fuerit, auctoritate apostolica nobis commissa, & qua fungimur in hac parte dispensauimus, & tenore præsentium dispensamus, ita tamen, ꝙ idem. Q. (prout requirit) onus beneficij &c. vt in præcedeñ. &c.

DE PROCES. MANDATORVM DE PROVIDEN. PRO SECVLARIBVS.

Processus super mandato de prouidendo de parochiali vacañ. per assecutionem incompatibilis.

Reuerendo In Christo patri & domino domino &c. omnibusq; alijs & singulis &c. vt supra. ¶ Post quarum quidem literarum &c. vsq;. Nos igitur. N. iudex & executor præfatus &c. vsq; tenemur. Quia ex testimonio nonnullorum fidedignorum testium coram nobis, super hoc, productorum & examinatorum, comperimus præfatam parochialem ex eo vacare, quod venerabilis vir, dominus P. olim dictæ ecclesiæ rector, parochialem ecclesiam. A. B. dioc. auctoritate apostolica sibi collatam, fuit pacifice assecutus. Idcirco auctoritate apostolica qua fungimur in hac parte, parochialem ecclesiam. A. sic vacañ. cum omnibus iuribus & pertineñ. suis vniuersis, præfato domino. N. petenti, & id humiliter fieri postulanti, conferimus & assignamus, ac prouidemus etiam de eadem, atq; eundem. N. coram nobis personaliter constitutum, in corporalem, realem, & actualem possessionem, seu quasi parochialis ecclesiæ, iuriumq; & pertineñ. prædictorum, per bireti nostri traditionem, induximus & inuestiuimus de eadem &c. ¶ Quæ omnia & singula &c. vt infra, in vacañ. in curia &c.

Eodem modo facies de quibusuis aliis beneficiis aut dignitatibus.

PROCES. MANDATI DE PROVID. DE CANONICA. ET PRAEBEN. VACAN. PER CONTRACT. MATRIMONII.

Reuerendo In Christo Patri, & domino domino, Dei & apostolicæ sedis gratia &c. ac venerabilibus & circumspectis viris, dominis capitulo ecclesiæ. N. omnibusq; alijs & singulis &c. vt in alijs. ¶ Post quarum quidem &c. vt tenemur. Et quia comperimus Canonicatum & præbeñ. ecclesiæ. N. ex eo vacare, quod venerabilis vir, dominus. Q. nuper dictæ ecclesiæ canonicus, matrimonium cum quadam muliere. L. per verba legitime de præsenti contraxit, carnali copula, subsecuta, Idcirco auctoritate apostolica, qua fungimur in hac parte, Canonicatum & præbeñ. prædictos per contractum matrimonij huiusmodi vacañ. cum plenitudine iuris canonici, omnibusq; & singulis pertineñ. suis conferimus & assignamus, ac prouidemus etiam de eisdem, atq; eundem. R. propter hoc, coram nobis personaliter constitutum, in corporalem possessionem, seu quasi Canonicatus & præbeñ. iuriumq; & pertineñ. prædictorum, per bireti nostri traditionem, induximus & inuestimus etiam de eisdem &c. Vosq; dominum Episcopum & Capitulum. N. vt in simili de beneficio vacañ. in curia.

Processus mandati de prouidendo de beneficio vacañ. per cessionem.

Post quarum quidem literarum apostolicarum præsentationem & receptionem &c. Constitutus coram nobis, præfatus. N. quoddam publicum instrumentum, per discretum virum, dominum. O. publicum apostolica auctoritate notarium, in notam receptum, subscriptum & signatum, ad verificandum cessionem, de qua in præinsertis literis apostolicis fit mentio, nosq; de illa veraciter informandum, ibidem facto produxit, & ad literam apostolicam prædictarum, ac contentorum in eisdem, debitam executionem procedit, per nos debita cum instañ. postulauit, iuxta traditam seu directam per eas a sede apostolica nobis formam. Nos igitur Io. &c. vsq; reuerenter exequi, vt tenemur, & quia ex tenore prædicti instrumenti, nobis legitime constitit atq; constat, quod præfatus dominus. A. liti & causæ, ac omni iuri sibi in dicta Capellania, vel ad eam quomodolibet competeñ. coram notario publico, & testibus fidedignis, in eodem instrumento descriptis, apud sedem apostolicam, sponte & libere cessit, Idcirco auctoritate apostolica nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, cessionem huiusmodi hac vice duntaxat admisimus & admittimus per præsentes, eaq; per nos admissa, Capellaniam prædictam, siue per obitum vel cessionem huiusmodi, aut alias quouismodorum, in eisdem literis apostolicis expressatorum, vacañ. nobis non constito q tempore dat. dictarum literarum apostolicarum in dicta capellania esset alicui specialiter ius quæsitum &c. vt infra in processu mandati de prouidendo vacañ. extra curiam per obitum. ¶Quæ omnia & singula &c.

Processus, de prouidendo de beneficio vacañ. per deuolutionem.

Reuerendo in Christo patri &c. Vt in alijs, vsq; reuerenter exequi, vt tenemur. Eam ob rem de contentis in præinsertis literis apostolicis, & alijs nobis commissis, inquisiuimus & nos informauimus diligenter. Cum autem per diligentem informationem huiusmodi, comperissemus ecclesiam. A.B. dioc. tanto tempore vacauisse, & ad præsens vacare, q eius collatio, iuxta Lateraneñ. statuta Concilij, ad sedem apostolicam legitime deuoluta existit, Idcirco auctoritate apostolica nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, ecclesiam prædictam, sic vacañ. cum omnibus iuribus & pertineñ. suis, præfato domino. N. coram nobis præsenti, & id humiliter fieri petenti (primitus, nobis non constito, q tempore dat. dictarum literarum apostolicarum, in dicta ecclesia, esset alicui specialiter ius quæsitum) contulimus & assignauimus, conferimusq; & assignamus, ac prouidemus etiam de eadem, ac eundem dominum. N. in corporalem possessionem, seu quasi dictæ ecclesiæ, iuriumq; & pertineñ. prædictorum (vt melius potuimus & debuimus) posuimus & induximus, ponimusq; & inducimus, ac inuestimus etiam de eadem, præsentium per tenorem. Quocirca, vos dominum Episcopum. N. & Capitulum &c.

Processus mandati de prouidendo, de beneficio vacañ. per ingressum religionis.

Reuerendo in Christo patri &c. vt supra. ¶Post quarũ quidẽ literarũ apostolicarũ &c. vsq; vt tenemur, & quia ex testimonio & relatione fidedignorum testiũ, comperimus Canonicatum & præbeñ. prædictos ex eo vacare, quod venerabilis vir, dominus .A. nuper ipsius ecclesiæ Canonicus præbendatus, Monasterium. N. ordinis .B.

A.prædicta, sibi per præfatum dominum nostrum Papam, vt præinsertis literis apostolicis exprimitur, collatorum, iuriumq; & pertinen. omnium eorundem, in duximus, prout inducimus per præsentes inuestientes nihilominus, eundem dominum.N.per dictarum literarum apostolicarum in eius manibus traditionem præsentialiter de eisdem. ¶Quæ omnia & singula necnon præinsertas literas apostolicas, & hunc nostrum processum, ac omnia & singula in eis contenta, vobis omnibus & singulis supradictis, quibus præsens noster processus dirigitur, & vestrum cuilibet, intimamus &c. per præsentes. Vosq; nihilominus, & vestrum quemlibet, eadem auctoritate tenore præsentium, requirimus & monemus primo, secundo, tertio, & peremptorie &c. assignauimus eundem.N. principalem, vel procuratorem suum pro eo, & eius nomine, in & ad corporalem, realem, & actualem possessionem Canonicatus & præben. iuriumq; & pertinen. prædictorum, recipiatis, inducatis, & defendatis inductum, amoto exinde quolibet illicito detentore, quem nos (inquantum possumus) amouemus, & denunciamus amotum, ac ipsum dominum.N.principalem, vel pro eo procuratorem prædictum, ad canonicatum & præben. huiusmodi, vt est moris, admittatis & faciatis admitti, sibiq; vel dicto procuratori suo, de ipsorum Canonicatus & præben. fructibus redditibus prouen. iuribus, & obuen. vniuersis, integre respondeatis, & faciatis ab alijs (quantum in vobis fuerit) plenarie & integre responderi. ¶Monemus insuper modo & forma præmissis, vos omnes & singulos supradictos, tam ecclesiasticos, quam seculares, ac quoscunq; alios cuiuscunq; dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis existentes, vobisq; & ipsis expresse inhiben. ne vos aut alius, seu alij quicunq; præfato domino.N.principali, quominus Canonicatum & præben. prædictos eorumq; possessionem, assequi possit, ipsorumq; canonicatus & præben. fructus, & redditus & prouen. percipere, & leuare valeat, seu quominus omnia & singula supradicta, suum debitum sortiantur effectum, impedimentum aliquod præstetis præstent, seu præstet, aut impedientibus ipsum, vel procuratorem suum detis, seu dent, vel det auxiliū, cōsiliū, vel fauorē, publice vel occulte, directe vel indirecte, quouis quæsito colore, alioquin, in vos omnes & singulos supradictos, ac eos, & vestrum, & eorum quemlibet, & generaliter in quoslibet contradictores in hac parte & rebelles, nisi infra dictum sex dierum terminum, a contradictione, impedimento, auxilio, consilio, vel fauore huiusmodi, destiteritis, destiterint, seu destiterit, ac mandatis & monitionibus nostris huiusmodi, immoucrius apostolicis, parueritis, seu paruerint, ac paruerit cum effectu, exnunc, prout extunc, singulariter in singulos, dicta sex dierum canonica monitione præmissa, excommunicationis, In capitula vero quarumcunq; ecclesiarum, collegia, & conuentus quorumcunq; monasteriorum, in his forsan delinquen. suspen. a diuinis, & in ipsorum, & dictorum Canonicatus & præben. vel in ipsam ecclesiam. A. interdicti sententias, ferimus in his scriptis, & etiam promulgamus. ¶Vobis vero Reueren. patri, domino Episcopo.A. &c. excommunicationis sententia innodamus. ¶Cæterum cum ad executionem &c. se excuset, ad vos Reuerendum patrem dominum episcopum A omnesq; alios & singulos supradictos, quibus præsens noster processus dirigitur, & ad dictam parochialem ecclesiam .A. personasq; & loca alia, de quibus, vbi quando, & quotiens expediens fuerit, personaliter accedant, seu alter eorum accedat, dictasq; literas apostolicas, & hunc nostrum processum, ac omnia & singula in eis contenta, seu eorum substantialem effectu, vobis & cuilibet vestrum, ac alijs quorum interest, communiter vel diuisim, legant intiment, insinuent, & fideliter publicari procurent. Necnon præfatum dominū .N.principalem vel procuratorem suum pro eo, & eius nomine, in & ad corporalem, realem, & actualem possessionem collati altaris, iuriumq; & pertinen. prædictorum, inducant auctoritate nostra, immoucrius apostolica prædicta, & defendant inductum, amoto exinde quolibet illicito detētore, quem nos, vt supra, amouemus & denunciamus amotum, ac ipsum.N.principalem, vel pro eo procurato

tem prædictum, ad beneficium huiusmodi, vt est moris, admittant, & faciant ad mitti, sibique, vel dicto procuratori suo, de dicti collati altaris, fructibus, redditibus, prouen. iuribus & obuen. vniuersis, integre responderi faciant & procurent, nõ obstan. omnibus & singulis, quæ præfatus dominus noster Papa voluit non obstare. ¶ Et generaliter omnia &c. ¶ In quorum omnium &c.

Processus prouisionis Vicariæ.

Reuerendo In Christo Patri, & domino domino, Dei & apostolicæ sedis gratia Episcopo. A. eiusque, in spiritualibus & temporalibus Vicario seu officiali generali, necnon venerabilibus & circumspectis viris, dominis Præposito, decano, scolastico, & capitulo singulisque canonicis, & personis ecclesiæ. B illique vel illis, ad quem, vel ad quos, perpetuæ Vicariæ, ad altare Beatæ Mariæ virginis, situm in ecclesia. C. quam tempus, & tempore resignationis de eadem factæ, venerabilis vir, dominus. D. nuper ad altare prædictum perpetuus vicarius, obtinebat, collatio, prouisio, præsentatio &c. dignitate. ¶ Lambertus eadem gratia, Episcopus. M. in Romana Curia residens. Iudex & executor ad infrascripta, vna cum quibusdam alijs infrascriptis nostris &c. vt in forma communi.

¶ POST quarum quidem literarum apostolicarum præsentationem & receptionem, nobis, & per nos, vt præmittitur, factas, fuimus per præfatum domin. N. principalem, coram nobis personaliter constitutum, debita cum instantia requisiti, quatenus, ad earundem literarum apostolicarum & contentorum in eisdem, executionem (iuxta traditam seu directam per eas, a dicta sede apostolica nobis forma) procedere dignaremur. Nos igitur Lambertus Episcopus, iudex & executor præfatus, attenden. requisitionem huiusmodi esse iustam, & rationi consonam. Volentesque mandatum apostolicum, nobis in hac parte directum, reuerenter exequi, vt tenemur, Idcirco, auctoritate apostolica nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, eundem dominum. N. principalem vel procuratorem suum pro eo, in & ad corporalem, realem, & actualem possessionem perpetuæ Vicariæ, ad altare beatæ Mariæ virginis, situm in ecclesia. C. prædictis, iuriumque & pertinen. omnium eiusdem induximus & inducimus per præsentes, sicque inductum, ab omnibus, quorum interest defendi & tueri, mandauimus, sibique etiam, aut procuratori suo, de ipsius Vicariæ fructibus, redditibus, prouen. iuribus & obuen. vniuersis, integre responderi mandauimus ac mandamus per præsentes, amoto exinde quolibet illicito detentore seu occupatore. ¶ Quæ omnia & singula, vobis omnibus & singulis supradictis, communiter & diuisim, intimamus, insinuamus, & notificamus, ac ad vestram & cuiuslibet vestrum notitiam, deducimus, & deduci volumus per præsentes, vosque nihilominus, & quemlibet vestrum insolidum, requirimus & monemus, primo, secundo, tertio, & peremptorie, ac vobis & vestrum cuilibet, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub infrascriptis sententiarum pœnis, districte præcipiendo mandamus, quatenus infra sex dierum spatium post præsentationem seu notificationem præsentium, vobis seu alteri vestrum factas, & postquam pro parte dicti domini. N. principalis, vigore præsentium, fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus, immediate sequen. Quorum sex dierum, duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies vobis vniuersis & singulis, pro tertio & peremptorio termino, ac monitione canonica, assignamus, eundem dominum. N. principalem, vel procuratorem suum, pro eo, in & ad corporalem, realem, & actualem possessionẽ perpetuæ Vicariæ, ad altare beatæ Mariæ virginis. N. situm in ecclesia. C iuriumque & pertinen. omnium eiusdem inducatis, & admittatis, ac ab alijs, induci & admitti faciatis, ac inductum (quantum in vobis fuerit) defendatis, sibique vel procuratori suo, de ipsius Vicariæ fructibus, redditibus, prouen. iuribusque & obuen. vniuersis integre respondeatis, & ab alijs integre responderi faciatis & procuretis.

QVOD Si forte præmissa omnia & singula, non adimpleueritis, seu distu leritis contumaciter adimplere, mandatisq; & monition. nostris huiusmodi, immouerius apostolicis, non parueritis, realiter & cum effectu, nos in vos omnes & singulos supradictos, qui in præmissis culpabiles fueritis, & generaliter in quolibet contradictores & rebelles, ac impedien. ipsum dominum N. principalem, aut procuratorem super præmissis in aliquo. Necnon impedien. ipsum, dantes auxilium consilium, vel fauorem, publice vel occulte, directe vel indirecte, quouis quæsito colore, cuiuscunq; dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis existant, exnunc prout extunc, & extunc prout exnunc, singulariter in singulos, præ dicta sex dierum canonica monitione præmissa, excommunicationis, In capitula vero, quarumcunq; ecclesiarum, vel Monasteriorum, collegiaq; & conuentus in his forsan delinquentes & delinquentia, suspen. a diuinis, & in ipsorum delinquentium & rebellium, ecclesias, monasteria & capellas, interdicti ecclesiastici sententias, ferimus in his scriptis, & etiam promulgamus. Vobis vero Reueren. patri domino Episcopo. A. &c. vt in processu expectatiuarum pro secularibus. Coeterum cum ad executionem &c. vsq; excuset, Ad vos dominos episcopum, vicarium, & officialem, omnesq; alios & singulos supradictos, necnon ad præfatam perpetuam vicariam ad altare Beatæ Mariæ virginis .N. situm in ecclesia.C. personasq; & loca alia, de quibus expediens fuerit, accedant, præfatasq; literas apostolicas & hunc nostrum processum, ac omnia & singula in eis contenta, vobis omnibus & alijs, quorum interest, vel intererit, vbi quando & quotiens expediens fuerit, legant, insinuent, intiment, & notificent, ac legi, intimari, insinuari, & notificari procurent. Et eundem dominum.N. principalem vel procuratorem suum pro eo, & seu eius nomine, in & ad corporalem, realem, & actualem possessionem Vicariæ prædictæ, iuriumq; & pertinen. omnium eiusdem (iuxta prædictarum literarum, & præsentis nostri processus tenorem) auctoritate prædicta, inducant, seu inducat, & inductum defendant, seu defendat amoto exinde quolibet illicito detentore, quem nos etiam (inquantum possumus) amouemus & denunciamus amotum, ac faciant, seu faciat ipsum dominum.N. principalem, vel procuratorem suum, ad perpetuam Vicariam huiusmodi, vt moris est, admitti, sibiq;, vel procuratori suo, de ipsius Vicariæ fructibus, redditibus, prouen. iuribus & obuen. vniuersis, respondeant, & faciant ab alijs (quantum in eis est, vel fuerit) plenarie & integre responderi. Et generaliter &c. vt in forma communi. In quorum &c.

DE PROCESSIBVS RESIGNATIONVM.

Processus resignationis in manibus iudicis.

Reuerendo In Christo Patri, & Domino domino &c. Valentinus, eadem gratia Episcopus.N. ad præsens in Rom. Cu. residens, iudex & executor vnicus, ad infrascripta, a præfata sede apostolica specialiter deputatus &c.

POST quarum quidem literarum apostolicarum præsentationem & receptionem, nobis & per nos, vt præmittitur, factas, Constitutis coram nobis, honorabili viro, magistro. A. clerico. B. dioces. procuratore, & nomine procuratorio honorabilis, viri, domini. C. alterius, principalium, in præinsertis literis apostolicis principaliter nominatorum, tunc rectoris parochialis ecclesiæ de. M. & .N. dioc. de qua in præinsertis literis apostolicis fit mentio, prout per quoddam publicum procurationis instrumentum, signo & subscriptione discreti viri, domini. O. publici apostolica auctoritate notarij, signatum & subscriptum, nobis exti-

rit legitime facta fides, ex vna, & præfato domino. D. altero principalium, in ipsis literis apostolicis principaliter nominatorum, partibus ex altera, præfatus A. procurator, & nomine procuratorio quo supra, gratis, & ex certa scientia, ac sponte, & libere, ex causis in præinsertis literis apostolicis expressis, parochialem ecclesiam prædictam, quam obtinet, cum omnibus iuribus & pertineñ suis, in manibus nostris sponte & libere resignauit. Tandem pro parte præfati domini. C. principalis, fuimus debita cum instañ. requisiti, vt resignationem huiusmodi recipere & admittere, & ad executionem dictarum literarum apostolicarum & contentorum in eisdem, procedere curaremus, iuxta traditam, seu directam per easdem, a sede apostolica præfata, nobis formam. Nos igitur Valentinus Episcopus, iudex & executor præfatus, volentes mandatum apostolicum, nobis in hac parte directum, reuerenter exequi, vt tenemur, Idcirco auctoritate apostolica nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, præfatam resignationem, de dicta parochiali ecclesia, in manibus nostris, vt præmittitur, factam, hac vice duntaxat, recepimus & admisimus, ac recipimus & admittimus per præsentes. Eademque resignatione, per nos recepta & admissa, primitus ab eisdem dominis. C. principali & A. procuratorio nomine quo supra, ad sancta Dei Euangelia (præstito iuramento, quod in resignatione huiusmodi, non interuenit fraus, dolus, simoniæ labes, aut alia prauitas, seu etiam corruptela) parochialem ecclesiam prædictam, per resignationem huiusmodi, tunc, siue alias, quouis modorum, in eisdem literis apostolicis expressatorum, vacañ. (nobis non constito, quod tempore dat. literarum apostolicarum prædictarum, esset in ea alicui specialiter ius quæsitum) cum omnibus iuribus & pertineñ. suis, præfato. D. ibidem præsenti, & flexis genibus id humiliter petenti, & recipienti, contulimus & assignauimus, conferimusque & assignamus, ac prouidimus & prouidemus etiam de eadem, ipsumque dominum. D. in corporalem possessionem, seu quasi parochialis ecclesiæ, iuriumque & pertineñ. prædictorum, per dictarum literarum apostolicarum traditionem, posuimus & induximus, ponimusque & inducimus, ac inuestimus de eadem per præsentes. ¶ Quæ omnia & singula, necnō præfatas literas &c. vt infra in vacañ. in Curia.

Processus resignationis in manibus Papæ, cum commissione si sit idoneus.

Reuerendo In Christo Patri, &c. reuerenter exequi, vt tenemur, & quia per diligentem examinationem, per nos (vt nobis mandabatur) factam præfatum dominum. A. coram nobis, propter hoc, personaliter constitutum, ad parochialem ecclesiam. B. de qua in præinsertis literis apostolicis fit mentio, obtinendam sufficientem & idoneum, esse reperimus, Idcirco auctoritate apostolica nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, parochialem ecclesiam. B. prædictam, per liberam resignationem venerabilis viri domini. C. nuper ipsius ecclesiæ rectoris, de illa quam tunc obtinebat, pro eo, quod vt asserebatur, per discretum virum, dominum. D. procuratorem suum, ad hoc ab eo specialiter constitutum, in manibus præfati Sanctissimi. D. N. Papæ, factam, & per Sanctitatem suam admissam, vacañ. etiam si quibusuis alijs modis in dictis literis apostolicis contentis, vacauerit, præfato domino. A. cum omnibus iuribus & pertineñ. suis, auctoritate nostra, immo verius apostolica prædicta, contulimus & assignauimus, conferimusque & assignamus per præsentes, ac prouidimus & prouidemus de eadem, ipsumque dominum. A. in corporalem possessionem, seu quasi parochialis ecclesiæ, iuriumque & pertineñ. prædictorum, per dictarum literarum apostolicarum traditionem, posuimus & induximus ponimusque & inducimus tenore præsentium, & inuestimus etiam de eadem. ¶ Quæ omnia &c.

Processu resignationis, ex causa permutationis pro ambabus partibus.

Reuerendo In Christo Patri, &c. ¶ Post quarum quidem literarum apostolicarum præsentationem, & receptionem, nobis & per nos, vt præmittitur, factas, constitutis coram nobis, præfatis dominis. A. & B. procuratoribus nominibus procuratori,s quibus supra ac pro ipsis, parochialem ecclesiam, quam. C. ac altare prædictum, quod. D. præfati, obtinebant, ex certis rationabilibus causis, inuicem permutare desiderantes, in manibus nostris ex causa permutationis huiusmodi, sponte resignarunt, ipsasq; resignationes per eos sic factas, per nos recipi & admitti, postularunt. Nos vero resignationes huiusmodi ex causa prædicta auctoritate apostolica prædicta, hac vice duntaxat duximus admittendas & recipiendas, recipimusq; & admittimus per præsentes, receptis prius ab eisdem procuratoribus, ad sancta Dei Euangelia (tactis scripturis sacrosanctis) corporalibus iuramētis, q in resignationibus prædictis, ex parte dictorum. C. &. D. non interuenit, neq; interueniet, aliqua prauitas, seu etiam corruptela. Quibus quidem resignationibus, sic, vt præmittitur factis, & per nos admissis & receptis, fuimus per dictos procu. pro parte. A. &. B. supradictorum hincinde principalium debita cum instañ. requisiti, quatenus ad vlteriorem dictarum literarum apostolicarum executionem, procedere curaremus, iuxta ipsarum continentiam & tenorem. Nos igitur. N. executor præfatus volentes mandatum apostolicum supradictum nobis directum, reuerenter exequi vt tenemur, Idcirco auctoritate apostolica nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, altare sanct. N. prædictum, necnon parochialem ecclesiam antedictā, per huiusmodi sic factas & admissas resignationes, aut alias, quouis modorum, in eisdem literis apostolicis expressatorum & designatorum, vacañ. cum omnibus iuribus, & pertineñ. prædictis (nobis non constito, q tempore dat. literarum apostolicarum prædictarum, esset in parochiali ecclesia, & altari prædictis, alicui specialiter ius quæsitum) C. &. D. prædictis quāuis absentibus, in personis tamen dictorum procuratorum contulimus & assignauimus cōferimusq; & assignamus præsentium per tenorem, ipsosq; dominos. C. in altari, necnon. D. in parochiali ecclesia, iuriumq; & pertineñ. prædictorum, in dictorum suorum procuratorum personas, humiliter postulantium, auctoritate apostolica supradicta, in corporalē possessionem, seu quasi posuimus & induximus, ponimusq; & inducimus per præsentes, Inuestientes nihilominus ipsos procuratores, quibus supra nominibus procuratorijs, per dictarum literarum apostolicarum in eorum manibus traditionem præsentialiter de eisdem.

¶ QVAE omnia & singula, necnon literas &c. vt supra, vsq; requisitionem, vobis seu alteri vestrum, pro parte dictorum dominorum. C. &. D. & ipsorum cuiuslibet, super hoc fact. immediate sequeñ. quorum &c. assignamus, præfatos dominos. C. in altaris, &. D. ad parochialis ecclesiæ, iuriumq; & pertineñ. prædictorum, corporalem, realem, & actualem possessionem, recipiatis, & in possessionem huiusmodi, auctoritate prædicta, ponatis & inducatis, ac inductos defendatis, seu poni & induci, ac inductos defendi faciatis, amotis quibuslibet detentoribus ab eisdem, quos nos (in quantū possumus) amouemus, & denunciamus amotos, ipsumq; dominum. C. vel procuratorem suum pro eo, ad altare prædictum huiusmodi, vt est moris, admittatis, necnon dominis. C. de altaris, &. D. prædictis vel procuratoribus eorundem de parochialis ecclesiæ prædictorum, fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus & obuentionibus, vniuersis (prout ad vos, communiter vel diuisim, pertinet) respondeatis, & faciatis ab alijs (quātum in vobis fuerit) plenarie & integre responderi. ¶ Quod si forte præmissa omnia & singula &c. vsq; se excuset, ad vos dominos Episcopum, omnesq; alios & singulos supra

dictos, ac ipsas capellam, & parochialem ecclesiam, personasq; & loca alia, de quibus expediens fuerit, personaliter accedant &c. vt supra, vsq; procurent, ac dominos.C in & ad altaris, &.D. prædictos vel procuratores suos, eorum nominibus, in & ad parochialis ecclesiæ, iuriumq; & pertineñ. prædictorum, corporalem, realem, & actualem possessionem inducant, auctoritate prædicta, & defendant, inductos, amotis quibuslibet detentoribus ab eisdem, quos nos, vt supra (in quantum potuimus) amouimus, & denunciauimus amotos, ipsumq; dominum .C. vel procuratorem suum ad altare &.D. vel procuratorem suum ad parochialem prædictam, prout moris est, admittant, seu admitti faciant. Necnon dictis.C. de altaris, &.D. de parochialis ecclesiæ fructibus redditibus proueñ. iuribus, & obueñ. vniuersis, respondeant, & faciant ab alijs (quantum in eis fuerit) plenarie & integre responderi. ¶ Et generaliter omnia alia, vt supra in primo processu expectatiuarum.

Processus resignationis, cum assignatione pensionis resignanti, pro ambabus partibus.

Reuerendo In Christo patri, & domino domino, Dei & apostolicæ sedis gratia Episcopo. N. eiusq; in spiritualibus, & temporalibus Vicario & officiali generali, omnibusq; alijs & singulis &c. ¶ Post quarum quidem literarum apostolicarum præsentationem & receptionem, &c. vsq; factas. Constitutus coram nobis dominis. A. procuratore, & nomine procuratorio quo supra, ex vna, &.B. pro seipso, in ipsis literis apostolicis principaliter nominato, partibus ex altera, dictus. A. procurator, nomine procuratorio quo supra, gratis & eius certa scientia, ac sponte, pure, & libere, ex causis in præinsertis literis apostolicis mentionatis, parochialem ecclesiam de F. cum omnibus iuribus & pertineñ. suis, in manibus nostris, resignauit. Quamquidem resignationem, recipi & admitti, dictoq; B. principali, super fructib. redditibus. A. pro ueñ. dictæ parochialis ecclesiæ, iuxta contenta & narrata in præinsertis literis apostolicis, pensionem annuam. X. Librarum Turoneñ. paruorum, reseruari, constitui, & assignari, & ad prædictarum literarum apostolicarum, & contentorum in eisdem, debitam executionem, procedi per nos, tam ipse. A. procurator, quam etiam. B. principalis, præfati, debita cum instañ. postularunt, iuxta traditam seu directam per eas a sede Apostolica nobis formam. Nos igitur. N Episcopus iudex & executor præfatus, voleñ. mandatum apostolicum supradictum, nobis in hac parte directum, reuerenter exequi, vt tenemur, Idcirco auctoritate apostolica nobis commissa, & qua fungimur in hac parte præfatam resignationem, de ipsa parochiali ecclesia, in manibus nostris, vt præmittitur factam, hac vice duntaxat recepimus & admisimus, ac recipimus & admittimus per præsentes. Qua quidem resignatione, per nos recepta & admissa, parochialem ecclesiam prædictam, per huiusmodi resignationem, vt præmittitur, factam, aut alias quouis modorum, in ipsis literis apostolicis contentorum, vacañ. nobis non constito, quod tempore dat. dictarum literarum apostolicarum, esset in eadem parochiali ecclesia alicui specialiter ius quæsitum, dicto domino. B. cum omnibus iuribus & pertineñ. suis, contulimus & assignauimus, conferimusq; & assignamus, ac prouidimus & prouidemus etiam de eadem. Necnon. A. præfato, super fructibus redditibus & proueñ. dictæ parochialis ecclesiæ, pensionem annuam. X. Librarum, eidem domino. A. quoad vixerit, vel procuratori suo legitimo, ab eo speciale mandatum habenti, per ipsum dominum. B. suosq; successores dictæ ecclesiæ de F. rectores, pro tempore existentes, in festo sanct. I. in ciuitate. L. singulis annis persoluendam, reseruauimus, constituimus & assignauimus. Super quibus quidem terminis & loco, ad dictam annuam pensionem. X. Librarum persoluendam, vt præmittitur, statutis & ordinatis, ipse. B. principalis, &. A. procu-

curator, nomine quo supra, coram nobis conuenerunt & concordauerunt ipsumq; dominum B. ibidem præsentem, in corporalem possessionem, seu quasi dictæ parochialis ecclesiæ, iuriumq; & pertineñ. prædictorum (prout melius potuimus & debuimus) per dictarum literarum apostolicarum, in suis manibus traditionem & restitutionem, posuimus & induximus, ponimusq; & inducimus, ac inuestimus etiam de eadem, præsentium per tenorem.

QVAE omnia & singula, necnon literas apostolicas huiusmodi, huncq; nostrum processum, vobis omnibus & singulis supradictis, & vestrum cuilibet, intimamus, insinuamus, & notificamus, ac ad vestram & cuiuslibet vestrum notitiam deducimus, & deduci volumus per præsentes. Vosq; nihilominus, & vestrum quemlibet insolidum, eisdem auctoritate & tenore, requirimus & monemus, primo, secundo, tertio & peremptorie, communiter & diuisim, ac vobis & vestrum cuilibet, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub infrascriptis sententiarum pœnis, districte præcipieñ. mandamus, quatenus infra sex dies, post præsentationem seu notificationem prædictarum literarum apostolicarum, & præsentis nostri processus, vobis, seu alteri vestrum fact. & postquam per præfatum dominum. B. siue ex parte sua, vigore præsentium, fueritis requisiti immediate sequeñ. quorum sex dierum, duos primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies vobis vniuersis & singulis supradictis, pro tertio & peremptorio termino, ac monitione canonica, assignamus, eundem dominum. B. vel procuratorem suum eius nomine, in & ad corporalem, realem, & actualem possessionem parochialis ecclesiæ, iuriumq; & pertineñ. prædictorum, recipiatis & inducatis, ac ab alijs recipi & induci faciatis, atq; inductum defendatis, amoto exinde quolibet illicito detentore, quem nos etiam (in quantum possumus) amouemus, & denunciamus amotum, sibiq; de ipsius parochialis ecclesiæ fructibus redditibus proueñ. iuribus & obueñ. vniuersis (prout ad vos communiter vel diuisim pertinet) respondeatis, & faciatis ab alijs (quantum in vobis fuerit) plenarie & integre responderi, necnon dicto domino. A. pensionem prædictam (iuxta reseruationis, constitutionis, & assignationis prædictarum, tenorē) persolui ac etiam impendi & assignari faciatis.

Monemus insuper modo & forma præmissis, & sub eisdem pœnis & censuris infrascriptis, præfatum. B. ac suos in dicta parochiali ecclesia successores, pro tēpore existentes, quatenus præfato domino. A. vel eius procuratori, dictā annuam pensionem, per nos, vt præmittitur, reseruatam, constitutam, & assignatam, singulis annis, in loco & terminis supradictis, persoluat, & persoluant, realiter & cum effectu, Inhibentes nihilominus, vobis omnibus & singulis supradictis, & generaliter quibuscunq; alijs, cuiuscunq; dignitatis status, gradus, ordinis, vel conditionis existant ne præfatis dominis. B. & A. vel eorum procuratoribus quominus ipse. B. parochialem ecclesiam huiusmodi, pacifice assequatur, & dicta annua pensio, eidem domino. A. persoluatur, seu quominus omnia & singula supra, & infra scripta, suum debitum consequantur effectum, iuxta prædictarum literarum apostolicarum & præsentium nostrorum processuum vim, formam continentiam & tenorem, impedimentum aliquod præsteris seu præstent, neq; impedieñ. ipsos sic per præmissis in aliquo, detis, seu, dent, auxilium, consilium vel fauorem, publice vel occulte, directe vel indirecte, quouis quæsito colore. Alioquin nos, in vos omnes & singulos supradictos, qui culpabiles fueritis in præmissis, & generaliter in contradictores quoslibet, nisi infra dictum sex dierum terminum, a contradictione, rebellione, impedimento, auxilio & fauore huiusmodi, omnino destiteritis seu destiterint, monitionibusq; & mandatis nostris huiusmodi parueritis seu paruerint, realiter & cum effectu, singulariter in singulos, dicta sex dierum canonica monitione præmissa, exnunc, prout extunc, & extunc prout exnunc, excommunicationis. In capitula vero, conuentus, & collegia quæcunq; in his forsan (quod absit) delinqueñ. suspensioñ. a diuinis, & in ipsorum delinquentium & rebellium, ecclesias, monasteria, & capellas, interdicti ecclesiastici sententias, fe-

rimus in his scriptis,& etiam promulgamus. ¶ Vobis vero Reuerendo in Christo patri,& domino Episcopo præfato duntaxat excepto,cui ob reuerentiam &c. Ferantur censuræ positæ in bulla pensionis.

¶ CAETERVM Cum ad executionem &c. vsq; procurent, ac eundem dominum.B.vel procuratorem suum eius nomine, in & ad corporalem, realem, & actualem possessionem parochialis ecclesiæ, iuriumq; & pertinen. Prædictorum ponant & inducant auctoritate nostra,immouerius apostolica prædicta, & defendant inductum,amoto exinde quolibet illicito detentore, quem nos vt supra, inquantum possumus amouemus & denunciamus amotum, sibiq; de ipsius parochialis ecclesiæ fructibus,redditibus,prouen. iuribus & obuen. vniuersis (prout ad eos communiter vel diuisim pertinet) respondeant,& faciant ab alijs (quantum in vobis & eis fuerit) plenarie & integre responderi, necnon dicto domino .A.vel procuratori suo,pensionem prædictam (iuxta reseruation. constitution. & assignation. prædictarum tenorem) realiter persolui,ac etiam impendi & assignari, faciant & procurent. Et nihilominus quemlibet ex ipsis.B. & successoribus præfatis,quem in loco & termino prædictis, aut saltem infra XXX. dies, extunc immediate sequen. pensionem tunc,per ipsum, aut alterum successorum prædictorum debitam huiusmodi, non persoluisse cum effectu, aut eundem .B. vel successores prædictos, aut alterum eorum cum dicto. A. vel procuratori suo super præmissis concordatum amicabiliter non fuisse, sententiamq; excommunicationis,per nos,vt præmittitur,latam,a qua, ipse vel alter successorum prædictorum (præterquam in mortis articulo constitutus) donec eidem domino. A.,de pensione,tunc debita fuerit integre satisfactum,aut alias, cum eodem concordatum absolui non possit, propterea incurrisse, ipsis nostris subdelegatis vel eorum alteri constiterit,quotiens, & quando super hoc, pro parte dicti domini. A. fuerint requisiti, seu alter eorum fuerit requisitus, tandiu singulis dominicis festiuisq; diebus,in suis ecclesijs,monasterijs,& capellis (dum ibidem maior populi multitudo ad diuina audiendum conuenerit) excommunicatos publice denuncient,& ab alijs,nunciari & publicari,& ab omnibus Christifidelibus arctius euitari faciant, donec & quousq; ipsi domino. A. vel procuratori suo prædicto, de huiusmodi pensione tunc debita, fuerit realiter & integre satisfactum, ipseq;.B. vel alter ex successoribus prædictis, sic excommunicatus, ab huiusmodi excommunicationis sententia meruerit beneficium absolutionis obtinere. Si vero ipse .B. vel alter ex successoribus præfatis, sententiam excommunicationis huiusmodi, per nos,vt præmittitur,latam,per sex menses,dictos.XXX.dies immediate sequen. animo (quod absit) sustinuerint indurato, extunc lapsis eisdem mensibus, dicta parochiali ecclesia sit priuatus, ipsaq; ecclesia,eo ipso, vacare censeatur. ¶ Generaliter &c. vsq; nihil in præiudicium dictorum dominorum. A. & .B.prout ipsos respectiue tangit, seu alterum eorundem attentare valeant quomodolibet in præmissis &c. vsq; volumus pœnes dictos dominos. A.&.B.& eorum quemlibet,prout ipsos diuisim & respectiue tangit, aut eorum procuratores remanere & non per vos &c. vsq; ad finem. Sed caue ne ponas clausulam, per processum nostrum huiusmodi &c.quia est vnicus iudex,vt supra habetur circa processum expectatiuarum in forma dignum.

Per vltimos præscriptos duos processus, conficies alios, etiam quando alteri compermutantium assignatur pensio.

PROCES. RESIGNATIONIS EX CAVSA PERMVTATIONIS, FACTAE VIRTVTE FACVL. RESIGNAN.

Vniuersis Et singulis dominis, Abbatibus, prioribus, præpositis &c. per ciuitatem & dioces. N. ac alias, vbilibet constituti, ac illi vel illis, ad quem, vel ad quos, præsentes nostræ literæ, siue hic præsens noster processus peruenerit. ¶Conradus Artzt Iurium doctor canonicus Pataujen. iudex & commissarius vnicus, ad infrascripta, vigore literarum apostolicarum infrascriptarum electus. Salutem in domino, & præsentibus fidem indubiam adhibere, nostrisq; huiusmodi, immo uerius apostolicis, firmiter obedire mandatis. Noueritis, quod alias, Sanctissimus in Christo pater, dominus noster, dominus Paulus, diuina prouidentia Papa. IIII. venerabili viro domino Ioanni Damniat, canonico Cracouien. & Posnauien. inter cætera, vt tam canonicatus & præben. suos, quam omnia alia & singula beneficia ecclesiastica, cum cura vel sine cura, quæ tunc obtinebat, & in posterum obtineret, simul vel successiue, simpliciter, aut pro similibus vel dissimilibus beneficijs ecclesiasticis, quæ dispositioni apostolicæ generaliter reseruata non forent, ex causa permutationis, in qua tamen, nulla illicita pactio, seu simoniaca prauitas interueniret, extra Rom. Cu. in ordinariorum locorum, aut quaruncunq; Cathedralium ecclesiarum Canonicorum, seu in dignitate ecclesiastica constitutarum personarum, quos vel quas duceret eligendos seu eligendas, manibus sedis apostolicæ, vel cuiusuis alterius licentia, super hoc minime requisita, extra Rom. Cu. resignan. ac ordinarijs, canonicis, & personis præfatis, resignationes ipsas, simpliciter vel ex eadem causa, auctoritate apostolica recipien. & admitten. necnon illa, quæ simpliciter idoneis, per ipsum dominum Io. nominan. etiam, quæcunq;, quotcunq;, & qualiacunq; beneficia ecclesiastica, obtinentibus, vel expectãtibus & quæ ex causa prædicta compermutantibus personis, necnon ea, quæ compermutan. ipsi resignaret beneficia, etiam si canonicatus & præben. dignitates, personatus administrationes vel officia, in Cathedralibus, etiam Metropolitan. vel Collegiatis forent, & ad illas, illos, vel illa, consueuissent, qui per electionem assumi, eisq; cura immineret animarum, dummodo dignitates ipsæ, in Cathedralibus, etiam Metropolitan. post Pontificales, maiores, aut in Collegiatis ecclesijs huiusmodi, principales nõ existerent, idem domino Ioan. auctoritate præfata conferen. & de illis etiam prouiden. omniaq; & singula, in præmissis & circa ea necessaria & oppottuna, faciendi & exercendi, plenam & liberam licentiam, concessit, & etiam facultatem, prout in literis apostolicis eiusdem domini nostri Papæ desuper confectis, plenius continetur. Quas quidem literas apostolicas eiusdem domini nostri Papæ, vera bulla plumbea cum filis sericeis, rubei croceiq; colorum, more Rom. Cu. impenden. bullatas sanas siquidem & integras, non viciatas, non cancellatas, neq; in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio & suspitione caren. nobis per præfatum dominum Ioan. coram notario publico & testibus infrascriptis, præsentatas, nos cum ea qua decuit reuerentia, recepisse noueritis, tenorem qui sequitur continen.

¶PAVLVS Episcopus, seruus seruorum &c. Quarum quidem literarum apostolicarum vigore, præfatus dominus Ioan. canonicus propterea coram nobis personaliter constitutus, nos Conradum canonicum præfatum, in iudicem & executorem, vt melius potuit, duxit eligendum, atq; elegit, ad cuius instan. & requisitionem, onus seu facultatem huiusmodi (vt melius potuimus & debuimus)

duximus acceptandum & resumen. prout acceptauimus & resumpsimus. Post quas quidem electionem & acceptationem, de nobis & per nos, vt præmittitur, factas, constitutis personaliter coram nobis, domino Io. Canonico prædicto, & venerabili viro, domino. L. etiam canonico principalibus, & principaliter pro seipsis, perpetuum simplex seruitorium beneficium sancti. N. Villæ de. M. N. dioc. quod. R & parochialem ecclesiam sancti. N. quam. O. &. P. obtinebant, ex certis rationabilibus causis, permutare desideran. in manibus nostris, ex causa permutationis huiusmodi, sponte resignarunt, ipsasq; resignation. per eos sic factas, admitti per nos, debita cum instan. postularunt. Nos vero resignation. huiusmodi, ex causa prædicta, auctoritate Apostolica præfata, duximus admittendas & recipiendas, admisimusq; & recepimus, prout admittimus & recipimus per præsentes, receptis tamen primitus, ab eisdem dominis Io. & L. principalibus ad sancta Dei Euangelia (tactis scripturis Sacrosanctis) corporalibus iuramentis, quod in huiusmodi resignationibus, ex parte R. neq; etiam ex parte. O. non interuenit, neq; interuenire sperabatur, fraus, dolus, simoniæ labes, aut aliqua illicita pactio, seu etiam corruptela. Quibus quidem resignationibus, ex prædicta causa, per nos, vt præmittitur, auctoritate apostolica, admissis & receptis, fuimus vlterius debita cum instan. requisiti, quatenus, ad vlteriorem negotij huiusmodi executionem, procedere curaremus, iuxta nobis concessam & attributam, vt præmittitur, facultatem. Nos igitur Conradus canonicus, electus iudex & executor præfatus, attenden. requisitionem huiusmodi esse iustam & rationi consonam, volentesq; facultatem apostolicam, nobis attributam, debitæ executioni demandare, auctoritate apostolica qua fungimur in hac parte perpetuum simplex seruitorium beneficiū. S N. & parochialem ecclesiam prædictā, per huiusmodi, sic factas & admissas resignationes, vacan. cum omnibus iuribus & pertinen. suis Io. &. L. præfatis respectiue contulimus & assignauimus, ac conferimus & assignamus præsentium per tenorem, Ipsosq; dominos Ioan. in perpetui simplicis seruitorij beneficij Sancti. N. necnon. L. in parochialis ecclesiæ, iuriumq; & pertinen. prædictorum, corporalem, realem & actualem possessionem, seu quasi auctoritate apostolica supradicta, posuimus & induximus, ponimusq; & inducimus per præsentes, Inuestien. nihilominus respectiue, eosdem dominos Ioan. &. L. per dictarum literarum apostolicarum, in eorum manibus traditionem præsentialiter de eisdem.

¶Quæ omnia & singula &c. vt supra in processu permutation. pro ambabus partibus.

Processus resignationis, quando committitur informatio de Senio.

Vt tenemur De contentis in præfatis literis apostolicis, nos informauimus diligenter. Et quia per diligentem informationem huiusmodi, reperimus præfatum dominum. B. LX. suæ ætatis annum attingere, & ideo huiusmodi annorum Senio, & viribus corporalibus confectum esse quod deinceps dictæ parochiali ecclesiæ, quam obtinet, & apud quam, propter partium illarum guerras, ac propter gentium armorum incursionem &c. commode præesse, & illius parochianorum animarum curam gerere & exercere, per seipsum congrue non potest. Idcirco auctoritate apostolica qua fungimur in hac parte, resignationem parochialis ecclesiæ. C. huiusmodi, quam præfatus dominus. B. in manibus nostris sponte & libere fecit, recepimus & admisimus, necnon præfatum dominum. B. coram nobis propter hoc, personaliter constitutum, examinauimus diligenter &c.

DE PROCESS. SIMILIBVS, PRO REGVLARIBVS AVT SECVLARIBVS.

Processus mandati de prouidendo de Abbatia cum commissione si sit idoneus pro regulari.

Reuerendo In Christo patri, & domino domino, Dei & apostolicæ sedis gratia Episcopo. N. necnon venerabilibus & religiosis viris, dominis Priori & conuentui monasterij Sancti. F. ordinis. P. A. dioc. ¶ Lupus eadem Dei & apostolicæ sedis, gratia Episcopus G iudex & executor &c. ¶ Post quarum quidem literarum apostolicarum &c. vsque reuerenter exequi, vt tenemur. Quam ob rem de meritis & idoneitate ipsius fratris . L. coram nobis personaliter constituti, & alijs contentis in prædictis literis apostolicis, inquisiuimus & nos informauimus diligenter. Et quia per inquisitionem & informationem huiusmodi, reperimus ipsum fratrem. L. vtilem & idoneum ad administrationem dicti monasterij, præfatumque monasterium, de quo in præfatis literis apostolicis fit mentio, obtinendum, aliaque præmissa veritate fulciri, Idcirco auctoritate apostolica nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, De persona ipsius fratris . L. eidem monasterio sancti . F. siue per modum. N. ¶ Hic pone modum per quem vacauit. Aut alias quouis modorum, in præinsertis literis apostolicis, contentorum (nobis non constito quod tempore dat. dictarum literarum apostolicarum esset eidem monasterio de Abbate canonice prouisum) prouidimus & prouidemus, ac ipsum fratrem. L. præficimus illi in abbatem, curam, regimen, & administrationem eiusdem monasterij, ipsi in spiritualibus & temporalibus, plenarie committendo, prout committimus per præsentes. ¶ Quæ omnia &c. Quocirca, vos dominos, Conuentum & Vasallos, & alios subditos dicti monasterij, omnesque alios & singulos supradictos, quibus præsens noster processus dirigitur, tenore præsentium requirimus & monemus, primo, secundo, tertio, & peremptorie, communiter vel diuisim, ac vobis & cuilibet vestrum in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœnis infrascriptis, districte præcipiendo mandamus, quatenus, infra sex dies, post præsentationem seu notificationem prædictarum literarum apostolicarum, & præsentis nostri processus, vobis factas, immediate sequen. quorum sex dierum &c. vt supra assignamus, præficiatis eundem . L. in dicti monasterij. F. Abbatem, & ab alijs &c. eundem. L. fratrem vel procuratorem suum eius nomine in & ad corporalem, realem, & actualem possessionem Abbatiæ, iuriumque & pertinen. ac regiminis & administration. prædictorum recipiatis & inducatis, & ab alijs recipi & induci faciatis, inductumque defendaris amoto exinde quolibet illicito detentore, quem nos (inquantum possumus) auctoritate & tenore præmissis, amouemus & denunciamus amotum, ac eundem fratrem. L. vel procuratorem suum prædictum, pro eo, ad Abbatiam huiusmodi (vt est moris) admittatis & admitti faciatis, ac eidem. L. debita & consueta seruitia, & iura integre exhibeatis, & ab alijs exhiberi faciatis sibique, de ipsius abbatiæ fructibus, redditibus, prouen. iuribus & obuen. vniuersis (prout ad vos, communiter vel diuisim pertinet) respondeatis, & faciatis ab alijs (quantum in vobis est, vel fuerit (plenarie & integre responderi. Quod si forte præmissa omnia & singula &c. vsque ad impedien. ipsum dominum. L. fratrem, quominus administration. possession. ac regimine dicti monasterij. F. & alijs præmissis, gaudere posset ac ipsum impedien. dantes auxilium, consilium, vel fauorem, publice vel occulte, directe vel indirecte, quouis quæsito colore, cuiuscunque dignitatis, status, gradus ordinis, vel conditionis existant, exnunc, prout extunc, singulariter in singulos, p-

dicta sex dierum canonica monitione, præmissa, excommunicationis, In conuentum vero, dicti monasterij. F. suspensioñ. a diuinis. Et in ipsum monasterium, interdicti ecclesiastici sententias ferimus in his scriptis & etiam promulgamus &c. ¶ Cœterum cum ad executionem præmissorum &c. vsq; insinuent, & fideliter publicare procurent, necnon præfatum. L. vel procuratorem suum, eius nomine, ad regimen & administrationem dicti monasterij. F. in spiritualibus & temporalibus, recipiant & admittant, ac recipiat & admittat, sibiq;(tanquam vero & indubitato dicti monasterij Abbati) reuerentiam & obedientiam congrueñ. ac debita & consueta seruitia, exhibeant, & exhiberi faciant.

¶ Et nihilominus &c.

DE PROCES. ASSECVTION. ADMINIST.

Processus assecutionis administrationis Prioratus.

Venerabilibus &c. ¶ Post quarum quidem &c. vt tenemur. Et quia ex testimonio & relatione nonnullorum testium fidedignorum, super hoc coram nobis productorum & per nos examinatorum, comperimus præfatum Prioratum ex eo vacare, quod venerabilis pater, & dominus. A. Abbas monasterij. B. tempore promotionis & professionis suæ ad dictum monasterium, dictum prioratum obtinens possessionem pacificam & administrationem bonorum dicti monasterij, pacifice, auctoritate apostolica, est assecutus, Idcirco auctoritate apostolica nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, præfatum prioratum, sic, vt præmittitur, vacañ. cum omnibus iuribus & pertineñ. suis, præfato. A. conferimus & assignamus, ac prouidemus etiam de eodem, atq; eundem. A. coram nobis propter hoc constitutum in corporalem possessionem, seu quasi prioratus, iuriumq; & pertinentiarum prædictorum, per bireti sui traditionem, inducimus & inuestimus de eodem. ¶ Quæ omnia & singula &c. Vos dominos Abbatem & Conuentum dicti monasterij &c. respondeatis, & faciatis ab alijs plenarie & integre responderi. ¶ Quod si forte præmissa omnia & singula &c. vt supra excommunicationis, In conuentum vero dicti monasterij, suspeñ. a diuinis, Et in ipsum monasterium, interdicti ecclesiastici sententias, ferimus in his scriptis, & etiam promulgamus. ¶ Cœterum &c. vt supra se excuset, ad vos dominos Abbatem & Conuentum dicti monasterij, omnesq; alios & singulos supradictos, personasq; & loca alia, de quibus expediens fuerit, personaliter accedant, seu accedat, & præfatas literas Apostolicas, huncq; nostrum processum, ac omnia & singula in eis contenta, vobis communiter vel diuisim, legant, intiment, insinuent, & fideliter publicare procurent, ac eundem. A. vel procuratorem suum eius nomine, in & ad corporalem realem, & actualem possessionem prioratus, iuriumq; & pertinentiarum prædictarum, inducant & inductum defendant, ac ad huiusmodi prioratum, vt est moris, admitti faciant, & postquam prædicta auctoritate, fuerit dictum prioratum pacifice assecutus, de monasterio. N. cuius monachus existit, vt præfertur, ad præfatum monasterium. B. transferat, ipsumq;. A inibi recipi faciant in monachum & in fratrem, ac syncera ibidem in domino charitate tractari, sibiq; de ipsius prioratus fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, & obueñ. vniuersis (prout ad eos communiter vel diuisim pertinet) respondeant, & faciant ab alijs plenarie & integre responderi. ¶ Et nihilominus &c. vt in alijs vsq; ad finem.

DE PROCESS. RESIGNATION. PROCEDENTE DIMEMBRATIONE.

Processus

Processus resignationis præceptoriæ, siue Commendæ, præceden. dimembratione.

Post quarum quidem &c. factas, coram nobis, & in nostra præsentia personaliter constitutus Reuerendus in Christo pater, & dominus. M. procurator. N. principalis, & nomine procuratorio, prout de suæ procurationis mandato, subscripto & signato manu venerabilis viri. O. Apostolica auctoritate notarij, nobis extitit legitime facta fides, præceptoriam siue commendam de. P. de qua in præinsertis literis apostolicis fit mentio a prioratu, per nos dimembrari petijt. Nos tunc auctoritate apostolica nobis in hac parte commissa, præceptoriam siue commendam de. P. prædictam, a dicto prioratu dimembrandam duximus, & dimembrauimus, prout dimembramus. Qua facta dimembratione, idem dominus M. procurator nomine procuratorio quo supra, Præceptoriam siue Commendam de. P. in manibus nostris, pure, libere, ac simpliciter resignauit petens resignationem huiusmodi per nos recipi & admitti. Idcirco nos resignationem huiusmodi, auctoritate apostolica prædicta, nobis in hac parte commissa recipiendam & admittendam duximus, ac recepimus, & admisimus, prout recipimus, & admittimus, eaq; per nos recepta & admissa, fuimus per dictum. M. debita cum instan. requisiti, vt ad vlteriorem executionem dictarum literarum apostolicarum & contentorum in eisdem &c. nobis formam. Nos igitur &c. vt tenemur, de contentis in præinsertis literis apostolicis, nos informauimus diligenter. Et quia per informationem huiusmodi, omnia & singula, in dictis literis contenta, vera esse reperimus recepto primitus per nos, a præfato. M. procuratore in animam ipsius. N. principalis, ad sancta Dei Euangelia corporali iuramento, ad pectus suum more prælatorum, præstito, quod in huiusmodi resignatione non interueniebat, neq; interuenire sperabatur, fraus, dolus, simoniæ labes, seu etiam corruptela, præceptoriam, siue commendam de. P. prædictam, per resignationem huiusmodi, aut alias, quouis modorum, in eisdem literis apostolicis expressatorum vacan. (nobis non constito legitime, quod tempore dat. dictarum literarum, esset in dicta præceptoria seu commenda, alicui specialiter ius quæsitum) cum omnibus iuribus & pertinen. suis præfato. N. auctoritate apostolica prædicta, contulimus & assignauimus, ipsumq; N. in corporalem possessionem &c.

DE PROCES. MANDATI DE PROVID. IN FORMA DIGN. PRO SECVLA.

Processus mandati de prouidendo de beneficiis vacantibus extra curiam, in forma dignũ.

Post quarum quidem literarum apostolicarum &c. reuerenter exequi, vt tenemur, præfatum. Q. coram nobis, propter hoc, personaliter constitutum, examinauimus diligenter. Et quia per huiusmodi diligentem examinationem, per nos factam ipsum in literarum suff cientem & idoneum, ad perpetuum beneficium Diaconale nuncupatum, in ecclesia. R. de quo in præinsertis literis apostolicis fit mentio, obtinendum, & aliud Canonicum non obstare, quominus dictæ literæ apostolicæ, suum debitum sortiantur effectum inuenimus, Idcirco auctoritate apostolica, qua fungimur in hac parte, beneficium prædictum, quod sine cura est, & quod discretus vir, dominus. S. tempore dat. dictarum literarum apostolicarum obtinebat, quodq; idem dominus. S. obtulit se pa

ratum dimittere,quam primum,quarundam literarum aliarum apostolicarum vigore, aliud beneficium in eadem ecclesia.R. sibi per præfatum dñm nostrũ Papã collatum,foret pacifice assecutus,cum omnibus iuribus & pertineñ suis, donationi nostræ,immouerius apostolicæ,reseruamus, districtius inhibeñ. vobis dominis Episcopo & Capitulis ipsius ecclesiæ.R. necnon illi vel illis, ad quem seu quos præfati obtenti beneficij collatio, prouisio, præsentatio, seu quæuis alia dispositio,communiter vel diuisim,pertinet,ne de illo, contra reseruationem huiusmodi,disponere quoquomodo præsumatis vel præsumant. Et nihilominus, beneficium obtentum prædictum,cum illud vacare contigerit,vt præfertur, etiã si alias quouis modorum,aut ex alterius cuiuscunq; persona &c. vt in bulla (nobis non constito,quod tempore dat. dictarum literarum apostolicarum, esset in eo alicui specialiter ius quæsitum) cum omnibus iuribus & pertineñ. suis,eidem.Q. præsenti,& id humiliter fieri petenti & acceptanti,contulimus & assignauimus, conferimusq; & assignamus,ac prouidemus etiam de eodem. Ipsumq;.Q. in corporalem possessionem,vel quasi beneficij obtenti, iuriumq; & pertineñ. prædictorum (prout melius potuimus & debuimus) per prædictarum literarum apostolicarũ in suis manibus traditionem,posuimus & induximus, ponimusq; & inducimus tenore præsentium,& inuestimus etiam de eodem. ¶Quæ omnia &c.

Simili modo facies de aliis beneficiis & dignitatibus,etiã pro regularibus,aduertẽdo ad verba bullę.

DE PROCESS. MANDAT. DE RECIPIEN.

Processus super mãdato de recipiẽdo aliquem in fratrẽ monasterii, dũmodo monasteriũ non grauetur.

Post quarum quidem &c. vt tenemur, quod per receptionem dicti. A. in monachum dicti monasterij de. B.ipsum monasterium, propterea nimium non grauetur, ac etiam per diligentem examinationem, per nos (vt nobis mandabatur) factam, præfatum . A. coram nobis constitutum, idoneum & sufficientem ad hoc, vt recipiatur in monachum, & in fratrem dicti monasterij de .B.& aliud canonicum non obstare inuenimus, Idcirco auctoritate apostolica nobis commissa &,qua fungimur in hac parte, eidem . A. regularem habitum (iuxta ipsius monasterij consuetudinem) exhibuimus, necnon professionem per dictos monachos emitti solitam, a præfato fratre . A. in manibus nostris sponte & libere emissam & factam, auctoritate apostolica præfata, recepimus & admisimus,ac recipimus & admittimus per præsentes. Quapropter vos dominos Abbatem & conuentum dicti monasterij, omnesq; alios & singulos supradictos, quibus præsens noster processus dirigitur,tenore præsentium requirimus, primo, secundo,tertio,& peremptorie,ac vobis & vestrum cuilibet, in virtute sanctæ obedientiæ &c.mandamus,quatenus infra sex dies post &c.assignamus, eundem fratrem.A. in monachum dicti Monasterij recipiatis,& in fratrem, sibiq; de omnibus ipsius monasterij fructibus,sicut vni ex alijs præfati monasterij monacis, integre respondeatis, ipsumq; syncera in domino charitate tractetis.

¶Quod si forte præfatum A. in monachum & in fratrem dicti monasterij non receperitis,mandatisq; & monitionibus nostris huiusmodi, immouerius apostolicis &c. super præmissis in aliquo, quominus in dicto monasterio in monachum recipiatur & in fratrem, sibiq; de communibus preueñ. ipsius monasterij respondeatur,ac ipse.A.ibi syncera in domino charitate tractetur, ac ipsum impedieñ.

dantes auxilium &c. excommunicationis, In conuentum vero dicti monasterij interdicti ecclesiastici &c. promulgamus &c. procurent, ac eundem fratrem. A. in dicto monasterio .C. in monachum recipiant & in fratrem, & de communibus prouentibus ipsius monasterij, sicut vni ex alijs eiusdem monasterij monacis, ministrent, ac ministrari & syncera in domino charitate tractari faciant.
¶ Et nihilominus &c.

Processus similis in Monasterio, in quo est certus numerus si aliquis deest, vel quamprimum defuerit.

Vt tenemur &c. vsq; districte præcipiendo mandamus, quatenus infra sex dies, post præsentationem seu notificationem prædictarum literarum, & præsentis nostri processus, vobis factas, immediate sequen. quorum sex dierum, duos pro primo, duos pro secundo &c. assignamus, eundem dominum .A. in præfato Monasterio .B. (si de dicto numero aliquis deest ad præsens, vel quamprimum defuerit) in monachum recipiatis, & in fratrem, sibiq; religionis habitum (iuxta dicti monasterij consuetudinem) exhibeatis, & de communibus ipsius monasterij prouentibus (sicut vni ex alijs eiusdem monasterij monacis) integre ministretis, ac ipsum dominum .A. syncera in domino charitate tractetis. ¶ Quod si forte præfatum. N. in fratrem &c. ¶ Cœterum &c. procurent, ac eundem. A. in præfato monasterio (si aliquis de prædicto numero deest vel quamprimum defuerit) in monachum recipi & in fratrem sibiq; regularem habitum (iuxta ipsius monasterij consuetudinem) exhiberi, ac ipsum inibi syncera in domino charitate tractari.
¶ Et nihilominus &c.

Processus super mandato de recipiendo aliquem in canonicum regularem monasterii.

Germanus Dei & apostolicæ sedis gratia, episcopus .A. & Petrus. B. iudices & executores, ad infrascripta, vna cum certo alio infrascripto nostro in hac parte collega, cum illa clausula &c. a sede apostolica specialiter deputati. ¶ Venerabilibus & religiosis viris &c. ac illi vel illis &c. Canonicorum in dicto monasterio admissio & receptio pertinet, omnibusq; &c. ¶ POST quarum quidem &c. in hac parte, præfatum dominum .C. coram nobis personaliter constitutum, ac id humiliter & deuote fieri postulantem, quē ad hoc esse idoneum reperimus, & nihil canonicum obsistere inuenimus, auctoritate prædicta, in vestro monasterio prædicto, recepimus in canonicum & in fratrem, ac habitum (iuxta dicti monasterij consuetudinem) ipsi exhibuimus. Et nihilominus, ab eo, regularem professionem, per canonicos dicti monasterij emitti solitam, quam ipse in nostris manibus sponte emittere voluit, emisit, eadem auctoritate recepimus & admisimus cum ceremonijs & alijs solemnitatibus consuetis. ¶ Quæ omnia & singula, vobis dominis Abbati & conuentui &c. assignamus, eundem fratrem .C. auctoritate prædicta in dicto monasterio, in canonicum, & in fratrem recipiatis, ac ibidem syncera in domino charitate tractetis, & ab aliis tractari faciatis. ¶ Quod si forte &c. ¶ Cœterum &c. se excuset, ad vos dominos Abbatem & conuentum &c. vt supra procurent, necnon præfatum dominum .C. in eodem vestro monasterio, auctoritate prædicta, recipi in canonicum & in fratrem, ac ibidem, syncera in domino charitate, tractari faciant & procurent. ¶ Et nihilominus &c.

Processus super mandato de recipiendo in Monialem Monasterii vbi est certus numerus.

Venerabilibus &c. Religiosis dominabus. ¶Vel sic, honestis & religiosis dominabus Abbatissæ & Conuentui, siue Conuentibus Monasterij. A. ordinis sancti Benedicti. C. dioc. omnibusq; alijs & singulis &c. Pro parte honestæ & Deo dedicatæ mulieris seu puellæ. D. coram notario publico &c. vt tenemur, Idcirco auctoritate apostolica qua fungimur in hac parte, vos Abbatissam & Conuentum dicti Monasterij. A. omnesq; alias & singulas supradictas, quibus noster præsens processus &c. assignamus, eandem. D. in dicto Monasterio, in monialem & sororem recipiatis, de cuius receptione, sicut a nonnullis fidedignis (a quibus super hoc plenam informationem recepimus) didicimus quod per receptionem ipsius Monasterium vestrum non grauabitur, sibi regularem habitum, iuxta ipsius monasterij consuetudinem, exhibeatis, & de omnibus prouen. eiusdem monasterij (sicut vni ex alijs eiusdem Monasterij monialibus) ministretis, Ipsamq;. D. inibi syncera in domino charitate tractetis. ¶Quod si forte &c. vt supra in processu ad collationem Abbatissæ, & Conuentus &c.

DE PROCESS. NOMINATIONVM.

Processus nominationũ vigore facultatis Apostolicæ, Episcopo cõcessæ, ad certũ numerũ beneficiorũ.

Martinus Dei & Apostolicæ sedis gratia, Archiepiscopus. N. ad infrascripta auctoritate apostolica specialiter deputatus. ¶Vniuersis & singulis dominis successoribus nostris Archiepiscopis, ac venerabilibus & circumspectis viris, dominis Capitulo nostro. N. ecclesiæ, omnibusq; alijs & singulis, quorum interest, vel intererit, ac illi vel illis, quem vel quos infrascriptum tangit negotium, vel tangere poterit quomodolibet in futurum, quocunq; nomine censeantur, aut quacunq; præfulgeant dignitate, Salutem in domino, & nostris huiusmodi, immo verius apostolicis, firmiter obedire mandatis. ¶Pridem Sanctissimus in Christo pater, & dominus noster, dominus Paulus diuina prouidentia Papa IIII. suas nobis concessit literas, eius vera bulla plũbea, more Romanæ Curiæ bullatas sanas siquidem & integras, non vitiatas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio & suspitione carentes, tenorem qui sequitur de verbo ad verbum continen. ¶Paulus Episcopus &c. Et quia literæ præinsertæ, si suum debitum non sortientur effectum, nobis frustra concessæ forent. Nos igitur Martinus Archiepiscopus commissarius præfatus, cupientes & voleñ. literas apostolicas præinsertas, executioni debitæ demandari, auctoritate apostolica nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, dilectum familiarem nostrum. R. quem experientia, cognouimus esse bonæ vitæ, & honestæ conuersationis, ac alias benemeritum, sufficientem & idoneum, primum de dicto numero quatuor personarum, ad talẽ gratiam consequendam elegimus, & tenore præsentium nominauimus, ac eidem. R. Canonicatum ecclesiæ nostræ, cum plenitudine iuris canonici, auctoritate prædicta, conferimus & assignamus, ac prouidemus etiam de eodem. Præbendam vero ipsius ecclesiæ, si qua vacat ad præsens, aut cum vacauerit, quam idem, R. per se vel procuratorem suum, ad hoc ab eo legitime constitutum, infra vnius mensis spatium (postquam ipsi, vel eidem procuratori, vacatio illius innotuerit) du-

xerit acceptandum conferendum,eidem.R.post acceptationem huiusmodi,cum omnibus iuribus & pertineñ. suis, donationi nostræ,inmouerius apostolicæ, expresse reseruamus, districtius inhibeñ. vobis domino Archiepiscopo.N. & successoribus vestris,& capitulo dictæ ecclesiæ,ac illi vel illis,ad quem, vel ad quos ipsius ecclesiæ præbeñ. collatio,prouisio,præsentatio,electio, seu quæuis alia dispositio cōmuniter vel diuisim pertinet ne de præbeñ. huiusmodi, interim, etiam ante acceptationem eandem (nisi postquam vobis constiterit, quod ipse, vel procurator prædictus,illam noluerit acceptare) disponere quoquomodo præsumatis. Vosq; & successores vestros, ac capitulum omnesq; alios & singulos supradictos, quibus præsentes nostræ literæ, processum nostrum huiusmodi in se contineñ.dirigitur,eadem auctoritate requirimus & monemus &c. vt in ꝓcessu de Canonicatu & præbeñ. ipsum .R. vel procuratorem suum eius nomine, in præfata ecclesia vestra,in canonicum recipiatis & in fratrem,stallū sibi in choro, & locū in capitulo ipsius ecclesiæ, cū dicti iuris plenitudine assignatis, ac infra alios sex dies,postquam eundem.R. vel procuratorem prædictum, præbeñ. huiusmodi, sic, vt præmittitur, reseruatam, si tempore huiusmodi reseruationis vacabat, vel postea vacauit,aut cum vacauerit,infra tempus supra præfixum, acceptasse, sibiq; per nos,aut aliquem subdelegatorum nostrorum infrascriptorum,cum omnibus iuribus & pertineñ.suis,collatam & assignatam,ac de ea sibi prouisum fuisse & esse noueritis, immediate sequeñ. Quorum sex dierū,duos pro primo, duos pro secundo,& reliquos duos dies &c. assignamus,eundem.R.vel procuratorem suum eius nomine,in & ad corporalem,realem,& actualem possessionem præbeñ. iuriumq; & pertineñ. prædictorum,ponatis,inducatis, & defendatis inductum ac ipsum.R vel dictum procuratorem pro eo,ad præbeñ. huiusmodi (vt est moris) recipiatis & admittatis, sibiq; de ipsorum canonicatus & præbeñ fructibus redditibus,proueñ.iuribus & obueñ. vniuersis (prout ad vos cōmuniter vel diuisim ꝑtinet) respondeatis & ab alijs (quātū in vobis fuerit) plenarie & integre responderi faciatis,nō obstañ.omnibus,quæ in dictis literis apostolicis, ꝑfatus. S. D.N. Papa voluit non obstare. ¶Quod si forte præmissa omnia & singula &c. vsq; excōmunicationis, In capitula vero dictæ ecclesiæ.N.suspeñ.a diuinis, & in ipsam ecclesiā,interdicti ecclesiastici sententias,ferimus in his scriptis, & etiam promulgamus. ¶Vobis vero dictis dominis,& successoribus ꝑfatis,ac Archiepiscopo.N.quibus ob reuerentiam &c. ¶Cœterum,cum ad executionem &c.vsq; ꝓcurent,ac eundem.R.vel procuratorem suum eius nomine, in præfata ecclesia .N.in canonicū recipi faciant,seu faciat, & in fratrem, ac stallum sibi in choro, & locū in capitulo ipsius ecclesiæ,cū plenitudine iuris canonici,assignent. Præbeñ.vero ipsius ecclesiæ,per nos,vt ꝑmittitur,reseruatam,si qua tempore dictæ reseruationis vacabat,vel postea vacauit,aut cū vacauerit, eidem.R.post acceptationē ꝑdictam,cum omnibus iuribus & pertineñ.suis, conferant & assignent, ac prouideāt etiā de eadē,atq; ipsum.R.vel dictū procuratorem pro eo,in & ad corporalē,realē, & actualem possessionem præbeñ. iuriumq; & pertineñ. prædictorum,ponant & inducant,seu ponat & inducat,auctoritate ꝑdicta,& defendāt seu defendat inductū ac ipsum.R. vel dictum procuratorem pro eo, ad eandem præbeñ.in ipsa ecclesia,vt moris est,recipi & admitti faciant,sibiq;, de ipsorum canonicatus & præbendæ,fructibus,redditibus, proueñ. iuribus, & obueñ. vniuersis (prout ad eos communiter vel diuisim pertinet) respondeant, & faciant ab alijs (quantum in eis est vel fuerit)plenarie & integre responderi, non obstañ. omnibus,quæ præfatus.S.D.N.Papa in præinsertis literis voluit non obstare.

¶ET nihilominus &c. præfatas autem literas apostolicas facultates, pœnes nos per ipsam reseruationem tenuimus, mandamus tamen copiam fieri de præmissis &c.

¶IN quorum omnium &c.

Processus nominationis, vigore facultatis Apostolicæ, Regi concessæ.

Reuerendo In Christo patri, & domino domino, Dei & apostolicæ sedis gratia, Episcopo Albieñ. necnon venerabilibus & circumspectis viris, dominis capitulo ecclesiæ. N. ac illi vel illis, ad quem vel ad quos, in eadem ecclesia Canonicatuum & præbeñ. ac dignitatum, personatuum, administrationum, & officiorum collatio, prouisio, præsentatio, electio, seu quæuis alia dispositio, communiter vel diuisim pertinet, omnibusq; alijs & singulis, quorum interest, intererit &c. ¶ Nobis pro parte Illustris, ac Christianissimi Principis, & domini domini Henrici, Dei gratia, Francorum Regis in ipsis literis personaliter nominati, coram notario publico & testibus infrascriptis præsentatis, nos cum ea qua decuit reuerentia, noueritis recepisse huiusmodi sub tenore. ¶ Paulus &c. Exinde vero, pro parte venerabilis & egregij viri, domini Matthæi Brisseti, presbyteri Ambianeñ. S. sedis apostolicæ prothonotarij, ac archiuij Romanæ Cu. scriptoris, quod præfati domini Regis literæ, eius sigillo, in cera. C. sigillatæ, signoq; manuali venerabilis viri, dñi. N. sui secretarij, vt in eisdem prima facie apparebat, signatæ, nobis præsentatæ fuerunt, quarum tenor est talis. ¶ Henricus &c. ¶ Post quarum quidem literarum apostolicarum, & domini Regis prædicti præsentationem & receptionem, nobis & per nos, vt præmittitur, factas fuimus pro parte ipsius domini Regis debita cum instañ. requisiti, vt ad executionem dictarum literarum apostolicarum & contentorum in eisdem procedere curaremus, iuxta traditam seu directam per eas a sede apostolica nobis formam. Nos igitur. N. eps præfatus, voleñ. mandatum apostolicum nobis in hac parte directum reuereter exequi, vt tenemur, ac omnia & singula in præinsertis literis apostolicis, & domini Regis antedicti literis contenta, reuerenter exequi, & præfato dño Matthæo qui per dictum dñm Regem, ac dictas suas præinsertas literas, ad canonicatum & præbeñ. necnon dignitatem, personatum, administrationem, vel officium, dictæ ecclesiæ obtinendum, nobis extitit nominatus. Vt igitur nominatio huiusmodi fructuosa, ac suum plenum & debitum sortiatur & consequi valeat effectum, auctoritate apostolica nobis in hac parte commissa, & qua fungimur, canonicatum & præbeñ. ac dignitatem, personatum, administrationem, vel officium, etiam si ad illum, illam, vel illud, consueuerint, qui per electionem assumi, eisq; cura immineret animarum, dummodo dignitas in dicta ecclesia. N. maior post pontificalem non existat, si qui, si quæ, aut si quod, vacat ad præsens, aut quamprimum, simul vel successiue, vacare contigerit, quos, quas seu quod, dictus dñs Matthæus, per se, vel procuratorem suum, ad hoc legitime cõstitutum, infra vnius mensis spatium, postquam sibi vel eidem procuratori, vacatio illorum innotuerit, duxerit acceptandos, acceptandas, vel acceptanda, conferendos, conferendas, seu conferenda, eidem dño Matthæo post acceptationem prædictam, cũ omnibus iuribus & pertinen. sui, collationi & dispositioni nostræ, imo uerius apostolicæ, & cuiuslibet subdelegatorum nostrorum infrascriptorum, secũdũ formam & tenorem dictarum literarum apostolicarum, specialiter & expresse reseruamus, districtius inhibentes, vobis dño epo decano, & capitulo, omnibusq; alijs & singulis supradictis, ne de canonicatu & præbeñ ac dignitate personatu, administratione, vel officio huiusmodi, nisi postq̃ vobis constiterit, q̃ dñs Matthæus vel procurator prædictus, illos, illas, vel illud noluerit acceptare, disponere quoquomodo præsumatis, ac decernentes, prout per præfatũ dominũ nostrũ Papam decretum est, irritum & inane, si secus super his, a quoquam, quauis &c. vt in bulla, vsq; attentari. ¶ Quæ omnia & singula, necnon apostolicas domini nostri Regis literas præfatas, & hunc nostrum processum, omniaq; alia & singula in eis contenta vobis omnibus &c. per præsentes. Vosq; omnes & singulos &c.

DE PROCESS. NOMINATIONVM.

Processus super annua pensione centum Ducatorũ, per Papam Cardinali reseruatorum, ex fructibus duorum Prioratuum.

Reuerendo In Christo Patri, & domino domino J, Dei & apostolicæ sedis gratia, episcopo. N. eiusq; in spiritualibus & temporalibus Vicario seu officiali generali, necnon religioso viro domino .C. Priori Prioratuum de.M.& de.N. ordinis sancti Benedicti.O. dioc. ac illi vel illis, ad quem vel ad quos, dictorum Prioratuum collatio, prouisio, præsentatio, electio, seu quæuis alia dispositio, communiter vel diuisim pertinent. Necnon quibuscunq; censuarijs, reddituarijs, colonis, agricolis debitoribus & detentoribus fructuum, reddituum, prouen. rerum & bonorum dictorum Prioratuum, omnibusq; alijs & singulis, quorum interest, intererit, seu interesse poterit quomodolibet in futurum, quibuscunq; &c. dignitate. ¶ Henricus, eadem, gratia, episcopus. N. in Romana Curia residens, iudex & executor &c. cum illa clausula &c. Salutem &c. Literas &c. Pro parte Reuerendissimi in Christo patris, & domini domini Reginaldi, miseratione diuina Tituli Sanctæ Mariæ in Cosmedin, Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi Cardinalis Poli seu Angli, vulgariter nuncupati, in eisdem literis apostolicis specialiter nominati, præsentatas nos cum ea qua decuit reuerentia, noueritis recepisse. Quarum quidem &c. ¶ Paulus Episcopus &c. Alterius vero &c. ¶ Paulus &c. ¶ Post quarum quidem literarum apostolicarum &c. fact. fuimus pro parte dicti Reuerendissimi domini Cardinal. debita cum instan. requisiti, vt ad executionem &c. dignaremur. Nos igitur Henricus Episcopus, iudex & executor præfatus, attenden. &c. rationi, volen. mandatum apostolicum &c. vt tenemur. Idcirco auctoritate apostolica &c. intimamus &c. volumus per præsentes. Et nihilominus dic. Dominum. N. & C. & alios, quorum interest, & intererit quomodolibet in futurum, communiter vel diuisim, tenore præsentium requirimus & monemus &c. Peremptorie, sibiq; & eis, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœnis in dictis literis apostolicis contentis, videlicet excommunicationis, & priuationis dictorum Prioratuum, districte præcipien. mandamus, quatenus præfato Reuerendiss. patri domino Cardinali, vel procuratori suo eius nomine, annuam pensionem Centum Duc. auri de camera, boni & iusti ponderis, eidem domino Cardinali, super fructibus redditibus prouen. iuribus & obuen. dictorum Prioratuum, per dictum dominum nostrum Papam reseruatis, singulis annis, in festo Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi, in proximo futuro, eodem festo incipien. quoad vixerit, eidem domino Cardinali in Rom. Cu. periculis, expen. & laboribus dicti domini .C. Prioris, & aliorum quorum interest & intererit quomodolibet in futurum (iuxta dictarum literarum apostolicarum formam, & tenorem) persoluat effectualiter & assignet. ¶ Monemus præterea, dictum dominum. C. Priorem, omnesq; alios & singulos supradictos, ac quoscunq; alios, tam ecclesiasticos, quam seculares, cuiuscunq; status, gradus, ordinis vel conditionis existant, ipsis & eorum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ, & sub eisdem & aliis pœnis infrascript. districtius inhiben. ne præfato domino R. Cardinali, quominus ipsum, vel procuratorem suum, singul. annis, quoad vixerit, dictam annuam pensionem, termino & loco supradicti, assequatur, & quominus dictæ literæ Apostolicæ, & præsens noster processus, debitæ executioni demandentur, omniaq; alia & singula in eis contenta, suum debitum sortiantur effectum impedimentum aliquod præstetis seu præstet

neq; impedientibus, detis, seu dent, consilium, auxilium, vel fauorem, publice vel occulte, directe vel indirecte, alioquin in dictum dominum Priorem, si in præmissis fuerit negligens, dictas excommunicationis sententias incidisse declaramus. In alios vero, videlicet impedientes, vel impedientibus dictum dominum Cardinalem vel procuratorem suum super præmissis in aliquo, dantes auxilium, consilium vel fauorem, & singulariter in singulos contradictores in hac parte & rebelles, excommunicationis, in capitulum vero, seu conuentum, si quod vel si quis fuerit delinquens, suspen. a diuinis, & in eorum delinquentium ecclesias, interdicti ecclesiastici sententias, sex dierum canonica monitione præmissa (saluis tamen monition. ac pœnis in dictis literis apostolicis contentis) ferimus in his scriptis & etiam promulgamus. ¶ Vobis vero Reuerendo patri, domino &c. vt in forma communi. ¶ Cœterum, cum ad executionem &c. vsq; excuset, & vos omnes & singulos supradictos, & præsertim ad dictum dominum C. Priorem, & alios quorum interest & intererit quomodolibet in futurum, necnō ad dictos prioratus, aliasq; personas & loca &c. insinuare procurent, dictoq; domino Cardinali vel procuratori suo, dictam annuam pensionem, videlicet Centum Ducatorū auri de camera (iuxta dictarum literarum apostolicarum formam & tenorē) persolui effectualiter & assignari faciant & procurent. Si vero præfatus C. prior, & alij quorum interest & intererit quomodolibet in futurum, in huiusmodi annuæ pensionis, termino & loco præfatis, dicto domino Cardinali, vt præmittitur, persoluendæ, ac solution. & assignation. fuerint deficientes, prædictas excommunicationis & priuationis sententias damnabiliter incurrendo, exnunc, prout extunc, vos omnes & singulos supradictos, & præsertim subdelegatos nostros, tenore præsentium requirimus & monemus, modo & forma præmissis, quatenus dictum dominum C. priorem, vt præfertur, excommunicatum & priuatum, & alios, quorum interest in hac parte, delinquen. seu rebelles, & impedien. excommunicatos, singulis diebus dominicis & festiuis, in vestris & alijs quibuscunq; ecclesijs, infra missarum solemnia, ac populo ibidem ad diuina congregato, campanis pulsatis, & candelis accensis, & demum extinctis, & in terram proiectis, publice denunctis & euitetis, ac ab alijs ita denunciari & euitari faciatis & permittatis, vbi quando, & quotiens, super hoc vigore præsentium, requisiti fueritis, seu alter vestrum fuerit requisitus, donec aliud a nobis vel superiori nostro desuper habueritis in mandatis. ¶ Et nihilominus omnia & singula &c. vt in forma communi.

Nota, quod si Episcopus debet soluere pēsionē, incipies processum, hoc modo. Reueren. in Christo patri &c. Si alius minor, aut minus dignus iudice, debet soluere, incipies a nomine iudicis videlicet Georgius de N. Canonicus iudex &c. semper incipiēdo a digniori.

PROCESS. PENSION. ASSIGNATAE PER PAPAM AD CERTVM TEMPVS.

PETRVS Dei gratia, Episcopus N. iudex & executor ad infrascripta, vna cum quibusdam alijs infrascriptis in hac parte

collegis, cum illa clausula, quatenus vos vel duo &c. a sede apostolica praefata specialiter deputatus. ¶ Venerabili, ac discreto viro magistro. N. Canonico ecclesiae. N. ac vestris in canonicatu & praebeñ. dictae ecclesiae (de quibus in infra scriptis literis fit mentio) successoribus, necnon illi vel illis, quem vel quos, in frascriptum tangit negotium, vel tangere poterit quomodolibet in futurum, communiter vel diuisim, quibuscunque non in. bus censeantur, aut quacunque prae fulgeant dignitate, Salutem in domino, & nostris huiusmodi, immo verius apostolicis firmiter obedire mandatis. Literas Sanctissimi in Christo patris & domini nostri domini Pauli, diuina prouidentia Papae IIII. Vnam videlicet gratiosam &c. vt in alijs. ¶ Post quarum quidem &c. vsque reuerenter exequi, vt tenemur, Idcirco auctoritate apostolica nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, praefatas literas apostolicas, hunc que nostrum processum, ac omnia & singula in eis contenta, vobis omnibus & singulis supradictis, communiter vel diuisim intimamus, insinuamus, & notificamus, ac ad vestram & cuiuslibet vestrum notitiam, deducimus, & deduci volumus per praesentes. Et nihilominus vos dominum N. vestrosque successores, eandem praeben in praefata ecclesia N. pro tempore obtineñ. & vestrum quemlibet in solidum, in virtute sanctae obedientiae & sub poenis sententijs & censuris, in praeinsertis literis apostolicis contentis, quas & earum quamlibet, vos & vestrum quemlibet (nisi feceritis quae vobis in hac parte praecipimus) incurrere volumus ipso facto, prout dictus. D. N. Papa incurrere voluit, districte praecipieñ. mandamus, quatenus immediate, postquam vos domine .N. praedictorum canonicatus & praebeñ. ecclesiae .N. possessionem pacificam assecutus fuerit, seu per vos, quominus illos assequamini, steterit, vel etiam possessionem pacificam non haberetis, & fructus ex ipsis canonicatu & praebeñ. perciperetis, singulis annis in ciuitate. N. p vna, in domini nostri Iesu Christi, & alia medietatibus, in sancti Io. Baptistae natiuitatum festiuitatibus, pensionem annuam .L. libr. monetae, in dicta ciuitate & dioc. N. curreñ. praefato domino. N quoad vixerit, vel donec sibi, de vno vel duobus, beneficio seu beneficijs, ecclesiastico vel ecclesiasticis, sine cura, ad vestri domini. N. instañ. seu vobis efficaciter procurante, infra. N. dioc. consisteñ. vel consistentibus, cuius, seu quorum fructus, redditus, & proueñ. L. libr. similium, debitis & consuetis, beneficijs seu beneficiorum huiusmodi, deductis oneribus, valeant annuatim, canonice prouisum fuerit, ipseque. N illorum possessionem pacifice assecutus fuerit, vel procuratori suo ad hoc sufficiens mandatum habenti, pro eo (iuxta concessioñ. constitutioñ. & assignatioñ. praedictarum continen. atque formam) sine difficultate & contradictione quibuscunque, efficaciter persoluatis, & vestrum quilibet persoluat, aut vos, cum dicto domino. N. seu eius procuratore, super hoc amicabiliter concordetis, & vestrû quilibet concordet. ¶ Monemus insuper, modo & forma praemissis, vos omnes & singulos supradictos, & alios quoscunque, tam ecclesiasticos, quam seculares, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis vel conditionis existant, & eorum quemlibet, vobis & cuilibet vestrum districtius inhibemus, ne praefato domino. N. vel procuratori praedicto, & quominus de praedicta annua pensione integre satisfactum fuerit, impedimentum aliquod praestetis seu praestent, per vos, vel alium, seu alios, aut ipsum impedieñ. detis seu dent, auxilium, consilium vel fauorem, publice vel occulte, directe &c. sed in omnibus & per omnia, huiusmodi mandatis apostolicis, atque nostris, pareatis seu pareant, realiter & cum effectu. ¶ Quod si forte praemissa omnia & singula non adimpleueritis, aut recusaueritis contumaciter adimplere, seu quaecunque in contrarium feceritis seu fecerint, aut alias, praemissis mandatis ac monitionibus nostris huiusmodi, immo verius apostolicis, non parueritis seu paruerint, realiter & cum effectu, nos in vos omnes & singulos supradictos, & quemlibet, qui fueritis seu fuerint, in praemissis culpabiles & generaliter in contradictores quoslibet & rebelles, ex nunc, prout ex tunc, & ex tunc, prout ex nunc, singulariter in singulos, praedicta monitione canonica prae

missa, excommunicationis, In capitula vero, conuentus, & collegia quæcunq; in his forsan delinquentia, suspeñ. a diuinis, Et in ipsorum delinquentium & rebellium ecclesias monasteria, & capellas, interdicti ecclesiastici sententias ferimus in his scriptis, & etiam promulgamus. ¶ Cœterum, cum ad executionem præmissorum &c. vsq; ad dominum. N. & successores præfatos, omnesq; alios & singulos supradictos, quibus præsens noster processus dirigitur, personasq; & loca alia, de quibus expediens fuerit, personaliter accedāt seu accedat, & præfatas literas apostolicas, nostrumq; præsentem processum, ac omnia & singula in eis contenta, seu eorum effectum substantialem, vobis omnibus, & singulis supradictis, legant, intiment, insinuent, & fideliter publicare procurēt, ac eidem domino .N. vel procuratori suo prædicto (iuxta præfati domini nostri Papæ concessioñ. constitutionis, & assignationis continentiam atq; formam ꝑdictam) annuam pensionem (quantum in eis fuerit) communiter vel diuisim, faciant efficaciter persolui. ¶ Et nihilominus quemlibet ex vobis domino .N. & successoribus prædictis, quem in aliqua, ex festiuitatis huiusmodi, vel saltem infra. XXX. dies illarum quamlibet extunc immediate sequeñ. pensionem, per vos seu vestrum alterum, tunc debitam huiusmodi, non persoluisse cum effectu, aut vos, seu alterum vestrum, cum dicto domino. N. vel procuratore suo prædicto super hoc amicabiliter concordatum fuisse & esse, sententiamq; excommunicationis, per præfatum dominum nostrum Papam latam, (a qua vos vel alter vestrum (præterquam in mortis articulo cōstituti) absolui non possitis seu possit) propterea incurrisse, ipsis nostris subdelegatis, vel eorum alteri constiterit, quotiens & quando super hoc, pro parte dicti domini. N. fuerint requisiti, seu fuerit requisitus tamdiu singulis dominicis festiuisq; diebus in suis ecclesijs, Monasterijs & capellis (dum ibidem maior populi multitudo ad diuina conuenerit) excommunicatum publice nunccient, faciantq; ab alijs nunciari, & ab omnibus Christifidelibus arctius euitari, donec & quousq; dicto domino. N. vel procuratori suo præfato de huiusmodi annua pensione tunc debito, fuerit integre satisfactum, vosq; domine. N. vel alter successoribus prædictis sic excommunicatus, ab eadem sententia merueritis absolutionis beneficium obtinere. ¶ Et generaliter &c. vt in sequeñ.

Processus super pensioñ. per executorē, in cuius manibus beneficium fuit resignatum, imposita.

Iacobus Dei & apostolicæ sedis gratia, episcopus .N. ad præsens in Rom. Cu residens, iudex & executor vnicus ad intrascripta a sede apostolica specialiter deputatus. ¶ Venerabili viro, domino .N. rectori parochialis ecclesiæ de.N.C.dioc. & successoribus dictæ parochialis ecclesiæ rectoribus pro tempore existeñ. omnibusq; alijs &c.

¶ PAVLVS Episcopus seruus &c. Cum itaq; literarum Apostolicarum huiusmodi vigore resignationem de dicta parochiali ecclesia, quam ipse dominus .N. obtinebat, in manibus nostris sponte factam, hac vice duntaxat recepissemus & admisissemus, eaq; recepta & admissa, parochialem ecclesiam prædictā, domino. N. contulissemus & de illa prouidissemus, ac alias (iuxta dictarum literarum tenorem) in hac parte processissemus, prout in quibusdam alijs nostris desuper hodie per nos decretis processibus continetur. Tandem per dictum dominum .N. procuratorem nomine quo supra, fuimus debita cum instañ. requisiti, vt ad executionem prædictarum literarum apostolicarum, & contentorum in eisdem procedere curaremus, iuxta traditam seu directam per eas a sede apostolica nobis formam. Nos igitur. N. episcopus iudex & executor præfatus, volentes mandatum apostolicum, nobis in hac parte directum, reuerenter exequi, vt tenemur, Idcirco auctoritate apostolica nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, de ipsius domini. N. procuratoris, ac vestro expresso ad hoc præstito consensu, per

venerabilem virum dominum .N. procuratorem vestrum, ad hoc a vobis specialiter constitutum de cuius procurationis mandato, quedam publico instrumento, signo & subscriptione discreti viri, domini .N clerici .N dioc. authoritate apostolica notarij, signato & subscripto, ac coram nobis recognito, legitime exitit facta fides, pensionem annuam decem librarum Turoneñ. paruorum, super fructibus redditib. & proueñ. dictæ parochialis ecclesiæ, eidem domino .N. quo ad vixerit vel procuratori suo legitimo ad hoc ab eo speciale mandatum habenti, per vos dominum .N. & successores vestros pro tempore existeñ. dictæ parochialis ecclesiæ rectores, in loco de. A. B. dioc. videlicet pro vna, in Beati Ioan Baptistæ, & alia medietatibus pensioñ. huiusmodi, in domini nostri Iesu Christi natiuitatum festiuitatibus, annis singulis integre persoluendam, reseruauimus, constituimus, & assignauimus, prout tenore præsentium reseruamus, constituimus, & assignamus. ¶ Quæ omnia & singula, ac præfatas literas apostolicas, huncque nostrum processum &c. Vosque nihilominus dominum .N. ac successores præfatos, omnesque alios & singulos supradictos, quorum interest vel intererit quomodolibet in futurum, requirimus & monemus, primo, secundo, tertio, communiter vel diuisim, ac vobis & vestrum cuilibet, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub poenis infrascriptis, districte præcipieñ. mandamus, quatenus præfato domino .N. quoad vixerit, vel procuratori suo eius nomine, & pro eo, huiusmodi pensionem annuam .X. Librarum, de & ex fructibus, redditibus, & proueñ. dictæ parochialis ecclesiæ, annis singulis, in loco & terminis superius designatis, realiter & cum effectu persoluatis & assignetis, ac vestrum quilibet pro tẽpore persoluat & assignet. ¶ Quod si forte vos domine .N. vel vestri successores prædicti, dictam annuam pensionem tunc debitam, termino & locis prædictis, vt præfertur, vel saltem infra .XXX. dies, dictos terminos, seu eorum alterum, immediate sequeñ. non persolueritis, aut alias, nostris huiusmodi immo verius apostolicis, mandatis non parueritis cum effectu, nos in vos omnes & singulos supradictos, qui culpabiles fueritis, aut impedieñ. ipsum dominum .N. vel procuratorem suum super præmissis in aliquo, aut ipsum impedientibus, dantes auxilium, consilium, vel fauorem, publice vel occulte, directe vel indirecte, quouis quæsito colore, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis vel conditionis existant, exnunc, prout extunc, & extunc, prout exnunc, singulariter in singulos, prædicta sex dierum canonica monitione præmissa, excommunicationis, In capitula vero, Conuentus, & Collegia quæcunque in his forsan delinqueñ. suspeñ. a diuinis, Et in ipsorum delinquentium ecclesias, Monasteria, & capellas, interdicti ecclesiastici sententias ferimus in his scriptis, & etiam promulgamus. Verum si vos domine .N. & vestri vt præmittitur, Successores, dictam excõmunicationis sententiam, per sex menses præfatos .XXX. dies immediate sequeñ. animis (quod absit) sustinueritis induratis, seu alter vestrum substinuerit, extunc, eisdem effluxis mensibus, vos & quemlibet vestrum huiusmodi, parochiali ecclesia priuatum, seu priuatos fuisse & esse, decernimus ac declaramus per præsentes.

¶ Cæterum &c. vsque excuset, ad vos dominum N. vestrosque successores dictæ parochialis ecclesiæ rectores pro tẽpore existentes, omnesque alios & singulos supradictos, personasque & loca alia, de quibus expediens fuerit, personaliter accedant &c. procurent, necnon præfato domino .N. vel procuratori suo legitimo, dictã annuã pensionẽ .X. Librarum, iuxta prædictarum reseruatioñ. constitutioñ. & assignatioñ. literarum & processuum nostrorum huiusmodi, formam & tenorem, realiter cum effectu, persolui & assignari faciant.

¶ ET nihilominus quemlibet ex vobis domino .N. & successoribus præfatis, quem eisdem subdelegatis nostris huiusmodi, sententiã excõmunicationis vel incurrisse constiterit, ipsi subdelegati, quotiens super hoc pro parte dicti .N. fuerint requisiti, tandiu dominicis festiuisque diebus in ecclesijs & alijs locis ecclesiasticis, dum ibidẽ maior populi multitudo ad diuina conuenerit, excõmu-

vatos publice nuncient, faciantque ab alijs nunciari, & ab omnibus arctius euitari, donec ipsi domino. N. vel procuratori præfato, de huiusmodi pensione tunc debito, fuerit integre satisfactum, ipseque excommunicatus, ab eadem sententia, absolutionis beneficium meruerit obtinere. ¶ Et generaliter &c. vt in alijs, sed pone clausulam, per processum autem nostrum, præfatas quoque literas apostolicas &c. pœnes dictum dominum. N. &c.

DE PROCESS. RESERVATIONVM.

Processus reseruationis parochialis primo vacaturę.

Venerabilibus Et Religiosis mulieribus, dominabus Abbatissæ & conuentui Monasterij sancti. A. ordinis. B. C. dioc. illique vel illis, ad quam, vel ad quas, omnium parochialium ecclesiarum (de quibus in infrascriptis literis apostolicis fit mentio) collatio, prouisio præsentatio, seu quæuis alia dispositio, communiter vel diuisim pertinet, omnibusque, alijs & singulis &c.

¶ POST quarum quidem &c. vos dominas Abbatissam & conuentum, omnesque alias & singulas supradictas, quibus præsens noster processus dirigitur, tenore præsentium requirimus & monemus, primo, secundo, tertio, & peremptorie, ac vobis & cuilibet vestrum, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœnis infrascriptis, districte præcipien. mandamus, quatenus infra sex dies, postquam ex omnibus parochialibus ecclesijs, ad vestras collationes, prouisiones, præsentationes, seu quasuis alias dispositiones, communiter vel diuisim spectantibus, vnam parochialem ecclesiam, cuius fructus, redditus, & prouen. X. Libr. turon. paruorum secundum communem extimationem valorem annuum. non excedant, in præfatis literis apostolicis designatam, & per præfatum dominum nostrum Papam reseruatam, vt præmittitur, primo loco, vt in eisdem literis deducitur, vacaturam, per nos aut al quem collegarum vel subdelegatorum nostrorum, supra & infrascriptorum, prædictarum literarum apostolicarum, & præsentis nostri processus vigore, seu auctoritate, cum omnibus iuribus & pertinen. suis, eidem domino. N. collatam & assignatam, ac de ea prouisum fuisse & esse noueritis, immediate sequen. Quorum sex dierum &c. assignamus, eundem dominum. N. vel procuratorem suum eius nomine, in & ad corporalem, realem, & actualem possessionem ecclesiæ reseruatæ, iuriumque & pertinen. prædictorum, ponatis & inducatis, ac inductum defendatis, amoto ab ea quolibet detentore, quem nos etiam (inquantum possumus) amouemus & denunciamus amotum, sibique de ipsius reseruatis parochialis ecclesiæ fructibus &c. vniuersis, prout ad vos communiter vel diuisim pertinet, respondeatis, & faciatis ab alijs (quantum in vobis fuerit) plenarie & integre responderi.

¶ Quod si forte &c. excommunicationis, in Conuentum vero dicti monasterij, suspen. a diuinis, & in ipsum monasterium interdicti ecclesiastici sententias &c.

¶ Cœterum &c. ad vos dominas Abbatissam & conuentum, omnesque alias & singulas supradictas, & ad eandem reseruatam parochialem &c. personasque & loca alia, de quibus &c. procurent ac reseruatam parochialem ecclesiam, cum illam vt præfertur, primo loco vacare contigerit, cum omnibus iuribus & pertinen. supradictis, eidem domino. N. eadem auctoritate conferant, & assignent, ac conferat & assignet, ac prouideant, seu prouideat etiam de eadem, ac eundem dominum. N. &c. vt infra de vacan.

Processus reseruationis Canonicatus & præben. primo vacaturorum.

Vt tenemur

Vt tenemur Idcirco auctoritate apostolica, nobis in hac parte commissa, præfatas literas apostolicas &c. quatenus infra sex dies postquam ex omnibus Canonicatibus & præbeñ. necnon dignitatibus, personatibus administrationñ. vel officijs, ac etiam præstimonijs, præstimonialibus, portionibus, & simplicibus beneficijs, ad vestrã collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, seu quamuis aliam dispositionem communiter vel diuisim spectañ. Canonicatum & præbeñ. ac dignitatem &c. vt in bulla, in Ciuitatibus & dioc. M. & N. in præinsertis literis apostolicis designatis, & per præfatum dominum nostrum Papam, vt præmittitur, reseruatis primo loco in eisdem literis (vt deducitur) vacatura, per nos aut aliquem collegarum, vel subdelegatorum nostrorum, supra &c. (vt in expectatiua) assignamus eundem dominum .N. vel procuratorem suum eius nomine, in & ad corporalem realem, & actualem possessionem canonicatus & præbeñ. primo vacaturorum, iuriumq; & pertineñ. prædictorum, ponatis & inducatis, seu alter vestrum ponat & inducat, & inductum defendatis, seu defendat, amotis exinde quibuslibet detentoribus ab eisdem, ac faciatis ipsum dominum. N. vel procuratorem prædictum pro eo, ad primo vacaturos canonicatum & præbeñ. in altera ex antedictis ecclesijs, in canonicum recipi & in fratrem, stallum sibi in choro, & locum in capitulo alterius ipsarum ecclesiarum, cum dicti iuris plenitudine, assignatis. Necnon ad dignitatem, personatum, administrationem vel officium alterius earundem ecclesiarum huiusmodi, vt moris est, admittatis, sibiq; de ipsorum Canonicatuum & præbeñ. necnon beneficiorum primo vacaturorum huiusmodi, fructibus &c. responderi. ¶ Quod si forte præmissa &c. ¶ Cæterum &c. se excuset, ad vos dominos Episcopos & capitula, omnesq; alios & singulos supradictos, personasq; & loca alia &c. de quibus &c. procurent, ac canonicatum & præbeñ. necnon dignitatem per sonatum administrationem vel officium, præstimoniaq;, præstimoniales portiones, & beneficia p ædicta reseruat. cum illos, vt præmittitur, primo loco vacare contingerit, cum omnibus iuribus, & pertineñ. supradictis &c. Vt expectatiua.

De processu super bulla significauit.

Processus super. bulla significauit.

Pipinus Dei & apostolicæ sedis gratia; Episcopus .N. iudex & executor ad infrascripta, vna cum quibusdam alijs infrascriptis nostris in hac parte collegis, cum illa [clausula.] Quod, si non omnes &c. a sede apostolica specialiter deputatus. ¶ Vniuersis & singulis dominis Abbatibus, prioribus, præpositis, decanis, archidiaconis cantoribus, succentoribus, thesaurarijs, sacristis, custodibus, tam cathedralium & vt in citatioñ. cum inhibitioñ. Salutem &c. mandatis. ¶ Literas Sanctissimi &c. vt in primo processu, vsq; noueritis recepisse. Quarum quidem literarum apostolicarum, tenor de verbo ad verbum sequitur & est talis. ¶ Paulus Episcopus seruus seruorum Dei &c. ¶ Post quarum quidem &c. vt tenemur, Idcirco auctoritate apostolica qua fungimur in hac parte, attenta ipsarum literarum forma, vos omnes & singulos supradictos, quibus præsens noster processus dirigitur, & vestrum quemlibet insolidum, tenore præsentium requirimus & monemus, primo, secundo, tertio, & peremptorie communiter vel diuisim, ac vobis & vestrum cuilibet, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna, quam canonica monitione p̄missa, in vos omnes & singulos supradictos, & vestrum quemlibet, ferimus in his scriptis, si ea quæ vobis in hac parte committimus & mandamus, neglexeritis cõ tumaciter adimplere, districte præcipiendo mandamus, quatenus infra sex dierũ spatium, post præsentationem seu notificationem præsentium, vobis seu alteri ve

ctrum, pro parte ipsius .N. super hoc factas, immediate sequen. ita tamen, quod vnus vestrum alterum non expectet, nec vnus pro alio, seu per alium, se excuset. Quorum sex dierum, duos pro primo, duos pro secundo & reliquos duos dies, vobis vniuersis & singulis suptadictis, pro tertio & peremptorio termino, ac monitione canonica assignamus, omnes & singulos occultatores, detentores, vsurpatores censuum, fructuum, & prouen. &c. prout in bulla, spectañ. ¶ Vel sic, cen suum fructuum, redditum, prouen. & aliorum bonorũ, in præinsertis literis apostolicis designatorum &c. spectañ. auctoritate nostra, immouerius apostolica, palam & publice, in ecclesijs & locis, de quibus fueritis pro parte dicti domini .N. requisiti, vbi quando, & quotiens expediens fuerit, requiratis & moneatis, quos nos etiam, tenore præsentium requirimus & monemus, primo, secundo, tertio, & peremptorie, communiter & diuisim, eisq; nihilominus & eorum cuilibet in solidum, eisdem auctoritate & tenore, in virtute sanctæ obedientiæ & sub pœnis infrascriptis, districte præcipien. mandamus, quatenus infra .XV. dierum spatium, post monitionem, requisitionem seu notificationem huiusmodi sic factas, & postquam præmissa, ad eorum notitiam deuenerint, immediate sequen. Quorum XV. dierum. V. pro primo. V. pro secundo, & reliquos. V. dies eis, pro tertio & peremptorio termino, ac monitione canonica assignamus, omnia & singula, res, & bona, in præinsertis literis apostolicis designata & specificata, præfato domino .N. restituant, & occultata reuelent, ac de ipsis, plenariam & debitam satisfactionem impendant. ¶ Quod si forte infra huiusmodi .XV. dies, omnia & singula (prout per nos mandatur) non adimpleuerint, mandatisq; & monition. nostris, immouerius apostolicis, non paruerint cum effectu, in ipsos & eorum quemlibet excommunicationis sententiam feratis, quam nos etiam, lapsis huiusmodi .XV. diebus ferimus in his scriptis, ipsosq; & eorum quemlibet, palam & publice, in ecclesijs, Monasterijs, capellis, & locis ecclesiasticis vestris antedictis excõmunicatos publicetis & denunciatis, ac publicari & denunciari faciatis, prout etiam ipsos, exnunc prout extunc, & econuerso .XV. dierum, canonica monitione præmissa, excommunicatos denunciamus, ac denunciari & publicari volumus & mandamus, etiam tandiu, donec & quousq; ad satisfactionem condignam de præmissis eidem domino .N. deuenerint, & beneficium absolutionis super hoc meruerint obtinere. ¶ Absolutionem &c. Per processum autẽ nostrum volumus &c. ¶ In quorum &c.

De processu suppressionis.

Processus suppressionis in Ecclesia Cathedrali.

Vt tenemur Prædictis literis apostolicis, per nos, vt præmittitur, visis, & intellectis, earumq; forma diligenter attenta, de contentis in eisdem literis, nobis auctoritate apostolica commissis, nos eadem auctoritate informauimus. Et quia, tam ex rerum & facultatum dicti Prioratus experientia, quam etiam per testes fidedignos, pro parte Prioris & Capituli prædictorum, coram nobis productos, iuratos, & admissos, ac debite examinatos, atq; per eorum depositiones & attestationes, reperimus præmissa veritate fulciri, videlicet, quod dictæ ecclesiæ .N. in qua .X. &c. sint fructus &c propter guerras & mortalitatum pestes, quæ in partibus illis a longeuis temporibus viguerunt, adeo diminuti existunt, quod ad sustentationem &c. non suppetunt, nec de cætero, ex verisimilibus coniecturis suppetere posse speratur, Idcirco auctoritate apostolica nobis in hac parte commissa, & qua fungimur, duos ex Canonicatibus & præben. prædictis suppressimus & supprimimus, prædictumq; .N. numerum ad .N. numerum reduximus & reducimus, ipsumq; numerum .N. deinceps, pro vero & perpetuo numero Canonicorum & personarum ipsius ecclesiæ obseruari debere, decreuimus, statuendo & etiam ordinando, auctoritate præ dicta,

dicta, Canonicatus & præben. quos in eadem ecclesia, quouis modo deinceps vacare contingerit, quousq; ad dictum. N. Canonicorum, & N. præben. numerum fuerit deuentum, eo ipso esse suppressos, & per literas sedis Apostolicæ vel legatorum eius, aut aliorum quorumcunq;, sub quacunq; forma & expressione verborum impetratis, super quibus processus apostolici non dum fuerint tempore dat. dictarum literarum apostolicarum, publicati, seu etiam impetrati, de ipsis Canonicatibus & præben. sic per nos suppressis, vel de Canonicatibus eiusdem ecclesiæ, sub expectationibus præben. non possit quibusuis personis prouideri, quodq; dicti. N. & N. ad recipiendum aliquem vel aliquos in canonicum seu canonicos eiusdem ecclesiæ, ad huiusmodi Canonicatus & præben. sic per nos suppressos, prætextu ipsarum literarum ad respondendum de fructibus, redditibus, prouen. iuribus, & obuen. Canonicatuum & præben. sic suppressorum, etiam si iam tempore datæ dictarum literarum apostolicarum, in canonicos eiusdē ecclesiæ, sub expectationibus præbendarum, prædictarum literarum, seu quacunq; alia auctoritate, sint recepti, & vt recipiantur, institerint, etiam si ipsarum literarum vigore, ad inhibitionem, reseruationem, & decretum, vel alias quomodolibet sic processum, compelli, aut interdici, suspendi, vel excommunicari non possint donec ad huiusmodi numerum, vt præmittitur, fuerit deuentum, Sed fructus &c. Canonicatuum & præben. suppressorum huiusmodi, si vacant, vel cū vacabunt simul vel successiue, mensæ ipsorum dominorum. N. & N. eo ipso applicentur. Et insuper, quascunq; suspen. & interdicti, excommunicationis & alias sententias atq; pœnas, necnon quoscunq; processus, si quos contra eosdem. N. & N. aut quosuis alios, occasione præmissorum, ferri seu fieri contingerit, aut etiam promulgari, decernimus, auctoritate prædicta, irritos & inanes.

¶ QVAE omnia & singula supradicta, vobis dominis literarum apostolicarū & aliarum quarumlibet impetratarum vel impetrandarum executoribus, omnibusq; aliis & singulis supradictis &c. per præsentes, vobis & vestrum cuilibet districtius inhibentes, ne contra institutionem, ordinationem, & decretum, supradicta aliquid attentare præsumatis. ¶ In quorum &c.

De processibus beneficiorum vacan. in Romana Curia pro secularibus.

Processus parochialis ecclesiæ uacan. in Curia.

Reuerendo In Christo Patri, & domino domino, Dei & apostolicæ sedis gratia, episcopo. N. eiusq; in spiritualibus & temporalibus Vicario, seu officiali generali, omnibusq; &c. vt in primo expectatiuarum, reuerenter exequi, vt tenemur, Idcirco auctoritate apostolica qua fungimur in hac parte, præfatum dominum. N. coram nobis personaliter constitutum, & id humiliter flexis genibus peten. & recipien. in corporalem possessionem seu quasi dictæ parochialis ecclesiæ de. N. per præfatum dominum nostrū Papam eidem. N. collatæ, iuriumq; & pertinen. omnium eiusdem, per dictarum literarum apostolicarum traditionem, posuimus & induximus ponimusq; & inducimus, ac inuestimus etiam de eadem præsentium per tenorem.

¶ Quæ omnia & singula, necnon literas apostolicas huiusmodi, & hunc nostrū processum, ac omnia & singula in eis contenta, vobis omnibus & singulis supradictis, quibus præsens noster processus dirigitur, intimamus, insinuamus, & notificamus, ac ad vestram & cuiuslibet vestrum notitiam deducimus, & deduci volumus per præsentes. Vosq; nihilominus & vestrum quemlibet, tenore præsentiū requirimus & monemus &c. assignamus, eundem dominum. N. vel procuratorem suum eius nomine, in & ad corporalem, realem, & actualem possessionem pa

rochialis ecclesiæ, iuriumq; & pertineñ. prædictorum recipiatis & inducatis, & ab alijs recipi & induci faciatis, & inductum defendatis, amoto exinde quolibet illicito detentore, quem nos etiam (inquantum possumus) auctoritate & tenore præmissis, amouemus & denunciamus amotum, ac eundem dominum. N. vel dictum procuratorem pro eo, ad parochialem ecclesiam huiusmodi (vt est moris) admittatis, & admitti faciatis, sibiq; de ipsius ecclesiæ. N. fructibus, redditibus, prouen. iuribus & obueñ. vniuersis (prout ad vos communiter vel diuisim pertinet) respondeatis, & faciatis ab alijs (quantum in vobis fuerit) plenarie & integre respondeti. Quod si forte præmissa omnia & singula non adimpleueritis &c. vt in primo expectatiuarum, habendo respectum ad delationem vnius &c.

Cœterum &c. se excuset, ad vos dominos Episcopum, Vicarium, & officialem omnesq; alios & singulos supradictos, ac parochialem ecclesiam prædictam per sonasq; &c. vt supra &c. procurent, ac eundem dominum. N. vel procuratorem suum eius nomine, in & ad corporalem, realem, & actualem possessionem parochialis ecclesiæ, iuriumq; & pertineñ. prædictorum, ponant & inducant auctoritate prædicta, & defendant inductum, & quemlibet detentorem amoueant ab ea quem nos etiam (inquantum possumus) auctoritate & tenore præmissis, amouemus & denunciamus amotum, sibiq; de ipsius ecclesiæ parochialis fructibus, redditibus, prouen. iuribus & obueñ. vniuersis (prout ad eos cõmuniter vel diuisim pertinet) respondeant, & faciant ab alijs, quantum in eis est vel fuerit, plenarie & integre responderi.

Et nihilominus &c. vt in primo processu expectatiuarum.

Simili modo facies, de simplici beneficio, aut Capellaniæ, siue præstimonijs, aut dignitatibus, quo de parochiali ecclesia. Et aduerte si uerbum admittatis subsit in bulla, & tunc ponas in processu.

processus Canonicatus & præbeñ. vacañ. in Curia.

Reuerendo In Christo Patri, & domino domino, Dei & Apostolicæ sedis gratia, episcopo. N. eiusq; in spiritualibus & temporalibus Vicario seu officiali generali, necnon venerabilibus & circumspectis viris, dominis. N. Villæ de. N. N. dioces. ac illi vel illis, ad quem vel ad quos, Canonicatus & præbeñ. dictæ ecclesiæ. N. &c. vt in præcedeñ. & denunciamus amotum, ipsumq; dominum. N. vel procuratorem suum prædictum, pro eo, ad eandem præbeñ. in præfata ecclesia. N. in Canonicum recipiatis & in fratrem, stallumq; sibi in choro, & locum in capitulo ipsius ecclesiæ cum dicti iuris plenitudine assignetis, ac eundem dominum. N. vel procuratorem prædictum pro eo, ad dictos Canonicatum & præbeñ. (vt est moris) admittatis, sibiq; de ipsorum Canonicatus & præbeñ. fructibus, redditibus, prouen. iuribus, & obueñ. vniuersis prout ad vos communiter vel diuisim pertinet, respondeatis, & faciatis &c. responderi. Quod si forte præmissa &c. vt supra excommunicationis, In capitulum vero ecclesiæ. N. prædictæ, suspeñ. a diuinis, Et in ipsam ecclesiam. N. interdicti ecclesiastici sententias, ferimus in his scriptis, & etiam promulgamus. Vobis vero &c. vt supra. Cœterum, cum ad executionem &c. vt supra se excuset, ad vos dominos episcopum, vicarium, & officialem. N. ac Capitulum dictæ ecclesiæ. N. omnesq; alios & singulos supradictos, personasq; & loca alia, de quibus &c. vt supra vsq; procurent, ac eundem dominum. N. vel procuratorem suum eius nomine, in & ad corporalem, realem, & actualem possessionem Canonicatus & præbeñ. iuriumq; & pertinen. prædictorum

ctorum ponant, & inducant, & defendant inductum, amoto exinde quolibet detentore, quem nos etiam, vt supra, in quantum possumus, auctoritate & tenore præmissis, amouemus & denunciamus amotum, ac eundem dominum. N. vel procuratorem suum eius nomine, & pro eo, ad eandem præbeñ. in præfata ecclesia. N. in canonicum recipi faciant & in fratrem, stallum que sibi in choro, & locum in capitulo ipsius ecclesiæ cum plenitudine iuris canonici assignent, ac sibi de ipsorum canonicat. & præbeñ. fructibus &c. vt supra.

Clausula parochialis uacañ. in Curia.

Reuerenter Exequi, vt tenemur, Idcirco auctoritate apostolica, nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, eundem dominum .N. coram nobis personaliter constitutum in corporalem possessionem, seu quasi parochialis, ecclesiæ sanct. N. de qua in præinsertis literis apostolicis fit mentio, & quam, quondam Leonardus Valtrini, ipsius ecclesiæ parochialis rector (dum viueret) obtinebat, per obitum eiusdem Leonardi, qui illam obtinens, ac literarum apostolicarum scriptor existens, apud sedem apostolicam extitit vita functus, vacañ. & per præfatum dominum nostrum Papam, dicto domino. N. collat. iuriumque & pertineñ. eiusdem (prout melius potuimus & debuimus) per ipsorum literarum apostolicarum traditionem, posuimus & induximus, ac ponimus & inducimus præsentium per tenorem, & inuestimus etiam &c.

Processus super prouisioñ. Prioratus vacañ. in Curia pro Religioso cum translatione.

Venerabilibus Et Religiosis viris, dominis Abbati & conuentui Monasterij sanct. N. ordinis .B. &c. Idcirco auctoritate apostolica nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, eundem fratrem .C. licet absentem, in personam discreti viri, domini .D. procuratoris sui, ad hoc ab eodem fratre. C. speciale mandatum habentis, de quo quidem procurationis mandato, legitime extitit facta fides, propter hoc, coram nobis personaliter constituti, in corporalem possessionem, seu quasi Prioratus, iuriumque & pertineñ. prædictorum, per annuli nostri in suis manibus traditionem, inducimus & inuestimus etiam de eodem. ¶Quæ omnia & singula &c. vosque dominum Abbatem & conuentum dicti Monasterij S. N omnesque alios & singulos supradictos, quibus præsens noster processus dirigitur &c. ac monitioñ. canonica assignamus, eundem fratrem. C. vel procuratorem suum eius nomine, in & ad corporalem, realem, & actualem possessionem prioratus, iuriumque & pertineñ. prædictorum, recipiatis, & inducatis, & ab alijs recipi & induci faciatis, ac inductum defendatis, amoto ab eo quolibet illicito detentore, quem nos etiam (in quantum possumus) amouemus, & denunciamus amotum, ac eundem fratrem. C. vel dictum procuratorem pro eo, ad eundem Prioratum (vt est moris) admittatis, & infra alios sex dies, postquam eundem fratrem .C. præfatum prioratum pacifice assecutum, ipsumque per nos aut aliquem collegarum vel subdelegatorum nostrorum, supra & infra scriptorum, de dicto Monasterio. F. cuius monachus professus existit, ad præfatum Monasterium .N. a quo dictus prioratus dependet, & per ipsius Monasterij monachos solet gubernari, translatum fuisse & esse noueritis, immediate sequeñ. Quorum sex dierum, duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies, vobis vniuersis & singulis supradictis, pro tertio & peremptorio termino, ac monitione canonica assignamus, eundem fratrem .C. in præfato Monasterio Sanct. N. recipiatis in Monachum, & in fratrem, ac sincera inibi in domino charitate tractetis, sibique de ipsius prioratus fructibus red

ditibus,prouen. iuribus & obuen. vniuersis (prout ad eos communiter vel diuisim pertinet) &c. vt supra. ¶Quod si forte præmissa omnia & singula &c. ¶Cœterum,cum ad executionem &c. vt supra , vsq; nec vnus pro alio seu per alium se excuset, ad vos dominos Abbatem, & Conuentum, omnesq; alios & singulos supradictos,ac prioratũ huiusmodi,personasq; & loca alia, de quibus &c. vt supra eius nomine, in & ad corporalem , realem , & actualem possessionem Prioratus, iuriumq; & pertinen. prædictorum,ponant & inducant , seu ponat & inducat,auctoritate nostra,immo uerius apostolica,& defendant inductum, & ad Prioratum huiusmodi (vt moris est) recipi & admitti, ipsumq; fratrem.C. quam primum dicti Prioratus fuerit possessionem pacifice assecutus, de dicto Monasterio.N. cuius (vt præfertur) monachus expresse professus existit,ad præfatum Monasterium Sancti.N .transferri, ipsumq; fratrem.N .inibi syncera in domino charitate tractari,sibiq; vel dicto Procuratori suo, de ipsius Prioratus fructibus, redditibus, prouen. iuribus & obuen. vniuersis (prout ad eos & eorum quemlibet pertinet) respondeant,& faciant seu faciat ab alijs plenarie & integre responderi. Et nihilominus &c. vt in alijs.

Processus super Abbatia uacan. in Curia cum inuocatione brachij secularis.

Reuerendo In Christo Patri, & domino domino, Dei & apostolicæ sedis gratia, episcopo.N.eiusq; in spiritualibus & temporalibus Vicario, seu officiali generali, necnon venerabilibus & religiosis viris, dominis Priori, & conuentui Monasterij sancti.A. ordinis sancti.B. C. dioc. necnon omnibus & singulis vasallis, & subditis eiusdem Monasterij.A.& quibuscunq; alijs personis, dignitates, officia, seu administrationes in eodem Monasterio habentibus, omnibusq; alijs & singulis, quorum interest &c.vt in alijs. ¶Alexius eadem gratia &c. vt tenemur, Idcirco auctoritate apostolica nobis commissa,& qua fungimur in hac parte, præfatum dominum.R.abbatem, licet absentem in personam dicti.O.procuratoris sui, coram nobis propter hoc personaliter constituti, in corporalem possessionem, seu quasi Abbatialis dignitatis, regiminisq; & administrationis dicti Monasterij, ac bonorum & iurium vniuersorum eiusdem, per literarum apostolicarum prædictarum traditionem, induximus & inuestiuimus, ac inducimus & inuestimus etiam de eadem.
¶Quæ omnia & singula &c. vt supra,deduci volumus per præsentes,vosq; dominos Episcopum & priorem &c. assignamus, eundem dominum .R. Abbatem vel procuratorem suum eius nomine, in & ad corporalem, realem , & actualem possessionem Abbatialis dignitatis, ac regiminis & administrationis dicti Monasterij sancti.A. ac bonorum & iurium vniuersorum eiusdem,sine rebellione, contradictione, & impedimento quibuscunq;,recipiatis & inducatis,ac defendatis inductum,ipsumq; dominum.R.Abbatem,ad abbatialem dignitatem , ac regimen & administrationem huiusmodi(vt est moris)admittatis & admitti faciatis,eiusdemq; pacifica possessione, vti & gaudere permittatis & faciatis,amoto exinde quolibet detentore,quem nos etiam (inquantum possumus)amouemus & denunciamus amotum. ¶Quod si forte præmissa omnia & singula &c. vt supra excommunicationis, In capitula vero,conuentus & collegia, (præsertim in dicti monasterij sancti. A.) in his forsan delinquen.suspen.a diuinis, & in ipsorum delinquentium & rebellium huiusmodi,Ecclesias,Monasteria & capellas, ac eiusdem Sancti.A.interd cti ecclesiastici, & fortius, prout id exigit qualitas negotij huiusmodi nobis commissi,simpliciter,auctoritate apostolica, ex certis rebellibus & contradictoribus huiusmodi,in illos qui beneficia vel officia ecclesiastica, quocunq; titulo vel ratione obtinuerint, eorum suorum beneficiorum , & ex vasallis rebellibus & contradictoribus prædictis,qui,vt præfertur, quæcunq; feuda,terras

ac alia quæuis bona ad dictum Monasterium sancti. A. ex titulo vel ratione quibuscunque obtinuerint, seu habuerint, vel eos obtinere vel habere contigerit in futurum, eorundem suorum beneficiorum vel officiorum, feudorum, terrarum, & aliorum bonorum suorum huiusmodi, perpetuæ priuationis sententias ferimus in his scriptis & etiam promulgamus, ipsosque rebelles & contradictores, excommunicatos, ac eisdem obtineñ. beneficia seu officia ecclesiastica, & vasallos, feuda, terras, vel bona eisdem beneficijs, officijs, feudis, terris & bonis prædictis, perpetuos priuatos esse volumus & declaramus præsentium per tenorem.

¶ Vobis vero Reuereñ. Patri, dño Episcopo prædicto duntaxat excepto &c.

¶ Coeterum cum ad executionem &c. ad vos dños Episcopum Vicarium, officialem, ac priorem & conuentum Monasterij. A. omnesque alios & singulos supradictos, quibus præsens noster processus dirigitur, & ad dictum monasterium sancti. A. ac alias ecclesias, personas & loca &c. vt supra, procurent, dictumque dominum. R. Abbatem, vel procuratorem suum eius nomine, in corporalem, realem, & actualem possessionem Abbatialis dignitatis, ac regiminis & administrationis dicti Monasterij, bonorumque & iurium vniuersorum eiusdem, sine contradictione, rebellione & impedimento quibuscunque, ponant & inducant, auctoritate prædicta, & defendant inductum, ipsumque dominum. R. Abbatem (vt est moris) admittāt, ac recipi & admitti, eiusque pacifica possessione, vti & gaudere faciāt, amoto quolibet detentore, quem nos etiam vt supra, amouemus & denunciamus amotū & si forsan in hac parte, contradictores & rebelles huiusmodi nostris monitionibus & mandatis, immouerint apostolicis, infra terminos supradictos, eis, vt præfertur, præfixos & assignatos, iuxta tenorem & effectum præsentis nostri processus non paruerint cum effectu, dictæ excommunicationis, cæterisque ex eisdem rebellibus & contradictoribus, obtineñ. beneficia, seu officia ecclesiastica, & vasalli prædicti, eorum suorum beneficiorū, & officiorū, ac feudorū, terrarum, & aliorū bonorum suorum, perpetuæ priuationis sententias prædictas damnabiliter incurrendo, exnunc omnes & singulos subdelegatos nostros (sub poenis & sententijs infrascriptis) requirimus & monemus, eisdem & eorum cuilibet districte præcipieñ. mandañ. quatenus prima die dominica & festiua, post lapsum dictorum sex dierum terminum, immediate sequeñ & deinde singulis diebus dominicis, & festiuis, in eorum ecclesijs, monasterijs, & capellis, quotiens & quādo fuerit expediens, & pro parte dicti domini. R. Abbatis fuerint requisiti, seu alter eorum fuerit requisitus, infra missarum solemnia (dum ibidem maior populi multitudo conuenerit ad diuina audiendum) prædictos contradictores & rebelles, in hac parte excommunicatos, & ex eisdem beneficia & officia habeñ. eisdem suis beneficijs & officijs, necnon vasallos prædictos, singulis feudis, terris, aut alijs quibuscunque bonis, quæ a dicto Monasterio Sancti. A. vt præfertur habent, perpetuo, per nos priuatos, publice denuncient, tandiu, donec & quousque a nobis, vel superiori nostro, a sententia excommunicationis prædicta, absolutionis beneficium meruerint obtinere. Si vero præfati contradictores & rebelles in hac parte excōmunicati, & ex eisdem habeñ. beneficia seu officia, vasalli perpetuo priuati, huiusmodi denunciationem non curauerint, aut illam per decem dies, postquam de ea notitiam habuerint, immediate sequeñ. pertinaciter substinuerint, extunc, processus nostros huiusmodi, contra eosdem continuando & aggrauando. Attendeñ quod tanto grauiora sunt peccata, quanto diutius infoelices animas detinent alligatas, quodque crescente malitia & inobedientia, crescere debet & poena, ne facilitas poenæ, audaciam &c. vt in prima executoriali.

¶ Verum si prænominati contradictores & rebelles, ac ex eisdē, beneficia & officia habeñ. & vasalli perpetuo priuati, vt præmittitur, denunciati, denunciationem, & priuationem huiusmodi, per alios decem dies, prædictos decem dies immediate sequeñ. postquam præmissa &c. vt in executorialibus, publice denuncient, ac ab alijs denunciari, & ab omnibus Christifidelibus arctius euitari faciāt.

donec & quousq; aliud a nobis vel superiori nostro receperitis in mandatis,& di cti excommunicati,beneficium absolutionis meruerint obtinere. Volumus aut & dicta auctoritate præcipien. modo & forma præmissis, mandamus, sub pœnis & sententijs supradictis, ne aliquis ex supradictis contradictoribus & rebellibus beneficia,seu officia habentibus,& vasallis perpetuo priuatis, excommunicatis, denunciatis, aggrauatis, quãdiu in huiusmodi rebellione perstiterint, & obedire non curauerint, super debitis, & alijs negotijs, in foro ecclesiastico vel seculari, respondere præsumat, sed eis omnino iuris ordo & actus iudicialis præcludatur pœnitus,& negetur,nec eorum testimonio fides adhibeatur, ipsi tamen, alijs omnino respondere teneantur,necnon ab actionibus, actibus, & Christifidelium participatione,pœnitus secludantur, donec & quousq; spiritum sanioris consilij, ecclesiæ vnitatem,& reconciliationis gratiam receperint, ac debitam & plenariam satisfactionem impenderint cum effectu de præmissis. ¶Præterea, si præfati excommunicati, denunciati, aggrauati,& reaggrauati &c. vt supra. ¶Demum vero,si dicti contradictores & rebelles,& ex eisdem,beneficia,seu officia obtinen. & vasalli perpetuo priuati,& adhuc animo indurato, & suæ ac æternæ salutis immemores,eorum famæ prodigi,se ostenderint, & de huiusmodi excommunicationis,aggrauation. & reaggrauation. alijsq; processibus antedictis non curauerint,nos extunc,attenden. quod tales non sunt a Christifidelibus aliqualiter tolerandi,nec eis locorum præsides,debent impendere auxilium,consilium, vel fauorem sed spiritualis gladius,temporalem sibi communicans potestatem,illos debet afficere,qui maiestatem diuinam sic offendere non verentur,vt saltem ipsius pœnæ metu perterriti, compellantur ad mandata ecclesiæ remeare, sic, quod casu eodem, nos summo desiderantes affectu,vt dicti contradictores & rebelles, ac vasalli priuati, aut alias, sic excommunicati, aggrauati,& reaggrauati, spiritũ assumant consilij sanioris,& ad mandata ecclesiæ reuertantur,ne in derogationẽ ecclesiasticæ censuræ de cætero pullulet tantus error. Eapropter Illustrissimũ & Christianissimum Principem, & Dominum, Dominum Henricum,Frãcorum Regem,cæterosq; senescallos,iudices,bailiuos, aduocatos, procuratores generales,vicarios,capitaneos,castellanos,seruientes,armorum,custodes, fortaliciorum, & alios officiales,in ciuitate & dioc.C. ac alibi vbilibet constitutos iurisdictionẽ ordinariam vel temporalem exercen. & eorum locatenen. eorumq; quemlibet, qui fuerit religionis & fidei Christianæ princeps, & eorum defensores, ex parte sedis apostolicæ & dicti domini nostri Papæ,atq; nostra immouerius apostolica, requirimus & monemus,quatenus ipsi,& eorum quilibet, si & prout fuerint pro parte dicti domini.R. Abbatis Monasterij sancti.A. requisiti seu requisitus super hoc,per se, vel alium,seu alios, tanquam viri catholici, suam in hac parte dexteram extenden. infra sex dies,post præsentationem seu notificationem pñtium, & requisitionem eis & eorum cuilibet factam, immediate sequen. præfatos contradictores,rebelles & vasallos, excommunicatos, aggrauatos, reaggrauatos, ac perpetuo priuatos, prout culpabiles fuerint in præmissis, si ecclesiasticum contẽpserint iudicium, & censuram ecclesiasticam vilipenderint, per captionem & distractionem bonorum suorum,mobilium & immobilium, si mobilia non sufficerent in eorum iurisdiction. consisten. primo,& deinde per ipsarum personarum captionem & detentionem,& quemcũq; alium modum canonicum, qui ipsis officiarijs videbitur expedire,auctoritate nostra,immouerius apostolica,compellant viriliter,ad parendum & obediendum,in omnibus & per omnia, præsentibus nostris processibus,iuxta ipsorum seriem & tenorem, ac redeundum ad gremiũ sanctæ matris ecclesiæ,nullo alio expectato mãdato,& alias,ipsos inobedien. & eorũ quemlibet, constringant & compellant sua potentia & brachio seculari, donec ad obedientiam sanctæ matris ecclesiæ venerint, & processibus paruerint antedictis,ac supradicti contradictores & rebelles, & ex eisdem beneficia vel officia haben. atq; vasalli priuati,a præfatis sententijs absolution. beneficium meruerint

obtinere. ❡ Et generaliter omnia alia & singula, nobis in hac parte commissa, plenarie exequantur, iuxta prædictarum literarum apostolicarum, & præsentis nostri processus &c. per totum, vt in clausula. Nihilominus.
❡ De quorum &c. vt in alijs.

De processibus beneficiorum vacaturorum pro secularibus.

Processus parochialis uacaturæ per assecutionem.

Nos igitur &c. Districte præcipiendo mandan. quatenus infra sex dies, postquam dictus. N. huiusmodi parochialem ecclesiam, siue beneficium fuerit pacifice assecutus, & per assecutionem pacificã, dictam parochialem ecclesiam vacauisse & vacare, etiã si alias quouis modo &c. vt in bulla, illãq; per nos, aut aliquem collegarum vel subdelegatorum nostrorum, supra & infra scriptorum, cum omnibus iuribus & pertineñ. suis quoad vixerit, tenendum, regendum & gubernandum, collatam & assignatam fuisse & esse noueritis, immediate sequeñ. quorum &c. eundem dominum. N. vel procuratorem suum eius nomine, in & ad corporalem, realem, & actualem &c. recipiatis, ponatis, & inducatis, ac inductum defendatis, amoto exinde quolibet illicito detentore, quẽ nos &c. ac ipsum dominum. N. vel dictum procuratorem pro eo, ad huiusmodi parochialem ecclesiam (vt est moris) admittatis, sibiq; de ipsius ecclesiæ parochialis fructibus. ❡ Quod si forte præmissa &c. vsq; procurent, & parochialem ecclesiam prædictam (vt præmittitur) aut alias quouis modo (præterquam per ipsius. N. obitum) vacare contigerit, eidem. N. auctoritate nostra, immo uerius apostolica, cum omnibus iuribus & pertineñ. suis supradictis, conferant & assignent, ac prouideant etiam de eadem, ac eundem. N. vel procuratorem suum eius nomine, in corporalem &c. & pertineñ. prædictorum inducant auctoritate nostra, immouerius apostolica, & defendant inductum amoto exinde quolibet illicito detentore, quem nos etiam (inquantum potuimus) amouemus & denunciamus amotum, sibiq; de ipsius ecclesiæ parochialis fructibus &c. responderi.
❡ Et nihilominus &c. vt in primo processu expectatiuarum.

Processus similis per contractum matrimonii.

Quatenus Infra sex dies, postquam prædictum. A. matrimonium contraxisse, solemnizasse, & carnali copula consumasse, dictãmq; Cantoriam propterea vacauisse, & vacare, illamq; per nos aut aliquem collegarum vel subdelegatorum nostrorum, supra & infra scriptorum &c. vt in præcedenti, vsq; publicare procurent, ac eandem Cantoriam, cum illam, vt præmittitur, aut alias, quouis modo (præterquam per ipsius obitum) vacare contigerit, præfato .N. auctoritate nostra, cum omnibus iuribus & pertineñ. suis, conferant, &c. vt in præcedenti processu, mutatis mutandis.

Processus similis per dimissionem in forma dignum.

Post quarum quidem literarum apostolicarum &c. reuerenter exequi vt tenemur, præfatum. A. coram nobis propter hoc personaliter constitutum, examinauimus diligenter. Et quia per diligentem huiusmodi examinationem, per nos factam, ipsum. A. in literatura sufficientem & idoneum, ad perpetuum beneficium Diaconatus nuncupatum, in ecclesia .N. de quo in præinsertis literis apostolicis fit mentio, obtinendum, & aliud canonicum non obstare, (quominus dictæ literæ apostolicæ suum debitum sortiantur effectum) inuen

neq; impedientibus, detis, seu dent, consilium, auxilium, vel fauorem, publice vel occulte, directe vel indirecte, alioquin in dictum dominum Priorem, si in praemissis fuerit negligens, dictas excommunicationis sententias incidisse declaramus. In alios vero, videlicet impedientes, vel impedientibus dictum dominum Cardinalem vel procuratorem suum super praemissis in aliquo, dantes auxilium, consilium vel fauorem, & singulariter in singulos contradictores in hac parte & rebelles, excommunicationis, in capitulum vero, seu conuentum, si quod vel si quis fuerit delinquens, suspeñ. a diuinis, & in eorum delinquentium ecclesias, interdicti ecclesiastici sententias, sex dierum canonica monitione praemissa (saluis tamen monitioñ. ac poenis in dictis literis apostolicis contentis) ferimus in his scriptis & etiam promulgamus. ¶ Vobis vero Reuerendo patri, domino &c. vt in forma communi. ¶ Coeterum, cum ad executionem &c. vsq; excuset, & vos omnes & singulos supradictos, & praesertim ad dictum dominum .C. Priorem, & alios quorum interest & intererit quomodolibet in futurum, necnō ad dictos prioratus, aliasq; personas & loca &c. insinuare procurent, dictoq; domino Cardinali vel procuratori suo, dictam annuam pensionem, videlicet Centum Ducatorū auri de camera (iuxta dictarum literarum apostolicarum formam & tenorē) persolui effectualiter & assignari faciant & procurent. Si vero praefatus. C. prior, & alij quorum interest & intererit quomodolibet in futurum, in huiusmodi annuae pensionis, termino & loco praefatis, dicto domino Cardinali, vt praemittitur, persoluendae, ac solutioñ. & assignatioñ. fuerint deficientes, praedictas excommunicationis & priuationis sententias damnabiliter incurrendo, exnunc, prout extunc, vos omnes & singulos supradictos, & praesertim subdelegatos nostros, tenore praesentium requirimus & monemus, modo & forma praemissis, quatenus dictum dominum. C. priorem, vt praefertur, excommunicatum & priuatum, & alios, quorum interest in hac parte, delinqueñ. seu rebelles, & impedieñ. excommunicatos, singulis diebus dominicis & festiuis, in vestris & alijs quibuscunq; ecclesijs, infra missarum solemnia, ac populo ibidem ad diuina congregato, campanis pulsatis, & candelis accensis, & demum extinctis, & in terram proiectis, publice denunciatis & euitetis, ac ab alijs ita denunciari & euitari faciatis & permittatis, vbi quando, & quotiens, super hoc vigore praesentium, requisiti fueritis, seu alter vestrum fuerit requisitus, donec aliud a nobis vel superiori nostro desuper habueritis in mandatis. ¶ Et nihilominus omnia & singula &c. vt in forma communi.

Nota, quod si Episcopus debet soluere pēsionē, incipies processum, hoc modo. Reuereñ. in Christo patri &c. Si alius minor, aut minus dignus iudice, debet soluere, incipies a nomine iudicis videlicet Georgius de .N. Canonicus iudex &c. semper incipiēdo a digniori.

PROCESS. PENSION. ASSIGNATAE PER PAPAM AD CERTVM TEMPVS.

PETRVS Dei gratia, Episcopus .N. iudex & executor ad infrascripta, vna cum quibusdam alijs infrascriptis in hac parte

collegis,cum illa clausula, quatenus vos vel duo &c. a sede apostolica praefata specialiter deputatus. ¶Venerabili,ac discreto viro magistro. N. Canonico ecclesiae.N.ac vestris in canonicatu & praeben.dictae ecclesiae (de quibus in infra scriptis literis fit mentio) successoribus,necnon illi vel illis, quem vel quos, in frascriptum tangit negotium,vel tangere poterit quomodolibet in futurum,communiter vel diuisim,quibuscunque nomine in bus censeantur,aut quacunque praefulgeant dignitate,Salutem in domino,& nostris huiusmodi, immo uerius apostolicis firmiter obedire mandatis. Literas Sanctissimi in Christo patris & domini nostri domini Pauli,diuina prouidentia Papae IIII.Vnam videlicet gratiosam &c. vt in alijs. ¶Post quarum quidem &c. vsque reuerenter exequi,vt tenemur, Id circo auctoritate apostolica nobis commissa,& qua fungimur in hac parte, praefatas literas apostolicas,huncque nostrum processum, ac omnia & singula in eis contenta,vobis omnibus & singulis supradictis, communiter vel diuisim intimamus, insinuamus, & notificamus,ac ad vestram & cuiuslibet vestrum notitiam, deducimus,& deduci volumus per praesentes. Et nihilominus vos dominum N. vestrosque successores,eandem praeben in praefata ecclesia N. pro tempore obtinen.& vestrum quemlibet in solidum,in virtute sanctae obedientiae & sub poenis sententijs & censuris, in praeinsertis literis apostolicis contentis, quas & earum quamlibet, vos & vestrum quemlibet (nisi feceritis quae vobis in hac parte praecipimus) incurrere volumus ipso facto,prout dictus. D.N. Papa incurrere voluit,dist icte praecipien. mandamus,quatenus immediate, postquam vos domine .N.praedictorum canonicatus & praeben. ecclesiae .N. possessionem pacificam assecutus fuerit,seu per vos,quominus illos assequamini,steterit,vel etiam possessionem pacificam non haberetis,& fructus ex ipsis canonicatu & praeben. perciperetis,singulis annis in ciuitate. N.p vna,in domini nostri Iesu Christi,& alia medietatibus,in sancti Io.Baptistae natiuitatum festiuitatibus, pensionem annuam .L.libr. monetae, in dicta ciuitate & dioc. N.curren.praefato domino.N quoad vixerit,vel donec sibi,de vno vel duobus, beneficio seu beneficijs, ecclesiastico vel ecclesiasticis,sine cura,ad vestri domini. N. instan. seu vobis efficaciter procurante,infra. N.dioc.consisten. vel consistentibus, cuius, seu quorum fructus, redditus,& prouen. L.libr. similium, debitis & consuetis, beneficijs seu beneficiorum huiusmodi,deductis oneribus,valeant annuatim,canonice prouisum fuerit,ipseque.N. illorum possessionem pacifice assecutus fuerit, vel procuratori suo ad hoc sufficiens mandatum habenti,pro eo (iuxta concessiōn. constitution.& assignation. praedictarum continen. atque formam) sine difficultate & contradictione quibuscunque,efficaciter persoluatis,&vestrum quilibet persoluat,aut vos, cum dicto domino.N.seu eius procuratore, super hoc amicabiliter concordetis, & vestrū quilibet concordet. ¶Monemus insuper, modo & forma praemissis, vos omnes & singulos supradictos,& alios quoscunque,tam ecclesiasticos, quam seculares,cuiuscunque dignitatis, status,gradus, ordinis vel conditionis existant, & eorum quemlibet,vobis & cuilibet vestrum districtius inhibemus,ne praefato domino.N.vel procuratori praedicto, & quominus de praedicta annua pensione integre satisfactum fuerit,impedimentum aliquod praestetis seu praestent, per vos, vel alium,seu alios,aut ipsum impedien. detis seu dent,auxilium, consilium vel fauorem,publice vel occulte, directe &c. sed in omnibus & per omnia,huiusmodi mandatis apostolicis,atque nostris,pareatis seu pareant,realiter & cum effectu. ¶Quod si forte praemissa omnia & singula non adimpleueritis, aut recusaueritis contumaciter adimplere,seu quaecunque in contrarium feceritis seu fecerint,aut alias,praemissis mandatis ac monitionibus nostris huiusmodi, immo uerius apostolicis,non parueritis seu paruerint, realiter & cum effectu,nos in vos omnes & singulos supradictos,& quemlibet, qui fueritis seu fuerint, in praemissis culpabiles & generaliter in contradictores quoslibet & rebelles,ex nunc,prout ex tunc,& ex tunc,prout ex nunc,singulariter in singulos,praedicta monitione canonica prae

missa, excommunicationis, In capitula vero, conuentus, & collegia quæcunque, in his forsan delinquentia, suspen. a diuinis, Et in ipsorum delinquentium & rebellium ecclesias monasteria, & capellas, interdicti ecclesiastici sententias ferimus in his scriptis, & etiam promulgamus. ¶Cœterum, cum ad executionem præmissorum &c. vsque ad dominum. N. & successores præfatos, omnesque alios & singulos supradictos, quibus præsens noster processus dirigitur, personasque & loca alia, de quibus expediens fuerit, personaliter accedāt seu accedat, & præfatas literas apostolicas, nostrumque præsentem processum, ac omnia & singula in eis contenta, seu eorum effectum substantialem, vobis omnibus, & singulis supradictis, legant, intiment, insinuent, & fideliter publicare procurēt, ac eidem domino .N. vel procuratori suo prædicto (iuxta præfati domini nostri Papæ concessioñ. constitutionis, & assignationis continentiam atque formam prædictam) annuam pensionem (quantum in eis fuerit) communiter vel diuisim, faciant efficaciter persolui. ¶Et nihilominus quemlibet ex vobis domino .N. & successoribus prædictis, quem in aliqua, ex festiuitatis huiusmodi, vel saltem infra. XXX. dies illarum quamlibet extunc immediate sequeñ. pensionem, per vos seu vestrum alterum, tunc debitam huiusmodi, non persoluisse cum effectu, aut vos, seu alterum vestrum, cum dicto domino. N. vel procuratore suo prædicto super hoc amicabiliter concordatum fuisse & esse, sententiamque excommunicationis, per præfatum dominum nostrum Papam latam, a qua vos vel alter vestrum (præterquam in mortis articulo cōstituti) absolui non possitis seu possit, propterea incurrisse, ipsis nostris subdelegatis, vel eorum alteri constiterit, quotiens & quando super hoc, pro parte dicti domini. N. fuerint requisiti, seu fuerit requisitus tamdiu singulis dominicis festiuisque diebus in suis ecclesijs, Monasterijs & capellis (dum ibidem maior populi multitudo ad diuina conuenerit) excommunicatum publice nuncient, faciantque ab alijs nunciari, & ab omnibus Christifidelibus arctius euitari, donec & quousque dicto domino. N. vel procuratori suo præfato de huiusmodi annua pensione tunc debito, fuerit integre satisfactum, vosque domine. N. vel alter successoribus prædictis sic excommunicatus, ab eadem sententia merueritis absolutionis beneficium obtinere. ¶Et generaliter &c. vt in sequeñ.

Processus super pensioñ. per executorē, in cuius manibus beneficium fuit resignatum, imposita.

Iacobus Dei & apostolicæ sedis gratia, episcopus .N. ad præsens in Rom. Cu residens, iudex & executor vnicus ad intrascripta a sede apostolica speciali et deputatus. ¶Venerabili viro, domino .N. rectori parochialis ecclesiæ de. N. C. dioc. & successoribus dictæ parochialis ecclesiæ rectoribus pro tempore existeñ. omnibusque alijs &c.

¶PAVLVS Episcopus seruus &c. Cum itaque literarum Apostolicarum huiusmodi vigore resignationem de dicta parochiali ecclesia, quam ipse dominus .N. obtinebat, in manibus nostris sponte factam, hac vice duntaxat recepissemus & admisissemus, eaque recepta & admissa, parochialem ecclesiam prædictā, domino. N. contulissemus & de illa prouidissemus, ac alias (iuxta dictarum literarum tenorem) in hac parte processissemus, prout in quibusdam alijs nostris desuper hodie per nos decretis processibus continetur. Tandem per dictum dominum .N. procuratorem nomine quo supra, fuimus debita cum instañ. requisiti, vt ad executionem prædictarum literarum apostolicarum, & contentorum in eisdem procedere curaremus, iuxta traditam seu directam per eas a sede apostolica nobis formam. Nos igitur. N. episcopus iudex & executor præfatus, volentes mandatum apostolicum, nobis in hac parte directum, reuerenter exequi, vt tenemur, Idcirco auctoritate apostolica nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, de ipsius domini. N. procuratoris, ac vestro expresso ad hoc præstito consensu, per

venerabilem virum dominum. N. procuratorem vestrum, ad hoc a vobis specia liter constitutum de cuius procurationis mandato, quodam publico instrumen to, signo & subscriptione discreti viri, domini. N clerici. N dioc. authoritate apo stolica notarij, signato & subscripto, ac coram nobis recognito, legitime extitit facta fides, pensionem annuam decem librarum Turoneñ. paruorum, super fru ctibus redditib. & prouen. dictæ parochialis ecclesiæ, eidem domino N. quoad vixerit vel procuratori suo legitimo ad hoc ab eo speciale mandatum habenti, per vos dominum. N. & successores vestros pro tempore existeñ. dictæ parochia lis ecclesiæ rectores, in loco de. A. B. dioc. videlicet pro vna, in Beati Ioan Ba ptistæ, & alia medietatibus pensioñ. huiusmodi, in domini nostri Iesu Christi na tiuitatum festiuitatibus, annis singulis integre persoluendam, reseruauimus, con stituimus, & assignauimus, prout tenore præsentium reseruamus, constituimus, & assignamus. ℭ Quæ omnia & singula, ac præfatas literas apostolicas, huncq; nostrum processum &c. Vosq; nihilominus dominum. N. ac successores præfa tos, omnesq; alios & singulos supradictos, quorum interest vel intererit quomo dolibet in futurum, requirimus & monemus, primo, secundo, tertio, communiter vel diuisim, ac vobis & vestrum cuilibet, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœ his infrascriptis, districte præcipieñ. mandamus, quatenus præfato domino. N. quoad vixerit, vel procuratori suo eius nomine, & pro eo, huiusmodi pensionem annuam. X. Librarum, de & ex fructibus, redditibus, & prouen. dictæ parochia lis ecclesiæ, annis singulis, in loco & terminis superius designatis, realiter & cum effectu persoluatis & assignetis, ac vestrum quilibet pro tẽpore persoluat & assi gnet. ℭ Quod si forte vos domine. N. vel vestri successores prædicti, dictam an nuam pensionem tunc debitam, termino & locis prædictis, vt præfertur, vel sal tem infra. XXX. dies, dictos terminos, seu eorum alterum, immediate sequeñ. non persolueritis, aut alias, nostris huiusmodi immo verius apostolicis, mandatis non parueritis cum effectu, nos in vos omnes & singulos supradictos, qui culpa biles fueritis, aut impedieñ. ipsum dominum. N. vel procuratorem suum super præmissis in aliquo, aut ipsum impedientibus, dantes auxilium, consilium, vel fa uorem, publice vel occulte, directe vel indirecte, quouis quæsito colore, cuius cunq; dignitatis, status, gradus, ordinis vel conditionis existant, exnunc, prout ex tunc, & extunc, prout exnunc, singulariter in singulos, prædicta sex dierum cano nica monitione præmissa, excommunicationis, In capitula vero, Conuentus, & Collegia quæcunq; in his forsan delinqueñ. suspeñ. a diuinis, Et in ipsorum de linquentium ecclesias, Monasteria, & capellas, interdicti ecclesiastici sententias ferimus in his scriptis, & etiam promulgamus. Verum si vos domine. N. & ve stri vt præmittitur, Successores, dictam excõmunicationis sententiam, per sex menses præfatos. XXX. dies immediate sequeñ. animis (quod absit) sustinueritis induratis, seu alter vestrum substinuerit, extunc, eisdem effluxis mensibus, vos & quemlibet vestrum huiusmodi, parochiali ecclesia priuatum, seu priuatos fuisse & esse, decernimus ac declaramus per præsentes.

ℭ Cæterum &c. vsq; excuset, ad vos dominum N. vestrosq; successores dictæ parochialis ecclesiæ rectores pro tẽpore existentes, omnesq; alios & singulos su pradictos, personasq; & loca alia, de quibus expediens fuerit, personaliter acce dant &c. procurent, necnon præfato domino. N. vel procuratori suo legitimo, dictã annuã pensionẽ. X. Librarum, iuxta prædictarum reseruatioñ. constitu tioñ. & assignatioñ. literarum & processuum nostrorum huiusmodi, formam & tenorem, realiter cum effectu, persolui & assignari faciant.

ℭ ET nihilominus quemlibet ex vobis domino. N. & successoribus præfatis, quem eisdem subdelegatis nostris huiusmodi, sententiã excõmunicationis vel incurrisse constiterit, ipsi subdelegati, quotiens super hoc pro parte dicti. N. fue rint requisiti, tandiu dominicis festiuisq; diebus in ecclesijs & alijs locis eccle siasticis, dum ibidẽ maior populi multitudo ad diuina conuenerit, excõmu

ratos publice nuncient, faciantque ab alijs nunciari, & ab omnibus arctius euitari, donec ipsi domino. N. vel procuratori præfato, de huiusmodi pensione tunc debito, fuerit integre satisfactum, ipseque excommunicatus, ab eadem sententia, absolutionis beneficium meruerit obtinere. ¶Et generaliter &c. vt in alijs, sed pone clausulam, per processum autem nostrum, præfatas quoque literas apostolicas &c. pœnes dictum dominum. N. &c.

DE PROCESS. RESERVATIONVM.

Processus reseruationis parochialis primo vacaturæ.

Venerabilibus Et Religiosis mulieribus, dominabus Abbatissæ & conuentui Monasterij sancti. A. ordinis. B. C. dioc. illi vel illis, ad quam, vel ad quas, omnium parochialium ecclesiarum (de quibus in infrascriptis literis apostolicis fit mentio) collatio, prouisio præsentatio, seu quæuis alia dispositio, communiter vel diuisim pertinet, omnibusque, alijs & singulis &c.

¶POST quarum quidem &c. vos dominas Abbatissam & conuentum, omnesque alias & singulas supradictas, quibus præsens noster processus dirigitur, tenore præsentium requirimus & monemus, primo, secundo, tertio, & peremptorie, ac vobis & cuilibet vestrum, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœnis infrascriptis, districte præcipien. mandamus, quatenus infra sex dies, postquam ex omnibus parochialibus ecclesijs, ad vestras collationes, prouisiones, præsentationes, seu quasuis alias dispositiones, communiter vel diuisim spectantibus, vnam parochialem ecclesiam, cuius fructus, redditus, & prouen. X. Librarum ꝛ turonen. par. se. cō. ex. va. an. non excedant, in præfatis literis apostolicis designatam, & per præfatum dominum nostrum Papam reseruatam, vt præmittitur, primo loco, vt in eisdem literis deducitur, vacaturam, per nos aut al quem collegarum vel subdelegatorum nostrorum, supra, & infrascriptorum, prædictarum literarum apostolicarum, & præsentis nostri processus vigore, seu auctoritate, cum omnibus iuribus & pertinen. suis, eidem domino. N. collatam & assignatam, ac de ea prouisum fuisse & esse noueritis, immediate sequen. Quorum sex dierum &c. assignamus, eundem dominum. N. vel procuratorem suum eius nomine, in & ad corporalem, realem, & actualem possessionem ecclesiæ reseruatæ, iuriumque & pertinen. prædictorum, ponatis & inducatis, ac inductum defendatis, amoto ab ea quolibet detentore, quem nos etiam (inquantum possumus) amouemus & denunciamus amotum, sibique de ipsius reseruatis parochialis ecclesiæ fructibus &c. vniuersis, prout ad vos communiter vel diuisim pertinet, respondeatis, & faciatis ab alijs (quantum in vobis fuerit) plenarie & integre responderi.

¶Quod si forte &c. excommunicationis, in Conuentum vero dicti monasterij, suspen. a diuinis, & in ipsum monasterium interdicti ecclesiastici sententias &c.

¶Cæterum &c. ad vos dominos Abbatissam & conuentum, omnesque alias & singulas supradictas, & ad eandem reseruatam parochialem &c. personasque & loca alia, de quibus &c. procurent ac reseruatam parochialem ecclesiam, cum illam vt præfertur, primo loco vacare contigerit, cum omnibus iuribus & pertinen. supradictis, eidem domino. N. eadem auctoritate conferant, & assignent, ac conferat & assignet, ac prouideant, seu prouideat etiam de eadem, ac eundem dominum. N. &c. vt infra de vacan.

Processus reseruationis Canonicatus & præben. primo vacaturorum.

Vt tenemur

Vt tenemur Idcirco auctoritate apostolica, nobis in hac parte commissa, præfatas literas apostolicas &c. quatenus infra sex dies postquam ex omnibus Canonicatibus & præben. necnon dignitatibus, personatibus administrationū. vel officijs, ac etiam præstimonijs, præstimonialibus, portionibus, & simplicibus beneficijs, ad vestrā collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, seu quamuis aliam dispositionem communiter vel diuisim spectan. Canonicatum & præben. ac dignitatem &c. vt in bulla, in Ciuitatibus & dioc. M. & N. in præinsertis literis apostolicis designatis, & per præfatum dominum nostrum Papam, vt præmittitur, reseruatis primo loco in eisdem literis (vt deducitur) vacatura, per nos aut aliquem collegarum, vel subdelegatorum nostrorum, supra &c. (vt in expectatiua) assignamus eundem dominum .N. vel procuratorem suum eius nomine, in & ad corporalem realem, & actualem possessionem canonicatus & præben. primo vacaturorum, iuriumq; & pertinen. prædictorum, ponatis & inducatis, seu alter vestrum ponat & inducat, & inductum defendatis, seu defendat, amotis exinde quibuslibet detentoribus ab eisdem, ac faciatis ipsum dominum. N. vel procuratorem prædictum pro eo, ad primo vacaturos canonicatum & præben. in altera ex antedictis ecclesijs, in canonicum recipi & in fratrem, stallum sibi in choro, & locum in capitulo alterius ipsarum ecclesiarum, cum dicti iuris plenitudine, assignatis. Necnon ad dignitatem, personatum, administrationem vel officium alterius earundem ecclesiarum huiusmodi, vt moris est, admittaris, sibiq; de ipsorum Canonicatuum & præben. necnon beneficiorum primo vacaturorum huiusmodi, fructibus &c. responderi. ¶ Quod si forte præmissa &c. ¶ Cæterum &c. se excuset, ad vos dominos Episcopos & capitula, omnesq; alios & singulos supradictos, personasq; & loca alia &c. de quibus &c. procurent, ac canonicatum & præben. necnon dignitatem per sonatum administrationem vel officium, præstimoniaq;, præstimoniales portiones, & beneficia p ædicta reseruat. cum illos, vt præmittitur, primo loco vacare contingerit, cum omnibus iuribus, & pertinen. supradictis &c. Vt expectatiua.

De processu super bulla significauit.

Processus super bulla significauit.

Pipinus Dei & apostolicæ sedis gratia, Episcopus .N. iudex & executor ad infrascripta, vna cum quibusdam alijs infrascriptis nostris in hac parte collegis, cum illa [clausula] Quod, si non omnes &c. a sede apostolica specialiter deputatis. ¶ Vniuersis & singulis dominis Abbatibus, prioribus, præpositis, decanis, archidiaconis cantoribus, succentoribus, thesaurarijs, sacristis, custodibus, tam cathedralium & vt in citation. cum inhibition. Salutem &c. mandatis. ¶ Literas Sanctissimi &c. vt in primo processu, vsq; noueritis recepisse. Quarum quidem literarum apostolicarum, tenor de verbo ad verbum sequitur & est talis. ¶ Paulus Episcopus seruus seruorum Dei &c. ¶ Post quarum quidem &c. vt tenemur, Idcirco auctoritate apostolica qua fungimur in hac parte, attenta ipsarum literarum forma, vos omnes & singulos supradictos, quibus præsens noster processus dirigitur, & vestrum quemlibet insolidum, tenore præsentium requirimus & monemus, primo, secundo, tertio, & peremptorie communiter vel diuisim, ac vobis & vestrum cuilibet, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna, quam canonica monitione p missa, in vos omnes & singulos supradictos, & vestrum quemlibet, ferimus in his scriptis, si ea quæ vobis in hac parte committimus & mandamus, neglexeritis cō tumaciter adimplere, districte præcipiendo mandamus, quatenus infra sex dierū spatium, post præsentationem seu notificationem præsentium, vobis seu alteri ve

ctum,pro parte ipsius .N. super hoc factas,immediate sequeñ. ita tamen, quod vnus vestrum alterum non expectet,nec vnus pro alio,seu per alium, se excuset. Quorum sex dierum,duos pro primo,duos pro secundo & reliquos duos dies, vobis vniuersis & singulis supradictis, pro tertio & peremptorio termino,ac monitione canonica assignamus,omnes & singulos occultatores, detentores, vsurpatores censuum,fructuum,& proueñ. &c. prout in bulla,spectañ. ¶ Vel sic, censuum fructuum,redditiuum,proueñ. & aliorum bonorũ,in præinsertis literis apostolicis designatorum &c. spectañ.auctoritate nostra, immouerius apostolica, palam & publice, in ecclesijs & locis, de quibus fueritis pro parte dicti domini .N. requisiti, vbi quando, & quotiens expediens fuerit, requiratis & moneatis, quos nos etiam,tenore præsentium requirimus & monemus,primo, secundo,tertio, & peremptorie,communiter & diuisim,eisq; nihilominus & eorum cuilibet insolidum,eisdem auctoritate & tenore, in virtute sanctæ obedientiæ & sub pœnis infrascriptis,districte præcipieñ.mandamus,quatenus infra.XV. dierum spatium, post monitionem,requisitionem seu notificationem huiusmodi sic factas, & postquam præmissa, ad eorum notitiam deuenerint, immediate sequeñ. Quorum XV.dierum.V.pro primo.V.pro secundo,& reliquos.V. dies eis, pro tertio & peremptorio termino,ac monitione canonica assignamus, omnia & singula, res, & bona, in præinsertis literis apostolicis designata & specificata, præfato domino .N.restituant,& occultata reuelent, ac de ipsis,plenariam & debitam satisfactionem impendant. ¶ Quod si forte infra huiusmodi.XV. dies, omnia & singula (prout per nos mandatur) non adimpleuerint, mandatisq; & monitioñ. nostris, immouerius apostolicis,non paruerint cum effectu, in ipsos & eorum quemlibet excommunicationis sententiam feratis,quam nos etiam, lapsis huiusmodi.XV. diebus ferimus in his scriptis,ipsosq; & eorum quemlibet,palam & publice,in ecclesijs,Monasterijs,capellis, & locis ecclesiasticis vestris antedictis excõmunicatos publicetis & denunciatis,ac publicari & denunciari faciatis, prout etiam ipsos,exnunc prout extunc,& econuerso.XV.dierum, canonica monitione præmissa,excommunicatos denunciamus, ac denunciari & publicari volumus & mandamus,etiam tandiu,donec & quousq; ad satisfactionem condignam de præmissis eidem domino.N.deuenerint, & beneficium absolutionis super hoc meruerint obtinere. ¶ Absolutionem &c. Per processum autẽ nostrum volumus &c. ¶ In quorum &c.

De processu suppressionis.

Processus suppressionis in Ecclesia Cathedrali.

Vt tenemur Prædictis literis apostolicis, per nos, vt præmittitur, visis, & intellectis, earumq; forma diligenter attenta, de contentis in eisdem literis, nobis auctoritate apostolica commissis, nos eadem auctoritate informauimus. Et quia, tam ex rerum & facultatum dicti Prioratus experientia, quam etiam per testes fidedignos, pro parte Prioris & Capituli prædictorum, coram nobis productos, iuratos, & admissos, ac debite examinatos, atq; per eorum depositiones & attestationes, reperimus præmissa veritate fulciri, videlicet, quod dictæ ecclesiæ.N.in qua.X.&c. sint fructus &c propter guerras & mortalitatum pestes, quæ in partibus illis a longeuis temporibus viguerunt, adeo diminuti existunt,quod ad sustentationem &c. non suppetunt, nec de cætero,ex verisimilibus coniecturis suppetere posse speratur, Idcirco auctoritate apostolica nobis in hac parte commissa, & qua fungimur, duos ex Canonicatibus & præbeñ. prædictis suppressimus & supprimimus, prædictumq;.N. numerum ad.N.numerum reduximus & reducimus,ipsumq; numerum.N. deinceps,pro vero & perpetuo numero Canonicorum & personarum ipsius ecclesiæ obseruari debere,decernimus,statuendo & etiam ordinando, auctoritate prædicta,

dicta, Canonicatus & præben. quos in eadem ecclesia, quouis modo deinceps vacare contigerit, quousq; ad dictum. N, Canonicorum, & .N. præben. numerum fuerit deuentum, eo ipso esse suppressos, & per literas sedis Apostolicæ vel legatorum eius, aut aliorum quorumcunq; sub quacunq; forma & expressione verborum impetratis, super quibus processus apostolici non dum fuerint tempore dat. dictarum literarum apostolicarum, publicati, seu etiam impetrati, de ipsis Canonicatibus & præben. sic per nos suppressis, vel de Canonicatibus eiusdem ecclesiæ, sub expectationibus præben. non possit quibusuis personis prouideri, quodq; dicti .N. & .N. ad recipiendum aliquem vel aliquos in canonicum seu canonicos eiusdem ecclesiæ, ad huiusmodi Canonicatus & præben. sic per nos suppressos, prætextu ipsarum literarum ad respondendum de fructibus, redditibus, prouen. iuribus, & obuen. Canonicatuum & præben. sic suppressorum, etiam si iam tempore datæ dictarum literarum apostolicarum, in canonicos eiusdē ecclesiæ, sub expectationibus præbendarum, prædictarum literarum, seu quacunq; alia auctoritate, sint recepti, & vt recipiantur, institerint, etiam si ipsarum literarum vigore, ad inhibitionem, reseruationem, & decretum, vel alias quomodolibet sit processum, compelli, aut interdici, suspendi, vel excommunicari non possint donec ad huiusmodi numerum, vt præmittitur, fuerit deuentum, Sed fructus &c. Canonicatuum & præben. suppressorum huiusmodi, si vacant, vel cū vacabunt simul vel successiue, mensæ ipsorum dominorum. N. &. N. eo ipso applicentur. Et insuper, quascunq; suspen. & interdicti, excommunicationis & alias sententias atq; pœnas, necnon quoscunq; processus, si quos contra eosdem. N. &. N. aut quosuis alios, occasione præmissorum, ferri seu fieri contingerit, aut etiam promulgari, decernimus, auctoritate prædicta, irritos & inanes.

¶ QVAE omnia & singula supradicta, vobis dominis literarum apostolicarū & aliarum quarumlibet impetratarum vel impetrandarum executoribus, omnibusq; alijs & singulis supradictis &c. per præsentes, vobis & vestrum cuilibet districtius inhibentes, ne contra institutionem, ordinationem, & decretum, supradicta aliquid attentare præsumatis. ¶ In quorum &c.

De processibus beneficiorum vacan. in Romana Curia pro secularibus.

Processus parochialis ecclesiæ uacan. in Curia.

Reuerendo In Christo Patri, & domino domino, Dei & apostolicæ sedis gratia, episcopo. N. eiusq; in spiritualibus & temporalibus Vicario, seu officiali generali, omnibusq; &c. vt in primo expectatiuarum, reuerenter exequi, vt tenemur, Idcirco auctoritate apostolica qua fungimur in hac parte, præfatum dominum .N. coram nobis personaliter constitutum, & id humiliter flexis genibus peten. & recipien. in corporalem possessionem seu quasi dictæ parochialis ecclesiæ de. N. per præfatum dominum nostrū Papam eidem N. collatæ, iuriumq; & pertinen. omnium eiusdem, per dictarum literarum apostolicarum traditionem, posuimus & induximus ponimusq; & inducimus, ac inuestimus etiam de eadem præsentium per tenorem.

¶ Quæ omnia & singula, necnon literas apostolicas huiusmodi, & hunc nostrū processum, ac omnia & singula in eis contenta, vobis omnibus & singulis supradictis, quibus præsens noster processus dirigitur, intimamus, insinuamus, & notificamus, ac ad vestram & cuiuslibet vestrum notitiam deducimus, & deduci volumus per præsentes. Vosq; nihilominus & vestrum quemlibet, tenore præsentiū requirimus & monemus &c. assignamus, eundem dominum .N. vel procuratorem suum eius nomine, in & ad corporalem, realem, & actualem possessionem pa

rochialis ecclesiæ, iuriumq; & pertineñ. prædictorum recipiatis & inducatis, & ab alijs recipi & induci faciatis, & inductum defendatis, amoto exinde quolibet illicito detentore, quem nos etiam (inquantum possumus) auctoritate & tenore præmissis, amouemus & denunciamus amotum, ac eundem dominum. N. vel dictum procuratorem pro eo, ad parochialem ecclesiam huiusmodi (vt est moris) admittatis, & admitti faciatis, sibiq; de ipsius ecclesiæ. N. fructibus, redditibus, prouen. iuribus & obueñ. vniuersis (prout ad vos communiter vel diuisim pertinet) respondeatis, & faciatis ab alijs (quantum in vobis fuerit) plenarie & integre responderi. Quod si forte præmissa omnia & singula non adimpleueritis &c. vt in primo expectatiuarum, habendo respectum ad delationem vnius &c.
¶Cœterum &c. se excuset, ad vos dominos Episcopum, Vicarium, & officialem omnesq; alios & singulos supradictos, ac parochialem ecclesiam prædictam per sonasq; &c. vt supra &c. procurent, ac eundem dominum. N. vel procuratorem suum eius nomine, in & ad corporalem, realem, & actualem possessionem parochialis ecclesiæ, iuriumq; & pertineñ. prædictorum, ponant & inducant auctoritate prædicta, & defendant inductum, & quemlibet detentorem amoueant ab ea quem nos etiam (inquantum possumus) auctoritate & tenore præmissis, amouemus & denunciamus amotum, sibiq; de ipsius ecclesiæ parochialis fructibus, redditibus, proueñ. iuribus & obueñ. vniuersis (prout ad eos cōmuniter vel diuisim pertinet) respondeant, & faciant ab alijs, quantum in eis est vel fuerit, plenarie & integre responderi.
¶Et nihilominus &c. vt in primo processu expectatiuarum.

Simili modo facies, de simplici beneficio, aut Capellaniæ, siue præstimonijs, aut dignitatibus, quo de parochiali ecclesia. Et aduerte si uerbum admittatis subsit in bulla, & tunc ponas in processu.

processus Canonicatus & præbeñ. vacañ. in Curia.

Reuerendo In Christo Patri, & domino domino, Dei & Apostolicæ sedis gratia, episcopo. N. eiusq; in spiritualibus & temporalibus Vicario seu officiali generali, necnon venerabilibus & circumspectis viris, dominis. N. Villæ de. N. N. dioces. ac illi vel illis, ad quem vel ad quos, Canonicatus & præbeñ. dictæ ecclesiæ. N. &c. vt in præcedeñ. & denunciamus amotum, ipsumq; dominum. N. vel procuratorem suum prædictum, pro eo, ad eandem præbeñ. in præfata ecclesia. N. in Canonicum recipiatis & in fratrem, stallumq; sibi in choro, & locum in capitulo ipsius ecclesiæ cum dicti iuris plenitudine assignetis, ac eundem dominum. N. vel procuratorem prædictum pro eo, ad dictos Canonicatum & præbeñ (vt est moris) admittatis, sibiq; de ipsorum Canonicatus & præbeñ. fructibus, redditibus, proueñ. iuribus, & obueñ. vniuersis prout ad vos communiter vel diuisim pertinet, respondeatis, & faciatis &c. responderi. ¶Quod si forte præmissa &c. vt supra excommunicationis, In capitulum vero ecclesiæ. N. prædictæ, suspeñ. a diuinis, Et in ipsam ecclesiam. N. interdicti ecclesiastici sententias, ferimus in his scriptis, & etiam promulgamus. ¶Vobis vero &c. vt supra. ¶Cœterum, cum ad executionem &c. vt supra se excuset, ad vos dominos episcopum, vicarium, & officialem. N. ac Capitulum dictæ ecclesiæ. N. omnesq; alios & singulos supradictos, per sonasq; & loca alia, de quibus &c. vt supra vsq; procurent, ac eundem dominum. N. vel procuratorem suum eius nomine, in & ad corporalem, realem, & actualem possessionem Canonicatus & præbeñ. iuriumq; & pertineñ. prædictorum

ctorum ponant,& inducant,& defendant inductum, amoto exinde quolibet de- tentore,quem nos etiam,vt supra,in quantum possumus, auctoritate & tenore p- missis,amouemus & denunciamus amotum, ac eundem dominum.N. vel procu ratorem suum eius nomine,& pro eo,ad eandem præben. in præfata ecclesia.N. in canonicum recipi faciant & in fratrem, stallumq; sibi in choro, & locum in capitulo ipsius ecclesiæ cum plenitudine iuris canonici assigneut, ac sibi de ipso rum canonicat. & præben. fructibus &c. vt supra.

Clausula parochialis uacañ. in Curia.

Reuerenter Exequi, vt tenemur, Idcirco auctoritate apostolica, nobis commissa,& qua fungimur in hac parte, eundem dominum .N. coram nobis personaliter constitutum in corporalem possessionem, seu quasi parochialis,ecclesiæ sanct.N.de qua in præinsertis literis apostolicis fit mentio, & quam,quondam Leonardus Valtrini, ipsius ecclesiæ parochialis rector (dum viueret) obtinebat, per obitum eiusdem Leonardi, qui illam obtinens, ac litera rum apostolicarum scriptor existens, apud sedem apostolicam extitit vita fun- ctus, vacañ. & per præfatum dominum nostrum Papam, dicto domino. N. col- lat.iuriumq; & pertineñ. eiusdem (prout melius potuimus & debuimus) per ip sorum literarum apostolicarum traditionem,posuimus & induximus, ac poni mus & inducimus præsentium per tenorem, & inuestimus etiam &c.

Processus super prouisioñ. Prioratus vacañ. in Cu- ria pro Religioso cum translatione.

Venerabilibus Et Religiosis viris, dominis Abbati & conuentui Mo nasterij sanct. N. ordinis .B. &c. Idcirco auctoritate apostolica nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, eundem fratrem .C.licet absentem, in personam discreti viri, domini .D. procuratoris sui, ad hoc ab eodem fratre.C. speciale mandatum habentis, de quo quidem procura tionis mandato, legitime extitit facta fides, propter hoc, coram nobis perso- naliter constituti, in corporalem possessionem, seu quasi Prioratus, iuriumq; & pertineñ. prædictorum, per annuli nostri in suis manibus traditionem, in ducimus & inuestimus etiam de eodem. ¶Q uæ omnia & singula &c.vosq; do minum Abbatem & conuentum dicti Monasterij S. N. omnesq; alios & singu- los supradictos, quibus præsens noster processus dirigitur &c. ac monitioñ. ca nonica assignamus, eundem fratrem.C. vel procuratorem suum eius nomine, in & ad corporalem, realem, & actualem possessionem prioratus, iuriumq; & pertineñ. prædictorum, recipiatis, & inducatis,& ab alijs recipi & induci facia tis, ac inductum defendatis, amoto ab eo quolibet illicito detentore, quem nos etiam(in quantum possumus) amouemus,& denunciamus amotum, ac eundem fratrem.C.vel dictum procuratorem pro eo,ad eundem Prioratum(vt est moris) admittatis, & infra alios sex dies,postquam eundem fratrem .C. præfatum prio ratum pacifice assecutum, ipsumq; per nos aut aliquem collegarum vel subdele gatorum nostrorum, supra & infra scriptorum, de dicto Monasterio.F.cuius mo nachus professus existit, ad præfatum Monasterium .N.a quo dictus prioratus dependet,& per ipsius Monasterij monachos solet gubernari, translatum fuisse & esse noueritis,immediate sequeñ. Q uorum sex dierum,duos pro primo, duos pro secundo,& reliquos duos dies,vobis vniuersis & singulis supradictis,pro ter- tio & peremptorio termino, ac monitione canonica assignamus, eundem fratrem .C.in præfato Monasterio Sanct.N. recipiatis in Monachum, & in fratrem, ac sincera inibi in domino charitate tractetis,sibiq; de ipsius prioratus fructibus red

ditibus, prouen. iuribus & obuen. vniuersis (prout ad eos communiter vel diuisim pertinet) &c. vt supra. ¶ Quod si forte præmissa omnia & singula &c. ¶ Cæterum, cum ad executionem &c. vt supra, vsq; nec vnus pro alio seu per alium se excuset, ad vos dominos Abbatem, & Conuentum, omnesq; alios & singulos supradictos, ac prioratû huiusmodi, personasq; & loca alia, de quibus &c. vt supra eius nomine, in & ad corporalem, realem, & actualem possessionem Prioratus, iuriumq; & pertinen. prædictorum, ponant & inducant, seu ponat & inducat, auctoritate nostra, immo verius apostolica, & defendant inductum, & ad Prioratum huiusmodi (vt moris est) recipi & admitti, ipsumq; fratrem. C. quam primum dicti Prioratus fuerit possessionem pacifice assecutus, de dicto Monasterio. N. cuius (vt præfertur) monachus expresse professus existit, ad præfatum Monasterium Sancti. N. transferri, ipsumq; fratrem. N. inibi syncera in domino charitate tractari, sibiq; vel dicto Procuratori suo, de ipsius Prioratus fructibus, redditibus, prouen. iuribus & obuen. vniuersis (prout ad eos & eorum quemlibet pertinet) respondeant, & faciant seu faciat ab alijs plenarie & integre responderi. Et nihilominus &c. vt in alijs.

Processus super Abbatia uacañ. in Curia cum inuocatione brachij secularis.

Reuerendo In Christo Patri, & domino domino, Dei & apostolicæ sedis gratia, episcopo. N. eiusq; in spiritualibus & temporalibus Vicario, seu officiali generali, necnon venerabilibus & religiosis viris, dominis Priori, & conuentui Monasterij sancti. A. ordinis sancti. B. C. dioc. necnon omnibus & singulis vasallis, & subditis eiusdem Monasterij. A. & quibuscunq; alijs personis, dignitates, officia, seu administrationes in eodem Monasterio habentibus, omnibusq; alijs & singulis, quorum interest &c. vt in alijs. ¶ Alexius eadem gratia &c. vt tenemur, Idcirco auctoritate apostolica nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, præfatum dominum. R. abbatem, licet absentem in personam dicti. O. procuratoris sui, coram nobis propter hoc personaliter constituti, in corporalem possessionem, seu quasi Abbatialis dignitatis, regiminisq; & administrationis dicti Monasterij, ac bonorum & iurium vniuersorum eiusdem, per literarum apostolicarum prædictarum traditionem, induximus & inuestiuimus, ac inducimus & inuestimus etiam de eadem.
¶ Quæ omnia & singula &c. vt supra, deduci volumus per præsentes, vosq; dominos Episcopum & priorem &c. assignamus, eundem dominum. R. Abbatem vel procuratorem suum eius nomine, in & ad corporalem, realem, & actualem possessionem Abbatialis dignitatis, ac regiminis & administrationis dicti Monasterij sancti. A. ac bonorum & iurium vniuersorum eiusdem, sine rebellione, contradictione, & impedimento quibuscunq;, recipiatis & inducatis, ac defendatis inductum, ipsumq; dominum. R. Abbatem, ad abbatialem dignitatem, ac regimen & administrationem huiusmodi (vt est moris) admittatis & admitti faciatis, eiusdemq; pacifica possessione, vti & gaudere permittatis & faciatis, amoto exinde quolibet detentore, quem nos etiam (inquantum possumus) amouemus & denunciamus amotum. ¶ Quod si forte præmissa omnia & singula &c. vt supra ex communicationis, In capitula vero, conuentus & collegia, (præsertim in dicti monasterij sancti. A.) in his forsan delinquen. suspen. a diuinis, & in ipsorum delinquentium & rebellium huiusmodi, Ecclesias, Monasteria & capellas, ac eiusdem Sancti. A. interdicti ecclesiastici, & fortius, prout id exigit qualitas negotij huiusmodi nobis commissi, simpliciter, auctoritate apostolica, ex certis rebellibus & contradictoribus huiusmodi, in illos qui beneficia vel officia ecclesiastica, quocunq; titulo vel ratione obtinuerint, eorum suorum beneficiorum, & ex vasallis rebellibus & contradictoribus prædictis, qui, vt præfertur, quæcunq; feuda, terras

ac alia quæuis bona ad dictum Monasterium sancti .A. ex titulo vel ratione quibuscunq; obtinuerint, seu habuerint, vel eos obtinere vel habere contigerit in futurum, eorundem suorum beneficiorum vel officiorum, feudorum, terrarum, & aliorum bonorum suorum huiusmodi, perpetuæ priuationis sententias ferimus in his scriptis & etiam promulgamus, ipsosq; rebelles & contradictores, excommunicatos, ac eisdem obtinen. beneficia seu officia ecclesiastica, & vasallos, feuda, terras, vel bona eisdem beneficijs, officijs, feudis, terris & bonis prædictis, perpetuos priuatos esse volumus & declaramus præsentium per tenorem.

¶ Vobis vero Reueren. Patri, dño Episcopo prædicto dumtaxat excepto &c.

¶ Coeterum cum ad executionem &c. ad vos dños Episcopum Vicarium, officialem, ac priorem & conuentum Monasterij. A. omnesq; alios & singulos supradictos, quibus præsens noster processus dirigitur, & ad dictum monasterium sancti .A. ac alias ecclesias, personas & loca &c. vt suprà, procurent, dictumq; dominum. R. Abbatem, vel procuratorem suum eius nomine, in corporalem, realem, & actualem possessionem Abbatialis dignitatis, ac regiminis & administrationis dicti Monasterij, bonorumq; & iurium vniuersorum eiusdem, sine contradictione, rebellione & impedimento quibuscunq;, ponant & inducant, auctoritate prædicta, & defendant inductum, ipsumq; dominum. R. Abbatem (vt est moris) admittat, ac recipi & admitti, eiusq; pacifica possessione, vti & gaudere faciat, amoto quolibet detentore, quem nos etiam vt supra, amouemus & denunciamus amotū & si forsan in hac parte, contradictores & rebelles huiusmodi nostris monitionibus & mandatis, immouerint apostolicis, infra terminos supradictos, eis, vt pfertur, præfixos & assignatos, iuxta tenorem & effectum præsentis nostri processus non paruerint cum effectu, dictæ excommunicationis, cæterisq; ex eisdem rebellibus & contradictoribus, obtinen. beneficia, seu officia ecclesiastica, & vasalli pdicti, eorum suorum beneficiorū, & officiorū, ac feudorū, terrarum, & aliorū bonorum suorum, perpetuæ priuationis sententias prædictas damnabiliter incurrendo, exnunc omnes & singulos subdelegatos nostros (sub pœnis & sententijs infrascriptis) requirimus & monemus, eisdem & eorum cuilibet districte præcipien. mandan. quatenus prima die dominica & festiua, post lapsum dictorum sex dierum terminum, immediate sequen & deinde singulis diebus dominicis & festiuis, in eorum ecclesijs, monasterijs, & capellis, quotiens & quādo fuerit expediens, & pro parte dicti domini. R. Abbatis fuerint requisiti, seu alter eorum fuerit requisitus, infra missarum solemnia (dum ibidem maior populi multitudo conuenerit ad diuina audiendum) prædictos contradictores & rebelles, in hac parte excommunicatos, & ex eisdem beneficia & officia haben. eisdem suis beneficijs & officijs, necnon vasallos prædictos, singulis feudis, terris, aut alijs quibuscunq; bonis, quæ a dicto Monasterio Sancti. A. vt præfertur habent, perpetuo, per nos priuatos, publice denuncient, tandiu, donec & quousq; a nobis, vel superiori nostro, a sententia excommunicationis prædicta, absolutionis beneficium meruerint obtinere. Si vero præfati contradictores & rebelles in hac parte excōmunicati, & ex eisdem haben. beneficia seu officia, vasalli perpetuo priuati, huiusmodi denunciationem non curauerint, aut illam per decem dies, postquam de ea notitiam habuerint, immediate sequen. pertinaciter substinuerint, extunc, processus nostros huiusmodi, contra eosdem continuando & aggrauando. Attenden. quod tanto grauiora sunt peccata, quanto diutius infœlices animas detinent alligaras, quodq; crescente malitia & inobedientia, crescere debet & pœna, ne facilitas pœnæ, audaciam &c. vt in prima executoriali.

¶ Verum si prænominati contradictores & rebelles, ac ex eisdē, beneficia & officia haben. & vasalli perpetuo priuati, vt præmittitur, denunciati, denunciationem, & priuationem huiusmodi, per alios decem dies, prædictos decem dies immediate sequen. postquam præmissa &c. vt in executorialibus, publice denuncient, ac ab alijs denunciari, & ab omnibus Christifidelibus arctius euitari faciāt.

obtinere. ¶ Et generaliter omnia alia & singula, nobis in hac parte commissa, plenarie exequantur, iuxta prædictarum literarum apostolicarum, & præsentis nostri processus &c. per totum, vt in clausula. Nihilominus.

¶ De quorum &c. vt in alijs.

De processibus beneficiorum vacaturorum pro secularibus.

Processus parochialis uacaturæ per assecutionem.

Nos igitur &c. Districte præcipiendo mandan. quatenus infra sex dies, postquam dictus. N. huiusmodi parochialem ecclesiam, siue beneficium fuerit pacifice assecutus, & per assecutionem pacificā, dictam parochialem ecclesiam vacauisse & vacare, etiā si alias quouis modo &c. vt in bulla, illāq; per nos, aut aliquem collegarum vel subdelegatorum nostrorum, supra & infra scriptorum, cum omnibus iuribus & pertinen. suis quoad vixerit, tenendum, regendum & gubernandum, collatam & assignatam fuisse & esse noueritis, immediate sequen. quorum &c. eundem dominum .N. vel procuratorem suum eius nomine, in & ad corporalem, realem, & actualem &c. recipiatis, ponatis, & inducatis, ac inductum defendatis, amoto exinde quolibet illicito detentore, quē nos &c. ac ipsum dominum. N. vel dictum procuratorem pro eo, ad huiusmodi parochialem ecclesiam (vt est moris) admittatis, sibiq; de ipsius ecclesiæ parochialis fructibus. ¶ Quod si forte præmissa &c. vsq; procurent, & parochialem ecclesiam prædictam (vt præmittitur) aut alias quouis modo (præterquam per ipsius. N. obitum) vacare contigerit, eidem. N. auctoritate nostra, immouerius apostolica, cum omnibus iuribus & pertinen. suis supradictis, conferant & assignent, ac prouideant etiam de eadem, ac eundem. N. vel procuratorem suum eius nomine, in corporalem &c. & pertinen. prædictorum inducant auctoritate nostra, immouerius apostolica, & defendant inductum amoto exinde quolibet illicito detentore, quem nos etiam (in quantum potuimus) amouemus & denunciamus amotum, sibiq; de ipsius ecclesiæ parochialis fructibus &c. responderi. ¶ Et nihilominus &c. vt in primo processu expectatiuarum.

Processus similis per contractum matrimonii.

Quatenus Infra sex dies, postquam prædictum. A. matrimonium contraxisse, solemnizasse, & carnali copula consumasse, dictāmq; Cantoriam propterea vacauisse, & vacare, illamq; per nos aut aliquem collegarum vel subdelegatorum nostrorum, supra & infra scriptorum &c. vt in præcedenti, vsq; publicare procurent, ac eandem Cantoriam, cum illam, vt præmittitur, aut alias, quouis modo (præterquam per ipsius obitum) vacare contigerit, præfato .N. auctoritate nostra, cum omnibus iuribus & pertinen. suis, conferant, &c. vt in præcedenti processu, mutatis mutandis.

Processus similis per dimissionem in forma dignum.

Post quarum quidem literarum apostolicarum &c. reuerenter exequi vt tenemur, præfatum. A. coram nobis propter hoc personaliter constitutum, examinauimus diligenter. Et quia per diligentem huiusmodi examinationem, per nos factam, ipsum. A. in literatura sufficientem & idoneum, ad perpetuum beneficium Diaconatus nuncupatum, in ecclesia .N. de quo in præinsertis literis apostolicis fit mentio, obtinendum, & aliud canonicum non obstare, (quominus dictæ literæ apostolicæ suum debitum sortiantur effectum) inuen

.N. in canonicum recipiatis & in fratrem, stallum sibi in choro, & locum in capitulo dictæ ecclesiæ, cum plenitudine iuris canonici, assignamus, sibiq; de ipsorum Canonicatus & præbendæ fructib. &c. ¶ Quod si forte &c. & fideliter publicare procurent, necnon eosdem Canonicatum & præben. ac decanatum, vt p̄fertur, reseruatos, siue, vt præmittitur, seu alias quouis modo, aut ex alterius cuiuscunq; persona, seu per liberam resignationem dicti domini. N. electi, vel alterius de illis, extra Rom. Cu. sponte fact. vacan. (primitus tamen constito, quod tempore dat. dictarum literarum non sit in eis alicui ius specialiter quæsitum) eidem. N. vel procuratori &c. (præterquam per ipsius electi obitum, vacauerit, præfato. N. vel procuratori suo pro eo, conferant & assignent, ac conferat, & assignet, prouideant etiam de eisdem, eundemq; N. vel procuratorem suum eius nomine, in corporalem, realem &c. Canonicatus & præbeñ. ac decanatus, iuriumq; & pertineñ. prædictorum, ponant & inducant, seu ponat & inducat, auctoritate nostra, immouerius apostolica, & defeñ. seu defeñ. inductum, amotis ab eis quibuslibet illicitis detentoribus, quos nos, vt supra, amouemus & denunciamus amotos, ipsumq;. N. vel procuratorem suum eius nomine, ad præbeñ. ipsam in præfata ecclesia. N. in Canonicum recipi, & in fratrem, ac stallum sibi in choro, & locum in capitulo ipsius ecclesiæ, cum plenitudine iuris canonici assignari, & ad decanatum huiusmodi (vt est moris) admitti, sibiq; de ipsorum Canonicatus & præbeñ. ac decanatus fructibus &c. vniuersis (prout ad eos communiter vel diuisim pertinuerit) faciant seu faciat plenarie & integre responderi, non obstañ. omnib. supradictis. ¶ Et nihilominus &c.

Processus surrogatioñ. ad ius, & causam, per mortem vnius partis.

Reuerendo &c. Episcopo. N. &c generali, necnon venerabilibus & circumspectis viris, dominis Capitulo, singulisq; Canonicis & personis ecclesiæ. N. ac illi vel illis, ad quem vel ad quos Archipresbyteratus &c. N. dioc. quem quondam. N. ipsius Archipresbyteratus Archipresbyter, dum vixit, obtinebat collatio, prouisio, præsentatio &c. vel diuisim pertinet, omnibusq; alijs &c. dignitate. ¶ Petrus Auditor iudex & executor vnicus, ad infrascripta, a sede apostolica specialiter deputatus, Salutem in domino, & nostris &c. Noueritis, quod nuper Sanctiss. in Christo Pater, & D.N.D. Paulus, diuina prouidentia Papa IIII. quandam commissionis siue publicationis cedulam, venerabili & circumspecto viro, domino. I. decretorum doctori &c. Auditori, per quendam suum Cursorem præsentari fecit, sub hac verborum forma. ¶ Dignetur &c. Quæ quidem commissio in eius fine, sic signata reperiebatur. De mandato &c. Et postquam præfactæ commissionis vigore, per præfatum dominum. I. Auditorem in causa & causis huiusmodi ad Rom. Cu. legitime introduct. & inter partes in ipsa commissione contentas, seu earum procuratores, ad nonnullos actus iudiciales (citra tamen causæ cōclusionem) processum extiterat, idem dominus noster Papa, propter infirmitatē dicti domini. I. Auditoris, qua tunc tenebatur, nobis Petro &c. huiusmodi sub tenore. ¶ Dignetur &c. In fine &c. De mandato &c. Cuius quidem cōmissionis vigore, causa & causis huiusmodi in statu debito per nos resumptis, & postea nobis ad ecclesiam. N. tunc Pastoris solatio destitutam, per dictum dominū nostrum Papam electo, & deinde Episcopum. N. consecrato, Consequenter, literas surrogatorias dicti domini nostri Papæ, eius vera bulla plumbea, cum cordula canapis impendeñ. more Romanæ Curiæ bullatas &c. careñ. nobis per honorabilem virum dominum. N. principalem in ipsis surrogatorijs literis principaliter nominatū, corā notario scriba, & testibus infrascriptis, iudicialiter præcipi

mus, Idcirco auctoritate apostolica qua fungimur in hac parte, beneficium prædictum, quod sine cura est, & quod discretus vir, dominus. C. tempore dat. dictarum literarum apostolicarum obtinebat, quodq; idem dominus. C. obtulit se paratum dimittere, quàmprimum quarundam literarum apostolicarum vigore, aliud beneficium in eadem ecclesia. N sibi per præfatum. D. N. Papam collatum, foret pacifice assecutus, cum omnibus iuribus & pertineñ suis, donationi nostræ, immouerius apostolicæ reseruauimus, districtius inhibendo vobis domino Episcopo & capitulo ipsius ecclesiæ, necnon illi vel illis, ad quem vel ad quos, præfati reseruati beneficij collatio, prouisio, præsentatio, seu quæuis, alia dispositio, communiter vel diuisim pertinet, ne de illo, contra reseruationem nostram huiusmodi, disponere quoquomodo præsumatis. Et nihilominus beneficium obtentum prædictum, cum illud vacare contigerit, vt præfertur, siue alias, quouis modo, aut ex alterius cuiuscunq; personæ, &c. vt in bulla (nobis non constito, quod tempore dat. dictarum literarum apostolicarum, esset in eo alicui specialiter ius quæsitum) cum omnibus iuribus & pertineñ suis, eidem. A. præsenti, & id humiliter fieri petenti, & acceptanti, contulimus & assignauimus, conferimusq; & assignamus, ac prouidemus etiam de eodem, ipsumq; A. in corporalem possessionē, vel quasi beneficii obtenti, iuriumq; & pertineñ prædictorum (prout melius potuimus & debuimus) per dictarum literarum apostolicarum in eius manibus traditionem, posuimus & induximus, ac ponimus & inducimus tenore præsentium & inuestimus etiam de eodem. ¶ Quæ omnia & singula &c. vt supra de beneficio vacañ. in Curia.

Per ingressum Religionis.

Quatenus Infra sex dies, postquam eundem. N. præfatum Monasterium sancti. A. dioces. B. ingressum, & ibi regularem habitum ipsius Monasterij, & ordinem ipsum expresse professum fuisse, & propterea dictos Canonicatum & præbeñ. vacauisse, illosq; per nos, aut aliquem collegarum vel subdelegatorum nostrorum, supra & infra scriptorum, præfato domino. N. collat. & assignat. cum omnibus iuribus & pertineñ. suis, fuisse & esse noueritis, immediate sequeñ. &c. vt in dicto processu de parochiali ecclesia, dum vacabat per assecutionem, vsq; publicare procurent, ac eodem Canonicatum & præbeñ. cum illos, vt præmittitur, aut alias, quouis modo (præterquam per ipsius. N. obitum) vacare contigerit, præfato. N auctoritate nostra, cum omnibus iuribus, & pertineñ. suis, conferant & assignent, ac prouideant etiam de eisdem &c, vt in processu de canonicatu & præbeñ. vacañ. in Curia.

Processus per lapsum temporis, de consecrandis Episcopis.

Mandamus Quatenus infra sex dies, postquam Reuerendum Patrem dominum. N. electum, munus consecrationis, infra tempus de consecrandis Episcopis a canonibus diffinitum, non suscepisse, vel tempus huiusmodi lapsum fuisse, dictosq; Canonicatum & præbendam ac Decanatum propterea, seu per promotionem de persona ipsius. N. ad ecclesiam. N. tunc pastore careñ. ipsosq; sic vacañ. per nos aut aliquem collegarum, vel subdelegatorum nostrorum, supra & infra scriptorum præfato magistro. N. cum plenitudine iuris canonici, ac omnibus iuribus & pertineñ. suis collatos & assignatos, ac de eis sibi prouisum fuisse & esse noueritis, immediate sequeñ. quorum sex dierum, duos pro primo &c. assignamus, eundem. N. vel procuratorem suū eius nomine, in & ad corporalem, realem, & actualem possessionem Canonicatus & præbeñ. iuriumq; & pertineñ. prædictorum, ponatis & inducatis, ac poni & induci, inductumq; defendi faciatis, amoto ab eis quolibet illicito detentore, quem nos etiam, auctoritate prædicta amouemus & denunciamus amotum, ac eundem N. vel procuratorem suum eius nomine, ad eandem præbeñ. in præfata ecclesia

sentatas, nos cum ea qua decuit reuerentia noueritis recepisse. Quarum quidem literarum &c. talis. ¶Paulus Episcopus seruus seruorum &c.

¶POST quarum quidem literarum apostolicarum præsentationem & receptionem, nobis & per nos, vt præmittitur factas, fuimus per prouidum virum magistrum .N. dicta Romana Curia causarum, & præfati domini .N. principalis procuratorem (prout de suæ procurationi. mandato, nobis apud acta causæ huiusmodi, legitime extitit facta fides) debita cum instan. requisiti, quatenus ipsum in omni iure, & ad omne ius, quod quondam .N. in dicto Archipresbyteratu, seu ad eum tempore obitus sui, quomodolibet competebat, seu cōpetere poterat, surrogare, dictumq; Archipresbyteratum sibi conferre, & prouidere etiam de eodem ipsumq; ad huiusmodi ius, necnon eius, ac litis & causæ huiusmodi, prosecutionem & defensionem, in eo statu, in quo dictus .N. tempore dicti sui obitus existebat, & si viueret, posset & deberet admitti (iuxta dictarum literarum apostolicarum, formam & tenorem) admittere dignaremur. Nos igitur Petrus Episcopus, & Auditor præfatus, attenden. requisitionem huiusmodi esse iustam & consonā rationi, volentesq; &c. vt tenemur. Et quia ex informatione testium fidedignorum, coram nobis productorum & receptorum, ac in forma iuris iuratorū, & per nos examinatorum, inuenimus dictum quondam .N. extra Romanam Curiam esse vita functum, dictum .N. in dicto Archipresbyteratu, non fuisse nec esse intrusum, Idcirco auctoritate apostolica nobis in hac parte commissa, præfatum dominum .N. principalem, in personam dicti magistri .N. procuratoris sui, & dictum magistrum .N. in personam dicti .N. principalis sui, in omni iure, & ad omne ius, quod præfatus quondam .N. in dicto Archipresbyteratu habuit seu ad eum tempore sui obitus quomodolibet competebat, seu competere poterat (iuxta dictarū literarum formam & tenorem, surrogauimus, dictumq; ius ei contulimus, & per dictarum literarum apostolicarum, ad manus sui traditionem, etiam prouidimus de eodem, Ipsumq; ad huiusmodi ius, & eius, necnon litis & causæ huiusmodi prosecutionem, & defensionem in eo statu in quo dictus quondam .N. tempore obitus sui existebat & si viueret, posset admitti, admisimus ac admittimus per præsentes. ¶Quæ omnia & singula, necnon dictas literas surrogatorias, & hunc nostrum processum, ac in eis contenta, vobis omnibus & singulis supradictis, ac alijs quorum interest, vel intererit, communiter vel diuisim, intimamus & notificamus, ac ad vestram & cuiuslibet vestrum notitiam deducimus & deduci volumus per præsentes &c. ne de præmissis ignorantiam aliquam in futurum prætendere valeatis, seu etiam quomodolibet allegare.

¶IN quorum omnium & singulorum &c.

De beneficiis vacaturis pro regularibus.

Processus de beneficio uacaturo per assecutionem administrationis bonorum alicuius.

Quatenus Infra sex dies, postquam religiosum virum, dominum .N. Abbatem Monasterij de .N. possessionem pacificam administrationis bonorum dicti Monasterij auctoritate apostolica fiendam, pacifice assecutum Prioratumq; .N. dioc. ordinis .P. per assecutionem huiusmodi vacauisse & vacare, illumq; per nos, aut aliquem collegarum vel subdelegatorum nostrorum, supra & infra scriptorum, præfato domino .N. collatum fuisse & esse noueritis, immediate sequen. quorum sex dierum, duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos &c. assignamus, eundem .N. vel procuratorem suum eius nomine, in & ad corporalem, realem, & actualem possessionem Prioratus .N. iuriumq; & pertinen. prædictorum, recipiatis & inducatis, ac ab

alijs

alijs recipi & induci faciatis amoto exinde quolibet &c. denunciamus amotum, & ad Prioratum huiusmodi (vt est moris) admittatis, sibiq́; de ipsius Prioratus &c. procurent, ac dictum Prioratum. N. cum, vt præmittitur, aut alias, quouis mo do (præterquam per ipsius. N. obitum) vacare contigerit, eidem. N. vel procura tori suo pro eo, cum omnibus iuribus & pertinen. suis, conferant & assignent, ac prouideant etiam de eodem, ac eundem. N. procuratorem suum eius nomine in & ad corporalem, realem, & actualem possessionem &c. Et ita de alijs.

De processibus vnionis vide sub processibus annexorum.

Processus alicuius dignitatis maioris, quando committitur in partibus, cum forma iuramenti inconclusa.

Post quarum quidem &c. vt tenemur, præfatum dominum. A. coram nobis personaliter constitutum diligenter examinauimus, & per examinationem huiusmodi, eundem dominum. A. ad obtinen. Decanatum dictæ ecclesiæ. B. de quo in præinsertis literis apostolicis fit mentio, idoneum esse reperimus, Idcirco auctoritate apostol ca : obis commissa, & qua fungimur in hac parte, Decanatum prædictum, qui in dicta ecclesia. N. dignitas, post Pontificalem maior existit, & qui per vnum canonicum actu præben. eiusdem ecclesiæ obtineri consueuit, cuiq́; cura non imminet animarum, ac ad quem non est solitus quis per electionem assumi, siue per liberam venerabilis viri domini. N. ipsius ecclesiæ Decani, aut alias quouis modorum, in eisdem literis apostolicis expressatorum, vacan. cum omnibus iuribus & pertinen. suis eidem domino. A. ibidem præsenti, & id humiliter flexis genibus fieri petenti & recipien. contulimus & assignauimus, conferimusq́; & assignamus, ac prouidemus etiam de eodem. Ipsumq́; dominum. A. (recepto prius tamen ab eodem, præfati domini nostri Papæ & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, nomine fidelitatis debitæ iuxta formam, sub bulla ipsius domini nostri Papæ missa, introclusam, solito iuramento) in corporalem possessionem, seu quasi Decanatus iuriumq́; & pertinen. prædictorum, per literarum apostolicarum traditionem, posuimus & induximus, ponimusq́; & inducimus, ac etiam inuestimus de eodem præsentium per tenorem.

¶ Quæ omnia & singula &c. vt supra. ¶ Nota, quod quando principalis non est præsens, iudex subdelegat ad recipiendum iuramentum. Ipsumq́; dominum postquam in manibus alicuius collegarum vel subdelegatorum nostrorum in dignitate ecclesiastica constitut. præfati domini nostri Papæ &c. vt supra.

Processus super medijs fructibus loco pensionis annuæ.

Post quarum quidem literarum apostolicarum &c. ¶ Et nihilominus, vos dominum. B de. N. vestrosq́; successores perpetuæ Vicariæ prædictæ parochialis ecclesiæ sancti. N. de. N. C. dioc. pro tempore existen. & vestrum quemlibet in solidum, auctoritate prædicta, tenore præsentium requirimus & monemus, primo, secundo, tertio & peremptorie, communiter vel diuisim vobisq́; & vestrum cuilibet, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub sententijs censuris & pœnis in præinsertis literis apostolicis comprehensis, quas & earum quamlibet, vos & vestrum quemlibet (nisi feceritis, quæ vobis in hac parte committimus) incurrere volumus ipso facto, prout idem dominus noster Papa incurrere voluit, districte præcipiendo mandamus, quatenus præfatum. D. vel procuratorem suum, ab eo constitutum, auctoritate nostra, immo verius apostolica, mediæ

partis fructuum redditunm prouen. iurium & obuen. perpetuæ Vicariæ prædi ctæ parochialis ecclesiæ sancti.N.de.N.loco pensionis annuæ,per præfatum dominum nostrum Papam,eidem domino.D.quoad vixerit vel procuratori suo pro eo,reseruatæ,concessæ,& assignatæ (iuxta reseruation. concession. & assignationis prædictarum continen.atque formam) sine contradiction.opposition. aut difficultate quibuslibet,faciatis, & quilibet vestrum faciat pacifica perceptione gaudere,aut vos cum dicto domino.D.seu eius procuratore pro eo,super hoc amicabiliter concordetis,& vestrum quilibet concordet. Vosque dominus.B. & successores præfati perpetuæ Vicariæ dictæ parochialis ecclesiæ, præfatum dominum .D.quoad vixerit vel procuratorem suum pro eo, super huiusmodi pacifica perceptione mediæ partis fructuum,loco pension.annuæ,nõ molestetis, seu per quoscunque alios super hoc,quomodolibet, eũdem dominum.D.molestari faciatis nec permittatis. ¶ Monemus &c. Districtius inhiben. ne præfato domino.D. quoad vixerit vel procuratori suo prædicto, quominus, de mediæ partis fructuum perpetuæ Vicariæ prædict. parochialis ecclesiæ sancti.N.loci de.N. loco pensionis annuæ,pacifica perceptione gaudeat, & integre de eadem sibi fuerit satisfactum,per vos aut se vel alium seu alios,publice vel occulte, directe vel indirecte, quouis quæsito colore,ac ipsum impedien.detis,seu dent auxilium, consiliũ, vel fauorem,sed in omnibus & per omnia,mandatis apostolicis, atque nostris, pareatis seu pareant,realiter & cum effectu. ¶ Quod si forte &c. ¶ Cœterum &c. Ad vos dominum.B.& successores præfato, omnesque alios & singulos supradictos, quibus præsens noster processus dirigitur,necnon perpetuam Vicariam parochialis ecclesiæ prædictæ,personasque & loca alia, de quibus, vbi quando & quotiens expediens fuerit personaliter accedant seu accedat, præfatasque literas apostolicas,& hunc nostrum processum,ac omnia & singula in eis contenta, vobis omnibus & singulis supradictis,communiter vel diuisim legant,intiment,insinuent, & fideliter publicare curent &c. vt in processu pensionis.

¶ *Processus super Monasterio, Abbatia nuncupato,per Papam commendato, cessante Commenda.*

Post quarum quidem &c. vsque in hac parte, Monasterium prædictum, Abbatia nuncupatum, quod Conuentu caret, & cuius fructus,redditus, & prouentus.XXIIII.Ducatorum auri de camera non excedunt, per cessionem commendæ Ogerij.N.seu eius procuratoris factam,ac quouis modo, & ex cuiuscunque persona, vacet, & ex quauis causa, illius prouisio, ad sedem apostolicam specialiter vel generaliter pertineat (nobis non constito quod tempore dat. præsentium,eidem Monasterio,de abbate prouisum,aut illud alteri commendatum, canonice existat) cum omnibus iuribus & pertinen. suis, eidem. A.de.N. principali,per eum quoad vixerit,etiam vna cum omnibus & singulis beneficijs ecclesiasticis, cum cura & sine cura,secularibus & regularibus, quæ dictus dominus .A.principalis obtinet,& in posterum obtinebit, tenendum, regendum, & gubernandum,ita quod liceat sibi (debitis & consuetis ipsius Monasterij supportatis oneribus) de residuis illius fructibus, redditibus, & prouen. disponere & ordinare,sicut illius Abbates,qui pro tempore fuerunt,de illis disponere & ordinare potuerunt,seu etiam debuerunt,alienatione tamen quorumcunque bonorum immobilium, & preciosorum mobilium ipsius Monasterij, sibi pœnitus interdicta, Omnibus melioribus modo,via & forma,quibus melius & efficacius potuimus & debuimus,auctoritate nostra,immouerius apostolica, cõmendauimus & tenore præsentium commendamus curam,regimen,& administrationem dicti Monasterij, sibi in spiritualibus & temporalibus plenarie committendo. ¶ Quæ omnia &c. Vsque per præsentes. Vosque nihilominus dominos Conuentum, vasallos, & subditos dicti Monasterij,omnesque alios & singulos supradictos, & vestrum quemlibet

tenore præsentium &c. vsq; assignamus, vosq; domino Conuētus obedientiā & reuerentiam congrueñ. Vos vero vasalli, & subditi dicti Monasterij, consueta & seruitia & iura, per vos eidem domino. A. principali, occasione dicti. Monasterij debita, exhibeatis & ab alijs, quantum in vobis est vel fuerit, plenarie & integre exhiberi faciatis. ¶ Quod si forte &c. vsq; promulgamus. ¶ Cæterum &c. vsq; excuset, ad vos dominos conuentum, vasallos, & subditos, omnesq; alios & singulos supradictos, ac Monasterium abbatiæ, nuncupatum prædictum, per somas & loca alia &c. vsq; procurent, eidem domino A. principali, obedientiā seruitia & reuerentiam congrueñ. ipsiq; vasalli, & subditi prædicti Monasterij cō sueta & iura, per eos ipsi domino. A. principali, occasione dicti Monasterij debita, exhibeant, & ab alijs, quantum in eis est, vel fuerit, plenarie & integre exhiberi faciant. ¶ Et nihilominus &c.

De prouisione beneficiorum.

Prouisio facta per subexecutorem, de parochiali ecclesia, acceptata uigore gratiæ expectatiuæ.

In nomine Domini amen &c. Constitutus venerabilis vir domi nus. A. dioc. B. dicens & asserens parochialem ecclesiam de. C. D. dioc. ad præsens, per obitum quondam. E. ipsius ecclesiæ dum viueret rectoris, extra Romanam Curiam defuncti, vacan. ipsamq; parochialem ecclesiam, gratiæ expectatiuæ, sibi per præfatum dominum nostrū Papam concessæ & processuum indesecutorum vigore, coram notario publ. co & testibus infra tempus legitimum acceptasse, prout per quondam publicum acce ptationū huiusmodi instrumentum, manu domini. F. notarij publici signatum & subscriptum, de hoc plenissime docuit, quod quidem publicum acceptationis in strumentum, venerabili viro, domino Ioanni le Nain, Scolastico & Canonico ec clesiæ Cameraceñ. præsenti, præsentauit, quem in subexecutorem dictæ gratiæ, vigore clausulæ generalis, Cæterum, in processibus prædictis contentæ, eligēdo, petijt & requisiuit, quatenus ecclesiam prædictam, sic, vt præmittitur, vacañ. & acceptatam, ac sub dicta sua gratia, cadeñ. & comprehensam, sibi conferre & assi gnare, ac de ea sibi prouidere vellet & dignaretur. Qui quidem dominus Ioan nes subexecutor, tanquam obedientiæ filius, volens mandatis apostolicis obedire, dictam parochialem ecclesiam, sic, vt præmittitur, vacañ. & acceptatam, eidem domino. A. cum omnibus iuribus & pertineñ. suis, contulit & assignauit, ac per dictarum literarum apostolicarum traditionem, sibi prouidit. ¶ Vel sic, & per bi reti capiti suo impositionem prouidit, & ipsum inuestiuit de eadem, cum protestationibus in talibus fieri solitis & consuetis, & alijs necessarijs & opportunis. ¶ De & super quibus omnibus &c.

Per præmissa, conficies alias prouisiones, & uide supra in acceptione & prouisione simul.

Prouisio de Prioratu ordinis sancti Benedicti.

VNIVERSIS Et singulis subditis nostris præsentes literas inspe cturis. ¶ Ioan. Lagrene, permissione diuina, humi lis Abbas Monasterij sancti Ioannis Ambianeñ. (alias in Albania) extra mu ros Ambianeñ. ordinis Præmostrateñ. ac Abbas Ebroneñ. & Suffraganeus Re uereñ. &c. Episcopi Ambianeñ. Notum facimus per præsentes, ad notitiam no

stram peruenisse,quod Prioratus noster de.N. Ambianeñ. dioc.quem quondam .Q. dicti prioratus prior dum viueret,obtinebat,per ipsius,Q .obitum , nuper vita functi,vacauerit & vacet ad præsens,Ideo Prioratum eundem sic vacañ.& ad collationem,prouisionem & omnimodam dispositionem nostras pertineñ. præfato Monasterio dependentem cum omnibus iuribus & pertineñ. suis , venerabili fratri nostro.N.Commonacho nostro & expresse professo,habili & idoneo ad eũdem, & in presbyteratus ordine constituto, auctoritate nostra contulimus & assignauimus, & tenore præsentium conferimus & assignamus, ac prouidemus etiã illi de eodem,ac ipsum fratrem.N.coram nobis constitutum in corporalem possessionem Prioratus,iuriumq; & pertineñ. prædictorum,per annuli nostri in suis manibus traditionem,inducimus & inuestimus de eodem, vobis & vestrum cuilibet,qui super hoc per dictum fratrem.N.vel eius procuratorem , fueritis requisiti,seu fuerit requisitus,in virtute sanctæ obedientiæ mandañ. quatenus ad dictum Prioratum personaliter accedatis,seu accedat, & dictum fratrem .N. vel procuratorem suum pro eo , in corporalem , realem , & actualem possessionem Prioratus,iuriumq; & pertineñ.prædictorum,inducatis & defendatis inductum , & ad dictum Prioratum (vt moris est) admitti,sibiq;,de ipsius prioratus fructibus,redditibus,& proueñ.iuribus,& obueñ. vniuersis integre responderi faciatis. ¶ Datum &c.

Prouisio similis per obitum.

Iacobus Permissione diuina , Abbas Monasterij .N. ordinis .S. Benedicti, Dilecto nostro fratri.N . presbytero monacho nostro , Salutem in domino. ¶ Religionis zelus,vitæ,ac morum honestas, quibus laudabili testimonio commendaris , promerentur , vt te specialis gratiæ fauore , prosequamur, ¶ Cum itaq; Prioratus noster de .N. N. dioc. dicti ordinis .S. Benedicti quem quondam.P.dicti Prioratus prior, dum viueret, obtinebat, per ipsius.P. obitum , qui nuper diem clausit extremum,vacauerit & vacet ad præsens. Nos voleñ. tibi præmissorum meritorum tuorum intuitu gratiam facere specialem , Prioratum prædictum ad collationem prouisionem & omnimodam dispositionem nostras spectantem,& qui a dicto nostro monasterio dependet , cuiq; cura imminet animarum, sic, vt præmittitur, vacañ.cum omnibus iuribus & pertineñ.suis, auctoritate nostra conferimus & assignamus, ac prouidemus etiam de eodem, ac te coram nobis constitutum , in corporalem possessionem prioratus,iuriumq; & pertineñ. prædictorum, per annuli nostri traditionem , inducimus & inuestimus de eodem, curam, regimen & administrationem dicti Prioratus , in spiritualibus & temporalibus,tibi plenarie committendo. Vobis insuper vniuersis & singulis sub ditis nostris,præsentium tenore damus in mandatis, quatenus vos , vel alter vestrum,qui super hoc,præsentium vigore, fueritis requisiti , vel fuerit requisitus, ad dictũ Prioratum personaliter accedatis,seu accedat ipsumq;.N. vel dictũ procuratorem eius nomine, in corporalem, realem, & actualem possessionem prioratus iuriumq; & pertineñ. prædictorum,inducatis auctoritate nostra,& defendatis inductum,amoto quolibet detentore ab eodem , sibiq; de ipsius Prioratus fructibus redditibus,prouentibus,iuribus & obuentionibus vniuersis integre responderi faciatis. ¶ Datum &c.

Et ita de aliis modis vacatioñ. habẽdo respectum ad collationes ordinarias.

Prouisio de aliquo Conuentu, seu domo, cum cœteris facultatibus & priuilegijs.

Frater

Frater .N. &c. Salutem in domino sempiternam. ¶Quoniam nouimus modestiam animi tui, & ad bene, beateq; viuendum, voluntatem optimam, vt tua intentione proficere possis, tenore præsentium, damus tibi curam regimen, & gubernationem, quoad vixeris, tam in spiritualibus quam temporalibus Conuentus sanctæ Mariæ de Regula, qui ad nostram prouisionem plene spectat. Concedeñ. tibi gratias infrascriptas, videlicet, posse recipere quoscunq; fratres, dummodo suis Prælatis non fuerint rebelles, & quoscunq; tibi subditos, quater in anno, auctoritate nostra, ab omni censura, & singulis peccatis, quæ ad nostram auctoritatem pertinent, absoluere possis & valeas. In nomine patris, & filij, & spiritussancti, Amen. ¶Noleñ. insuper, vt per quemcunq; nobis inferiorem, in aliquo molestari, ac turbari debeas. Quod si quispiam contrafecerit, ipso facto sentiat se vinculum excommunicationis incurrisse, ac priuatum officio suo, si officialis extiterit. Volumus tamen, quod debitas annuas collectas, Prouinciali ipsius Prouinciæ, videlicet Hispaniæ, persoluas. Hortamur pariter te, vt cultum diuinum præ oculis habeas, ac pacem honestatem, vtilitatemq; religionis, in dicto Conuentu conserues & promoueas. Datum &c.

De publicatione.

Publicatio literarum Apostolicarum.

In nomine Domini amen. Anno a Natiuitate eiusdem Domini. M. D. LVIII. Indictione prima, Die vero prima mensis Ianuarij, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & domini nostri, domini Pauli, diuina prouidentia Papæ Quarti, Anno Quarto. Ego Valentinus de Glombok clericus. N. dioc. publicus, sacra Apostolica auctoritate notarius, super executione, siue publicatione retroscriptarum literarum Apostolicarum, pro parte venerabilis viri, domini Georgij Ticineñ. in eiusdem literis nominati, debite requisitus, tanquam obedientiæ filius, easdem retroscriptas literas apostolicas, in valuis, seu portis parochialis ecclesiæ sancti. L. in Oppido . A. B. dioc. affixi, & ipsis tandem depositis, copiam auscultatum, atq; per me subscriptã, ibidem stare permisi. Quare instrumentum insinuatioñ. atq; publicationis huiusmodi, hic a tergo, manu propria scripsi, & subscripsi, signoq; & nomine meis solitis & consuetis signaui. Præsentibus ibidem. M. &. N. &c. testibus &c.

Publicatio acceptationis, & prouisionis facta in Audientia Contradictarum.

Satisfaciendo Regulis, seu constitutionibus Cancellariæ Apostolicæ, de publicandis acceptationibus & prouisionibus beneficiorum, vigore gratiarum expectatiuarum acceptatorum, per .S. in Christo patrem, & Dominum nostrum Dominum Paulum, diuina prouidentia Papam IIII. editis & concessis. Intimatur omnibus & singulis, quod nuper vacañ. parochiali ecclesia sancti. N. de. M. N. dioc. per obitum quondam. P. illius, dum vixerit, vltimi possessoris, extra Rom. Cu. defuncti, Venerabilis vir, dominus. Q. parochialem ecclesiam huiusmodi, vigore gratiæ suæ expectatiuæ, sibi per præfatum dominum nostrum Papam gratiose factæ, & pro cessuum desuper habitorum, infra tempus debitum acceptauit, sibiq; de illa prouideri obtinuit, Idcirco acceptationem & prouisionem prædictas, in Audientia literarum contradictarum, vt moris est, publicat, illasq; ad notitiam prædictorum omnium & singulorum (quantum melius potest & debet) deducit. ¶De & super quibus omnibus & singulis præmissis, petit & requirit,

per vos publicos dictæ Audientiæ notarios, fieri & confici, vnum vel plura publicum seu publica, instrumentum & instrumenta. Et præsentes & astantes omnes rogat in testes.

De publicatione, vide plura sub insinuatione.

DE QVIETATIONE.

Instrumentum quietation, factæ per principalem creditorem debitori.

In nomine Domini amen &c. Constitutus. A. talis & confessus fuit, & in veritate, palam & publice recognouit, sibi integre esse satisfactum per B. talem &c. de X. ducatis auri de Camera &c. in quibus præfatus. B. vt principalis debitor, ac. C. clericus. D. dioc. tanquam ipsius. B. fideiussor, ac etiam principalis debitor, eidem. A. extiterant efficaciter insolidum obligati, prout clarius apparet in quodam publico obligationis huiusmodi instrumento, per me notarium publicum subscripto, signato & confecto, sub anno &c. vt in instrumento obligation. De quibus quidem. X. Ducatis auri, præfatus. A. pro se & ipsius hæredibus & successoribus quibuscunque, præfatus. B. &. C. quietauit, & liberauit pœnitus & absoluit, eisque finem quietation. & pactum perpetuum, de vlterius rem habitam non petendo, fecit. Renuncian. idem. A. exception. dictorum. X. Ducat. non habitorum, seu non receptorum & spei futuræ habitionis & numerationis, ac omnibus alijs & singulis exceptionibus, quibus contra præmissa, vel aliquod eorum, se defendere posset quomodolibet vel tueri, Absoluens & quietans præfatos. B. &. C. a debito dictorum. X. Ducatorum, Cassans insuper, irritans, & annullans, quodcunque, quæcunque & qualiacunque instrumenta, literas, & scripturas, per quæ, & quas, constaret & constare posset, dictos. B. &. C. præfato. A. fuisse & esse temporibus præteritis, & de præsenti duntaxat de quacunque pecuniarum summa obligatos, ac debere & teneri, de cætero, nullius voluit esse roboris vel momenti, promittens etiam mihi notario publico infrascripto, vt & tanquam publicæ & authenticæ personæ solemniter stipulan. & recipien. vice & nomine omnium & singulorum, quorum interest, nullo vnquam tempore, super huiusmodi. X. Ducat. præfatos. B. &. C. ac successores vel hæredes eorundem, impetere vel molestare, aut per alium vel alios, quouis quæsito colore, molestari facere, sub hypotheca & obligatione omnium bonorum suorum, mobilium & immobilium, præsentium & futurorum, & qualibet alia, iuris & facti, renunciatione, ad hæc necessaria, pariter & cautela. ¶ Super quibus &c. Act. &c. Præsentibus &c.

Instrumentum quietationis factæ per procuratorē.

In nomine Domini amen &c. Constitutus. A. procurator, nomine procuratorio. B. talis, &c. habens ab eodem. B. ad infrascripta plenam & expressam in suæ procurationis mādato potestatem & facultatem, prout constat quodam procurationis mandato, publico instrumento, per. N. notarium publicum, subscripto & signato, expresse recognouit, & in veritate confessus fuit, se nomine procuratorio quo supra, recepisse ab honorabili viro, domino. P. X. Duc. auri, boni & iusti ponderis, in quibus idem. P. præfato. B. tenebatur, & obligatus fuit, ratione veri, puri, & amicabilis mutui. De quibus. X. Ducatis auri, antedictus. A. procurator, nomine procuratorio quo supra, antedictum. P. & quoscunque alios, quietauit, liberauit & absoluit, & pactum perpetuum, de rem habitam vlterius non petendo, fecit & promisit, solemni stipulatione interueniente.

Instrumentum quietationis factæ debitori per creditorem, in breuiori forma.

Constitutus .A.non vi, dolo, metu, fraude, coactus, sed libera, mera, & propria voluntate, honorabilem virum, dominum.B. præsentem, de.L.Duc.auri de camera, boni & iusti ponderis, quos ipse.A.a prædicto.B.causa amicabilis mutui receperat, quietauit, liberauit pœnitus, & absoluit, ita quod huiusmodi quietatio, eidem.B.sit generalis generalissima, specialis specialissima, ac in ea verissime intelligantur ea omnia & singula, quæ de iure in ea exprimenda forent, ac de ipsis, omnibus & singulis de verbo ad verbum in ipsa quietation. specialis & expressa mentio facta foret, ita quod deinceps ipsorum vigore, ipse.B.nullo modo, nullaque de causa, possit tractari, vexari, & inquietari, nec etiam molestari, in iudicio nec extra, sed perpetuo ipse.B. ab ipsis omnibus & singulis remaneat liber & absolutus, & quos.L.Duc. idem.A. dixit, & confessus fuit, publice & manifeste, se recepisse & habuisse a prædicto.B. in prompta & numerata pecunia. ¶ De &, super quibus omnibus & singulis idem .B. petijt &c.

Quietantia de pecunia percepta.

Ego Io.N.clericus.A.dioc.fateor me, a domino.B. Ducat.X.in summa.XL. Ducat.auri de camera, in quibus mihi obligatur, in duobus nunc terminis elapsis, iuxta concordiam, alias inter nos conceptam, & coram notario & testibus deinde consumatam, recepisse. De quibus quidem.X.Ducat. auri de camera sic perceptis, eundem dominum.B.quieto, & præsentem cedulam, propria manu scriptam & subscriptam, in fidem & robur eidem tradidi & assignaui. Die .N.Mensis.N.Anni.N.

¶ Ita est Io.N.præfatus, propria manu subscripsi.

Quietantia vigore literæ Cambii .X. Florenorum.

Ego .A.de.B.clericus.C.dioc.recognosco me recepisse, ab honorabilibus viris dominis Bindo de Altouitis, & socijs mercatoribus Floreñ.Rom.Cu. sequeñ.Ducatos auri de camera.X.vigore vnius literæ Cambij factæ per eosdẽ Bindum, & socios in Florentia, die.XVI.mensis.N.Anno. M. D. LVIII. ad instañ.Communitatis ciuitatis Pistorieñ. In cuius rei testimonium, hanc primam vel secundam quietantiæ cedulam, manu propria subscripsi, die.N.mensis.N.anno prædicto.

¶ Ita est.A.de.B.qui supra manu propria subscripsi.

Quietantia siue recognitio, pro pecunia mutuata.

Ego .G.clericus.B.dioc. recognosco per hanc cedulam manu mea propria scriptam & subscriptam me recepisse causa amicabilis mutui, a venerabili domino Martino Russetzki Archidiacono Posnameñ. pro expeditione gratiæ meæ expectatiuæ, quam mihi in communi forma pauperum expediuit, Duc. .N.auri Vngaricales, quos ad quamcunque eius requisitionem, ipsi, aut cuicunque alteri cui voluerit, persoluere promitto. In cuius rei testimonium, sibi hanc cedulam, manu mea propria scriptam & subscriptam, tradidi. Anno Domini. M. D. LVIII. Indictioñ.VI.Die vero.XXVI.Mensis.N.

¶ Ita est.G. qui supra manu propria.

DE RATIFICATIONE.

Ratificatio actorum per assertum procuratorem.

In nomine Domini amen &c. Constitutus &c. omnibus melioribus modo,via,iure &c.debuit,omnia & singula,per venerabilem virum,dominum. A.pro ipso domino. B. principali,in causa & negotio, iam coram.R.P.D.Ioanne Suaui Reomano,Sacri palatij apostolici causarum Auditore,inter ipsum,& quendam.C.de & super parochiali ecclesia.N.vetteñ.& indecis.pendeñ. quomodolibet acta,gesta,facta,seu impetrata,& obtenta,ratificauit & approbauit, promitteñ. nihilominus idem dominus ratificans,mihi notario publico infrascripto,solemniter stipulañ. & recipieñ. præmissa acta,gesta,facta,impetrata,& obtenta,ac omnia & singula inde secuta,velle rata & grata atq; firma perpetuo habere, & tenere, nec eisdem vllo vnquam tempore,de iure vel de facto,contra facere,,vel venire, sub hypotheca & obligatione omnium bonorum suorum,præsentium & futurorum. ¶ Super quibus omnibus & singulis,idem dominus constituens & ratificans &c.

Ratificatio & de nouo constitutio.

In nomine Domini &c. Ratificando primitus & approbando omnia & singula acta,dicta, gesta,,& procurata,in causa & causis,,quæ vertitur,vertuntur,seu verti & esse sperantur, inter dictum dominum. A.constitueñ ex vna, & quendam.B. in huiusmodi causa aduersarium,de & super ecclesia.C.& eius occasioñ.partibus ex altera, per prouidum virum,dominum.F.in Rom.Cu.causarum procuratorem, facta & procurata. Et nihilominus,omnibus melioribus modo &c. fecit,constituit &c. eundem F.suum verum legitimum &c. ad prosequeñ.vel per contractandũ causam &c. agendumq; &c. vt supra in constitutione procuratorum.

De Receptione.

Receptio in Canonicum uigore expectatiuæ illius qui est creatus, cum expectatione præbeñ.

In nomine Domini &c. Nouerint vniuersi & singuli, præsens instrumentum publicum inspecturi, quod Anno &c. in venerabilium & circumspectorum virorum dominorum Decani, & Capituli ecclesiæ .B. hora tertiarum dicti diei ad sonum campanæ dictæ ecclesiæ,modo solito congregatorum, & Capitulum ex & inter se facieñ. ac de negotijs eiusdem ecclesiæ tractantium,In mea notarij &c. personaliter constitutus venerabilis vir,dominus Iulianus Calumella clericus Cenomaneñ. dioc. licentiatus in Decretis, ac Canonicus creatus ecclesiæ Brachareñ. quasdam literas apostolicas,& processum earundem vigore,habitum,in suis manibus teneñs, quas præfat. dominus Decano & Capitulo eiusdem ecclesiæ exhibuit, & produxit,requirens eosdem dominos Decanum, & Capitulum, quatenus ipsum in Canonicum dictæ ecclesiæ,in vim literarum & processuum prædictorum, recipere, ac stallum sibi in choro, & locum in Capitulo dictæ ecclesiæ, cum plenitudine iuris canonici, assignare seu assignari mandare vellent & dignarentur. Qui domini Decanus,& Capitulum,literis & processu huiusmodi, per eos receptis, eas & eum per discretum virum magistrum Io.N.notarium dictorum dominorũ Decani & Capituli,coram eis,alta & intelligibili voce,legi fecerunt & mandarunt. Quibus quidem literis,per eosdem dominos Decanum & Capitulum, ad plenũ intellectis,respondit præfatus dominus Decanus, suo & aliorum dominorum de Capitulo nominibus,quod ipsi erant parati parere & obedire mandatis apostolicis,& ideo eundem dominum Iulianum in Canonicum dictæ ecclesiæ, & in fratrem,cum protestationibus solitis,debitis & consuetis, receperunt, præstito per

& lecto iuramento,per canonicos ipsius ecclesiæ.B.in eorum receptionẽ. præstari solito & consueto. Quo sic iuramento præstito,præfati domini Decanus & Capitulum, mandarunt venerabili viro, domino.P.Cantori dictæ ecclesiæ,quatenus receptis secum duobus Canonicis ipsius ecclesiæ,eundem dominum Iulianum, ad chorum ipsius ecclesiæ ducerent,ac stallum sibi in eodem choro debitum assignarent. Quod,iuxta huiusmodi commissionem, & mandatum,dictus dominus P.Cantor, ac.R.&.S. Canonici fecerunt, stallumq; sibi in choro ipsius ecclesiæ versus meridiem cum plenitudine iuris canonici assignarunt. Et deinde, ipsius ad Capitulũ redeuntibus,locũ quoq; ipsi in Capitulo eiusdem ecclesiæ, cũ dicti iuris plenitudine,& alijs solẽnitatibus in talibus fieri cõsuetis, ad huc eisdẽ dñis Decano & Capitulo sedeñ.& capitulãribus assignarũt. De quibus omnibus &c.

De hac materia, vide sub verbo inductio.

DE REGISTRO.

Registrum remissionis, in partibus iudici eiusdem præsentatæ.

In nomine Domini amen &c. Constitutus discretus vir, dominus. A.clericus.B.dioc. nuncius & portator iuratus,ad hoc, vt asseruit, specialiter deputatus, ex parte.R. P. D. Ant.Aug.V.I.Doctoris,prælibati domini nostri Papæ Capellani, ac ipsius sacri palatij apostolici causarum,causæq; & causis, ac partibus infrascriptis Auditore. Nonnullas patentes literas eiusdem domini Auditoris, suo oblongo sigillo, ceræ rubeæ,impressi cum cordula fili rubei coloris,modo suo impendeñ. sigillatas, sanas siquidem & integras, non vitiatas non cancellatas, neq; in aliqua sui parte suspectas,sed omni prorsus vitio & suspitione careñ. vna cum remissionis rotulo,sub eodem sigillo,modo Rom.Cu.vt prima facie apparuit, firmiter clauso. Reuereñ patri,domino.C.Sanctæ sedis apostolicæ Prothonotario, & canonico.N.iudici,& commissario,ac causæ huiusmodi remissioni executori, facto, realiter,& in scriptis, (quarum remissionis literarum tenor,inferius est insertus) exhibuit atq; præsentauit.Et nihilominus,literas,& rotulum clausum remissionis prædictæ, ipsum rotulum non aperiendo, neq; in ipso, & literis huiusmodi aliquid addendo,minuendo,vel mutando,fideliter portasse,& vt peræfertur, præsentasse,per iuramentum suum,iam,vt asseruit,præstitum,& quod de mandato,& in manibus prælibati domini.C.Prothonotarij,iudicis,cõmissarij, & executoris, ad sancta Dei Euangelia,scripturis sacrosanctis propterea tactis corporaliter, iterũ de nouo præstitit,dixit,& iurauit. Quas quidem patentes literas,vna cum rotulo remissionis huiusmodi,idem dominus C.Prothonotarius,iudex,commissarius, & executor ad se recipiens,ipsasq; domino.E.clerico.F.dioc.publico auctoritate apostolica notario, tradidit. Mandans nihilominus, atq; committens, vt tam ipsas patentes literas,quam rotulum remissionis huiusmodi,postquam fuerit iudicialiter apertus,ac omnia & singula,quæ mihi notario, vigore rotuli & literarum huiusmodi inter partes in eis contentas, conscribenda occurrerint, in actis meis publicis,& præsentis causæ Registro, fideliter scriberem & registratem, aut per alium,fideliter scribi, & registrari facerem,& cum expediens fuerit, in publica, redigerem seu redigi facerem, documenta, partibusq; copiam petentibus de ipsis, cum per eundem dominum.C. Prothonotarium, iudicem, & commissarium, ac executorem, decreta, fuerit & concessa, fideliter traderem & exhiberem actis ex eisdem.

De relaxatione sequestri.

Instrumentum relationis Sequestri.

Gabriel Paleotus &c. Deputatus. Venerabilibus & circumspectis viris, dominis. A.&.B. Sequestratoribus fructuum, reddituum, & prouen. parochialis ecclesiæ.C. N.dioc. auctoritate apostolica,& eorum cuilibet insolidum, per nos deputatis, necnon honorabili viro, domino. D.exaduerso principali in infrascriptis commission. & sententijs diffinitiuis, exaduerso principaliter nominato.Ac vniuersis & singulis Colonis, Agricultoribus, Vindemiatoribus, Decimatoribus,Reddituarijs,Censuarijs, Affictuarijs,Vsufructuarijs,Pensionarijs fructuum, reddituum, prouen.iurium,obuentionum, & emolumentorum parochialis ecclesiæ.C. prædictæ, ac eorundem occupatoribus & detentoribus, illiq; vel illis, ad quem vel ad quos, fructuum, reddituum,prouen.iurium,obuen.& emolumentorum eiusdem,datio & solutio, communiter vel diuisim,pertinet. Omnibusq; alijs & singulis, quorum interest interrit, aut interesse poterit,quomodolibet in futurum, quibuscunq; nominibus censeantur,aut quacunq; præfulgeant dignitate, communiter vel diuisim, Salutem in domino,& præsentibus fidem indubiam adhibere,nostrisq; huiusmodi, immo uerius apostolicis,firmiter obedire mandatis. ¶Noueritis, quod nuper fel. record. Clemens Papa.VII. Quandam commissionis siue supplicationis cedulam .R. P. Domino Petro Vorstio.V. I. D. tunc Canonico Cameracen. ac Capellano suo,& dicti Palatij causarum apostolici,Coauditor nostro, per certum suum Cursorem præsentari fecit, huiusmodi sub tenore. ¶Dignetur &c. Cuius quidem commissionis vigore,causa huiusmodi ad Rom. Cu. legitime introductis, ac per eundem dominum Petrum Coauditorem nostrum, in causa huiusmodi, ac inter partes,in præ & sub insertis commission. & sententijs diffinitiuis contentas, seu uerius earum legitimos procuratores, ad omnes & singulos actus iudiciales, rite & legitime processo,seruatis seruandis, suam diffinitiuam in scriptis,tulit & promulgauit sententiam,in hunc qui sequitur modum. ¶Christi nomine &c. A qua quidem diffinitiua sententia,pro parte dicti domini. D.exaduerso principalis, ad præfatum dominum nostrum Papam eiusq; sanctam sedem apostolicam, in scriptis prouocato, & appellato, Subsequenter præfatus dominus Petrus Coauditor noster,omnesq; & singulos fructus, redditus, & prouen. iura, obuen.& emolumenta,ex quibuscunq; rebus,& bonis mobilibus,& immobilibus ad dictam parochialem ecclesiam.C. spectan. & pertinen. ac prouenientibus & prouenientia in vim specialis commissionis, sibi per præfatum dominum nostrum Papam super hoc factæ. ¶Vel sic, in vim certæ bullæ siue constitutionis, per præfatum Clementem Papam.VII.dicti palatij apostolici causarum Auditoribus siue locatenen.eorundem desuper æditæ & concessæ, sequestrauit, ac eos & ea per vos & quemlibet vestrum,Sequestratores ad hoc per ipsum specialiter deputatos, sequestrari,& sub firmo & arcto Sequestro, teneri & obseruari demandatis ad vtilitatem ipsius,qui finalem & in causa & causis huiusmodi obtineret victoriam, ac donec & quousq; per præfatum dominum nostrum Papam,vel alium, ipsius auctoritate, siue mandato, Sequestrum huiusmodi foret relaxatum,& vobis mandatum esset,cui de fructibus,redditibus,prouen. iuribus & obuen. ac emolumentis huiusmodi,respondere deberitis,Aliaq; fecit & mandauit, prout in instrumento publico desuper confecto,subscripto & signato, ac præfati domini Petri Coauditoris nostri,Sigilliq; appension. munito, hæc, & alia plenius dicuntur contineri. Deinde causa appellation. huiusmodi Reuerendo.P.D.Ioanni Mchedano decretorum doctori,etiam tunc Capellano suo,& præfati palatij causarum apostolici, etiamCoauditori nostro,ad eam audiendam,cognoscen. deciden. fineq; debi

to terminandum, cum omnibus & singulis suis emergeñ. incidentijs, dependeñ. & connexis, per eundem dominum nostrum Papam commissa. Huiusmodi siqui dem commissionis vigore, per eundem dominum Ioannem Coauditorem nostrũ in causa & causis huiusmodi, ac inter partes prædictas, seu verius earũ (vt præmittitur) legitimos procuratores, ad nonnullos actus iudiciales, rite & legitime processu. Deinde per eundem, debito continuato processu, seruatis seruandis, & cognitis huiusmodi causæ meritis, ad suam, in huiusmodi causa diffinitiuam sententiam duxit procedendum, & processit, Ipsamq; in scriptis tulit & promulgauit in hæc verba. ¶Christi nomine &c. Postquam vero, pro parte dicti domini. D. exaduerso principalis, ad dicta ipsius domini Ioannis coauditoris nostri, diffinitiua sententia, ad dictum dominum nostrum Papam, eiusq; sanctam sedẽ apostolicam appellatum extiterat, præfatus dominus noster Papa, quandam commissionis, siue appellationũ. cedulam, nobis Ioanni Paulo Coauditori præfato, per certum suum Cursorem præsentari fecit, quam nos, cum ea qua decuit reuerentia, recipimus, tenorem qui sequitur continẽ. ¶Dignetur &c. Prætextu namq; commissionis huiusmodi, nos in causa & causis huiusmodi, ac inter partes supradictas, seu verius earum, vt præfertur legitimos procuratores, rite & legitime proceden̄. Tandem seruatis seruandis, & cognitis ipsius causæ meritis, nostrã diffinitiuam præinsertarum sententiarum confirmatoriam, in scriptis tulimus & promulgauimus sententiam, sub hac verborum forma.

¶CHRISTI nomine &c. Quæ quidem diffinitiua sententia, nulla prouocatione siue appellatione suspensa, in rem transiuit iudicatam, Subsequenter quandam aliam commissionis siue supplicationis cedulam, nobis ex parte præfati domini nostri Papæ, & per vnum ex dictis suis Cursoribus præsentatam, reuerenter, vt decuit, recepimus, tenori infrascripti. ¶Beatissime pater &c. Post cuius quidem commissionis siue supplicationis cedulæ præsentationem & receptionem, nobis & per nos, vt præmittitur, factas, nos in causa & causis, ac negocio huiusmodi, rite & legitime proceden̄. ad prouidi viri, magistri. G. in Rom. curia causarum & honorabilis viri domini. E. principalis in supradictis commissionis & sententijs principaliter nominati procuratoris, instañ. prouidum virum, magistrum. F. in eadem curia etiam causarum, & supradicti domini. D. exaduerso principalis procuratorem, de quorum hincinde procuratorum procurationẽ mãdatis, in & ex actis causæ huiusmodi legitimis dinoscitur constare, prout constat, documentis. Ad dicendum & excipieñ. quicquid verbo vel in scriptis, contra proxime dictam nobis factam & præsentatam commissionem, dicere siue excipere volebat. Et ad videndum & audiendum supradictum sequestrum, alias per præfatum dominum Petrum coauditorem nostrum, vt præmittitur, appositum, ac omnes & singulos fructus, redditus, & proueñ. iura obueñ. & emolumẽta, possessiones, terras, vineas, & domos, dictæ parochialis ecclesiæ. C. illius prætextu sequestrat. amoueri, tolli, & relaxari, literasq; desuper necessarias & opportunas (iuxta & secundum supradictæ vltimæ commissionis vim formam, & effectum) in forma solita, & consueta, decerni & concedi, Vel dicendum, & causam si quam habeat rationabilem, cur id fieri non debeat, allegandum, per vnum ex dicti domini nostri Papæ Cursoribus, citari mandauimus & fecimus, ad certum peremptorium terminum competeñ. videlicet ad diem & horam infrascriptos. Quibus aduenieñ. per dictum magistrum. G. procuratorem, nomine quo supra procuratorio, coram nobis iudicialiter compareñ. dictiq; magistri. F. exaduerso procuratoris, non comparentis, contumaciam accusañ. Ipsumq; contumacem reputari peteñ. & in eius contumaciam, supradictum Sequestrũ, sic, vt præmittitur, per præfatum dominum Petrum coauditorem nostrum appositum, Necnon omnes & singulos fructus, redditus, & proueñ. iura, obueñ. emolumenta, possessiones, terras, vineas, & domos dictæ parochialis ecclesiæ. C. illius vigore sequestrari amoueri, tolli, & relaxari, literasq; desuper necessarias & opportunas (iuxta, & secun-

& emolumentis parochialis ecclesiæ.C. prædictæ, & ad ipsam pertineñ. occasio ne dicti Sequestri, aut alias de cætero, quouis modo, intromittatis, seu intromittat aut præfato domino. E. principali, vel eius procuratori, quominus illos percipere & leuare possit, omniaq; & singula alia supradicta (prout per nos mandantur) suum debitum sortiantur & consequantur effectum, impedimentum aliquod præstetis, seu præstet, nec impedieñ. huiusmodi, detis, seu det, auxilium consilium, vel fauorem, publice vel occulte, directe vel indirecte, quouis quæsito colore.

¶ Quod si forte præmissa omnia & singula, prout ad vos omnes & singulos, seu per vos deputatos supradictos pertinet, infra dictum terminum, non adimpleueritis, seu adimpleuerit, ac monitioñ. mandatis, & inhibitioñ nostris huiusmodi, imo uerius apostolicis, non parueritis, aut paruerit, realiter & cum effectu. Nos, in vos, ac ipsum, & quoscunq; alios in hac parte contradictores & rebelles, ac impedieñ. præfatum dominum. E. principalem, vel procuratorem suum super præmissis, aut impedieñ. ipsum, dantes auxilium, consilium, vel fauorem, publice vel occulte, directe vel indirecte, quouis quæsito colore, ex nunc, prout ex tunc, & ex tūc prout exnunc, dicta canonica monitione præmissa, excōmunicationis sententiam ferimus in his scriptis, & etiam promulgamus. ¶ Absolutionem vero &c.

¶ In quorum &c.

De renunciatione siue resignatione.

Renunciatio facta de parochiali, per rectorem in manibus ordinarij.

Vniuersis &c. ¶ Io. Dei gratia, Episcopus. A. Salutem &c. Noueritis, quod cum honorabilis vir, dominus. B. rector parochialis ecclesiæ. S. M. C. dioc. ecclesiam ipsam, quam obtinebat, ex certis rationabilibus causis ad hoc animum &c. moueñ. resignare intenderet, ecclesiam ipsam, cum omnibus iuribus, & pertineñ. suis, in manibus nostris sponte & libere resignauit, & nos ad ipsius domini. B. tunc rectoris instañ. resignationem huiusmodi (vt præfertur) factam, admisimus, & tenore præsentis publici instrumenti, admittimus, recepto, per nos primitus, ab eodem domino B (quod in resignatione huiusmodi non interuenit fraus, dolus &c.) corporali iuramento.

¶ In quorum &c.

Renūciatio similis p procuratorē de canonica. & pbē.

In nomine Domini &c. Personaliter constitutus venerabilis vir, dominus. A. Canonicus præbendatus ecclesiæ. S. Ioan. B. dioc. desiderans & affectans, vt dicebat, eosdem Canonicatum & præbeñ. quos in dicta ecclesia obtinet, resignare, eosdem Canonicatum & præbeñ. &c. in manibus præfati Episcopi, per discretum virum dominum. C. clericum. N. procuratorem suum, ad hoc ab eo specialiter constitutum, prout de suæ procurationñ. mandato, legitimam, per publicum instrumentum, fidem fecit, pure, & libere, ac simpliciter, resignauit. Idemq; dominus Episcopus, resignationem huiusmodi, sic vt præmittitur, in manibus suis factam, admisit & recepit, præstito per eundem procuratorem, nomine quo supra procuratorio (quod in huiusmodi resignatione, non interuenit fraus, dolus, seu quæuis alia illicita pactio) ad sancta Dei Euangelia, corporali iuramento &c.

Renūciatio beneficii, facta corā Notario & testibus.

In nomine domini &c. Constitutus honorabilis vir, dominus. A. presbyter. B. perpetuus Capellanus ad altare. C. in tali ecclesia, non vi dolo &c. & debuit præfatam suam Capellaniam, & ius sibi quomodolibet competens ad eandem (per calami, quem in suis manibus

tenebat) traditionem,in manibus mei notarij publici infrascripti, vice & nomi ne Collatoris,ac Collatorum,cuiuscunq; vel quorumcunq;, necnon aliorum,aut alterius supra scriptam Capellaniam, conferendi potestatem habentis, vel haben tium,recipień.resignauit, eisdemq; Capellaniæ,atq; iuri sibi in eadem,quouis mo do competeń.renunciauit pœnitus & in toto, promittens nihilominus præfatus dominus resignans,mihi notario publico infrascripto, per fidem, nomine & loco iuramenti ab ipso præstito quod in huiusmodi, per eum,vt supra,fact. resignatio ne,& renunciatione non interuenit fraus &c. corruptela. Requirens me nota-rium infrascriptum,quatenus sibi,super præmissis omnibus & singulis, confice-rem vnum vel plura,instrumentum & instrumenta. Act &c.

Et ita facies de alijs, siue loquatur ordinarius siue Notarius.

DE REMISSORIIS.

Instrumentum remissionis in tertia instań. cū facul tate insolidū proceden̄.altero iudicū impedito.

Iacobus de Puteo &c. Deputatus. ¶ Venerabilibus & circumspe-ctis viris dominis M.Præposito,&.N.cano-nico ecclesiæ.O.iudicibus & cōmissarijs,Salutem in domino,& præsentibus, fi-dem indubiam & in cōmissis diligentiam &c.mandatis. Noueritis, quod nuper, fel.record.Clemens Papa.VII.quondam cōmission̄.&c.Reuerend.P.D. Philip po Sergardo, tunc in humanis ageń.ipsius capellano, & sui sacri palatij aposto lici causarum Auditori, per certum suum Cursorem præsentari fecit huiusmodi sub tenore. ¶ Dignetur &c. In fine &c. ¶ De mandato &c. Cuiusquidem cōmissionis vigore,idem dominus Philippus Auditor,in causa & causis huiusmo di,ad Rom.Cu.legitime introductis coram eo,rite procedens, suam diffinitiuam in huiusmodi causa,pro honorabili viro,domino.B. principali, in supra & infra scriptis cōmission̄. & suis principaliter nominato, & contra honorabilem virum dominum.C.exaduerso principalem,in eisdem cōmission̄.'& sententijs exaduer so principaliter nominatum, tulit sententiam in hunc modum.

¶ CHRISTI nomine &c. A.qua quidem diffinitiua sententia, pro parte præfati domini.C.exaduerso principalis,ad dictum dominum nostrum Papam, ipsiusq; sanctam sedem Apostolicam, in scriptis prouocato & appellato, aposto lisq; petitis & obtentis,causa & causæ appellation̄.huiusmodi, vna cum negocio principali,nobis per eundem.D.N.Papam,per commissionem desuper factam, & præsentatam commissæ fuerunt. Cuius quidem commission̄. tenor, sequitur & est talis. ¶ Dignetur &c. Cuius quidem commissionis vigore,per nos,in cau sa & causis huiusmodi,ac inter partes in ea contentas seu verius earum legitimos procuratores,ad nonnullos actus iudiciales (citra tamen causæ huiusmodi con clusionem) rite processu,interimq;,nōnullis positionibus & articulis,ac materijs articulatis,pro parte præfati domini.B principalis, coram nobis iudicialiter da-tis,& productis,ac illis ad probandum in Romana Curia duntaxat admissis, re-tenta nobis potestate plenaria,easdem ad probandum, extra dictam curiam & in partibus admittendum,testibusq; desuper in forma iuris per nos receptis, admis-sis, iuratis,& examinatis,ac eorum dictis & depositionibus in scriptis redactis. Tandem nos,ad prouidi viri,magistri.A.in Rom.Cu.causarum, & præfati domi ni.B.principalis procuratoris, instań. prouidum virum,magistrum. D. in eadem curia causarum,& præfati.C.exaduerso principalis,procuratorem, prout de ip-sorum &c. Ad videndum & audiendum supradictos,positiones & articulos, ac dictum magistrum.A.procuratorem,partemq; suam, ad probandum eosdem, ex

tra Rom.Cu.[& in partibus admitti,remissionemq; desuper,'nostro sub sigillo,in forma solita & consueta, per nos decerni & concedi,'vel dicendū & causam &c. allegandum,per certum domini nostri Papæ Cursorem, citari mandauimus, ad certum peremptorium terminum competeñ. videlicet ad 'diem & horam infra-scriptos. Quibus quidem die & hora aduenieñ. comparuit iudicialiter coram nobis,magister. A.procurator prædictus, quo supra nomine procuratorio, & in dicti magistri.C. exaduerso procuratoris præsentia,.memoratos positiones & articulos,ipsumq; magistrum. A.procuratorem instantem & peteñ.'& partem suā extra Rom. Cu. & in partibus admitti, remissionemq; desuper,nostro sub sigillo in forma solita & consueta,per nos decerni & concedi instanter postulauit. Nos tunc Iacobus Auditor præfatus,attendeñ. requisitionem huiusmodi fore 'iustam & rationi consonam,quodq; per ea, quæ in huiusmodi causa producta & probata existunt,de ipsius causæ meritis,in Rom.Cu.ad plenum liquere non potest, iā dictos positiones & articulos, ac materias articulatas',necnon. A. procuratorem instañ.& peteñ. partemq; suam ad probandum,eosdem,extra dictam Rom.Cu. & in partibus,& dominorum Coauditorum nostrorum cōsilio & assensu, quibus de huiusmodi causæ meritis relationem fidedignam fecimus, & fidelem, iuxta & secundum cuiusdam constitutionis,per fe.re. Clementem Papam VII. R. P. D. palatij apostolici causarum Auditoribus & locateneñ eorundem desuper editæ,& concessæ vim,formam,continentiam, & tenorem,modo solito admittendum,duximus,& admisimus,huiusmodi nostras literas remissorias desuper necessarias & opportunas,in forma solita decernendo & concedendo. ¶Quæ omnia & singula, vobis dominis Præposito,& Canonico iudicibus prædictis, per dictos hincinde procuratores concorditer electos & nominatos, & per nos de ipsorum vnanimi cōsensu,deputatis (vel sic,Vobis dominis Præposito,per magistros .A.procuratorem,& Canonico iudicibus præfatis, per.D. exaduerso procuratorem prædictos,nominatis & electis,& per nos de ipsorum consensu ad hoc deputatis) intimamus, insinuamus, & notificamus, ac ad vestram,& cuiuslibet vestrū notitiam,deducimus,& deduci volumus per præsentes. Vosq; dominos Præpositum,& Canonicum iudices & Commissarios præfatos, requirimus & monemus, primo, secundo, tertio, & peremptorie. Vobisq; nihilominus, in virtute sanctæ obedientiæ & sub infrascripta excommunicationis pœna, quam canonica monitione præmissa,ferimus in his scriptis (si ea quæ vobis in hac parte cōmittimus & mandamus,neglexeritis seu distuleritis, aut recusaueritis contumaciter adimplere) districte præcipieñ. mandañ. Quatenus infra duos, videlicet Augusti & Septembris,menses proxime & immediate sequeñ. (Vel sic,Quatenus infra duos 'menses proxime sequeñ.a data præsentium computandos) in ciuitate.N. ac ecclesia cathedrali eiusdem,tanquam locis conuenientibus, per nos ad hoc deputatis,singulis diebus Lunæ,Mercurij, & Veneris eorundem mensium, horis tertiarum vel vesperorum, testes, literas,instrumenta, & munimenta quæcunq;, & qualiacunq;, coram vobis, super positionibus & articulis antedictis, quos vobis vna cum interrogatorijs pro parte dicti.C. exaduerso principalis,dat. sub Sigillo nostro,transmisimus in præsentis remissoriæ titulo inclusos, producendas & producenda,prudenter & fideliter, recipere, & testes,ipsos,medijs eorum iuramētis iuxta & secundum interrogatoria prædicta, & alia pro parte aduersa,forsan coram vobis exhibenda,& alias,iuxta discretionem a deo vobis datam, per vos vel notarium iuratum,fidelemq; & legalem,ad hæc a vobis deputandum, diligēter examinare curetis, literas,scripturas,instrumenta & munimenta transcribi,dicta & depositiones testium fideliter in scriptis,per notarium fidelem redigi faciatis. Si vero.C.exaduerso principalis,testes dicti domini.B. principalis reprobare voluerit,extunc,testes,super huiusmodi reprobatione, coram vobis producendos,infra alium mensem,dictos duos menses immediate sequeñ. simili modo recipiatis,ipsosq;,iuxta interrogatoria,coram vobis super huiusmodi reprobatione

forsan exhibenda, alioquin, iuxta dictum a deo vobis datam prudentiam, per vos vel dictum notarium diligenter examinare curetis. Depositionibus vero dictorum testium, atque dictis, fideliter in scriptis redactis, vna cum positionibus & articulis supradictis, ac literis, scripturis, instrumentis, & munimentis, siue ipsorum veris transumptis, sub sigillis vestris inclusis, ad nostram, vel forsan interim loco nostri surrogan. auditoris præsentiam ad dictam Romanam curiam, quanto citius poteritis, cum fideli nuncio ad hoc in manibus vestris, iurato transmittatis. Significan. nobis, vel surrogando Auditori præfato, quæ & quanta fides, ipsis testibus literis, scripturis, & transumptis, fuerit adhibenda, ac etiam dictis partibus, aut earum procuratoribus, peremptorium terminum competen. assignetis, infra quem per se, vel procuratores suos idoneos, cum omnibus actis, actitatis, iuribus & instrumentis dictorum testium, & alijs munimentis causam huiusmodi concernen. se nostro, aut eiusdem surrogandi conspectui, representent, instam, dante domino, sententiam recepturi. Testes autem, qui nominati fuerint, si se odio, gratia, amore, fauore, vel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam, appellatione post posita, compellatis veritati testimonium perhibere. ¶ Quod si forte, vos Domini Præpositi, & Canonici, Iudices, & Commissarij, præmissa omnia & singula (prout ad vos pertinet & spectat) non adimpleueritis, aut aliquid in contrarium feceritis, ac mandatis & monitionibus nostris huiusmodi, imnoueritis apostolicis non parueritis, realiter & cum effectu, nos in vos, exnunc, prout extunc, & extunc, prout exnunc trium dierum canonica monitione præmissa excommunicationis sententiam ferimus, & etiam promulgamus in his scriptis.

¶ Die vero præfixion. vestræ huiusmodi, atque formam, & quicquid in præmissis feceritis, nobis, vel surrogando Auditori præfato, per vestras patentes, literas, aut instrumentum publicum &c. vt in citatione. ¶ Absolutionem vero &c. qui præfatam nostram sententiam &c. reseruamus. Volumus autem, quod si alter vestrum, pro præmissis exequendis, personaliter interesse non posset, quod extūc, legitima excusatione vnius præcedente, alter vestrum ea nihilominus exequatur, & libere exequi valeat.

¶ IN quorum omnium & singulorum fidem & testimonium præmissorum, præsentes literas, siue præsens publicum instrumentum huiusmodi, nostram remissionem in se continen. &c. ¶ Decreta autem fuit hæc præsens nostra remissio, per nos Iacobum Auditorem præfatum, Romæ apud Sanctum Petrum, in palatio causarum apostolico, in quo iura reddi solent nobis, ibi, mane hora Audientiæ causarum consueta &c. Sedente. Sub anno &c.

Clausula, qđ si forte, qñ vnus ex iudicibus est Eps.

Quod Si forte præmissa omnia & singula, prout ad vos spectat & pertinet, vsque canonica monitione præmissa. In vos Præpositum alterum Iudicem & commissarium prædictum, excommunicationis sententiam ferimus in his scriptis & etiam promulgamus. Vobis vero Reuerendo in Christo, Patri, & domino domino Episcopo. N. prædicto, cui ob reuerentiam Pontificalis dignitatis &c. vt in processibus executorialibus, vsque verbum innodamus. ¶ Diem vero præfixion. &c. ¶ Absolutionem &c. reseruamus. Datum Romæ &c. vt in citation. cum inhibition.

Aliud instrumentum remissionis, cum iudicum, termini & loci, deputatione.

Thomas &c. ¶ Venerabilibus & circumspectis viris, dominis Vuarlesio, & Luxori, ecclesiæ Ambianen. Canonicis, Salutem. Noueritis &c. Cuius quidem commissionis vigore, nos in causa & causis huiusmodi, coram nobis legitime introductis, ac inter partes in ipsa com-

missione contentas, seu earum legitimos procuratores, rite & legitime (citra tamen causæ cõclusionem (processo, ac nonnullis positionibus, & articulis, alijsq; materijs articulatis, per prouidum virum, Magistrum. C. in Rom. Cu. causarum, & honorabilis viri, domini. D. principalis, in dicta commissione principaliter nominati, procuratorem, prout de illius procuration. mandato, nobis per legitima constat documenta in scriptis oblatis. Ipsisq; positionibus & articulis in Rom. Cu. infra certum tunc expressum terminum, iam vero diu effluxum, per nos, ad probandum admissis, cum potestate nihilominus, eosdem admittendi, remissio nemq; desuper decernendi, extra dictam curiam nobis reseruatis, quatenus visum esset expediri. Sed quia ex his, quæ coram nobis prædicta, habita, & facta sunt, de veritate articulorum, & aliorum, quæ deducta videntur, de meritis causæ huiusmodi, ad plenum nos informare non poteramus. Idcirco, ad eiusdem. C. procuratoris instan. prouidum virum, magister. E. in dicta curia causarum, & dicti .F. exaduerso principalis, procuratoris, ad videndum & audiendum supradictos positiones & articulos, dictumq;. C. procuratorem & partem suam ad probandum eosdem, extra dictam curiam, & in partibus admitti, remissionemq; &c. Vel dicendum & causam &c. allegandum, necnon ad videndum & audiendum iudices & commissarios, coram quibus, & locum in quo, ac terminum infra quem, huiusmodi remissionis negotium, expediri debeat, deputari, per certos domini nostri Papæ Cursores successiue citari mandauimus & fecimus, ad certos successiuos terminos competentes. In quibus quidem terminis & eorum quolibet successiue occurren. comparuit coram nobis dictus .C. procurator nomine quo supra procuratorio & supradicti. E. exaduerso procuratoris non comparentis contumaciam accusauit, ipsumq; contumacem reputari, & in eius contumacia ni, dictos positiones & articulos, seq; in dictam partem suam, ad probandum eosdem extra dictam Romanam Curiam, & in partibus, admitti, remissionemq; desuper decerni, cum iudicum & loci deputation. ac termini præfixion. per nos instanter postulauit. Nos tunc Thomas Auditor, dictum. E. &c. reputauimus contumacem & in eius contumaciam, de Coauditorum nostrorum consilio & assensu, positiones & articulos supradictos, necnon. C. procuratorem & partem suam, ad probandum eosdem, extra Rom. Cu. & in partibus admittendum duximus & admisimus, remissionemq; desuper in forma solita & consueta (iuxta cuiusdam bullæ siue constitutionis Innocentianæ desuper datæ, editæ & concessæ, vim formam, & tenorem) decernen. Et nihilominus, vos dominos Vvarlesium & Luxorem canonicos, pro Iudicibus & Commissarijs, coram quibus, & Ciuitatem .N. pro loco in quo, ac ecclesiam Beatorum Gentiani, Fusciani, & Victorici de. N. Ambianen. dioc. pro loco loci, huiusmodi remissic expediri debeat, deputauimus & deputamus per præsentes. ¶Quæ omnia & singula, vobis dominis Canonicis, intimamus &c. per præsentes, vosq; & vestrum quemlibet, requirimus & monemus, primo, secundo, tertio, & peremptorie, vobisq; in virtute sanctæ obedientiæ & sub excommunicationis pœna, quam in vos in his scriptis (trina tamen canonica monitione præmissa) ferimus &c. adimpleueritis, districte præcipien. mandamus, quatenus infra sex dierum spatium, post præsentationem seu notificationem præsentium, vobis factas, & postquam pro parte dicti domini. D. principalis, super hoc, vigore præsentium, fueritis requisiti, immediate sequen. quorũ sex dierum &c. assignamus, omnes & singulos testes, literas, scripturas, instrumenta, & munimenta, ac alia quæuis probationum genera, quæ & quas, pro parte dicti .D. principalis, produci contigerit, de & super positionibus & articulis, quos nostro sub sigillo vobis transmittimus inclusos, infra tres menses post præsentationem seu notificationem præsentium vobis factas, immediate sequen. in dicta ciuitate, cum vos in loco singulariter deputato, pro tribunali sedere contigerit, Ipsosq; testes, iuxta interrogatoria, quæ data sunt, alioquin, iuxta prudentiam vestrã vobis a deo collatam & concessam, diligenter examinetis, aut per notarium pu

blicum, qui de legalitate aut fidelitate sua, corporale præstet iuramentum, diligenter examinari faciatis, ipsorumque testium attestationes, & dicta, necnon literas scripturas, instrumenta, ac iura & munimenta transcribi faciatis. Si vero altera partium, testes ex aduerso productos reprobare voluerit, extunc, testes ipsos super reprobatione huiusmodi, infra duos menses immediate sequeñ. recipiatis, iuxta interrogatoria si qua pars aduersa dederit, alioquin, iuxta discretionem a deo vobis datam, diligenter, per vos, vel alium notarium, examinari faciatis.

Remissoria cum præfexione termini de consensu procuratoris.

Io. &c. deputatus. Venerabili & circumspecto viro, domino Decano .N. Iudici & Commissario per nos specialiter deputato, Salutem &c. ¶ Dignetur &c. Quæ quidem commissio &c. ¶ De mãdato &c. Huiusmodi namque cõmissionis vigore, per nos in causa & causis huiusmodi inter partes in ipsa commissione contentas, seu earum legitimos procuratores, rite & legitime (citra tamen causæ conclusionem) processo, tandem comparentibus in iudicio coram nobis prouidis &c. A. ex vna & B. ex altera partibus, prout de ipsorum procuratorum hincinde procurationum mandatis, in actis causæ huiusmodi, sufficienter est edoctum, idem magister. A. procurator nomine quo supra procuratorio, positiones & articulos in huiusmodi causa datos, seque & partem suam &c. decerni, in supradicti. B. ex aduerso procuratoris præsentia, per nos &c. postulauit. Nos dictos positiones & articulos, dictumque procuratorem & partem suam. B. ex aduerso procuratore, præsente, & ad id expresse consentiente, ad probandum extra dictam Rom. Cu. & in partibus, admittendum duximus & admisimus, remissionemque desuper in forma solita & consueta decerneñ. Subsequenter vero, præfatus. D. N. Papa, quandam &c. ¶ Beatissime &c. In fine &c. ¶ De mandato &c. Cuiusquidem &c. Nos ad supradicti A. instañ. remissionẽ prædictam per nos, vt præmittitur, ad partes decretam, sub nostro sigillo impendeñ. expedieñ. in præsentia dicti. B. ex aduerso procuratoris, iuxta dicta per præsentes. ¶ Quæ omnia & singula, vobis domino Decano, Iudici & Commissario, per dictos procuratores concorditer electo & nominato, intimamus &c. vsque dominum &c. Quos quidem menses, dies, & horas, eisdem procuratoribus instantibus, & expresse consentientibus, eorumque partibus hincinde pro termino infra quem peragendum duximus & præfiximus, testes, literas, scripturas, iura & munimenta &c.

Remissoria cũ clausula, quãdo vnus ex iudicibus expectatus, infra tẽpus nõ venerit, alius procedat.

Testes Autem, qui &c. prohibere &c. ¶ Cœterum, volumus, prout etiam per dictos procuratores concorditer fuit actum, quod postquam facta præsentatione præsentium, vos domine Abbas, iudex & commissarie, pro parte dicti domini. A. principalis, ad procedendum in huiusmodi nostræ remissionis negotio, fueritis legitime requisitus, ex tunc, facta intimatione dicto domino officiali collegæ vestro, quatenus infra tres dies immediate sequeñ. ad dictum Monasterium. B. pro loco expeditioñ. remissioñ. huiusmodi deputat. accedere debeat, vna vobiscum ad dictam remissionem, vt præmittitur, expedieñ. Alioquin vos ipse, per vnum diem, dictos tres dies immediate sequeñ. expectato, extunc inantea, solus, ad expeditionem (ipsius absentia minime obstañ.) procedatis. ¶ Quod si forte, vos domini. N. Abbas, & officiales iudices & Commissarij, præmissa &c.

DE REMISSIONIBVS.

Remisio, quando fuit in partibus processum.

Io. Anton. &c. Specialiter deputatus. ¶ Venerabili & circumspecto viro domino. A. in spiritualib⁹ Vicario Reueren. in Christo patris, & domini domini. B. & apostolicæ sedis gratia Episcopi. C. Salutem in domino, & in commissis diligentiam debitam adhibere, nostrisq; huiusmodi, imo mouerius apostolicis, firmiter obedire mandatis. Noueritis, q dudum, extra Rom. Cu. & in partibus, coram venerabili viro, domino. D. Decretorum doctore, & iudice in spiritualibus, inter venerabilem virum, dominum. E. F. dioc. ex vna, & dominum Auditorem, de & super tertia parte reddituum & prouentuum præposituræ ecclesiæ. G. prædictæ, necnon quodam Sequestro, dicto domino. E. desuper, per præfatum dominum Auditorem Iudicem, facto rebusq; alijs, in actis causæ huiusmodi designatis, & eorum occasione partibus ex altera, auctoritate ordinaria exorta materia quæstionis, dictus dominus Auditor Iudex, in causa & causis huiusmodi, inter partes prædictas, seu earum procuratores procedens, suam, per quam, dictum Sequestrum, per ipsum, per iura, coram eo, pro dicto E. producta, non fuisse nec esse, reuocandum neq; tollen. sed permanendum, donec & quousq; iuribus ipsarum partium, ordinario iure, & iudicio, discussum fuerit, reseruando ius dictis partibus agendi, inter alia declarauit, & sententiam promulgauit. A. qua quidem sententia, pro parte dicti domini. E. ad Reueren. in Christo patrem, & dominum dominum Michaelem, tituli sanctæ Praxedis, Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyterum Cardinalem Portugall. vulgariter nuncupatum, in prouincia Marchiæ prædictæ, apostolicæ Sedis Legatum, ac omnem alium iudicem cõpeten. in scriptis prouocato & appellato, Apostolisq; petitis & obtentis, idem dominus Legatus, causam appellationis huiusmodi, vna cum toto negotio principali, videlicet super præben. cum tertia parte fructuum dictæ ecclesiæ, Reuerendo in Christo Patri, & domino, domino. N. dicta gratia, Episcopo. N. Locumtenen. & Thesaurario prouinciæ Marchiæ prædictæ, quarundam sibi desuper factarum & præsentarum commissionum virtute, audien. & terminandum commisit. Qui quidem dominus Episcopus. N. in vim commissionis huiusmodi, in causa ipsa, ac inter partes prædictas, seu earum procuratores procedens, suam sententiam diffinitiuam, per quam in effectu, per prædictum dominum Auditorem iudicem, bene fuisse iudicatum & sententiatum, & male, per supradictum dominum. E. prouocatum & appellatum, necnon dictum dominum. A. fuisse & esse verum Canonicum præbendatum dictæ ecclesiæ Sancti. G. pro tertia parte omnium reddituum & prouen. eiusdem ecclesiæ, declarauit, ac eidem domino. E. perpetuum silentium, ne de cætero dictum. A. molestet, imposuit, & in scriptis promulgauit sententiam. Cumq; ab huiusmodi sententia diffinitiua, pro parte dicti domini. E. ad Sanctiss. D. N. Paulum Papam Quartum suamq; sanctam Sedem apostolicam in scriptis prouocatum & appellatum, apostoliq; petiti, & reuerenter obtenti fuissent, idem. D. N. Paulus Papa Quartus, quandam commissionis siue supplicationis cedulam, Reuerend. in Christo Patri, & domino domino. N. vtriusq; iuris doctori, dict. &c.

Instrumentum remissionis ad Cancellariam.

In nomine Domini amen. Anno &c. Constitutus dominus A. vna cum venerabili viro, domino. B. Abbate in ecclesia. G. suo in hac parte collega & Coniudice, Iudex & Commissarius causæ, ac partibus infrascriptis, ab eodem domino. N. Papa specialiter deputatus

propter ipsius domini Abbatis, siue Collegæ & Coniudicis, a Rom. Cu. absentiam, & ex alijs certis causis animum suum ad hoc mouentibus, omnes & singulas, causam & causas inter honorabiles viros, dominos. D. ex vna & E. &c. dioc. de & super &c. & eius occasione partibus ex altera, coram eisdem dominis. A. & C. Abbate iudicibus & Commissarijs ad. S. in Christo P. & D. N. D. Paulum, diuina prouidentia Papam IIII. eiusq; Cancellariam apostolicam indecis. penden. remittendum duxit, atq; remisit, habuitq; & habere voluit easdem pro remissis. ¶ Super quibus &c.

De Rescriptione.

Rescriptio ad curiam super remissoria per Iudicem eiusdem.

Dionysius &c. Iudex & Commissarius, ac executor ad infrascripta, vna cum certo nostro in hac parte Collega, cum illa clausula. Quod si non omnes his exequendis, interesse potentis, vnus vestrum &c. exequatur, auctoritate apostolica specialiter deputatus. Reuerendo Patri domino Antonio Augustino, vtriusq; iuris Doctori, & Canonico ecclesiæ. N. nec non domini nostri Papæ Capellano, ac ipsius sacri palatij apostolici causarum, causæq; & causis, ac partibus infrascriptis, ab eodem domino nostro Papa Auditori specialiter deputatus, Salutem in domino cum debita & apostolicorum mandatorum obedientia. Noueritis, quod præsentatis nobis, & per nos, vt decuit, reuerenter receptis, nonnullis remission. literis, pro parte honorabilis viri, domini. A. principalis, in quodam causa verten. coram vobis, inter eundem. A. ex vna, & B. de & super nonnullis. N. ac alijs rebus in actis causæ latius expressis & designatis, ac ipsarum occasione partibus ex altera, per vos pridem, sub data Rom. apud sanctum Marcum &c. ¶ Pone dat. remissionis, atq; Sigillo vestro ceræ rubeæ impresso, in cordula rubea penden. vt prima facie apparuit sigillatis, & per discretum virum, magistrum. C. clericum. D. diocés. publicum, apostolica auctoritate notarium, vestrum & causæ huiusmodi, coram nobis scribam, vt similiter apparuit, subscriptis & signatis, vna cum quodam rotulo pergameneo, eisdem literis appenso. Nos Dionysius iudex & commissarius præfatus, volen. vestris huiusmodi, immo uerius apostolicis, mãdatis (iuxta, earũdem vestrarum literarum vim, formam, continentiam & tenorē) reuerenter, vt tenemur, in hac parte obedire, ad earundem literarum & in eis contentorum executionem, omnesq; alios & singulos actus, in huiusmodi remissionis negotio necessarios & opportunos (inquantum potuimus) successiue sicut nobis expedire, rationiq; consonum videbatur, rite & legitime procedendum duximus & processimus ac procedi mandauimus, ac factum, actum, & processum extitit, prout & quemadmodum in processu & actis, atq; dictis, & depositionibus testium, pro parte dicti. A. principalis, in huiusmodi remissionis negotio productorum, receptorum, admissorum in forma iuris, in manibus nostris iuratorum, ac per notarium infrascriptum, super positionibus & articulis, ac interrogatorijs, coram nobis datis, in rotulo antedicto inclusis, examinatorum, quos, quas, & quæ vna cum literis remissionis & rotulo vestris, per discretum virum, magistrum. C. notariũ publicum & huiusmodi remissionis negotij, coram nobis, Scribam iuratum, & nobis in his adiunctum, subscriptum atq; signatum, necnon proprij nostri sigilli appensione. sigillatum, vobis per discretum virum, dominum. M. clericum. N. dioc. nunciũ, siue portatorem, alias per vos, nunc & per nos, ad hæc deputatum, atq; in manibus nostris iuratum, clausum transmittimus præsentandum, plenius continetur & habetur. Quibus quidem processu & actis, testiumq; dictis & depositionibus antedictis, fideliter, ac in scriptis redactis, fidem plenariam & indubitatam, in iudicio & extra, ac alias, vbilibet adhibendum fore volumus & decernimus. Et nihilominus,

hilominus,terminum peremptorium.XL. dierum, a dat. præsentium computan-dum, partibus præfigen. infra quem,per se, vel procuratores suos idoneos, cum omnibus actis, testiumq; dictis & depositionibus, vestro conspectui, vel in vestri locum forsan surrogando iudici representent. ¶ Quæ omnia & singula,vobis dominis Antonio Auditori, omnibusq; alijs,quorum interest,intererit,aut interesse poterit quomodolibet in futurum, intimamus, insinuamus, & notificamus, ac ad vestram & cuiuslibet vestrum notitiam deducimus,& deduci volumus per præsentes. ¶ In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium præmissorum,præsentes literas,siue præsens publicum instrumentum,exinde fieri, & per notarium publicum, nostrumq; scribam infrascriptum,subscribi & publicari mandauimus, nostriq; sigilli &c. communiri. Dat.& act.&c.

DE REVOCAT. PROCVRATORVM.

Reuocatio procuratorum simpliciter.

In nomine Domini amen. Anno &c.Domini. M. D. LVIII. Indict.prima, Die vero prima Mensis Ianuarij, Pō ificatus Sanctissimi &c.Pauli &c. Papæ IIII. In mei notarij &c. Constitutus honorabilis vir, dominus. A.N.clericus.B.dioc.principalis principaliter p o seipso, sponte,& ex certa sua scientia,animoq; deliberato, vt asseruit omnibus melioribus modo &c. debuit, prout dum virum,magistrum.N.per eum alias,in causa & causis verten. inter dominum.M.ex vna,&.N. partibus ex altera constitutis,& ab eo forsan substitutos procuratores,expresse reuocatis,& pro reuocatis habere voluit,omnemq; potestatem, ipsis, in dicta causa, quomodolibet atributam,auferendo pœnitus & amouendo ab eisdem,nolens quod ijdem procuratores,sic,vt præmittitur,reuocati,de causis præfatis,quouis modo vlterius se intromittant,Protestans expresse,quod si aliquid per eosdem sic reuocatos procuratores, in hac causa fieri contingat, illud nullius efficaciæ, roboris alicuius, aut momenti, censeatur. ¶ De & super quibus &c.

Reuocatio procuratorū & cōstitutio aliorū ad idē.

Constitutus .A. rector parochialis ecclesiæ N.B. dioc. certis de causis ad id animum suum mouentibus, bene auisatus,ex eius certa scientia, & spontanea voluntate, ac deliberato proposito, omnibus melioribus modo, via &c. omnes & singulos, per eum ad sua negotia, hactenus qualitercunq; constitutos procuratores, ac ab eis vel eorum altero substitutos, specialiter & expresse reuocauit, ac tenore præsentis publici instrumenti reuocat, omnemq; potestatem eis, aut eorum alteri, qualitercunq; datam seu attributam, ab ipsis & eorum quolibet abstulit, prout aufert, speciali adiecta protestatione, quod si quid per eos, aut eorum alterum, in & circa negotia infrascripta, suo nomine fieri contigerit, illud sit, prout esse voluit, nullius roboris vel momenti. Et nihilominus eiusdem modo, via, iure, causa &c. constituit &c. Ad ipsius domini constituen. nomine & pro eo dictam suam reuocationem pro curatoribus per eum alias constitutis,& substitutis,ab eisdem, seu eorum altero, sic,vt præmittitur,reuocatis,intiman. insinuan. & notifican. Necnon ab eis, & eorum quolibet,cōiunctim vel separatim, computum, rationem & calculum de omnibus & singulis,per eos,aut eorum alterum, in & circa dictam suam parochialem ecclesiam factis,gestis,administratis, seu receptis, peten. recipien. & audien. recepta quoq; & exposita per ipsos,aut totum alterum, compensandum, & compensationem faciendum,de liquido ad liquidum,atq; omnes & singulas pecuniarum summas,literasq;, iura,instrumenta, & libros, ac quæcunq; debita, cre

seu alios procuratores, loco sui & destituendi & reuocandi, quotiens & quando sibi visum fuerit, prout in quodam instrumento publico, super eo confecto, sub scripto & signato, plenius continetur. Idcirco omnibus melioribus &c. proul dum virum, magistrum. D. per eum in huiusmodi causa substitutum, reuocauit & destituit, & pro reuocato habere voluit, auferens nihilominus & auferre volēs ab eodem, potestatem, omneq; mandatum, dicto magistro. D. procuratori substitu to per eum, quomodolibet attributum & concessum, Inhibens eidem, ne de cætero, se in huiusmodi causa intromittat seu intromittere præsumat, facultatem in eum translatam, in se reassumendo. Protestans insuper idem dominus Andreas procurator, quoscunq; actus, quos deinde per dictum Magistrum. D. procuratorem substitutum, sic, vt præmittitur, reuocatum, in causa & causis huiusmodi, in posterum facere contigerit, nullius fore debere roboris vel momenti. ¶ Super quibus &c. Præsentibus &c.

Per has formas, facies alias reuocationes sufficiēter.

DE SENTENTIIS.

Instrumentū triū sententiarū, cū expensarū taxatione tempore diuersorum Pontificum.

In nomine Domini amen &c. Dudum fe. re. Iulius Papa III. quandam cōmissi. nis, siue supplicationis cedulam, Reuerendo Patri domino Antonio Augustino &c. Auditori, per quendam suum Cursorem præsentari fecit huiusmodi sub tenore. ¶ Dignetur &c. Quæ quidem commissio, in eius fine, sic signata reperitur. ¶ De mandato &c. Cuius quidem commissionis vigore, per præfatum dominum Antonium Auditorem in causa & causis huiusmodi, ad Rom. Cu. & coram ipso legitime introductis, ac inter partes, in supra & infrascriptis commissionibus & sententijs, contentas, rite & legitime, procedeñ. ac medio tempore, prælibato quondā Tulio (prout altissimo placuit) de medio sublato, Sanctissimoq; in Christo patre, & domino nostro, domino Paulo, diuina prouidentia Papa IIII. ad summi apostolatus apicem assumpto, ac de eius mandato, causa & causis huiusmodi, in statu debito resumpt. ac seruatis seruandis, & cognitis ipsius causæ meritis idem Ant. Auditor suam diffinitiuam in scriptis tulit & promulgauit sententiam, tenorem qui sequitur continen. ¶ Christi nomine &c. A qua quidem diffinitiua sententia, pro parte eiusdem. A. exaduerso; principalis, in supra & infra scriptis commissionibus & sententijs, exaduerso principaliter nominati, ad præfatum dominum nostrum Papam, sanctamq; sedem apostolicam taliter qualiter in scriptis prouocato & appellato, apostolisq; petitis, & refutatorijs obtētis, præfatus dominus noster Papa, quandam aliam commissionis siue supplicationis cedulam. R. P. D. Ioanni Antonio Capisucco, vtriusq; iuris Doctore, & Capellano suo, & dicti Palatij causarum Auditori, per quendam suum Cursorem præsentari fecit subsequentis tenoris. ¶ Dignetur &c. Signatura vero commissioñ. huiusmodi, talis. ¶ Audiat &c. M. A. &c. Huiusmodi itaq; commissioñ. vigore, præfatus dñs. N. Auditor, in causa & causis huiusmodi, rite & legitime pcedēs, seruatisq; seruandis, & cognitis ad plenū ipsius causæ meritis, suam diffinitiuam, præinsertæ sententiæ diffinitiuæ confirmatoriam, in scriptis tulit & promulgauit sententiam, feriei subsequeñ. ¶ Christi nomine &c. Cumq; ab huiusmodi ipsius domini. N. Auditoris, diffinitiua sententia, pro parte dicti. A. exaduerso principalis iterum in scriptis, ad dominum nostrum Papam, & sanctam sedem huiusmodi, puocatum & appellatum esset, apostoliq; petiti, & reuerentiales obtenti fuissent, pfatus dominus noster Papa, certam aliam commissionis siue supplicationis ce-

Aulam, nobis. N. vtriusq; iuris Doctori, etiam Capellano suo, & dicti palatij cau sarum Auditori, per quedam ex dictis suis cursoribus præsentari fecit, quam nos, cum ea qua decuit reuerentia, recepimus huiusmodi sub tenore. ℭ Dignetur &c. Huiusmodi autem commission. in eius fine signatum reperitur. ℭ Audiat I.P. &c. Præterea autem commissionis huiusmodi, nos in causa & causis huius modi, rite & legitime procedere volentes, ad prouidi viri, Magistri .B. in Rom. Cu. causarum, & honorabilis viri, domini. C. principalis, in præ, & sub in sertis cōmissionibus, & sententijs, principaliter nominati, procuratoris, instantiā, prouidum virum, Magistrum. D. etiam in eadem curia causarum, & supradicti domini. F. exaduerso procuratoris constituti, ad hanc causam legitime substitut. procurator. de quorum hincinde procuratorum, tam constitution. quam substi tution. procurationum mandatis, in actis causæ huiusmodi, legitimis constat do cumentis, ad dicendum & excipiendum, quicquid verbo vel in scriptis, contra præscriptam nobis factam cōmission. cedulam, dicere, siue excipere volebat, ad vnū primo, & deinde, ad dandum & excipien. datiq; & excipi videndū, libellum siue summariā in huiusmodi causa petitionē, ad aliū, necnō, ad iurandum & de liberandū, iurariq; & deliberari videndū, de calūnia vitanda, & veritate dicenda cū omnibus & singulis clausulis & capitulis, in & sub calumniæ iuramento con tentis, ac postmodū, ad ponendū & articulandum, poniq; & articulari videndū, in causa & causis huiusmodi, per quendā dñi nostri Papæ Cursorem, citari man dauimus & fecimus ad reliquos successiuos peremptorios terminos competen. cū dierū congruenti interuallo, vltimos tres terminos huiusmodi, præfato Magi stro. B. procuratori instañ. ad idē nihilominus assignañ. In quibus quidem termi nis & eorū quolibet occuren. per pfatum Magistrum. B. procuratorem, procura torio nomine, dicti dñi. C. principalis sui, coram nobis iudicialiter, comparen. præ fati Magistri. D. procuratoris substituti non comparen. contumacia accusata, ip sumq; contumacem reputari petito, & in eius contumaciam, in secundo quodam libello, siue summaria petitione partis suæ, verbo solum & duntaxat, cum pro testatione offerendi eundem, siue eandem, latius, facto & in scriptis, suis loco & tempore congruis & opportunis, oblato, & in tertio sibi præfixorum terminorum huiusmodi termino, eisdem successiues satisfacien. postquam per nos admissus fuerat, ad mandatum nostrum, & in manibus nostris (tactis per eum corporaliter scripturis sacrosanctis ad sancta Dei Euangelia) solito in huiusmodi causa ca lumniæ iuramento præstito. Nos dictum Magistrum. D. exaduerso procura torem substitutum, non comparen. reputauimus merito (prout erat in singu lis terminis huiusmodi suaden. iustitia) contumacem, & deinde eidem Magi stro. B. procuratori, dicto nomine instañ. & peten. ac ad eiusdem instantiam, D. exaduerso procuratori substituto, præsenti & audienti, ad ponendum & articu landum, poniq; & articulari videndum, certum alium præfiximus & statuimus peremptorium terminum competen. in quo aduenien. prædicti magistri. B. pro curatoris nomine, quo supra, coram nobis iudicialiter comparen. & dicti Ma gistri. D. exaduerso procuratoris substituti, non comparen. contumaciam accu sauit, ipsumq; contumacem reputari instanter postulauit, ac in eius contuma ciam, ipsi termino satisfaciendo positionibus & articulis, in prioribus instañ. causæ huiusmodi, pro dicta sua parte datis, vna cum eorum probatione repe teñ. ac verbo duntaxat reproduceñ. nos eundem Magistrum. D. exaduerso procuratorem substitutum non comparen. reputauimus merito (prout erat iu stitia suaden.) contumacem, & in eius contumaciam, ac ad præfati Magistri B. procuratoris instañ. vlterius, ad dicendum & excipiendum, quicquid verbo vel in scriptis, contra positiones & articulos huiusmodi, dicere siue excipere, in quantum articuli, necnon ad respondendū eisdē, inquantū positiones, existebāt, siue esse censebantur, primo, ac consequenter, ad producendum & produci vi dendum omnia & singula acta, iura, & munimenta, quibus partes huiusmo

di, vti

di, vti & se iuuare in huiusmodi causa volebant, per quendam ex dictis Curso tibus citari mandauimus & fecimus, ad quosdam peremptorios terminos compe teñ. cum congruentibus dierum interuallis, quorum vltimum, dicto magistro. B. procuratori instañ. & peteñ. assignauimus, tunc ad idem. In huiusmodi siquidē terminis & eorum quolibet aduenieñ. comparuit in iudicio legitime coram nobis, Magister. B. exaduerso procurator prædictus, nomine quo supra procuratorio, & dicti Magistri. D. exaduerso procuratoris substituti non compareñ. contumaciam accusauit, ipsumq; contumacem reputari, per nos instanter postulauit, & in eius contumaciam, in secundo terminorum termino sibi præfixo, eidem satisfaciendo, omnia & singula acta, actitata, literas, scripturas, processus, priuilegia instrumenta, iura & munimenta, in dictis prioribus instañ. causæ huiusmodi, pro dicta parte sua quomodolibet habita, facta, & exhibita, atq; producta, repetijt, ipsasq; de nouo, verbo solum & dunraxat reproduxit. Nos tunc Magistrum. D. exaduerso procuratorem substitutum non comparentem, in quolibet terminorum huiusmodi reputauimus merito (prout erat exigeñ iustitia) contumacem, & in eius contumaciam, ad præfati Magistri. B. procuratoris vlteriorem instañ. eundē Magistrum. D. exaduerso procuratorem, vlterius, ad dicendum & excipiendum, quicquid verbo vel in scriptis, contra iura & munimenta huiusmodi dicere siue excipere volebat, & postmodum, ad declarandum & declarari videndum, quicquid partes hincinde in huiusmodi causa, verbo vel in scriptis declarare volebant, per quendam, domini nostri Papæ Cursorem, citari mādauimus & fecimus ad alios successiuos terminos peremptorios, cum competeñ. dierum interuallo, vltimo eorundem, dicto Magistro. B. procuratori instañ. peteñ ad idem assignat In ipsis itaq; terminis & eorum quolibet successiue occurreñ. dicto Magistro. B. procuratori, nomine procuratorio quo supra, coram nobis iudicialiter compareñ & dicti Magistri. D. exaduerso procuratoris, non compareñ. contumaciam accusante, ipsumq;. D contumacem reputari, & in eius contumaciam in primo, omnes & singulas exceptiones, ac materias articulatas, in prioribus huiusmodi causæ instañ. pro dicta sua parte datis repetendo, ac verbo solum reproduceñ. necnon secundo terminorū huiusmodi termino, ipsi satisfaciendo, se nil pro tūc declarare velle diceñ. & allegañ. Nos eundem Magistrum. D. exaduerso pro curatorem substitutum, non compareñ. reputauimus in singulis terminis huiusmodi, iterum (prout erat, dictañ. iustitia) contumacem, & deinde, per præfatum Magistrum. B. procuratorem, quadam petitioñ. dictæ partis suæ papyri cedula facto & in scriptis data & oblata, cuius tenor est talis. ¶ Petit &c. Consequenter, nos ad eiusdem Magistri. B. procuratoris instañ. præfatum Magistrum. D. exaduerso procuratorem substitutum, ad concludendum, & concludi videndum necnon, ad videndum & audiendum nostram diffinitiuam, in scriptis ferri & promulgari sententiam, vel dicendum & causam, si quam habeiet rationabilem, quare præmissa fieri non deberent, allegandum, per quendam ex dictis Cursoribus, citari mandauimus & fecimus, ad certum peremptorium terminum competeñ. quem etiam ipsi Magistro. B. procuratori, dicto nomine instañ. & peteñ. ad idem faciendum præfiximus, in quo comparuit in iudicio legitime coram nobis Magister. B. procurator prædictus, nomine quo supra procuratorio, & dicti Magistri. D. exaduerso procuratoris substituti, non comparentis, contumaciam accusauit, ipsumq; contumacem reputari, & in eius contumaciam (quantum melius potuit & debuit) in causa & causis huiusmodi conclusit, secumq; concludi in eisdem & pro concluso haberi, necnon diffinitiuam, pro se, parteq; sua prædicta, & contra dictam partem, sibi aduersam (iuxta & secundum præinsertæ petitionis suæ formam & tenorem) in scriptis ferri & promulgari sententiam, per nos, debita cum instañ. postulauit. Nos tunc dictum Magistrum. D. exaduerso procuratorem substitutum non compareñ. reputauimus merito (prout erat iustitia suadente) cōtumacem, & in eius contumaciam, vna cum dicto Magistro. B. procuratore cō-

eluden. & secum concludi peten. more solito, in causa huiusmodi conclusimus habuimusq; & haberi volumus in eadem pro concluso, necnon visis per nos pri mitus, & diligenter inspectis, omnibus & singulis actis, actitatis, literis, scripturis, processibus, priuilegijs, instrumentis, iuribus & munimentis, testiumq; dictis & depositionibus, in huiusmodi causa quomodolibet habitis, & factis, exhibitis, atq; productis, ipsisq; cum diligentia & maturitate debite recensitis. De dominorum Coauditorum nostrorum (vel iurisperitorum) consilio & assensu, quibus de ipsius causæ meritis, relationem fecimus plenariam & fidelem, ad nostram diffinitiuam in huiusmodi causa, in scriptis ferendum & promulgandnm sententiam, procedendum duximus atq; processimus, eamq;, per ea quæ vidimus & cognouimus, ac de præsenti videmus & cognoscimus, pro dicto domino. C. principali, & contra supradictum dominum. A. exaduerso principalem (iuxta dictæ petitionis formam & tenorem) in scriptis tulimus & promulgauimus, ac ferimus & promulgamus sententiam, in hunc qui sequitur modum.

¶Christi nomine &c. Lecta, lata & in scriptis promulgata fuit nostra præinserta diffinitiua sententia, per nos. N. Auditorem prædictum Romæ apud sanctum Petrum in palatio causarum apostolico, in quo iura reddi solent, nobis inibi, mane hora Audientiæ causarum consueta, ad iura reddendum & causas audiendū, in loco nostro solito & consueto pro tribunali seden. Sub anno &c. Domini. M. D. &c. Indiction. &c. Die &c. Mensis. N. Pontificatus Sanctissimi Domini &c. N. diuina prouidentia Papæ. N. Anno. N. Præsentibus &c.

¶Cum autem nostra præinserta diffinitiua sententia, nulla prouocatione seu appellatione saltem legitima, suspensa in rem transiuisset iudicatam, nos quandam aliam commissionis siue supplicationis cedulam, nobis ex parte dicti domini. N. Papæ, & per quendam ex dictis suis Cursoribus præsentatam, nos similiter cum reuerentia recepimus, sub hac verborum forma.

¶Beatissime pater &c. Quæ quidem commissio in eius fine sic signata reperitur.

¶De mandato &c. Post cuius quidem vltimæ commissionis siue supplicationis cedulæ præsentationem & receptionem, nobis & per nos, vt præmittitur, factas, subsequenter nos, ad supradicti magistri B. procuratoris instan. prædictum Magistrum D. exaduerso procuratorem substitutum, ad dicendum & excipiendum, quicquid verbo vel in scriptis, contra dictam vltimam commissionem, dicere siue excipere volebat, primo, & deinde, ad videndum & audiendum, omnes & singulas expen. pro parte dicti domini. N. principalis, in huiusmodi causa quomodolibet factas, & in quibus præfatus. N. exaduerso principalis, vt præmittitur, sententialiter condemnatus extitit (iuxta præfatæ vltimæ commissionis vim, formam, & tenorem) per nos taxari & moderari, vel dicendum, & causam, si quam haberet rationabilem, cur id fieri non deberet, allegandum, per quendam ex dictis suis Cursoribus citari mandauimus & fecimus, ad quosdam peremptorios terminos competen. cum congruenti dierum interuallo, videlicet ad diem & horam infrascriptos. Quibus aduenientibus, comparuit in iudicio coram nobis præfatus Magister. N. procurator, nomine quo supra procuratorio, & supradicti Magistri. N. exaduerso procuratoris non comparen. contumaciam accusauit, ipsumq; contumacem reputari, & in eius contumaciam, in secundo terminorum huiusmodi, expen. supradictas, in quadam designationis earundem expensarum papyri cedula, per ipsum Magistrum. N. procuratorem, coram nobis, facto & in scriptis, data & oblata, designatas & expressas (iuxta dictæ vltimæ commissionis vim, formam, & tenorem taxari & moderari per nos, instanter postulauit. Nos tunc. N. Auditor supradictus, dictum Magistrum. N exaduerso procuratorem substitutum, non comparen. reputauimus in quolibet terminorum huiusmodi iterum (prout erat exigente iustitia) contumacem, & in secundo termino rum huiusmodi, ad præfati Magistri. N. procuratoris instan. expen. prædictas ad. X. Ducat. auri, boni & iusti ponderis, prænominato domino. N. principali,

vel eius procuratori legitimo, ad hoc ab eo sufficienti mandato suffulto, eius nomine, per dictum. N. exaduerso principalem, dandos, tradendos, soluendos, ac realiter & cum effectu assignandos prouida moderatione praeuia, Recepto nihilominus a praefato Magistro. N. procuratore, & per ipsum, dicto nomine, de mandato nostro, & in manibus nostris (tactis scripturis sacrosanctis, ad sancta Dei euangelia) corporaliter praestito iuramēto, quod dictus dominus N. principalis suus, tantū & vltra, & pro prosecution. litis & causae huiusmodi, expendisset, & exposuisset, seu saltem necessario expendere & exponere habuisset, & haberet (iuxta praeinsertae vltimae cōmissionis vim, formā, & tenorē) in scriptis taxandū & moderandum duximus, taxauimusq; & moderati sumus, prout taxamus & moderamur per praesentes. ¶ In quorum &c. huiusmodi nostram diffinitiuam sententiam & expen. taxationem praedictas in se cōtinen. siue cōtinens, exinde fieri, &c. ¶ Taxatae autem fuerunt expen. praedictae, per nos. N. Auditorem supradictum, Romae apud Sanctum Petrum, in Palatio causarum &c. ¶ Nota, quod si aduertas narratiuam, & modum procedendi, per praeinsertam notam, conficies notas vnius aut trium sententiarum, cum vel sine taxatione expensarum, inspiciendo diligenter acta causae.

Instrumentū sententiae de cōsensu partiū, in quo termini tenentur vnico contextu, & deinde reiterantur cū remissione expen. & quando acquiescitur sententiae.

In nomine Domini amen. Pridem Sanctissimus in Christo Pater, &c. Dignetur &c. In fine vero dictae commission. siue supplication. &c. ¶ De mandato &c. Post cuius quidem commissionis siue supplicationis cedulae praesentationem & receptionem &c. comparentibus in iudicio legitime coram nobis. N. altero iudicum & cōmissariorum praedictorum, honorabilibus viris, dominis M. ex vna, & N. &c. principalibus, in dicta nobis facta & praesentata commissione principaliter nominatis, pro seipsis (citra tamen quorumcunq; procuratorum suorum reuocationē hinc inde partibus ex altera, ijdem domini. M. &. N. principales, hincinde, in nos. N. alterum iudicum & Commissariorum praefatorum, tanquam in iudicem, ipsis & cuilibet eorum competen. nostramq; iurisdictionem, sponte & expresse consentien. causaq; & causis, primitus per nos, in statu debito, ad alterius eorum instan. (iuxta & secundum praefatae cōmissionis signaturae vim, formam & tenorem) resūptis, ac volen. ipsi in causa & causis huiusmodi litium circuitus, siue anfractus, euitare, ac laboribus & expen. parcere, atq; omnes & singulos terminos substantiales, de stylo palatij Apostolici, in huiusmodi, & praesertim beneficialibus, causis, obseruari solitos, de vnanimi ipsorum consensu, pariter & assensu, simul & semel, ac vnico & eodem contextu, obseruare, se, & quemlibet eorum, ad hoc admitti, per nos. N. iudicem & commissarium praefatum, debita cum instan. postularunt, & quilibet eorum postulauit. Nos tunc. N. iudex commissarius praefatus eosdem dominos. M. &. N. hincinde principales, & instantes peten. ad obseruationem huiusmodi terminorum, more solito duximus admitten. & admisimus, ipsisq; per nos admissis, ac per eos & eorum quemlibet omnibus & singulis terminis substantialibus praefatis (iuxta & secundum praedictae commissionis vim, formam & tenorem) coram nobis simul & semel ac vnico contextu, tentis & obseruatis, ac positionibus & articulis, alijsq; iuribus & munimentis, suis loco & tempore congruis & opportunis, factis, realiter & in scriptis, exhibitis & productis, Consequenter, comparuerunt in iudicio legitime coram nobis. N. &. N. iudicibus

& commissarijs præfatis, ijdem domini. N. &. N. hincinde principales, principaliter pro seipsis, citra tamen quorumcunque procuratorum suorum reuocationem & se, de simili eorum expresso consensu, ad reiterationem omnium & singulorum terminorum substantialium, vt præmittitur, in hac causa prius tentorum & obseruatorum, simul & semel, vnico & eodem contextu admitti per nos, instanter postularunt, & quilibet eorum postulauit. Nos tunc. N. &. N. Iudices & Commissarij præfati, prædictos dominos. M. &. N. principales hincinde instañ. & peteñ. ad reiterationem terminorum huiusmodi, de ipsorum consensu expresso, duximus hincinde, more solito admitteñ. & admisimus, illisque hoc peteñ. ad dandum & recipieñ. darique & recipi videndum, libellum siue summariam, in huiusmodi causa petitionem, certo & peremptorio termino cõpeteñ. tunc ad statim per nos assignato, in quo præfati domini. M. &. N. principales hincinde, libellum, verbo solum & duntaxat, obtulerunt atque dederunt, ac alter eorum obtulit atque dedit. Et postquam per nos ad hoc admissi fuerant, ad mãdatum nostrum, & in nostris manibus, per eos & eorum quẽlibet, tactis corporaliter scripturis sacrosanctis ad sancta Dei Euangelia, de calumnia vitanda, & veritate dicenda, cum omnibus & singulis capitulis, in & sub calumniæ iuramento contentis, præstiterunt, & alter eorum præstitit iuramentum. Quo quidem iuramento sic præstito, sati faciendo termino ad ponendum & articulandum, ponique, & articulari videndum, in huiusmodi causa, hoc etiam eis petentibus & eorum cuilibet, tunc ad statim assignauimus, per ipsos dominos M. &. N. principales hincinde, omnibus & singulis positionibus & articulis suis, prius in hac causa, per eos datis & productis, inquantum faciebant pro se, respectiue, & contra alterutrum, & non alias, aliter, vltra neque alio modo repetetis, ac tunc, verbo solum & duntaxat, iudicialiter reproductis, deinde in termino, ad dicendum contra articulos, ipsis dominis. M. & N. principalibus hincinde, ad hoc præfixo quilibet eorum, cõtra alterutrius positiones & articulos in hac causa datos, & repetitos generaliter, verbo solum & duntaxat, excepit, de excipiendo contra eosdem, facto, realiter & in scriptis, suis loco & tempore congruis & opportunis protestando. Nos tunc. N. & N. iudices & Commissarij præfati, eidem dominis. M. & N. principalibus hincinde, ad producendum & produci videndum omnia & singula munimenta, quibus ipsæ partes, hincinde vti & se iuuare volebant, præfiximus ad statim, videlicet peremptorium terminum competeñ. In huiusmodi quoque termino, præfati domini. M. & N. principales respectiue, omnia iura & munimenta sua, prius in hac causa exhibita & producta, inquantum faciebant pro se, & contra alterutrius partem, & non alias, aliter, vltra, neque alio modo, repetierunt, & quilibet eorum, iura & munimenta sua, repetijt, eaque tunc de nouo, verbo solum & duntaxat reproduxit. Subsequenter, nos, ipsis hincinde instañ. & peteñ. ad dicendum & excipiendũ, quicquid verbo vel in scriptis, contra alterutrius iura & munimenta, dicere seu excipere volebant, primo, & deinde, ad declarandum, & exaduerso declarari videndum, in causa huiusmodi, vt supra, vt præfiximus, peremptorios terminos competeñ. In quorum primo, ipsi domini. M. &. N. principales hincinde, contra alterutrius iura & munimenta huiusmodi, verbo solum & duntaxat, generaliter exceperunt, cum protestatioñ. dicendi & excipiendi contra eadem, facto, realiter & in scriptis, suis loco & tempore congruis & opportunis, & post hoc, in secundo prædictorum terminorum termino, se hincinde in hac causa, tunc nil declarare velle dixerunt & allegauerunt. Et interim, ac etiam postmodum, omnibus & singulis huiusmodi iuribus & munimentis, in parte, per vnam partem, alteri pro sufficienter, ac residua parte, sufficienter productis & recognitis, & successiue oblata per præfatum dominum. N principalem, principaliter pro se ipso, citra tamen quorumcunque procuratorum suorũ reuocationem, quadam petitioñ. sub hac verborum forma. ¶ Petit procurator &c. Tandem, videlicet, die & hora infrascriptis, compareñ. in iudicio coram nobis. N. &. N iudicibus, & commissarijs præ

fatis, dominis.N.&.N. principalibus hincinde, & principaliter pro seipsis, citra tamen quorumcunque procuratorum suorum reuocationem, huiusmodi prædictis partibus, ex altera, quilibet eorum, quantum in eo fuit, & erat, ac melius potuit & debuit, omnia & singula acta, actitata huiusmodi, ac iura, & munimenta quomodolibet habita, facta & producta, ac recognitiones, tanquam valida, canonica, & legitime facta, in huiusmodi causa ratificauit, approbauit, & emologauit, & pro ratis, gratis, approbatis, validis, & bene, legitime, & canonice factis & gestis, habuit & haberi voluit. Et nihilominus hincinde, ijdem domini .M. & .N. principales (quantum melius potuerunt & debuerunt) in huiusmodi causa concluserunt, & quilibet eorum conclusit, secumque in eadem causa concludi, & pro concluso haberi, necnon diffinitiuam in scriptis (iuxta & secundum præmissæ petitionis vim, formam & tenorem) in causa huiusmodi ferri & promulgari sententiam, per nos.N. &.N. iudices & commissarios præfatos, debita cum instan. postularunt, & quilibet eorum postulauit. Nos tunc.N.&.N. iudices & commissarij præfati, vna cum dictis dominis.M. & .N. hincinde principalibus concluden. & secum concludi petentibus, in huiusmodi causa duximus concludendum, atque conclusimus, habuimusque & haberi volumus in eadem causa legitime pro concluso. Et nihilominus, visis per nos primitus & diligenter inspectis, omnibus & singulis actis, actitatis, literis, scripturis, instrumentis, iuribus & munimentis ac alijs ratificationibus in huiusmodi causa habitis, & exhibitis, productis & factis, eisque cum diligentia & maturitate debite recensitis. De iurisperitorum consilio, ad nostram, in huiusmodi causa, diffinitiuam ferendam, & in scriptis promulgandam sententiam, procedendum duximus & processimus, eamque, per ea quæ vidimus & cognouimus, in scriptis tulimus in hunc qui sequitur modum. ¶ Christi nomine &c. ¶ Notam clausulam dimittendi expen. & partem acquiescendi sententiæ. Qua sic per nos lata diffinitiua sententia, præfatus.N. procurator, quo supra nomine procuratorio, omnes & singulas expen. in quibus præfatus.N. exaduerso principalis dicto domino.N.exaduerso principali suo, per nos sententialiter extitit condemnatus, eidem domino.N. exaduerso principali, ibidem præsenti, ac acceptanti, sponte & liberaliter remisit, ipsumque de illis quitauit pœnitus, & absoluit, extunc supradictus.N. exaduerso principalis, præinsertæ nostræ diffinitiuæ sententiæ, sponte acquieuit, illamque, omnibus melioribus modo, via, iure, & forma, quibus melius potuit, ratificauit, approbauit, & emologauit, ratamque & gratam habuit, & se, ab eadem, nullo vnquam tempore, prouocare seu appellare velle dixit, & bona fide promisit, ac ad sancta Dei Euangelia (tactis corporaliter scripturis sacrosanctis) in nostris manibus iurauit. ¶ In quorum omnium &c. Lecta, & lata, & in scriptis promulgata fuit hæc nostra diffinitiua sententia, & per nos.N. &.N. iudices & commissarios præfatos, Romæ in domo habitationis nostræ.N. alterius iudicum & Commissariorum præfatorum, nobis.N.&.N.iudicibus & commissarijs prædictis, inibi hora vesperorum &c. ¶ ET PER PRAEMISSVM, & primam, conficies alias notas, duarum aut trium sententiarum, etiam si vnico contextu termini teneantur, & non reiterentur, vel econtra, aut expen. non remittantur, nec sententiæ acquiescatur, dimittendo clausulas hoc tangen. per reiterationem conficiendo simultaneam terminorum obseruationem, quia omnia inferere esset superfluum.

Instrumentũ sententiæ, vbi per contradictas processum fuit, cum taxatione expeñ.

Pridem Sanctissimus &c. Quãdã cõmissionis siue supplicationis cedulã, nobis Fabio Acorõbono Audi-

quendam suum Cursorem præsentari fecit, quam nos, cũ ea qua decuit reuerentia recepimus huiusmodi sub tenore. ¶ Dignetur &c. Huiusmodi commissionis talis erat signatura. ¶ De mandato &c. Cuius quidem commissionis vigore, citatione legitima, vna cum inhibitione inserta, pro parte honorabilis viri, domini. A. principalis, in præ & sub insertis commissioñ &c. atq; concessa, ipsaq; citatione cum inhibitioñ. in dictis partibus, contra & aduersus dictum. B. exaduerso principalem, debite executa. ac ipsius executioñ. huiusmodi, per præfatum dominum. A. principalem (citra procuratorum suorum reuocationem) coram nobis iudicialiter compareñ. primo verbo, & deinde in quodam alio competeñ. termino, facto, & in scriptis exhibitis, atq; productis. Nos consequenter, ad prouidi viri, Magistri C. in dicta Rom. Cur. causarum &c. instañ. supradictum. B. exaduerso principalem, omnesq; alios &c. putañ. eorumq; procuratores, si qui tunc erant in dicta Rom. Cu. pro eisdem, ad dicendum, & excipiendum, quicquid verbo vel in scriptis, cõtra cõmissionem, citationem & eius executionem prædictas dicere siue excipere volebant, primo ad vnum, & deinde, ad dandum & recipiendum, dariq; & recipi videndum &c. vt in primo, & articulari videndum, in causa huiusmodi per audientiam publicam literarum contradictarum domini nostri Papæ, citari mandauimus & fecimus, ad reliquos successiuos termino competeñ. cum dierum competeñ. interuallo, vltimos duos terminos huiusmodi, dicto Magistro. C. procuratori instañ. & peteñ. partiq; suæ ad idem assignañ. In quorum terminorum quolibet successiue adueniẽñ. per præfatum Magistrum. C. procuratorem, nomine procuratorio dicti domini. A. principalis, coram nobis iudicialiter compareñ. citatorum prædictorum, in quibusdam citationis Audientiæ cedulis, a nobis emanatis, de nostrisq; voluntate & mandato, in dicta Audientia Contradictarum, positis, lectis, signatis, sigillatis, & debite executis, & per ipsum, coram nobis vicissim iudicialiter repræsentatis contentorum, necnon Magistri. D. exaduerso procuratoris prædicti, non compareñ. contumacia accusata, ipsosq; contumaces reputari, instanter postulato, & in eorum contumaciam, dictis sibi præfixis terminis, satisfaciendo, in primis, quodam libello partis suæ, verbo duntaxat oblato, & de offerendo eundem, latius facto, & in scriptis, suis loco & tempore opportunis, protestato. In secundo vero, postquam per nos ad hoc admissus fuerat, de calumnia vitanda, & veritate dicenda, solito in huiusmodi causa calumniæ iuramento præstito. In tertio autem terminis prædictis sibi assignatis, positionibus & articulis, de iure partis suæ, realiter, & in scriptis datis & exhibitis. (Vel sic, positionibus & articulis partis suæ, verbo duntaxat, cum protestationibus datis atq; exhibitis.) Nos dictos citatos non compareñ. reputauimus merito, prout erant in singulis &c. coram nobis iudicialiter compareñ. & citatorum prædictorum, in quibusdam alijs citationum Audientiæ cedulis, similiter in dicta Audientia debite executis, & per eundem, ibidem, facto & in scriptis repræsentatis, contentorum non compareñ. contumaciam accusauit, ipsosq; contumaces reputari instanter postulañ. & in eorum contumaciam, in vltimo terminorum huiusmodi, eidem pro parte sua satisfaciendo, iura & munimenta partis suæ prædictæ, verbo duntaxat, cum solita protestatioñ. produceñ. Nos citatos prædictos non compareñ. reputauimus iterum (prout erant iustitia dictante) contumaces, & ipsos vlterius in eorum contumaciam, ac ad præfati Magistri. C. procuratoris continuam instañ ad dicendum & excipiendum quicquid verbo vel in scriptis, contradicta iura & munimenta repetita & producta huiusmodi, dicere siue exci pere volebant, ad vnum, & postmodum, ad declarandum & declarari videndum quicquid partes hincinde, verbo vel in scriptis, in præsenti causa declarare volebant, per audientiam Contradictarum sæpe dictam, citari mandauimus & fecimus, ad alios peremptorios &c. Vltimo eorundem terminorum, magistroq; D. procuratori, ad idem nihilominus, per nos assignato, in huiusmodi autem ter-

minorum quomodolibet, præfato magistro.C. procuratore dicto nomine, coram nobis iudicialiter comparen. & citatorum prædictorum in quibusdam alijs citation. Audientiæ cedulis, etiam, vt præmittitur, contentorum, non compa ren. contumacia accusata, ipsosque contumaces reputari instanter postulan. & in eorum contumaciam, in vltimo terminorum huiusmodi, eidem pro parte sua satisfaciendo, se pro tunc, in causa huiusmodi, nil declarare velle dicen. & al legan. Nos citatos prædictos non comparen. reputauimus iterum (prout erant iustitia dictante) contumaces, Postmodum vero pro parte dicti domini. A. principalis, quibusdam positionibus & articulis, ac pro eorundem per nos, ad pro bandum in Romana Curia duntaxat, more solito, admissorum probatione & ve rificatione, nonnullis iuribus & munimentis, facto & in scriptis, necnon testibus fidedignis coram nobis exhibitis atque productis. Ipsisque testibus per nos receptis & admissis, & de mandato nostro, in iuris forma iuratis, & in terrogatis, ac ipsorum dictis & depositionibus, in scriptis fideliter redactis, datisque postmodum, coram nobis, pro parte dicti domini .A. principalis, quadam petition. cedula, facto, & in scriptis, cuius tenor sequitur, & est talis.

¶Petit procurator &c. Consequenter, nos ad prælibati Magistri.C. procuratoris instan. citatos antedictos, vlterius ad concludendum &c. necnon ad audiendum &c. vt in alia præceden. mutatis mutandis, vsque post lecta, lata &c. Postquam autem præinserta nostra diffinitiua sententia &c. iudicatam, Subsequenter quandam aliam commissionis siue supplicationis cedulam, nobis ex parte dicti domini nostri Papæ, per vnum ex dictis suis Cursoribus præsentatam, simili cum reuerentia recepimus, huiusmodi sub tenore. ¶Beatissime Pater, &c. In fine &c. ¶De mandato &c. Post cuius quidem &c. factas, nos ad prælibati Magistri &c. vt in primo in huiusmodi causa legitime factis. taxari & moderari, vel dicendum & causam, si quam haberent rationabilem, quare præmissa &c. allegandum, per nostras certi tenoris literas, sigilli nostri impressione munitas, in valuis Cancellariæ Apostolicæ, ac Basilicæ Principis apostolorum de Vrbe, per quendam domini nostri Papæ Cursorem affixas, & inibi (vt moris est) tempore feriarum debite executas, cum propter vacationes seu ferias generales, de mandato domini nostri Papæ, dictæ citation. huiusmodi, in Audientia Contradictarum legi non poterant, citari mandauimus & fecimus ad alios successiuos & peremptorios terminos competen. vltimum videlicet, ad diem & horam infrascriptos, quibus eorum primo aduenien. comparuit in iudicio legitime coram nobis, Magister.C. procurator prædictus, procuratorio nomine quo supra, & citatorum prædictorum, in dictis nostris citatorijs literis in valuis prædictis, ad instar edictorum publicorum, propter vacationes antedictas affixis, inibi debite executis, & nobis, per vnum ex dicti domini nostri Papæ Cursoribus reportatis, & per eundem Magistrum.C. procuratorem repetitis, & de nouo reproductis contentorum, non comparentium contumaciam accusauit, ipsosque contumaces reputari, & in eorum contumaciam, expen. &c. vt supra in proxime scriptis & in alio terminorum huiusmodi, in dicti Magistri.D. exaduerso procuratoris præsentia, omnes & singulas expen. in huiusmodi causa, pro parte sua, vt præmittitur, factas (iuxta cuiusdam designation. papyri cedulæ, necnon vltimæ præinsertæ commissionis dependen. vim, formam, & tenorem) taxari & moderari, per nos debita cum instantia postulauit. Nos tunc dictos citatos non comparentes, reputauimus non immerito, quo ad primum actum, & terminum (suadente iustitia) contumaces, & in alio huiusmodi terminorum termino, expensas antedictas, in prælibati Magistri .D. exaduerso procuratoris præsentia, ad.L. Oncatos auri de Camera &c. ¶In quorum &c. taxatæ &c.

Instrumētū sentētiæ super desertione appellationis.

Contra quam quidem commissioñ. per præfatum .A. exaduerso principalem, citra procuratorum reuocationem, coram nobis in quodam peremptorio termino iudicialiter compareñ. nonnullis exceptionibus, non tamen releuantibus neq; iurisdictionem nostram in aliquo elideñ. & contra easdem viceuersa, per prouidum &c. & eo nomine procuratorio, in certo termino etiam peremptorio, quibusdam replicatioñ. facto & in scriptis datis & exhibitis, certoq; vlteriori, in causa præsenti, continuato processu. Tandem nos, ad eiusdem Magistri.B. procuratoris instañ. præfatum.C. exaduerso principalem, ad docendum, & fidem legitimam faciendum, de diligentia & prosecutione debit. & appellatione pro parte sua a sententia diffinitiua, per dictum dominum Antonium Augustinum Auditorem, in hac causa lata interposita,, per quendam ex dictis Cursoribus citari mandauimus & fecimus ad certum peremptorium terminum competeñ. In quo per præfatum Magistrum.B. procuratorem, dicto nomine procuratorio, coram nobis iudicialiter compareñ. dicti.G. exaduerso principalis contumacia accusata, ipsoq; pro contumace, prout erat reputari petito, & per nos reputato. Nos certis de causis animum nostrum ad hoc mouentibus, a Rom. Cu. recessimus, quem ob recessum, præfatus dominus noster Papa, quandam generalis commissionis siue supplicationis cedulam, Reuerendo Patri domino Peregrino Fabio Episcopo Vestañ. &c. ex dictis Cursoribus, præsentari fecit, sub hac verborum forma siuelq serie. ℭBeatissime pater &c. In fine &c. ℭ De mandato &c. Prætextu generalis cōmissionis huiusmodi, idem dominus Episcopus & locumteneñ. in causis prædictis, debite resumptis, vlterius rite procedendo, ad præfati Magistri. B. procuratoris instañ. dictum.C. exaduerso principalem, ad docendum & fidem faciendum de diligentia & prosecutione dictæ appellationis primo, secundo, ac deinde ad idem pro tertio, per quendam ex Cursoribus prædictis, citari mandauit & fecit, ad certos peremptorios successiuos terminos competeñ. cum tem poris congruenti interuallo. In quorum terminorum quolibet, successiue adue nieñ. dicto Magistro.B. procuratore, dicto nomine, coram ipso domino Episcopo & locumtenen. compareñ. & dicti domini.C. exaduerso principalis contumacia accusata, ipsumq; contumacem reputari postulañ. idem dominus Peregrinus Episcopus locumtenens, dictum.C. exaduerso principalem reputauit, etiam, prout erat in singulis terminis huiusmodi (dictañ. iustitia) contumacem. Subsequenter nos Antonius Augustinus Auditor antedictus, qui ad Rom. Cu. prædictam reuersi, causas easdem, nostro ex officio, in statu debito rite resumpsimus, ad prouidi viri Magistri.B.in dicta Rom.Cu. causarum, similiter, & prælibatum magistrum.F. procuratorem constitutum, ad hanc causam legitime, substituti procuratoris (de cuius etiam procurationis mandato, nobis legitime extitit facta fides) instañ. ad docendum, & fidem legitimam faciendum, de diligentia & prosecutione dictæ appellationis, quarto, & ex superabundanti, & ad omnem ipsorum malitiam conuincendam, per vnum ex Cursoribus prædictis, citari mandauimus & fecimus, ad alium terminum competeñ. &c. Habeas respectum ad alia instrumenta.

Initiū instrumenti, quādo fuit in partibus ꝓcessum.

In nomine &c. Orta dudum in partibus, coram venerabili viro, domino .A. Archidiacono .B. iudice & commissario, auctoritate ordinaria deputato, inter honorabilem virum, dominum

.C.principalem, in infrascriptis commissionibus & sententijs principaliter nominatum, ex vna, & quendam. D.exaduerso principalem, in eisdem commissionibus & sententijs exaduerso principaliter nominatum, de & super parochiali ecclesia de.M.N.dioc.& eius occasione partibus ex altera materia quæstionis, idem dominus Archidiaconus iudex & commissarius, in causis huiusmodi rite & legitime procedens, in fauorem dicti domini.C.& contra dictum.D. quandam diffinitiuam adiudicatoriam in scriptis tulit & promulgauit sententiam, in hunc qui sequitur modum. ¶Christi nomine &c. A. qua quidem diffinitiua sententia, pro parte dicti. D. exaduerso principalis, ad Sanctissimum in Christo Patrem, &.D.N. D. Paulum, diuina prouidentia Papam Quartum, eiusq; sanctam sedem apostolicam, prouocato & appellato, apostolisq; petitis & reuerentialibus obtentis, præfatus dominus noster Papa, quandam commissionis siue supplicationis cedulam, nobis Ioan. Suaui Reomano Auditori &c. per quendam suum Cursorem.

Instrumẽtũ sententię, quando causa cõmittitur Cardinali, viuæ vocis oraculo, & termini tenentur vnico cõtextu p Audiẽtiã Cõtradictarũ.

In nomine Domini. Anno &c. ¶Pridem Sanctissimus in Christo Pater, & dominus noster, dominus Paulus diuina prouidentia Papa IIII. nobis Iacobo tituli Sancti Simeonis, presbytero Cardinali de Puteo vulgariter nuncupato (viuæ vocis oraculo) commisit, atq; dedit in mandatis, quatenus rectores, priores, consules & ciues ciuitatis A. necnon quendam.B. habitatorem Castri.C. D. dioc. omnesq; alios & singulos sua communiter vel diuisim interesse putañ. ac Reuerendum in Christo Patrem, & dominum dominum, Dei & Apostolicæ sedis gratia Episcopum .G. exaduerso principalem, bona.N.&.N. quomodolibet occupañ. seu perturbañ. per vos, vel alium, seu alios, extra Romanam Curiam, & ad partes, citaři, & in eadem curia, præfato.B.exaduerso, de eisdem bonis, infra certum peremptorium terminum, competeñ. per nos ad hoc statuendum, de iustitia responsuri, coram nobis legitime comparere, apostolica auctoritate, nobis in hac parte commissa faceremus. Cuius quidem commissionis vigore, citatione legitima, pro parte præfati.G. episcopi principalis, ac contra præfatos rectores, priores, consules, & ciues, ciuitatis. A. &c. exaduerso principales, per nos Iacobum Iudicem & commissarium præfatum, decreta atq; concessa, ac in partibus debite executa, & de eisdem reportata, necnon in dicta Rom. Cu. cum eius executioñ. facta, & in scriptis coram nobis iudicialiter reproducta. Subsequenter nos ad prouidi viri, Magistri. L. præfati domini episcopi procuratoris instañ. de cuius procurationis mandato nobis legitimo constat documento, rectores, priores, consules, & ciues præfatos, omnesq; alios & singulos, sua communiter &c. vt in alijs, & consuetis, simul & semel, ac vnico contextu (iuxta præfatæ nobis, viuæ vocis oraculo, factæ commissionis vim, formam, & tenorem) obseruandum, & obseruari videndum, per Audientiam publicam literarum Contradictarum domini &c. ¶Nos tunc Iacobus Cardinalis, iudex & commissarius præfatus, dictos citatos non comparenñ. neq; huiusmodi termino in aliquo satisfacere curañ. licet tamen sufficienter, & vsq; ad horam debitam expectat. reputauimus merito (prout erant, quo ad actum & terminum huiusmodi, id suadente iustitia) contumaces, & in eorum contumaciam, dictum Magistrum. L. procuratorem instañ. & peteñ. ad obseruationem omnium & singulorum terminorum prædictorum (iuxta

ffinitiua sententia, vt præfertur, lata, ac termino ad appellandum ab eadem ad huc penden.) Subsequenter nos ad prouidi viri, Magistri.D.in Rom. Cu. causarum, & honorabilis viri, domini.E. principalis, in præinsertis commissione & sententia principaliter nominati procuratoris, instan. prouidum virum, Magistrum.F. in eadem curia etiam causarum, & honorabilis viri domini.C. exaduerso principalis, in eisdem commissione & sententia, exaduerso principaliter descripti, procuratorem, de quorum hincinde procuratorum procurationum mandatis, apud acta causæ huiusmodi, legitimis dignoscitur constare documentis. Ad videndum & audiendum parochialem ecclesiam.G. illiusq; possessionem, ac omnes & singulos fructus, redditus, & prouen. iura, obuention. & emolumenta eiusdem ecclesiæ, ac quascunq; terras, possessiones, & alias res, ad eandem parochialem ecclesiam, seu ad ipsius rectorem, pro tempore, qualitercunq; spectan. & pertinen. sequestrari, ac sub firmo & arcto sequestro poni mandari, necnon sequestratores deputari, literasq; desuper necessarias & opportunas, in forma solita & consueta (iuxta & secundum cuiusdam Bullæ, siue constitution. per fe. re. Innocentium Papam VIII. desuper datæ, editæ, & concessæ vim, formam & tenorem) decerni & concedi, Vel dicendum & causam &c. allegandum, per quendam, ex dicti domini nostri Papæ Cursoribus, citari mandauimus & fecimus, ad certum peremptorium terminum competen. ad diem videlicet & horam infrascriptos. Quibus adue nien. comparuit in iudicio legitime coram nobis, dictus Magister.D. procurator & eo nomine procuratorio, dicti Magistri.F. exaduerso procuratoris, non comparen. contumaciam accusauit, Ipsumq; contumacem reputari, & in eius contumaciam, præfatam parochialem ecclesiam, illiusq; possessionem, ac fructus, redditus, prouen. iura, obuen. & emolumenta, terras, possessiones, & alias res quascunq; antedictas (iuxta dictæ bullæ siue constitutionis formam & tenorem) sequestrari, ac sub firmo & arcto sequestro poni mandari, ac sequestratores deputari, literasq; desuper necessarias & opportunas, in forma debita & consueta, decerni & concedi per nos, debita cum instantia postulauit. Nos tunc Peregrinus Fabius Episcopus locumtenens præfatus, dictum Magistrum.F. exaduerso procuratorem, non comparen. reputauimus non immerito (prout erat, quo ad actum & terminum huiusmodi, iustitia exigen.) contumacem. Et in eius contumaciam, attenden. postulationem huiusmodi fore iustam, & consonam rationi, quodq; iusta peten. non est denegandus assensus, ac volen. inter partes ipsas, æqualitatem seruare, vt tenemur, Idcirco auctoritate apostolica nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, ad præfati Magistri.D. procuratoris instan. dictam parochialem ecclesiam, illiusq; possessionem, ac omnes & singulos fructus, redditus, prouentus, iura, obuention. emolumenta, terras, possessiones, & alias res quascunq; antedictas (iuxta & secundum dictæ constitutionis vim, formam, & tenorem) sequestrauimus. Necnon vos dominos.A.&.B. Canonicos antedictos, & vestrum quemlibet insolidum, de quorum probitate & idoneitate, fiduciam in domino gerimus singularem, pro sequestratoribus deputauimus, prout sequestramus & deputamus præsentium per tenorem, has nostras literas desuper decernen. opportunas.

¶ Quæ omnia & singula supradicta, vobis dominis.A.&.B. Canonicis sequestratoribus antedictis, & cuilibet vestrum insolidum, Necnon.E. exaduerso principali, omnibusq; alijs & singulis, quorum interest, intererit, aut interesse poterit quomodolibet in futurum, intimamus, insinuamus, & notificamus, ac ad vestram & cuiuslibet vestrum notitiam deducimus & deduci volumus per præsentes. Et nihilominus, vos dominos.A.&.B. Canonicos sequestratores antedictos, & vestrum quemlibet, tenore præsentium, requirimus & monemus primo, secundo, tertio, & peremptorie, Vobisq; nihilominus, & vestrum cuilibet, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub infrascriptis senten

tiam pœnis, districte præcipiendo mandañ. quatenus infra. XII. dierum spatium, post præsentationem seu notificationem præsentium, vobis aut alteri vestrum factas, & postquam pro parte dicti domini.E. principalis, super hoc, vigore præsentium, fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus, immediate sequeñ. Quorum XII.dierum, quatuor pro primo, quatuor pro secundo, & reliquos quatuor dies, vobis & vestrum cuilibet, pro tertio & peremptorio termino, ac monitione canonica assignamus, ita tamen, quod in his exequendis, vnus vestrum alium non expectet, nec vnus pro alio se excuset, præfatam parochialem ecclesiam .G. illiusq; possessionem, omnesq; & singulos fructus, redditus, proueñ. iura, obuentioñ. & emolumenta dictæ parochialis ecclesiæ, ac quascunq; res, terras, domos, vineas & possessiones antedictas, ad eandem parochialem ecclesiam, seu ad illius pro tempore rectorem, qualitercunq; spectañ. & pertineñ. dicta auctoritate apostolica, per nos, vt præmittitur, sequestratas, sequestretis, & sequestrari mandetis, ita quod fructus, redditus, & prouentus eiusdem ecclesiæ parochialis, successiue temporibus (prout in futurum euenient) diligenti & bona custodia adhibita, recolligatis, recipiatis, & leuetis, seu per alios, recolligi, recipi, & leuari faciatis, ac vtiliter conseruetis & custodiatis, atq; sub arcto sequestro, teneri & custodiri faciatis, ad vsum & vtilitatem partis in huiusmodi causa finaliter triumphaturi, & victoriam obtenturi, donec & quousq;, per dictum dominum nostrum Papam, vel nos, aut alium, de ipsius mandato & auctoritate, sequestrum huiusmodi fuerit relaxatum, aut vobis sequestratoribus antedictis, seu cuilibet vestrum, mandatum seu intimatum fuerit, cui de prædictis fructibus, redditibus prouentibus & bonis præfatæ parochialis ecclesiæ debeatis respondere. Volumus tamen, quod huiusmodi sequestro durante, ecclesia parochialis ipsa, in diuinis nullatenus negligatur, sed ei fideliter & legaliter (prout animarum cura requirit) legitime deseruiatur. Inhibemus insuper & mandamus, vobis dominis, A.&.B sequestratoribus antedictis, & vestrum cuilibet insolidum, ac omnibus & singulis colonis, arrendatoribus, agricultoribus, decimatoribus, & redditauarijs, terrarumq;, vinearum, domorum, & aliarum rerum, ad dictam parochialem ecclesiam spectantium, possessoribus & detentoribus, sub eisdem sententiarum pœnis infrascriptis, dicta Canonica monitione præmissa, ne vos, vel ipsi (prout vos, & eos respectiue concernit) huiusmodi durante sequestro, dicto.C.exaduerso principali, aut cuiquam alteri (præterquam vobis sequestratoribus antedictis, seu alteri vestrum) vt & tanquam sequestratoribus, de fructibus, redditibus, & prouentibus dictæ parochialis ecclesiæ respondeatis, seu respondeant, ac responderi faciatis, seu permittant. Nec ipse.B. exaduerso principalis, sub eisdem pœnis infrascriptis, de ipsius ecclesiæ parochialis fructibus, redditibus, & prouentibus antedictis, huiusmodi, durañ. sequestro, per se, vel alium, seu alios, se aliqualiter intromittat, publice vel occulte, directe, vel indirecte, quouis quæsito colore vel ingenio. ¶QVOD SI FORTE, vos domini. A.&.B.sequestratores antedicti, seu alter vestrum, ac ipse.C. exaduerso principalis, omnesq; alij & singuli supradicti, præmissa omnia & singula non adimpleueritis, prout superius mandatur, seu adimpleuerint, aut aliquid in contrarium feceritis seu fecerint, aut fieri procurauerіtis, seu procurauerint, ac ad faciendum contrarium, occasionem, auxilium, consilium, vel fauorem dederitis, seu dederint, publice vel occulte, ita quod monitioñ. inhibitioñ. & mandatis nostris huiusmodi, immo verius apostolicis, non parueritis, seu paruerint, realiter & cum effectu. Nos in vos dominos. A. &. B. sequestratores antedictos, ac vestrum quemlibet, ac ipsum .C. exaduerso principalem, omnesq; alios & singulos supradictos, in præmissis contradictores & rebelles, ac inobedientes, dicta.XII. dierum canonica monitione præmissa, pœnas Clementinæ, ad compescendum, videlicet excommunicationis, & alias pœnas,

in eadem

in eadem Clementina expressas, exnunc, prout extunc, & extunc, prout exnunc, ferimus in his scriptis, & etiam promulgamus. Volumus autem, quod si non ambo his exec. uen. intercsse poteritis, legitima vnius execution. præceden. alter vestrum nihilominus ea legitime exequatur, ac liberi exequi possit & valeat. ¶ Absolutionem vero &c. IN QVORVM &c.

¶ ITEM Si Episcopus fuerit exaduerso principalis sequestrator, tunc pone post promulgamus. ¶ Vobis vero Reuerendo &c.

Sequestrum per Auditorem Cameræ decretum.

Franciscus Albericus &c. Venerabilibus &c. A &. B. ac honorabili viro. C. exaduerso principali, necnon quibuscunque arrendatoribus, vindemiatoribus &c. & laboratoribus terrarum, pratorum, vinearum, &c. ac aliorum bonorum quorumcunque, ad Monasterium. D. quomodolibet spectan. & pertinen. omnibusque alijs & singulis &c. præfulgeant dignitate, Salutem in domino, & præsentibus fidem indubiam adhibere, nostrisque &c. mandatis. Noueritis, qu. d nuper, ad R. P. D. E. instan. dictum. C. exaduerso principalem, per nostras certi tenoris literas speciales, extra Rom. Cu. & ad partes, quatenus infra certum peremptorium terminum tunc expressum &c. vt in monitorio, excommunicationis pœna, monuimus & requisiuimus, monerique & requiri fecimus, prout in dictis literis monitorijs &c. & habetur. Successiue vero literis monitorijs huiusmodi, præfato. C. exaduerso principali, & certis alijs debite in partibus insinuatis, & notificatis, & legitime contra eundem. C. exaduerso principalem, in partibus executis, ipsisque literis, vna cum earum execution. per eundem. E. coram nobis, realiter, & in scriptis productis. Nos tunc in causa & causis huiusmodi rite &c. nostram in scriptis &c. sententiam in hunc qui sequitur modum. ¶ Christi nomine &c. A. qua quidem diffinitiua nostra sententia, pro parte dicti. C. exaduerso principalis, ad S. in Christo Patrem, & D. N. D. Iulium, diuina prouidentia Papam. III. eiusque sanctam sedem apostolicam, prouocato, & appellato, dictus. D. N. Papa, quandam commissionis siue supplicationis cedulam, nobis &c. præsentari fecit, quam nos cum ea &c. ¶ Dignitati &c. In fine &c. ¶ De mandato &c. Cuius quidem commissionis vigore, nos, ad prouidi viri &c. vt in præceden. Et ita de alijs.

De substitutione Procuratorum.

Substitutio procuratorum in vim mandati, cum insertion. eiusdem.

In nomine &c. Constitutus prouidus vir, Magister. A. in Rom. Cu. causarum, & venerabilis viri, domini. B. principalis procurator, prout de suæ procurationis mandato, fidem fecit legitimam, per quoddam publicum instrumentum, signo & subscriptione discreti viri. C. publici, apostolica auctoritate notarij, signatum & subscriptum, & per eundem notarium in notam sumptum, & receptum, cuius tenor &c. est talis. ¶ In Dei nomine &c. In quo quidem mandato, quia inter cætera potestatem habet, supradicti procuration. mandati vigore, vnum vel plures, procuratorem vel procuratores, loco sui substituendi, eumque vel eos reuocandi, & onus procurationis huiusmodi, in se reassumendi totiens quotiens sibi placuerit, & visum fuerit expedire, Idcirco idem Magister venerabilem virum, dominum. D. licet absentem, tanquam præsentem, omnibus melioribus modo &c. & debuit, loco sui substituit & posuit, ad omnia & singula faciendum, dicendum,

gerendum, exercendum, & procurandum, quæ procurationis mandati vigore, a dicto suo principali habuerit habet, & habere potest in mandatis. Transferens exnunc in eundem dominum. D. procuratorem substitutum, omnem potestatem quam in eodem procurationis mandato habuerit & habet. Protestans nihilominus, quod per quemcunque actum, seu quamcunque comparitionem, quem vel quam ipsum, in iudicio vel extra, facere contigerit, non intendit propterea dictum suum substitutum procuratorem, in aliquo reuocare, nisi de reuocatione ipsi, specialem & expressam fecerit mentionem. ¶ Super quibus &c. Actum &c. Præsentibus &c.

Substitutio procuratorum in omnibus causis.

Personaliter Constitutus, prouidus vir, Magister. A. in Rom. Cu. causarum procurator, ex eius certa scientia, omnibus melioribus modo &c. & debuit, in omnibus & singulis causis in Rom. Cu. tam in Rota, quam extra Rotam, ac etiam coram quibuscunque dominis iudicibus, ordinarijs, & extraordinarijs, pendeñ. in quibus ipse. A. procurator constitutus existit, ac substituendi potestatem habet, loco sui, substituit & posuit venerabilem virum, dominum. B. in Rom. Cu. similiter procuratorem, præsentem, & onus substitutionis huiusmodi, in se sponte assumentem, solum & insolidum, Transferens idem. A. in eum totaliter vices suas, donec eas ad se duxerit specialiter reuocandas, Protestans nihilominus idem procurator, quod per quemcunque actum, seu quamcunque comparitionem, quem vel quam &c. ¶ Super quibus &c.

Et sic de aliis, etiam limitando facultatem, aut non inserendo mandatum procurationis.

Substitutio pcuratorũ a tergo istrumẽti ꝯstitution.

In nomine Domini amen. Anno a Natiuitate eiusdem &c. Ind. &c. Die &c. Mensis. N. Pont. &c. In mẽa notarij &c. constitutus venerabilis & circumspectus vir, dominus Adamus Holtzapellus ecclesiæ sanctorum Germani & Mauritij Spireñ. Canonicus & Miles sancti Petri de Vrbe, ac Rom. Cu. causarum, & honorabilis viri, domini. C. N. clerici. D. dioc. constitutus procurator, prout de suæ procurationis mandato, in retroscripto instrumento publico, legitime constat, asserẽñ. se huiusmodi, mandati procurationis vigore, vnum vel plures, procuratorem vel procuratores, loco sui substituendi, eumque vel eos reuocandi, & onus procurationis huiusmodi, in se reassumendi, totiens quotiens sibi placuerit, & visum fuerit expedire, ab eodem domino. C. principali suo, habere potestatem: Idcirco omnibus melioribus modo &c. quibus melius potuit & debuit, fecit, substituit, & loco sui posuit, venerabilem virum, dominum. E. decretorum doctorem, in eadem Rom. Cu. &c. procuratorem, absentem tanquam præsentem, solum & insolidum. (Vel sic, præsentem & onus procurationis huiusmodi in se sponte suscipientem, solum & insolidum) ad omnia & singula faciendum, dicendum, gerendum, exercendum, & procurandum, quæ vel retroscripti procurationis mandati vigore, a dicto. C. principali suo, habuerit, seu habet, & habere potest quomodolibet in mandatis, Transferens exnunc, & transfundens in eundem dominum. E. procuratorem substitutum, omnem potestatem, quam in eodem retroscripto procurationis mandato, habuerit, & habet, Protestans nihilominus &c. vt supra. ¶ Super quibus &c. Act. &c. Præsentibus &c.

De subscriptione.

Subscriptio generalis.

Et ego Ioannes Minsche alias hominis, clericus Mindeñ. publicus &c. notarius. Quia præmissis omnibus & singulis, dum, sic, vt præmittitur fierent & agerentur, vna cum prænominatis testibus præsens interfui, eaq; omnia & singula, sic fieri vidi & audiui, Ideo hoc præsens publicum instrumentum, manu mea propria scriptum (Vel sic, manu alterius fideliter scriptum) exinde confeci, subscripsi, publicaui, & in hanc publicam formam redegi, signoq; & nomine meis solitis & consuetis, vna cum Reuerendi patris domini Episcopi, iudicis & executoris, sigilli appensione signaui, in fidem & testimonium omnium & singulorum præmissorum, rogatus & requisitus.

Subscriptio acceptationis & prouisionis.

Et ego Caspar Hoier clericus Camineñ. dioc. & Archiuij Rom. Cu. Scriptor, &c. Quia prædictis acceptationi, prouisioni & protestationi, omnibusq; alijs &c.

Subscriptio concordiæ.

Quia Dictæ concordiæ renunciationi, cessioni, iuramenti præstationi, & stipulationi, omnibusq; alijs &c.

Subscriptio citatioñ. vna cum inhibitioñ. per notarium causæ.

Et ego Fœlix de Romaulis, clericus Romanus, publicus, Apostolica & Imperiali auctoritatibus, notarius, præfatiq; R.P. Domini Francisci Alberici Auditoris, ac huiusmodi causæ, coram eo Scriba. Quia dictarum citationis, ac inhibitionis petitioni, & decreto, omnibusq; alijs & singulis, dum &c. agerentur, vna cum &c. interfui, eaq; sic fieri vidi, & audiui, Idcirco hoc præsens publicum &c. per alium fidelem, fideliter scriptum, exinde confeci &c. formam redegi, signoq; &c. consuetis, vna cum præfati. R. domini Francisci Auditoris sigilli, appensione signaui, rogatus & requisitus in fidem & testimonium omnium & singulorum præmissorum.

Subscriptio constitutionis procuratorum.

Quia Dictorum procuratorum constitutioni, potestatisdationi, ratihabitioni, & releuationi, omnibusq; alijs & singulis, dum sic &c.

Subscriptio literarum executorialium.

ET EGO Theodoricus de Palude clericus .N. dioc. Apostolica & Imperiali auctoritatibus notarius, præfatiq; Reuerendi Pa-

cluden. & secum concludi peten. more solito, in causa huiusmodi conclusimus habuimusq; & haberi volumus in eadem pro concluso, necnon visis per nos primitus, & diligenter inspectis, omnibus & singulis actis, actitatis, literis, scripturis, processibus, priuilegijs, instrumentis, iuribus & munimentis, testiumq; dictis & depositionibus, in huiusmodi causa quomodolibet habitis, & factis, exhibitis, atq; productis, ipsisq; cum diligentia & maturitate debite recensitis. De dominorum Coauditorum nostrorum (vel iurisperitorum) consilio & assensu, quibus de ipsius causae meritis, relationem fecimus plenariam & fidelem, ad nostram diffinitiuam in huiusmodi causa, in scriptis ferendum & promulgandum sententiam, procedendum duximus atq; processimus, eamq; per ea quae vidimus & cognouimus, ac de praesenti videmus & cognoscimus, pro dicto domino.C.principali, & contra supradictum dominum.A.exaduerso principalem (iuxta dictae petitionis formam & tenorem) in scriptis tulimus & promulgauimus, ac ferimus & promulgamus sententiam, in hunc qui sequitur modum.

¶Christi nomine &c. Lecta, lata & in scriptis promulgata fuit nostra praeinserta diffinitiua sententia, per nos.N. Auditorem praedictum Romae apud sanctum Petrum in palatio causarum apostolico, in quo iura reddi solent, nobis ibi, mane hora Audientiae causarum consueta, ad iura reddendum & causas audiendū, in loco nostro solito & consueto pro tribunali seden. Sub anno &c. Domini. M. D. &c. Indiction. &c. Die &c. Mensis.N. Pontificatus Sanctissimi Domini &c.N.diuina prouidentia Papae.N.Anno.N. Praesentibus &c.

¶Cum autem nostra praeinserta diffinitiua sententia, nulla prouocatione seu appellatione saltem legitima, suspensa in rem transiuisset iudicatam, nos quandam aliam commissionis siue supplicationis cedulam, nobis ex parte dicti domini.N. Papae, & per quendam ex dictis suis Cursoribus praesentatam, nos similiter cum reuerentia recepimus, sub hac verborum forma.

¶Beatissime pater &c. Quae quidem commissio in eius fine sic signata reperitur.

¶De mandato &c. Post cuius quidem vltimae commissionis siue supplicationis cedulae praesentationem & receptionem, nobis & per nos, vt praemittitur, factas, subsequenter nos, ad supradicti magistri B.procuratoris instan. praedictum Magistrum D. exaduerso procuratorem substitutum, ad dicendum & excipiendum, quicquid verbo vel in scriptis, contra dictam vltimam commissionem, dicere siue excipere volebat, primo, & deinde, ad videndum & audiendum, omnes & singulas expen. pro parte dicti domini..N. principalis, in huiusmodi causa quomodolibet factas, & in quibus praefatus.N.exaduerso principalis, vt praemittitur, sententialiter condemnatus extitit (iuxta praefatae vltimae commissionis vim, formam, & tenorem) per nos taxari & moderari, vel dicendum, & causam, si quam haberet rationabilem, cur id fieri non deberet, allegandum, per quendam ex dictis suis Cursoribus citari mandauimus & fecimus, ad quosdam peremptorios terminos competen. cum congruenti dierum interuallo, videlicet ad diem & horam infrascriptos. Quibus aduenientibus, comparuit in iudicio coram nobis praefatus Magister.N.procurator, nomine quo supra procuratorio, & supradicti Magistri.N. exaduerso procuratoris non comparen. contumaciam accusauit, ipsumq; contumacem reputari, & in eius contumaciam, in secundo terminorum huiusmodi, expen. supradictas, in quadam designationis earundem expensarum papyri cedula, per ipsum Magistrum.N.procuratorem, coram nobis, facto & in scriptis, data & oblata, designatas & expressas (iuxta dictae vltimae commissionis vim, formam, & tenorem taxari & moderari per nos, instanter postulauit. Nos tunc.N. Auditor supradictus, dictum Magistrum.N exaduerso procuratorem substitutum, non comparen. reputauimus in quolibet terminorum huiusmodi iterum (prout erat exigente iustitia) contumacem, & in secundo termino rum huiusmodi, ad praefati Magistri .N. procuratoris instan. expen. praedictas ad.X.Ducat.auri, boni & iusti ponderis, praenominato domino.N. principali,

vel eius procuratori legitimo, ad hoc ab eo sufficienti mandato suffulto, eius nomine, per dictum. N. exaduerso principalem, dandos, tradendos, soluendos, ac realiter & cum effectu assignandos prouida moderatione praeuia, Recepto nihilominus a praefato Magistro .N. procuratore, & per ipsum, dicto nomine, de mandato nostro, & in manibus nostris (tactis scripturis sacrosanctis, ad sancta Dei euangelia) corporaliter praestito iuramẽto, quod dictus dominus. N. principalis suus, tantũ & vltra, & pro prosecutiõ. litis & causae huiusmodi, expendisset, & exposuisset, seu saltem necessario expendere & exponere habuisset, & haberet (iuxta praeinsertae vltimae cõmissionis vim, formã, & tenorẽ) in scriptis taxandũ & moderandum duximus, taxauimusque & moderati sumus, prout taxamus & moderamur per praesentes. ¶ In quorum &c. huiusmodi nostram diff nitiuam sententiam & expeñ. taxationem praedictas in se cõtineñ. siue cõtinens, exinde fieri, &c. ¶ Taxatae autem fuerunt expeñ. praedictae, per nos. N. Auditorem supradictum, Romae apud Sanctum Petrum, in Palatio causarum &c. ¶ Nota, quod si aduertas narratiuam, & modum procedendi, per praeinsertam notam, conficies notas vnius aut trium sententiarum, cum vel sine taxatione expensarum, inspiciendo diligenter acta causae.

Instrumentũ sententiae de cõsensu partiũ, in quo termini tenentur vnico contextu, & deinde reiterantur cũ remissione expeñ. & quando acquiescitur sententiae.

In nomine Domini amen. Pridem Sanctissimus in Christo Pater, &c. Dignetur &c. In fine vero dictae commissioñ. siue supplicatioñ. &c. ¶ De mandato &c. Post cuius quidem commissionis siue supplicationis cedulae praesentationem & receptionem &c. comparentibus in iudicio legitime coram nobis. N. altero iudicum & cõmissariorum praedictorum, honorabilibus viris, dominis M. ex vna, & N. &c. principalibus, in dicta nobis facta & praesentata commissione principaliter nominatis, pro seipsis (citra tamen quorumcunque procuratorum suorum reuocationẽ hinc inde partibus ex altera, iidem domini. M. &. N. principales, hincinde, in nos. N. alterum iudicum & Commissariorum praefatorum, tanquam in iudicem, ipsis & cuilibet eorum competeñ. nostramque iurisdictionem, sponte & expresse consentien. causaque & causis, primitus per nos, in statu debito, ad alterius eorum instañ. (iuxta & secundum praefatae cõmissionis signaturae vim, formam & tenorem) resumptis, ac voleñ ipsi in causa & causis huiusmodi litium circuitus, siue anfractus, euitare, ac laboribus & expeñ. parcere, atque omnes & singulos terminos substantiales, de stylo palatij Apostolici, in huiusmodi, & praesertim beneficialibus, causis, obseruari solitos, de vnanimi ipsorum consensu, pariter & assensu, simul & semel, ac vnico & eodem contextu, obseruare, se, & quemlibet eorum, ad hoc admitti, per nos. N. iudicem & commissarium praefatum, debita cum instañ. postularunt, & quilibet eorum postulauit. Nos tunc. N. iudex commissarius praefatus eosdem dominos. M. &. N. hincinde principales, & instantes peteñ. ad obseruationem huiusmodi terminorum, more solito duximus admitteñ. & admisimus, ipsisque per nos admissis, ac per eos & eorum quemlibet omnibus & singulis terminis substantialibus praefatis (iuxta & secundum praedictae commissionis vim, formam & tenorem) coram nobis simul & semel ac vnico contextu, tentis & obseruatis, ac positionibus & articulis, alijsque iuribus & munimentis, suis loco & tempore congruis & opportunis, factis, realiter & in scriptis, exhibitis & productis, Consequenter, comparuerunt in iudicio legitime coram nobis. N. &. N iudicibus

& commissarijs præfatis, iidem domini.N. &.N. hincinde principales, principaliter pro seipsis, citra tamen quorumcunq; procuratorum suorum reuocationem & se, de simili eorum expresso consensu, ad reiterationem omnium & singulorum terminorum substantialium, vt præmittitur, in hac causa prius tentorum & obseruatorum, simul & semel, vnico & eodem contextu admitti per nos, instanter postularunt, & quilibet eorum postulauit. Nos tunc.N. &.N. Iudices & Commissarij præfati, prædictos dominos.M.&.N.principales hincinde instañ.& peteñ. ad reiterationem terminorum huiusmodi, de ipsorum consensu expresso, duximus hincinde, more solito admitteñ.& admisimus, illisq; hoc peteñ. ad dandum & recipieñ. dariq; & recipi videndum, libellum siue summariam, in huiusmodi causa petitionem, certo & peremptorio termino copeteñ. tunc ad statim per nos assignato, in quo præfati domini.M.&.N.principales hincinde, libellum, verbo solum & duntaxat, obtulerunt atq; dederunt, ac alter eorum obtulit atq; dedit. Et postquam per nos ad hoc admissi fuerant, ad mādatum nostrum, & in nostris manibus, per eos & eorum quẽlibet, tactis corporaliter scripturis sacrosanctis ad sancta Dei Euangelia, de calumnia vitanda, & veritate dicenda, cum omnibus & singulis capitulis, in & sub calumniæ iuramento contentis, præstiterunt, & alter eorum præstitit iuramentum. Quo quidem iuramento sic præstito, sibi faciendo termino ad ponendum & articulandum, poniq;, & articulari videndum, in huiusmodi causa, hoc etiam eis petentibus & eorum cuilibet, tunc ad statim assignauimus, per ipsos dominos M.&.N. principales hincinde, omnibus & singulis positionibus & articulis suis, prius in hac causa, per eos datis & productis, inquantum faciebant pro se, respectiue, & contra alterutrum, & non alias, aliter, vltra neq; alio modo repetetis, ac tunc, verbo solum & duntaxat, iudicialiter reproductis, deinde in termino, ad dicendum contra articulos, ipsis dominis.M.& .N. principalibus hincinde, ad hoc præfixo quilibet eorum, cōtra alterutrius positiones & articulos in hac causa datos, & repetitos generaliter, verbo solum & duntaxat, excepit, de excipiendo contra eosdem, facto, realiter & in scriptis, suis loco & tempore congruis & opportunis protestando. Nos tunc.N.& N. iudices & Commissarij præfati, eidem dominis.M.& N.principalibus hincinde, ad producendum & produci videndum omnia & singula munimenta, quibus ipsæ partes, hincinde vti & se iuuare volebant, præfiximus ad statim, videlicet peremptorium terminum competeñ. In huiusmodi quoq; termino, præfati domini.M. & .N.principales respectiue, omnia iura & munimenta sua, prius in hac causa exhibita & producta, inquantum faciebant pro se, & contra alterutrius partem, & non alias, aliter, vltra, neq; alio modo, repetierunt, & quilibet eorum, iura & munimenta sua, repetijt, eaq; tunc de nouo, verbo solum & duntaxat reproduxit. Subsequenter, nos, ipsis hincinde instañ.& peteñ. ad dicendum & excipiendū, quicquid verbo vel in scriptis, contra alterutriusiura & munimenta, dicere seu excipere volebant, primo, & deinde, ad declarandum, & exaduerso declarari videndum, in causa huiusmodi, vt supra, vt præfiximus, peremptorios terminos competeñ. In quorum primo, ipsi domini.M. &.N. principales hincinde, contra alterutrius iura & munimenta huiusmodi, verbo solum & duntaxat, generaliter excepcrunt, cum protestatioñ. dicendi & excipiendi contra eadem, facto, realiter & in scriptis, suis loco & tempore congruis & opportunis, & post hoc, in secundo prædictorum terminorum termino, se hincinde in hac causa, tunc nil declarare velle dixerunt & allegauerunt. Et interim, ac etiam postmodum, omnibus & singulis huiusmodi iuribus & munimentis, in parte, per vnam partem, alteri pro sufficienter, ac residua parte, sufficienter productis & recognitis, & successiue oblata per præfatum dominum.N principalem, principaliter pro se ipso, citra tamen quorumcunq; procuratorum suorū reuocationem, quadam petitioñ. sub hac verborum forma. ¶ Petit procurator &c. Tandem, videlicet, die & hora infrascriptis, compareñ. in iudicio coram nobis.N.&.N iudicibus, & commissarijs præ

fatis, dominis.N.&.N. principalibus hincinde, & principaliter pro seipsis, citra tamen quorumcunque procuratorum suorum reuocationem, huiusmodi prædictis partibus, ex altera, quilibet eorum, quantum in eo fuit, & erat, ac melius potuit & debuit, omnia & singula acta, actitata huiusmodi, ac iura, & munimenta quomodolibet habita, facta & producta, ac recognitiones, tanquam valida, canonica, & legitime facta, in huiusmodi causa ratificauit, approbauit, & emologauit, & pro ratis, gratis, approbatis, validis, & bene, legitime, & canonice factis & gestis, habuit & haberi voluit. Et nihilominus hincinde, iidem domini .M. & .N. principales (quantum melius potuerunt & debuerunt) in huiusmodi causa concluserunt, & quilibet eorum conclusit, secumque, in eadem causa concludi, & pro concluso haberi, necnon diffinitiuam in scriptis (iuxta & secundum præmissæ petitionis vim, formam & tenorem) in causa huiusmodi ferri & promulgari sententiam, per nos.N. &.N. iudices & commissarios præfatos, debita cum instañ. postularunt, & quilibet eorum postulauit. Nos tunc.N.&.N. iudices & commissarij præfati, vna cum dictis dominis.M. & .N. hincinde principalibus concludeñ. & secum concludi petentibus, in huiusmodi causa duximus concludendum, atque conclusimus, habuimusque & haberi voluimus in eadem causa legitime pro concluso. Et nihilominus, visis per nos primitus & diligenter inspectis, omnibus & singulis actis, actitatis, literis, scripturis, instrumentis, iuribus & munimentis ac alijs ratificationibus in huiusmodi causa habitis, & exhibitis, productis & factis, usque cum diligentia & maturitate debite recensitis. De iurisperitorum consilio, ad nostram, in huiusmodi causa, diffinitiuam ferendam, & in scriptis promulgandam sententiam, procedendum duximus & processimus, eamque, per ea quæ vidimus & cognouimus, in scriptis tulimus in hunc qui sequitur modum. ¶ Christi nomine &c. ¶ Notam clausulam dimittendi expeñ. & partem acquiescendi sententiæ. Qua sic per nos lata diffinitiua sententia, præfatus .N. procurator, quo supra nomine procuratorio, omnes & singulas expeñ. in quibus præfatus.N. exaduerso principalis dicto domino.N. exaduerso principali suo, per nos sententialiter extitit condemnatus, eidem domino .N. exaduerso principali, ibidem præsenti, ac acceptanti, sponte & liberaliter remisit, ipsumque de illis quitauit pœnitus, & absoluit, extunc supradictus. N. exaduerso principalis, præinsertæ nostræ diffinitiuæ sententiæ, sponte acquieuit, illamque, omnibus melioribus modo, via, iure, & forma, quibus melius potuit, ratificauit, approbauit, & emologauit, ratamque & gratam habuit, & se, ab eadem, nullo vnquam tempore, prouocare seu appellare velle dixit, & bona fide promisit, ac ad sancta Dei Euangelia (tactis corporaliter scripturis sacrosanctis) in nostris manibus iurauit. ¶ In quorum omnium &c. Lecta, & lata, & in scriptis promulgata fuit hæc nostra diffinitiua sententia, & per nos.N. &.N. iudices & commissarios præfatos, Romæ in domo habitationis nostræ.N. alterius iudicum & Commissariorum præfatorum, nobis.N.&.N. iudicibus & commissarijs prædictis, inibi hora vesperorum &c. ¶ ET PER PRAEMISSVM, & primam, conficies alias notas, duarum aut trium sententiarum, etiam si vnico contextu termini teneantur, & non reiterentur, vel econtra, aut expeñ. non remittantur, nec sententiæ acquiescatur, dimittendo clausulas hoc tangeñ. per reiterationem conficiendo simultaneam terminorum obseruationem, quia omnia inserere esset superfluum.

Instrumentũ sententiæ, vbi per contradictas processum fuit, cum taxatione expeñ.

Pridem Sanctissimus &c. Quãdã cõmissionis siue supplicationis cedulã, nobis Fabio Acorobono Audi-

quendam suum Cursorem præsentari fecit, quam nos, cũ ea qua decuit reuerentia recepimus huiusmodi sub tenore. ¶ Dignetur &c. Huiusmodi commissionis talis erat signatura. ¶ De mandato &c. Cuius quidem commissionis vigore, citatione legitima, vna cum inhibitione inserta, pro parte honorabilis viri, domini. A. principalis, in præ & sub insertis commissioñ &c. atq; concessa, ipsaq; citatione cum inhibitioñ. in dictis partibus, contra & aduersus dictum .B. exaduerso principalem, debite executa. ac ipsius executioñ. huiusmodi, per præfatum dominum. A. principalem (citra procuratorum suorum reuocationem) coram nobis iudicialiter compareñ. primo verbo, & deinde in quodam alio competeñ. termino, facto, & in scriptis exhibitis, atq; productis. Nos consequenter, ad prouidi viri, Magistri G. in dicta Rom. Cur. causarum &c. instañ. supradictum. B. exaduerso principalem, omnesq; alios &c. putañ. eorumq; procuratores, si qui tunc erant in dicta Rom. Cu. pro eisdem, ad dicendum, & excipiendum, quicquid verbo vel in scriptis, cõtra cõmissionem, citationem & eius executionem prædictas dicere siue excipere volebant, primo ad vnum, & deinde, ad dandum & recipiendum, dariq; & recipi videndum &c. vt in primo, & articulari videndum, in causa huiusmodi per audientiam publicam literarum contradictarum domini nostri Papæ, citari mandauimus & fecimus, ad reliquos successiuos termino competeñ. cum dierum competeñ. interuallo, vltimos duos terminos huiusmodi, dicto Magistro. C. procuratori instañ. & peteñ. partiq; suæ ad idem assignañ. In quorum terminorum quolibet successiue aduenieñ. per præfatum Magistrum. C. procuratorem, nomine procuratorio dicti domini. A. principalis, corã nobis iudicialiter compareñ. citatorum prædictorum, in quibusdam citationis Audientiæ cedulis, a nobis emanatis, de nostrisq; voluntate & mandato, in dicta Audientia Contradictarum, positis, lectis, signatis, sigillatis, & debite executis, & per ipsum, coram nobis vicissim iudicialiter repræsentatis contentorum, necnon Magistri. D. exaduerso procuratoris prædicti, non compareñ. contumacia accusata, ipsosq; contumaces reputari, instanter postulato, & in eorum contumaciam, dictis sibi præfixis terminis, satisfaciendo, in primis, quodam libello partis suæ, verbo duntaxat oblato, & de offerendo eundem, latius facto, & in scriptis, suis loco & tempore opportunis, protestato. In secundo vero, postquam per nos ad hoc admissus fuerat, de calumnia vitanda, & veritate dicenda, solito in huiusmodi causa calumniæ iuramento præstito. In tertio autem terminis prædictis sibi assignatis, positionibus & articulis, de iure partis suæ, realiter, & in scriptis datis & exhibitis. (Vel sic, positionibus & articulis partis suæ, verbo duntaxat, cum protestationibus datis atq; exhibitis.) Nos dictos citatos non compareñ. reputauimus merito, prout erant in singulis &c. coram nobis iudicialiter compareñ. & citatorum prædictorum, in quibusdam alijs citationum Audientiæ cedulis, similiter in dicta Audientia debite executis, & per eundem, ibidem, facto & in scriptis repræsentatis, contentorum non compareñ. contumaciam accusauit, ipsosq; contumaces reputari instanter postulañ. & in eorum contumaciam, in vltimo terminorum huiusmodi, eidem pro parte sua satisfaciendo, iura & munimenta partis suæ prædictæ, verbo duntaxat, cum solita protestatioñ. produceñ. Nos citatos prædictos non compareñ. reputauimus iterum (prout erant iustitia dictante) contumaces, & ipsos vlterius in eorum contumaciam, ac ad præfati Magistri. C. procuratoris continuam instañ ad dicendum & excipiendum quicquid verbo vel in scriptis, contradicta iura & munimenta repetita & producta huiusmodi, dicere siue excipere volebant, ad vnum, & postmodum, ad declarandum & declarari videndum quicquid partes hincinde, verbo vel in scriptis, in præsenti causa declarare volebant, per audientiam Contradictarum sæpe dictam, citari mandauimus & fecimus, ad alios peremptorios &c. Vltimo eorundem terminorum, magistroq; D. procuratori, ad idem nihilominus, per nos assignato, in huiusmodi autem ter-

minorum quomodolibet, præfato magistro. C. procuratore dicto nomine, coram nobis iudicialiter comparen. & citatorum prædictorum in quibusdam alijs citation. Audientiæ cedulis, etiam, vt præmittitur, contentorum, non comparen. contumacia accusata, ipsosq; contumaces reputari instanter postulan. & in eorum contumaciam, in vltimo terminorum huiusmodi, eidem pro parte sua satisfaciendo, se pro tunc, in causa huiusmodi, nil declarare velle dicen. & allegan. Nos citatos prædictos non comparen. reputauimus iterum (prout erant iustitia dictante) contumaces, Postmodum vero pro parte dicti domini. A. principalis, quibusdam positionibus & articulis, ac pro eorundem per nos, ad probandum in Romana Curia duntaxat, more solito, admissorum probatione & verificatione, nonnullis iuribus & munimentis, facto & in scriptis, necnon testibus fidedignis coram nobis exhibitis atq; productis. Ipsisq; testibus per nos receptis & admissis, & de mandato nostro, in iuris forma iuratis, & interrogatis, ac ipsorum dictis & depositionibus, in scriptis fideliter redactis, datisq; postmodum, coram nobis, pro parte dicti domini .A. principalis, quadam petition. cedula, facto, & in scriptis, cuius tenor sequitur, & est talis.

¶ Petit procurator &c. Consequenter, nos ad prælibati Magistri.C. procuratoris instan. citatos antedictos, vlterius ad concludendum &c. necnon ad audiendum &c. vt in alia præceden. mutatis mutandis, vsq; post lecta, lata &c. Postquam autem præinserta nostra diffinitiua sententia &c. iudicatam, Subsequenter quandam aliam commissionis siue supplicationis cedulam, nobis ex parte dicti domini nostri Papæ, per vnum ex dictis suis Cursoribus præsentatam, simili cum reuerentia recepimus, huiusmodi sub tenore. ¶ Beatissime Pater, &c. In fine &c. ¶ De mandato &c. Post cuius quidem &c. factas, nos ad prælibati Magistri &c. vt in primo in huiusmodi causa legitime factis. taxari & moderari, vel dicendum & causam, si quam haberent rationabilem, quare præmissa &c. allegandum, per nostras certi tenoris literas, sigilli nostri impressione munitas, in valuis Cancellariæ Apostolicæ, ac Basilicæ Principis apostolorum de Vrbe, per quendam domini nostri Papæ Cursorem affixas, & inibi (vt moris est) tempore feriarum debite executas, cum propter vacationes seu ferias generales, de mandato domini nostri Papæ, dictæ citation. huiusmodi, in Audientia Contradictarum legi non poterant, citari mandauimus & fecimus ad alios successiuos & peremptorios terminos competen. vltimum videlicet, ad diem & horam infrascriptos, quibus eorum primo aduenien. comparuit in iudicio legitime coram nobis, Magister.C. procurator prædictus, procuratorio nomine quo supra, & citatorum prædictorum, in dictis nostris citatorijs literis in valuis prædictis, ad instar edictorum publicorum, propter vacationes antedictas affixis, inibi debite executis, & nobis, per vnum ex dicti domini nostri Papæ Cursoribus reportatis, & per eundem Magistrum.C. procuratorem repetitis, & de nouo reproductis contentorum, non comparentium contumaciam accusauit, ipsosq; contumaces reputari, & in eorum contumaciam, expen. &c. vt supra in proxime scriptis & in alio terminorum huiusmodi, in dicti Magistri.D. exaduerso procuratoris præsentia, omnes & singulas expen. in huiusmodi causa, pro parte sua, vt præmittitur, factas (iuxta cuiusdam designation. papyri cedulæ, necnon vltimæ præinsertæ commissionis dependen. vim, formam, & tenorem) taxari & moderari, per nos debita cum instantia postulauit. Nos tunc dictos citatos non comparentes, reputauimus non immerito, quo ad primum actum, & terminum (suadente iustitia) contumaces, & in alio huiusmodi terminorum termino, expensas antedictas, in prælibati Magistri .D. exaduerso procuratoris præsentia, ad .L. Ducatos auri de Camera &c.

¶ In quorum &c. taxatæ &c.

Instrumētū sentētiæ super desertione appellationis.

Contra quam quidem commissioñ. per prætatum .A. exaduerso principalem, citra procuratorum reuocationem, coram nobis in quodam peremptorio termino iudicialiter compareñ. nonnullis exceptionibus, non tamen releuantibus neq; iurisdictionem nostram in aliquo eliden. & contra easdem viceuersa, per prouidum &c. & eo nomine procuratorio, in certo termino etiam peremptorio, quibusdam replicationñ. facto & in scriptis datis & exhibitis, certoq; vlteriori, in causa præsenti, continuato processu. Tandem nos, ad eiusdem Magistri.B. procuratoris instañ. præfatum.C. exaduerso principalem, ad docendum, & fidem legitimam faciendum, de diligentia & prosecutione debit. & appellatione pro parte sua a sententia diffinitiua, per dictum dominum Antonium Augustinum Auditorem, in hac causa lata interposita,, per quendam ex dictis Cursoribus citari mandauimus & fecimus ad certum peremptorium terminum competeñ. In quo per præfatum Magistrum.B. procuratorem, dicto nomine procuratorio, coram nobis iudicialiter compareñ. dicti.G. exaduerso principalis contumacia accusata, ipsoq; pro contumace, prout erat reputari petito, & per nos reputato. Nos certis de causis animum nostrum ad hoc mouentibus, a Rom. Cu. recessimus, quem ob recessum, præfatus dominus noster Papa, quandam generalis commissionis siue supplicationis cedulam, Reuerendo Patri domino Peregrino Fabio Episcopo Vestañ. &c. ex dictis Cursoribus, præsentari fecit, sub hac verborum forma siue serie. ℭ Beatissime pater &c. In fine &c. ℭ De mandato &c. Prætextu generalis cōmissionis huiusmodi, idem dominus Episcopus & locumteneñ. in causis prædictis, debite resumptis, vlterius rite procedendo, ad præfati Magistri. B. procuratoris instañ. dictum.C. exaduerso principalem, ad docendum & fidem faciendum de diligentia & prosecutione dictæ appellationis primo, secundo, ac deinde ad idem pro tertio, per quendam ex Cursoribus prædictis, citari mandauit & fecit, ad certos peremptorios successiuos terminos competeñ. cum temporis congruenti interuallo. In quorum terminorum quolibet, successiue aduenieñ. dicto Magistro.B. procuratore, dicto nomine, coram ipso domino Episcopo & locumteneñ. compareñ. & dicti domini.C. exaduerso principalis contumacia accusata, ipsumq; contumacem reputari postulañ. idem dominus Peregrinus Episcopus locumtenens, dictum.C. exaduerso principalem reputauit, etiam, prout erat in singulis terminis huiusmodi (dictañ. iustitia) contumacem. Subsequenter nos Antonius Augustinus Auditor antedictus, qui ad Rom. Cur. prædictam reuersi, causas easdem, nostro ex officio, in statu debito rite resumpsimus, ad prouidi viri Magistri.B. in dicta Rom. Cu. causarum, similiter, & prælibatum magistrum.F. procuratorem constitutum, ad hanc causam legitime, substituti procuratoris (de cuius etiam procurationis mandato, nobis legitime extitit facta fides) instañ. ad docendum, & fidem legitimam faciendum, de diligentia & prosecutione dictæ appellationis, quarto, & ex superabundanti, & ad omnem ipsorum malitiam conuincendam, per vnum ex Cursoribus prædictis, citari mandauimus & fecimus, ad alium terminum competeñ. &c. Habeas respectum ad alia instrumenta.

Initiū instrumenti, quādo fuit in partibus ꝓcessum.

In nomine &c. Orta dudum in partibus, coram venerabili viro, domino .A. Archidiacono .B. iudice & commissario, auctoritate ordinaria deputato, inter honorabilem virum, dominum

.C. principalem, in infrascriptis commissionibus & sententijs principaliter nominatum, ex vna, & quendam. D. exaduerso principalem, in eisdem commissionibus & sententijs exaduerso principaliter nominatum, de & super parochiali ecclesia de. M. N. dioc. & eius occasione partibus ex altera materia quaestionis, idem dominus Archidiaconus, iudex & commissarius, in causis huiusmodi rite & legitime procedens, in fauorem dicti domini. C. & contra dictum. D. quandam diffinitiuam adiudicatoriam in scriptis tulit & promulgauit sententiam, in hunc qui sequitur modum. ¶ Christi nomine &c. A. qua quidem diffinitiua sententia, pro parte dicti. D. exaduerso principalis, ad Sanctissimum in Christo Patrem, &. D. N. D. Paulum, diuina prouidentia Papam Quartum, eiusq; sanctam sedem apostolicam, prouocato & appellato, apostolisq; petitis & reuerentialibus obtentis, praefatus dominus noster Papa, quandam commissionis siue supplicationis cedulam, nobis Ioan. Suaui Reomano Auditori &c. per quendam suum Cursorem.

Instrumētū sententię, quando causa cōmittitur Cardinali, viuæ vocis oraculo, & termini tenentur vnico cōtextu p Audiētiā Cōtradictarū.

In nomine Domini. Anno &c. ¶ Pridem Sanctissimus in Christo Pater, & dominus noster, dominus Paulus diuina prouidentia Papa IIII. nobis Iacobo tituli Sancti Simeonis, presbytero Cardinali de Puteo vulgariter nuncupato (viuæ vocis oraculo) commisit, atq; dedit in mandatis, quatenus rectores, priores, consules & ciues ciuitatis A. necnon quendam. B. habitatorem Castri. C. D. dioc. omnesq; alios & singulos sua communiter vel diuisim interesse putañ. ac Reuerendum in Christo Patrem, & dominum dominum, Dei & Apostolicæ sedis gratia Episcopum. G. exaduerso principalem, bona. N. &. N. quomodolibet occupañ. seu perturbañ. per vos, vel alium, seu alios, extra Romanam Curiam, & ad partes, citari, & in eadem curia, praefato. B. exaduerso, de eisdem bonis, infra certum peremptorium terminum, competeñ. per nos ad hoc statuendum, de iustitia responsuri, coram nobis legitime comparere, apostolica auctoritate, nobis in hac parte commissa faceremus. Cuius quidem commissionis vigore, citatione legitima, pro parte praefati. G. episcopi principalis, ac contra praefatos rectores, priores, consules, & ciues, ciuitatis. A. &c. exaduerso principales, per nos Iacobum Iudicem & commissarium praefatum, decreta atq; concessa, ac in partibus debite executa, & de eisdem reportata, necnon in dicta Rom. Cu. cum eius executioñ. facta, & in scriptis coram nobis iudicialiter reproducta. Subsequenter nos ad prouidi viri, Magistri. L. praefati domini episcopi procuratoris instañ. de cuius procurationis mandato nobis legitimo constat documento, rectores, priores, consules, & ciues praefatos, omnesq; alios & singulos, sua communiter &c. vt in alijs, & consuetis, simul & semel, ac vnico contextu (iuxta praefatae nobis, viuae vocis oraculo, factae commissionis vim, formam, & tenorem) obseruandum, & obseruari videndum, per Audientiam publicam literarum Contradictarum domini &c. ¶ Nos tunc Iacobus Cardinalis, iudex & commissarius praefatus, dictos citatos non comparen̄. neq; huiusmodi termino in aliquo satisfacere curañ. licet tamen sufficienter, & vsq; ad horam debitam expectat. reputauimus merito (prout erant, quo ad actum & terminum huiusmodi, id suadente iustitia) contumaces, & in eorum contumaciam, dictum Magistrum. L. procuratorem instañ. & petentem. ad obseruationem omnium & singulorum terminorum praedictorum (iuxta

finitiua sententia, vt præfertur, lata, ac termino ad appellandum ab eadem ad huc penden.) Subsequenter nos ad prouidi viri, Magistri.D.in Rom. Cu. cau sarum, & honorabilis viri, domini .E. principalis, in præinsertis commissione & sententia principaliter nominati procuratoris, instan. prouidum virum, Magistrum.F. in eadem curia etiam causarum, & honorabilis viri domini.C. exaduerso principalis, in eisdem commissione & sententia, exaduerso principaliter descripti, procuratorem, de quorum hincinde procuratorum procurationum mandatis, apud acta causæ huiusmodi, legitimis dignoscitur constare documentis. Ad videndum & audiendum parochialem ecclesiam.G. illiusq; possessionem, ac omnes & singulos fructus, redditus, & prouen. iura, obuen tion. & emolumenta eiusdem ecclesiæ, ac quascunq; terras, possessiones, & alias res, ad eandem parochialem ecclesiam, seu ad ipsius rectorem, pro tem pore, qualitercunq; spectan. & pertinen. sequestrari, ac sub firmo & arcto sequestro poni mandari, necnon sequestratores deputari, literasq; desuper necessarias & opportunas, in forma solita & consueta (iuxta & secundum cuiusdam Bullæ, siue constitution. per fe. re. Innocentium Papam VIII. desuper datæ, editæ, & concessæ vim, formam & tenorem) decerni & concedi, Vel dicendum & causam &c. allegandum, per quendam, ex dicti domini no stri Papæ Cursoribus, citari mandauimus & fecimus, ad certum peremptorium terminum competen. ad diem videlicet & horam infrascriptos. Quibus adue nien. comparuit in iudicio legitime coram nobis, dictus Magister .D. procura tor & eo nomine procuratorio, dicti Magistri .F. exaduerso procuratoris, non comparen. contumaciam accusauit, Ipsumq; contumacem reputari, & in eius contumaciam, præfatam parochialem ecclesiam, illiusq; possessionem, ac fru ctus, redditus, prouen. iura, obuen. & emolumenta, terras, possessiones, & alias res quascunq; antedictas (iuxta dictæ bullæ siue constitutionis formam & tenorem) sequestrari, ac sub firmo & arcto sequestro poni mandari, ac sequestratores deputari, literasq; desuper necessarias & opportunas, in forma de bita & consueta, decerni & concedi per nos, debita cum instantia postulauit. Nos tunc Peregrinus Fabius Episcopus locumtenens præfatus, dictum Magistrum .F. exaduerso procuratorem, non comparen. reputauimus non immeri to (prout erat, quo ad actum & terminum huiusmodi, iustitia exigen.) con tumacem. Et in eius contumaciam, attenden. postulationem huiusmodi fore iustam, & consonam rationi, quodq; iusta peten. non est denegandus assen sus, ac volen. inter partes ipsas, æqualitatem seruare, vt tenemur, Idcirco au ctoritate apostolica nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, ad præfati Magistri.D.procuratoris instan. dictam parochialem ecclesiam, illiusq; possessionem, ac omnes & singulos fructus, redditus, prouentus, iura, obuention. emolumenta, terras, possessiones, & alias res quascunq; antedictas (iuxta & secundum dictæ constitutionis vim, formam, & tenorem) sequestrauimus. Nec non vos dominos. A. & B. Canonicos antedictos, & vestrum quemlibet in soli dum, de quorum probitate & idoneitate, fiduciam in domino gerimus singu larem, pro sequestratoribus deputauimus, prout sequestramus & deputamus præsentium per tenorem, has nostras literas desuper decernen. opportunas.

¶ Quæ omnia & singula supradicta, vobis dominis. A. & B. Canonicis seque stratoribus antedictis, & cuilibet vestrum insolidum, Necnon .E. exaduer so principali, omnibusq; alijs & singulis, quorum interest, intererit, aut in teresse poterit quomodolibet in futurum, intimamus, insinuamus, & notifica mus, ac ad vestram & cuiuslibet vestrum notitiam deducimus & deduci volu mus per præsentes. Et nihilominus, vos dominos. A. & B. Canonicos seque stratores antedictos, & vestrum quemlibet, tenore præsentium, requirimus & monemus primo, secundo, tertio, & peremptorie, Vobisq; nihilominus, & vestrum cuilibet, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub infrascriptis senten

tiam pœnis, districte præcipiendo mandañ. quatenus infra. XII. dierum spatium, post præsentationem seu notificationem præsentium, vobis aut alteri vestrum factas, & postquam pro parte dicti domini.E. principalis, super hoc, vigore præsentium, fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus, immediate sequeñ. Quorum XII. dierum, quatuor, pro primo, quatuor pro secundo, & reliquos quatuor dies, vobis & vestrum cuilibet, pro tertio & peremptorio termino, ac monitione canonica assignamus, ita tamen, quod in his exequendis, vnus vestrum alium non expectet, nec vnus pro alio se excuset, præfatam parochialem ecclesiam .G. illiusq; possessionem, omnesq; & singulos fructus, redditus, prouen. iura, obuentioñ. & emolumenta dictæ parochialis ecclesiæ, ac quascunq; res, terras, domos, vineas & possessiones antedictas, ad eandem parochialem ecclesiam, seu ad illius pro tempore rectorem, qualitercunq; spectan. & pertineñ. dicta auctoritate apostolica, per nos, vt præmittitur, sequestratas, sequestretis, & sequestrari mandetis, ita quod fructus, redditus, & prouentus eiusdem ecclesiæ parochialis, successiue temporibus (prout in futurum euenient) diligenti & bona custodia adhibita, recolligatis, recipiatis, & leuetis, seu per alios, recolligi, recipi, & leuari faciatis, ac vtiliter conseruetis & custodiatis, atq; sub arcto sequestro, teneri & custodiri faciatis, ad vsum & vtilitatem partis in huiusmodi causa finaliter triumphaturi, & victoriam obtenturi, donec & quousq;, per dictum dominum nostrum Papam, vel nos, aut alium, de ipsius mandato & auctoritate, sequestrum huiusmodi fuerit relaxatum, aut vobis sequestratoribus antedictis, seu cuilibet vestrum, mandatum seu intimatum fuerit, cui de prædictis fructibus, redditibus prouentibus & bonis præfatæ parochialis ecclesiæ, debeatis respondere. Volumus tamen, quod huiusmodi sequestro durante, ecclesia parochialis ipsa, in diuinis nullatenus negligatur, sed ei fideliter & legaliter (prout animarum cura requirit) legitime deseruiatur. Inhibemus insuper & mandamus, vobis dominis, A. & .B sequestratoribus antedictis, & vestrum cuilibet insolidum, ac omnibus & singulis colonis, arrendatoribus, agricultoribus, decimatoribus, & redditnarijs, terrarumq;, vinearum, domorum, & aliarum rerum, ad dictam parochialem ecclesiam spectantium, possessoribus & detentoribus, sub eisdem sententiarum pœnis infrascriptis, dicta Canonica monitione præmissa, ne vos, vel ipsi (prout vos, & eos respectiue concernit) huiusmodi durante sequestro, dicto.C. exaduerso principali, aut cuiquam alteri (præterquam vobis sequestratoribus antedictis, seu alteri vestrum) vt & tanquam sequestratoribus, de fructibus, redditibus, & prouentibus dictæ parochialis ecclesiæ respondeatis, seu respondeant, ac responderi faciatis, seu permittant. Nec ipse.B. exaduerso principalis, sub eisdem pœnis infrascriptis, de ipsius ecclesiæ parochialis fructibus, redditibus, & prouentibus antedictis, huiusmodi, durañ. sequestro, per se, vel alium, seu alios, se aliqualiter intromittat, publice vel occulte, directe, vel indirecte, quouis quæsito colore vel ingenio. ¶QVOD SI FORTE, vos domini. A. & .B. sequestratores antedicti, seu alter vestrum, ac ipse.C. exaduerso principalis, omnesq; alij & singuli supradicti, præmissa omnia & singula non adimpleueritis, prout superius mandatur, seu adimpleuerint, aut aliquid in contrarium feceritis seu fecerint, aut fieri procuraueritis, seu procurauerint, ac ad faciendum contrarium, occasionem, auxilium, consilium, vel fauorem dederitis, seu dederint, publice vel occulte, ita quod monitioñ. inhibitioñ. & mandatis nostris huiusmodi, immouerius apostolicis, non parueritis, seu paruerint, realiter & cum effectu. Nos in vos dominos. A. & .B sequestratores antedictos, ac vestrum quemlibet, ac ipsum .C. exaduerso principalem, omnesq; alios & singulos supradictos, in præmissis contradictores & rebelles, ac inobedientes, dicta.XII. dierum canonica monitione præmissa, pœnas Clementinæ, ad compescendum, videlicet excommunicationis, & alias pœnas, in eadem

in eadem Clementina expressas, exnunc, prout extunc, & extunc, prout exnunc, ferimus in his scriptis, & etiam promulgamus. Volumus autem, quod si non ambo his exe. uen. interesse poteritis, legitima vnius execution. præceden. alter vestrum nihilominus ea legitime exequatur, ac liberi exequi possit & valeat. ¶ Absolutionem vero &c. IN QVORVM &c.

¶ ITEM. Si Episcopus fuerit exaduerso principalis sequestrator, tunc pone post promulgamus. ¶ Vobis vero Reuerendo &c.

Sequestrum per Auditorem Cameræ decretum.

Franciscus Albericus &c. Venerabilibus &c. A & B. ac honorabili viro C. exaduerso principali, necnon quibuscunque arrendatoribus, vindemiatoribus &c. & laboratoribus terrarum, pratorum, vinearum, &c. ac aliorum bonorum quorumcunque, ad Monasterium D. quomodolibet spectan. & pertinen. omnibusque alijs & singulis &c. præfulgeant dignitate, Salutem in domino, & præsentibus fidem indubiam adhibere, nostrisque &c. mandatis. Noueritis, quod nuper, ad R. P. D. E. instan. dictum C. exaduerso principalem, per nostras certi tenoris literas speciales, extra Rom. Cu. & ad partes, quatenus infra certum peremptorium terminum tunc expressum &c. vt in monitorio, excommunicationis pœna, monuimus & requisiuimus, monerique & requiri fecimus, prout in dictis literis monitorijs &c. & habetur. Successiue vero literis monitorijs huiusmodi, præfato C. exaduerso principali, & certis alijs debite in partibus insinuatis, & notificatis, & legitime contra eundem C. exaduerso principalem, in partibus executis, ipsisque literis, vna cum earum execution. per eundem E. coram nobis, realiter, & in scriptis productis. Nos tunc in causa & causis huiusmodi, rite &c. nostram in scriptis &c. sententiam in hunc qui sequitur modum. ¶ Christi nomine &c. A. qua quidem diffinitiua nostra sententia, pro parte dicti C. exaduerso principalis, ad S. in Christo Patrem, & D. N. D. Iulium, diuina prouidentia Papam. III. eiusque sanctam sedem apostolicam, prouocato, & appellato, dictus D. N. Papa, quandam commissionis siue supplicationis cedulam, nobis &c. præsentari fecit, quam nos cum ea &c. ¶ Dignetur &c. In fine &c. ¶ De mandato &c. Cuius quidem commissionis vigore, nos, ad prouidi viri &c. vt in præceden. Et ita de alijs.

De substitutione Procuratorum.

Substitutio procuratorum in vim mandati, cum insertion. eiusdem.

In nomine &c. Constitutus prouidus vir, Magister A. in Rom. Cu. causarum, & venerabilis viri, domini B. principalis procurator, prout de suæ procurationis mandato, fidem fecit legitimam, per quoddam publicum instrumentum, signo & subscriptione discreti viri C. publici, apostolica auctoritate notarij, signatum & subscriptum, & per eundem notarium in notam sumptum, & receptum, cuius tenor &c. est talis. ¶ In Dei nomine &c. In quo quidem mandato, quia inter cætera potestatem habet, supradicti procuration. mandati vigore, vnum vel plures, procuratorem vel procuratores, loco sui substituendi, eumque vel eos reuocandi, & onus procurationis huiusmodi, in se reassumendi totiens quotiens sibi placuerit, & visum fuerit expedire, Idcirco idem Magister venerabilem virum, dominum D. licet absentem tanquam præsentem, omnibus melioribus modo &c. & debuit, loco sui substituit & posuit, ad omnia & singula faciendum, dicendum,

De ſubſcriptione.

Subſcriptio generalis.

Et ego Ioannes Minſche alias hominis, clericus Mindeñ. publicus &c. notarius. Quia præmiſſis omnibus & ſingulis, dum, ſic, vt præmittitur fierent & agerentur, vna cum prænominatis teſtibus præſens interfui, eaq; omnia & ſingula, ſic fieri vidi & audiui, Ideo hoc præſens publicum inſtrumentum, manu mea propria ſcriptum (Vel ſic, manu alterius fideliter ſcriptum) exinde confeci, ſubſcripſi, publicaui, & in hanc publicam formam redegi, ſignoq; & nomine meis ſolitis & conſuetis, vna cum Reuerendi patris domini Epiſcopi, iudicis & executoris, ſigilli appenſione ſignaui, in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum præmiſſorum, rogatus & requiſitus.

Subſcriptio acceptationis & prouiſionis.

Et ego Gaſpar Hoier clericus Camineñ. dioc. & Archiuij Rom. Cu. Scriptor, &c. Quia prædictis acceptationi, prouiſioni & proteſtationi, omnibusq; alijs &c.

Subſcriptio concordiæ.

Quia Dictæ concordiæ renunciationi, ceſſioni, iuramenti præſtationi, & ſtipulationi, omnibuſq; alijs &c.

Subſcriptio citatioñ. vna cum inhibitioñ. per notarium cauſæ.

Et ego Fœlix de Romaulis, clericus Romanus, publicus, Apoſtolica & Imperiali auctoritatibus, notarius, præfatiq; R.P. Domini Franciſci Alberici Auditoris, ac huiuſmodi cauſæ, coram eo Scriba. Quia dictarum citationis, ac inhibitionis petitioni, & decreto, omnibuſq; alijs & ſingulis, dum &c. agerentur, vna cum &c. interfui, eaq; ſic fieri vidi, & audiui, Idcirco hoc præſens publicum &c. per alium fidelem, fideliter ſcriptum, exinde confeci &c. formam redegi, ſignoq; &c. conſuetis, vna cum præfati. R. domini Franciſci Auditoris ſigilli, appenſione ſignaui, rogatus & requiſitus in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum præmiſſorum.

Subſcriptio conſtitutionis procuratorum.

Quia Dictorum procuratorum conſtitutioni, poteſtatiſdationi, ratihabitioni, & releuationi, omnibuſq; alijs & ſingulis, dum ſic &c.

Subſcriptio literarum executorialium.

ET EGO Theodoricus de Palude clericus .N. dioc. Apoſtolica & Imperiali auctoritatibus notarius, præfatiq; Reuerendi Pa-

tris dominis.N.Scriba. Quia dictæ vltimæ diffinitiuæ sententiæ pronunciationi, monitioni, requisitioni, inhibitioni, subdelegationi, aggrauationi, reaggrauationi, interdicti, appositioñ brachij secularis inuocationi, sequestri relaxationi, expensarum prædictarum taxationi, ac literarum, & processuum huiusmodi petitioñ. & decreto, omnibusq; alijs & singulis, dum, sic vt præmittitur, per præfatum dominum Episcopum, iudicem & executorem, & coram eo, agerentur, dicerentur, & fierent, vna cum prænominatis testibus præsens fui, eaq; sic fieri vidi & audiui, ac in notam sumpsi, cæteraq; omnia & singula, in actis huiusmodi reperi & inueni. Idcirco hoc præsens publicum instrumentum, manu aliena, me alijs occupato negotijs, fideliter scriptum, exinde confeci, subscripsi, publicaui, & in hanc publicam formam, redegi, signoq; & nomine meis, solitis & consuetis, vna cum præfati domini Episcopi, iudicis, & commissarij, appensione sigilli, signaui, in fidem, robur & testimonium omnium & singulorum præmissorum, rogatus & requisitus.

Subscriptio notarii substituti pro alio.

Et ego Nicolaus Dryel, clericus Colonieñ. dioc. publicus, apostolica & Imperiali auctoritatibus notarius, præfatiq; R. P. D. Auditoris, & huiusmodi causæ, coram eo, in locum discreti viri, magistri. N. clerici. N. dioc. publici eisdem auctoritatibus, etiã notarij, Scriba deputatus. Quia dictæ citationis & inhibitiõis, & sub cẽsuris ad partes petitiõi & decreto, omnibusq; alijs & singulis &c.

Subscriptio mandati substitutionis procuratorum.

Quia Dictorum procuratorum substitutioni, potestatisdatioñ. translationi, protestationi, omnibusq; &c.

Subscriptio mandati constitutionis procuratorum irreuocabilium.

Quia Dicti irreuocabilis procuratoris constitutioni, potestatisdationi, ratihabitioni, releuationi, promissioni, iuramenti præstationi, renunciationis omnibusq; alijs &c.

Subscriptio transumpti.

Quia Dictarum literarum apostolicarum præsentationi, receptioni, requisitioni, exhibitioni, transumptationi, collationi, & auscultationi, omnibusq; &c.

Subscriptio instrumenti extracti ex protocollo notarii defuncti ex commissione.

Et quia Quondam Augustinus Bonuicinus, clericus Luneñ. Sarzaneñ. dioc. publicus &c. auctoritatibus (dum vixit) notarius, dictis acceptationi, & prouisioni cæterisq; præmissis omnibus & singulis, dum sic, vt præmittitur, agerentur & fierent, vna cum prænominatis testibus, præsens fuit, eaq; omnia & singula, sic fieri vidit & audiuit, Idcirco ego Stephanus Drago, clericus Niceñ. eisdem Apostolica & Imperiali auctoritatibus, notarius, ex commissione mihi per Reuerendum Patrem, Dominum Franciscum Albericñ,

curiæ

curiæ causarum Cameræ apostolicæ generalem Auditorem, specialiter facta, propter ipsius quondam. A. mortem, hoc præsens publicum instrum ētum, manu propria fideliter scriptum, a notis & protocollis ipsius quondam. A. extraxi, & in hāc publicam formam redegi, signoq; & nomine meis solitis & consuetis, signaui, in fidem & testimonium omnium & singulorum præmissorum rogatus & requisitus. Tenor vero dictæ commissionis, de verbo ad verbum sequitur, & est talis &c.

Subscriptio processus extracti ex Protocollo Notarii absentis.

Et quia Discretus vir, magister Stephanus Reyninus, clericus Astesi. dioc. &c. Notarius, qui dictarum literarum apostolicarum præsentationi, & receptioni, requisitioni, mandatis, sententiarum promulgationi, & subdelegationi, omnibusq; alijs & singulis præmissis, dum sic, vt præmittitur, fierent & agerentur, vna cum prænominatis testibus præsens interfuit, eaq; sic fieri vidit & audiuit, se dudum a Rom. Cu. absentauit, & agit in remotis, Ideo ego Gaspar paganus, cleric. N. eadem N auctoritate notarius, de mandato. R. P. D. Antonij Augustini. V. I. Doctoris, & canonici ecclesiæ. N. necnon. S. Domini nostri Papæ capellani, & ipsius sacri palatij apostolici causarum Auditoris, hoc præsens publicum instrumentum, ex manuali, & Protocollo dicti magistri. N. coram eodem domino Antonio Auditore, in causa & causis sibi commissis ac coram eo in decisis pendeñ. producto, & per testes idoneos sufficienter recognito, extendendo, & abbreuiando, vti in talibus fieri consuetum est, extraxi, & in hanc publicam formam redegi, signoq; & nomine meis solitis & consuetis, vna cum appensione sigilli præfati domini Antonij Auditoris, signaui, in fidem & testimonium omnium & singulorum præmissorum, rogatus & requisitus.

Subscriptio processuum.

Quia Dictarum literarum apostolicarum præsentationi, receptioni, requisitioni, processuumq; & sententiarum fulminationi, decreto & subdelegationi, omnibusq; alijs &c.

Vel sic.

Quia Præinsertarum literarum apostolicarum præsentationi, & receptioni, monitioni, & requisitioni, necnon sententiarum & censurarum fulminationi, subdelegationi, præsentiq; processus petitioni & decreto, omnibusq; alijs & singulis, dum sic, per R. P. D. N. Episcopum iudicem & executorem præfatum, ac coram eo, fierent & agerentur, vna cum &c. eaq; sic fieri vidi &c. Ideo hoc præsens publicum instrumentum, manu &c. redegi, signoq; &c. consuetis, vna cum præfati. R. patris domini Episcopi iudicis & executoris, sigilli appensione signaui in fidem &c.

Clausula, propter proprii sigilli carentiam apponenda in subscriptioñ.

Vna Cum venerabilis & circumspecti viri, domini. N. præpositi. B. ob proprij dicti domini. A. iudicis & executoris sigilli carentiam, signaui in fidem &c.

Subſcriptio Sequeſtri.

Quia Dictis ſequeſtrationi, ſequeſtratoris deputationi, inhibitioni, cenſurarum fulminationi, præſentiumq; literarum ſequeſtratoriarum petitioni & decreto, omnibuſq; alijs & ſingulis &c. vt præmittitur, per præfatum domi num.N. Auditorem, ac coram eo fierent & agerentur, vna cum prænominatis teſtibus &c. interfui, eaq; ſic fieri vidi & audiui, ac in notam ſumpſi, Idcirco præſens publicum inſtrumentum, manu alterius, me alijs occupato negotijs, fideliter ſcriptum, exinde confeci &c. vt ſupra in ſubſcriptione citationis.

Per Subſcriptiones præinſertas, facies alias, aduertendo ad principaliores clauſulas, ſiue puncta, in literis, contractibus ſiue inſtrumentis, deduct. illas in ſubſcriptionibus, expreſſando in principio, ſupplendo cum generali clauſula, videlicet, omnibuſq; alijs & ſingulis &c.

De Teſtamentis.

De Teſtamento pro infirmis.

In nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & filij, & Spiritusſancti, amen, &c. Conſtitutus diſcretus vir.N. æger corpore, compos tamen mentis, & rationis, aduertens, quod immenſa Dei bonitas, vt magis bonum effunderet, & populorum deperditorum ordinem repararet, creauit hominem ad ſimilitudinem ſuam, non ſubiturum morborum anguſtias, & pericula diræ mortis, ſed gratiæ ſuæ participem & æternæ vitæ futurum hæredem. Deinde tamen, ſuperueniente hoſtis antiqui ſuggeſtione, nequiſſima mors indicta eſt homini, quæ in poſteros eſt poſtmodum deriuata, propter quod decet hominem vigilem eſſe, vt cum venerit illa dies, quam & eius horam ſcire non poſſumus, cum non inueniat dormientem, ſed iam ſaluti ſuæ animæ, per diſpoſitionem bonorum temporalium, prouidiſſe, maxime cum dies noſtri breuiſſimi ſint, & ſicut vmbra prætereant. Quapropter pia mente, & animo plene deliberato, ac bono intellectu, illius ſententiæ reminiſcens, Memento homo quod cinis es, & in cinerem reuerteris, memorq; conditionis humanæ, quam ſemper imitatur humana fragilitas, cui ab ipſius vitæ principio, mortis imperium dominatur, volenſq;, cum ratio regit mentem, & viget, in ſui corporis membris, quies, de ſuis temporalibus diſponere bonis, ſaluti animæ ſuæ, ac filiorum, fratrum & propinquorum ſuorum, quieti prouidere, & de rebus & bonis, ſibi a deo collatis, ſalubriter ordinare, omnibus melioribus &c. ordinauit, ſuum præſens nuncupatiuum Teſtamentum, ſeu ſuam vltimam voluntatem, inter cætera, in hunc qui ſequitur modum. ¶ IN PRIMIS quidem, quoniã anima melior, & præcioſior eſt corpore, & rebus humanis, de æterni regis miſericordia plene confidens, qui cor contritum & humiliatum non deſpicit, Quiq;, vt ſuum redimeret populum vnigenitum ſuum, guſtare voluit calicem paſſionis, animam ſuam, exnunc Omnipotẽti Deo, & Beatæ Mariæ virgini, ac omnibus ſanctis curiæ ſupernalis, commendauit, Et ſi eum de infirmitate, qua de præſenti laborat, decedere contingat, & de hac luce migrare, corpori ſuo elegit ſepulturam, in eccleſia.N. vbi, honeſto modo, voluit ſepeliri &c. ¶ ITEM &c. ¶ Huiuſmodi quidem Teſtamenti, ſiue extremæ ordinationis, ac vltimæ voluntatis executores & procuratores, prædictus Teſtator, omnibus melioribus modo &c. vt in forma, cum alia clauſula. ¶ Et ſi neceſſe fuerit, &c. releuare promittens &c. vt infra.

Aliud proœmium teſtamenti.

In nomine Domini &c. ¶ Quoniam ægritudinis vehementia corporalis, solet plerumque a rationis tramite intantum mentem auertere quod nedum de temporalibus, verum etiam de seipso, & de anima, quispiam disponere, ordinare, seu prouidere non valeat, propter quod, dum in mente sobrietas est, & in corpore quies, melius & salubrius disponitur, ac etiam ordinatur vltimæ iudicium voluntatis. Et quia nemo in carne positus, viam potest, vltimi iudicij euitare, in quo quilibet etiam, de factis proprijs, redditurus est rationem, Idcirco constitutus personaliter in mea notarij publici & testium &c. præsentia, honorabilis &c. Vt autem præmissa omnia & singula executioni debitæ demandentur, suumque debitum sortiantur effectum, huiusmodi Testamenti, siue vltimæ voluntatis, prænominatus Testator curatores & procuratores &c. fecit &c. omnibus melioribus &c. A. & B. absentes &c. ita quod non sit melior &c. Quibus, & eorum cuilibet insolidum, idem Testator, dedit & dat, plenam & liberam potestatem, licentiam & auctoritatem, ac plenum posse, & mandatum, omnia & singula in præsenti publico instrumento contenta, ac Testamentum suum, & vltimam voluntatem huiusmodi &c. conditionis vel præeminentiæ existant, exequendi &c. Cæteraque omnia & singula debita & obligata, a quibuscunque debitoribus, cuiuscunque status, ordinis &c. vigore huiusmodi instrumenti Testamenti, petendi, exigendi, recipiendi, leuandi, & extorquendi, De receptis & leuatis finem, quietantiam, & pactum, de vlterius rem habitam non petendo, verbo vel in scriptis, faciendi, necnon legata prædicta, personis & locis præfatis, soluendi. ¶ Et si necesse fuerit &c. ¶ Vnum quodque &c. ¶ Et generaliter &c. ¶ Promittens &c. Releuans &c. ¶ Hac siquidem dictus testator, asseruit esse vltimam voluntatem suam, & vltimum Testamentum, quam, & quod valere voluit & tenere iure Testamenti, Et si iure Testamenti nõ valeret, ratione omissionis, præteritionis, vel alterius cuiuscunque solemnitatis, voluit & vult, hanc suam vltimam voluntatem valere iure codicillorum, seu donationis causa mortis, aut inter viuos, & tanquam iure vltimæ voluntatis, quo melius valere poterit, & tenere, Cassans, irritans, & annulans idem Testator, omne aliud Testamentum, ac aliam quamcunque vltimam voluntatem, per eum hactenus, quomodocunque, seu quibuscunque verbis, etiam derogatorijs, factum & factam. ¶ De & super quibus omnibus &c.

Testamentum pro sanis cum hæredis institutione.

In nomine Domini &c. ¶ Quoniam ægritudinis vehementia corporalis solet plerumque &c. Vnde dum in corpore quies est, & sobrietas in mente, animusque nullis torquetur angustijs, sed sospites cum humanitate lætantur, melios ordinatur, salubriusque disponitur iudicium vltimæ voluntatis. Idcirco prouidus vir. N. Dei gratia, sanus corpore & mente, sensu discretus & sobrius, volens futuris periculis obuiare, & de vendicatione supernorum ciuium, gloriosa, tanquam verus fidelis & catholicus, in vnione sanctæ matris ecclesiæ, sibimet salubriter prouidere, per dispositionem bonorum suorum mobilium & immobilium, præsentium & futurorum, vbilibet existentium, & in quibuscunque rebus & locis consistant ad præsens & in posterum, cupiens ordinare, ne forsan eum decedere contingat finaliter intestatum &c. in hunc modum qui sequitur facere procurauit. ¶ ET PRIMIS AVTEM, recommendauit animam suam altissimo creatori, qui eam creauit &c. ¶ Item in residuo omnium bonorum suorum quorumcunque, in præmissis omnibus ordinationibus & rogationibus, & alijs debitis, quæ legitime reperiantur, primitus persolutis, fecit constituit, & ore suo proprio nominauit, & etiam esse voluit hæredes suos pauperes Christi, siue religiosos tales, seu alios quoscunque, disponere, residuum prædictum, pauperibus Christi distribuendum reliquit & di-

misit. ¶ Vel sic, fecit & ore proprio nominauit, & esse voluit hæredem suum vniuersalem, talem, vel ventrem vxoris suæ, si ad lucem peruenerit, cui Posthumo, de bonis suis ordinauit, de tutore idoneo & legitimo prouideri, vel & dicti Posthumi & bonorum suorum prædictorum, dictam vxorem suam tutricem legitimam fecit, exinde, & constituit per hæc scripta, ita tamen, quod ipsa tutrix non teneatur facere inuentarium de dictis bonis suis, nec reddere computum de administratis & administrandis per eam, seu de regimine ipsorum, alicui personæ, iudicibus, seu curialibus quibuscunque, in fine tutelæ, nec ante, nec post, sed eam a prædictis exemit, & releuatam de iure, exnunc esse vult, tenore huiusmodi instrumenti, atque omnia & singula facienda, soluenda, & distribuenda, & executioni demandanda, tam in tali loco, quam in tali, & alibi, vbicunque locorum, ciuitatum, villarum, & castrorum, suos & præsentis sui Testamenti, seu vltimæ voluntatis, Fidecommissarios & executores, seu Testamentarios fecit & ordinauit, ac esse voluit & mandauit, disposuit & reliquit. M. & N. quibus simul, & eorum cuilibet, plenariam potestatem concessit, & speciale mandatum, vel prædicta omnia & singula (iuxta ordinationem prædictam) distribuant & augmentent, prout eis, per se, vel alium, seu alios (pro salute animæ suæ) melius videbitur expedire. Et vt prædicta perfectius exequantur, declarauit & voluit, ne aliqua obscuritas vel ambiguitas, deprehendatur in hoc suo Testamento, quod ipsi executores sui, eam suam vltimam voluntatem, possint & debeant declarare, absque recursu alicuius iudicis, vel cuiuscunque personæ, Ac eis voluit plenariam fidem adhiberi, nec alicui iudici vel personæ de prædictis relationem vel computum reddere. ¶ Vel sic, voluit quod si omnes huiusmodi executores noluerint, seu nequiuerint interesse, duo &c. & sic de alijs.

Testamentum Cardinalis.

In nomine Domini &c. Reuerendissimus Pater, Dominus. H. A. tituli. S. Chrysogoni, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Præsbyter Cardinalis, Archiepiscopus Brundusin. sanus, per Dei gratiam, mente & intellectu, ac corpore mediocriter valens, Considerans, quod nihil certius morte, hora autem mortis nil incertius. Et ideo sapientis esse, eam semper habere præ oculis, & ita viuere, vt quacunque hora venerit Dominus, & pulset, reperiat nos paratos, & quod inter alia, quæ paranda sunt, non est minimum domui suæ prospicere, cum Ezechiæ Regi, mortem nunciaturus propheta, primum iusserit prospicere domui, & Abraham grauatus senio, dispensauit inter filios bona sua, & filios Concubinarum separauit a filio legitimo & naturali Isaac adhuc viuens, ne post mortem suam, super diuisione, eueniret discordia, Idcirco mortem habens præ oculis, exemplo tantorum, tamque sanctorum virorum, dum mens sana est, & nullo distracta dolore, sed tota in sese collecta, perspicacius videt, rebus suis, pro pace & quiete successorum, ordinem dare volens, suum testamentum, sine scriptis (quod nuncupatiuum dicitur) in vim facultatis sibi (vt asseruit) per fe. re. Clementem pp VII. concessæ, & per S. D. N. Paulum Papam III. confirmatæ, & alias omni meliori modo &c. condidit in hunc qui sequitur modum, videlicet.

¶ IN PRIMIS, commendat animam suam Deo omnipotenti creatori suo, cui humillime supplicat, vt sibi ignoscere dignetur peccata sua, quæ (proh dolor) agnoscit, & fatetur se in hac vita, sua culpa, commisisse. Et quia cognoscit se, tanta gratia indignum, Precatur Deum Opt. Max. vt saltem precibus & meritis Beatæ & semper intemeratæ virginis Mariæ, & omnium Sanctorum, dignetur pius & misericors Dominus exoratus, prædictorum peccatorum, veniam sibi dare, & animam suam ad vitam æternam perducere.

¶ ITEM declarauit, & per Deum immortalē testatus fuit, se semper remisse &

se & tenere ac profiteri eam fidem, quam maiores sui, ab immemorabili æuo, iuxta ritum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, professi sunt, & tenuerunt, & in ea fide & religione, auxilio Dei, se viuere & mori intendere, sicut hactenus fecit.

¶ ITEM declarauit, & deum immortalem testatus fuit, quod in omnibus Legationibus suis, quas pro sancta sede apostolica gessit, & in omnibus alijs actionibus fuit, fideliter, syncere, & summa cum integritate, omnia tractauit, & fecit pro viribus, & quod in omnibus suis legationibus, nullum vnquam munus accepit, neque ab Imperatore, neque ab alijs Regibus & Principibus Christianis, apud quos munere Legationum, pro sancta sede apostolica sæpius præfunctus fuit.

¶ ITEM ordinauit, si contingeret eum mori Romæ, vel in loco vicino, quod tunc corpus suum deponatur in templo diui Chrysogoni sui tt. cum pompa quæ potest fieri minima, & inde, quàto citius fieri poterit, ad Oppidum Mottæ (quod sibi solum natale est) Ceneteñ. dioc. transferatur, & ibi in ecclesia beati Nicolai (cuius prædictus Reuerendissimus. D. testator alias fuit Commendatarius, & in qua venerabile lauacrum sacrosancti Baptismatis suscepit) sepeliatur, qua in ecclesia, in latere sinistro Capellæ magnæ, in loco eminenti, voluit sibi per hæredes suos erigi monumentum, non ad pompam vllam, neque ad inanem gloriam. Sed ad excitandos, exemplo suo, ciues & posteros suos ad virtutem, & vt aspectu admoniti, orent Deum pro anima sua, cuius tamen in sepulchri siue monumenti structura, voluit seruari modestiam & vltra trecentos ducatos auri non exponi.

¶ ET si ipsum extra vrbem decedere contingeret, longe ab vrbe Roma, tunc voluit depositum fieri in principaliorem ecclesiam illius loci vbi decesserit, siue fuerit Cathedralis, siue collegiata, siue parochialis, siue Monasterium, & postea ferri in M. natale solum, & fieri vt supra.

¶ CAETERVM, ecclesiæ in qua fiet depositum, legauit ducatos auri viginti quinque, semel tantum, & infra octo dies, a deposito facto, soluendos.

¶ ITEM voluit, quod funus suum, & exequiæ suæ, fiant pompa, & apparatu, quam fieri potest minimo, in ea ecclesia in qua factum erit depositum.

¶ ITEM voluit, cum corpus transferetur. M. in natale solum, quod tunc in dicta ecclesia sancti Nicolai, fiant sibi exequiæ, cum domo luctus more Reuerendissimorum. D. Cardinalium, modeste tamen, quod ita fieri ordinat, non ad pompam, sed ad excitandos, vt supra, ciues, & posteros suos, ad virtutem amplexandam, qua sola fretus, peruenit ad huius culmen dignitatis.

¶ HAEREDES suos vniuersales, instituit, & ore proprio nominauit, in omnibus bonis & iuribus, actionibusque suis, tam paternis, quam Castrensibus, quæ (deductis legatis, quæ infra faciet, ac sumptu funeris, alijsque oneribus hæreditatis) supererunt, Reuerendum. D. F. & alios filios masculos Magnifici equitis. D. V. A fratris sui, pro vno quadrante, & strenuum iuuenem. D. filium quondam. D. ipsius Reuerendissimi. D. testatoris similiter fratris, pro altero quadrante, & dominum. C. filium suum naturalem & legitimatum, in semisse testante. Quos inter se substituit vulgariter, puppillariter, & per fidei commissum, Et in euentum in quem, supranominati, sibi hæredes non fierent, vel facti deficerent, tunc in partem non existentis hæredis vel deficientis, substituit & hæredes esse voluit, eorundem non existentium vel defectorum, filios masculos, aliosque eorum descendentes masculos in stirpes, & non in capita in infinitum, non attenta etiam gradus prærogatiua.

¶ ITEM declarauit in dicto Oppido. M. emisse duas domos contiguas, vnam ab hæredibus, quondam. C. & alteram, a quodam Magistro. A. In ijs, voluit, quod dictus. D. C. possit habitare in primo tabulato.

¶ ET casu quo descendentes hæredum suorum masculi deficerent, voluit in dictis duabus domibus succedere masculos tantum, de linea domini. A. Patruelis dicti Reuerendissimi. D. testatoris, & illis deficientibus, masculos de linea quondam. D. C. & illis similiter deficientibus, masculos de linea Magnifici

& Clarissimi Domini.M.Patricij Veneti. Et illis quoque deficientibus, Consilium dicti Oppidi.M.vt in parte superiore, dent habitationem medico, & in parte inferiore, Magistro scholæ puerorum dicti Oppidi. Et sic dictæ duæ domus subiaceant fideicommisso, nec possint alienari vnquam.

¶ITEM voluit idem Reuerendiss.D.testator, omnia bona sua stabilia, omnesque actiones sibi, ad bona stabilia competentes, esse fideicommissa inter dictos hæredes & eorum descendentes in infinitum, quamdiu eorum domus durent, libera ab omnibus oneribus, etiam falcidiæ & trebellianicæ, & vt nullo vnquam futuro tempore, eorundem bonorum proprietas obligari possit, nec pro dotibus quidem recipiendis, neque distrahi, aut alienari ex quacunque causa, quantumcunque necessaria, Et qui eorum secus fecerit, eius partem voluit deuolui ad alios cohæredes æquis portionibus. Et si omnes in idem conuenirent, omnes voluit a dictis bonis excidere, & illa ad proximum, seu proximos in gradu de familia Aliandrorum, de quibus supra, deuolui, & hoc esse & seruari voluit pro lege inter suos hæredes & successores in infinitum, etiam post quartam generationem.

¶ET in euentum in quem aliquis hæredum & successorum, committeret delictum propter quod bona eius publicari, vel in Fiscum redigi mererentur, in eum casum, voluit talem, a parte, quam in dictis bonis haberet, cadere, illamque cohæredibus accrescere, vel ad proximum in gradu deuolui, donec priuatus, impetret restitutionem, a facultatem restituendi habente, qua impetrata, voluit illum in partem amissam, ac si nunquam deliquisset, reuerti.

¶ITEM, ne successu temporis, memoria bonorum stabilium (quæ moriens relinquet) intereat, voluit de illis fieri inuentarium, cum designatione opportuna situs, mensuræ, & confinium.

¶REVEREN. P. D. Io. Bap. fratri suo, Canonico Carnoteñ. & Prothonotario apostolico, quia satis prouisum est in reddidibus ecclesiasticis, legauit duntaxat ducatos Ducentos auri, qui sunt pro dote.I.ipsius.D.Ioan. Bap. filiæ naturalis, Et hoc legato rogauit eum, esse contentum, ex ipsius Reuerendissimi.D.testatoris substentia & hæreditate, quæ modica est, & nepotes sunt multi, quorum, pro honore familiæ, habenda est ratio. Quod si deus sibi prorogauerit vitam, spem habet maiora illi procurandi.

¶DOMINE.L. filiæ prædicti domini.F.nepotis sui, legauit Scutos Ducentos.

¶ANTONIO.A. filio naturali quondam domini.D.sui fratris, pro honore, tam familiæ, quam Ipsius testatoris, legauit victum, & amictum honestum, ac condecentem, ac si legitimus foret, dandum ab hæredibus suis, donec sibi aliunde prouisum fuerit, vnde ipse sese possit nutrire & vestire.

¶LVDOVICO.L. nepoti, ex.A. Sorore sua, scholari, in subsidium studij sui, legauit Ducatos quinquaginta.

¶FRATRIBVS Sanctæ Mariæ in via de Vrbe, pro salute animæ suæ legauit Ducatos.X.

¶FRATRIBVS Sanctæ Sabinæ de Vrbe, ordinis Prædicatorum, legauit Ducatos.XX.pro salute animæ suæ.

¶LIBROS declarauit habere multos, & Romæ, &.M. & Leodij & alibi. Hos omnes voluit congregari in vnum, & inuentariari, ac Venetias deferri, & ibi in Monasterio sanctæ Mariæ de.H.reponi conseruandos, pro vtilitate studiosorum, tam religiosorum, quam secularium. Et si religiosi dicti loci haberent Bibliothecam, aut Bibliothecam vellent construi facere, tunc vult illos libros esse datos, & dedicatos dictæ Bibliothecæ, cum onere tamen, vt prædicti religiosi, vnam missam quotidianam celebrari faciant in dicto Monasterio pro anima dicti Reuerendissimi Domini testatoris, & parentum suorum, & pro omnibus alijs pijs Christianis defunctis.

¶HANC autem curam, delegauit præfato Reuerendo.D.F.nepoti &.C.

A. filio suo, quibus absentibus, noluit a quoquam moueri loco, aut attrectari libros, qui sunt in vrbe.

¶LIBRORVM vero, qui sunt. L. VENETIAS transferendorũ, curam committit præfato domino. F. nepoti, quem, propter regressum & accessum, quem idem dominus. F. in euentum mortis ipsius Reuerendissimi. D. testatoris habet ad Canonicatum & præbendam in Cathedrali ecclesia Leodieñ. necnon ad Præposituram Collegiatæ ecclesiæ. S. Io. dictæ Ciuitatis. L. sperat illuc iturum.

¶SCRIPTVRAS vero alias domesticas & priuatas, quas habet, vt asserait, in quibusdam capsis inclusas, similiter vult non moueri loco, neq; a quoquã attingi, absente domino. G. A. suo filio, sed eas conseruari & consignari dicto domino. C. cum memoriali, quod facere intẽdit, si (Deo fauente) suppetat vita, quo e memoriali, dictus dominus. C. cognoscet, quid de illis debeat scripturis facere.

¶DEBITA mandauit dissolui, quæ tamen declarauit habere pauca, nec recordari plurium, quam sequentium, nempe Scut. N. pro residuo. C. Scutorum, quæ alias habuit mutuo a Magnific. D. Io. Cloler Parisieñ. & Duc. N. largorum, quos habuit alias a quodam spectabili domino. A. C. facta desuper obligatione, prout in libro rationali ipsius Reuerendissimi. D testatoris, quos Ducatos. N. non soluit, quia sibi nunquam constitit, qui essent hæredes dicti quondam domini. A.

¶ITEM Ducatos. N. pro residuo, quinquaginta, quos alias habuit mutuo, a Boñ. me. domino. F. dum vixit, Archiepiscopo. T. de quibus credit esse chirographum, quod, soluendo, voluit recuperari.

¶A. N. B. & socijs mercatoribus., Floreñ. Rom. Cu. sequeñ. nouissime accepit in creditum nonnullos drapos & pannos, quos similiter adhuc debet.

¶NEC recordatur aliorum debitorum, quæ habeat, quam suprascriptorum, si tamen alia reperirentur, quod non credit, de quibus legitime constaret, nec esset satisfactum, ea quoq; voluit exolui.

¶CONTRA, credita mandauit exigi, ad supplendum ex eis onera funeris & exequiarum, & aliorum, quæ fiunt de more, quæ onera, ita cuperet moderare fieri, vt valorem mobilium, quæ tempore mortis reperientur in Vrbe, iunctis his creditis non excederent, Stabilia enim quæ sunt in partibus, propter hæc onera, nollet aliquo pacto aut ære alieno grauari.

¶DECLARAVIT autem habere credita sequentia.

¶IN PRIMIS, est creditor dominorum. T. & Io. M. de. I. Venetijs commorantium, prout in eorum computo nouissime transmisso, ac domini. B. I. eorum responsalis Romæ, prout in quodam chirographo confecto manu domini Io. de. P.

¶SECVNDO, est creditor domini. F. R. procuratoris sui, in Brundr. & Oretañ. ecclesijs perpetuo vnitis, quibus ipse Reuerendissimus Dominus testator præesse dignoscitur, occasione administrationis, quam idem dominus. F. fecit in fructibus dictarum ecclesiarum. Ex quo credito, legauit ecclesiæ. B. vnum Plaustrum tritici ad mensuram Neapolitañ. ad cultum diuinum, & tantundem ecclesiæ. O. & tantundem ipsi domino. F. R. & hos vltimos, tunc demum postequam de omnibus per ipsum administratis legitimam reddiderit rationem.

¶TERTIO, est creditor Præpositurę Valeñ. quam ipse Reuerendissimus dominus testator possidet, & ad quam præfatus dominus. F. ipsius nepos, habet regressum, siue accessum, in multis Ducatis centurijs, prout ex computis venerabilis Capituli dictæ ecclesiæ. V. sciri poterit, seu potius spectabilis domini. P. mercatoris. Valeñ. qui dictos fructus multis annis exegit, de quibus rationem reddere habet.

¶QVARTO, est creditor Hospitalis de Trens, & parochialis & Abbeuilla, Carnoteñ. & Senoneñ. dioc. respectiue, quibus, auctoritate apostolica, præesse dignoscitur, occasione fructuum eorundem præteritorum, & non habitorum.

¶ QVINTO, est creditor præposituræ Sancti Ioan. L. ad quam similiter re gressum habet dictum dominus. F. nepos suus, seu potius domini. H. V. procura toris sui, occasione fructuum eiusdem Præposituræ, quos idem dominus. H. exe git, & de eis habet reddere computum.

¶ SEXTO, est creditor domini. H. T. in certis pecuniarum summis, occasio ne pensionum, sibi apostolica auctoritate reseruatorum, super fructibus beneficio rum ecclesiasticorum, quæ idem dominus. H. obtinet, prout in literis apostolicis, quas ipse Reuerendissimus. D. testator habet expeditas, videre est.

¶ SEPTIMO, est creditor Cameræ apostolicæ, siue Reuerendi. D. Datarij, qui pro Camera soluere consueuit, occasione salarij Bibliothecæ apostolicæ, quod sibi debetur, vsque ad promotionem de persona sua facta ad Cardinalatus honorem, nec hactenus quicquam habuit in eam causam, a tempore miserandæ direptionis vrbis, Pro maiore enim parte temporis intermedij, absens fuit, semper occupatus in Legationibus, pro S. sede apostolica, propter quam absentiam, ei dem salario exigendo vacare non potuit, neque etiam, postquam rediijt ad vrbem, quicquam sibi solutum est per eundem. R. D. Datarium, vel cameram apostoli cam, aut quenquam alium eorum nominibus, Nec ipsi Reuerendiss. D. testatori, quominus sibi debeatur dictum salarium, obstat ipsius ab vrbe absentia, quia Motum proprium habet signatum manu Fe. re. Clementis Papæ. VII. quo de claratur ei debere currere hoc salarium, absentia sua non obstante, quia absens pro negotijs sedis apostolicæ, quæ facultas postea mortuo dicto domino Papa Clemente, & in eius locum suffecto. S. D. N. Paulo Papa III. per Sanctitatem suam fuit confirmata, vt apparet per literas Secretariorum. S. suæ, quæ sunt apud ipsum Reuerendissimum. D. testatorem & hoc in vna manu.

¶ DEINDE in alia manu, declarauit se, cum e postrema sua Legatione Ger manica esset reuersus, mansisse creditorem eiusdem Cameræ Apostolicæ siue Re uerendi. D. Datarij prædicti, in salario mensium duorum cum dimidio suæ Le gationis, quod salarium ascendebat ad summam Scutorum. N. auri, e quibus si bi. S. D. N. nuper antequam iret Lucam, solui fecit salarium vnius mensis, & Scut. N. dimidij mensis, ipse Reuerendissimus Dominus testator remittit, eo quod in redeundo a Legatione, dies forte XV. consumpsit in patria sua commo rando. Quibus detractis, super sunt adhuc Scut. L. pro mense restanti.

¶ ET quia ipse Reuerendissimus Dominus testator, pro sede Apostolica, mul tis annis, multos pertulit labores, & multa adijt pericula, etiam vitæ suæ, multa quoque passus est damna, & id libentissime, commodum & honorem huius sanctæ Sedis procurans, semper pro viribus, potius quam suas ipsius vtilitates, & ex alte ra parte, quia pro dignitate Cardinalatus pauper est, & ea iusta, quæ Reueren dissimis. D. Cardinalibus fieri consueuerunt, sine hoc adiutorio consequi non po test, Ideo sese deuotissime prosternit ad pedes. S. D. N. humiliter supplicans, & hæc paterno affectu consideratis, dignetur de creditis huiusmodi, quæ habet cũ Camera, & Datario. S. suæ, satisfieri mandare, Reuerendissimus Dominis execu toribus infrascriptis, ad faciendum sibi defuncto, ea iuxta, quæ Reuerendissimis. D. Cardinalibus morientibus fieri consueuerunt, & subleuandum hæreditatem, quæ tenuis est, ab oneribus dignitatis Cardinalatus solitis & consuetis.

¶ EXECVTORES huius Testamenti in Curia, instituit Reuerendissimos Dominos. R. P. Cardinalem. B. R. H Cardinalem. G. R. M. Cardinalem. S. C. ac R. Alex. Cardinalem. F. vulgariter nuncupatos, ita tamen vt sufficiat in exequen do interuenire duos ipsorum.

¶ AD ipsius Reuerendissimi. D. testatoris nomine, deferendum ad S. D. N. supraſcriptam ipsius supplicationem, & hæredibus suis, in omnibus fauorabili ter assistendum & vt omnia in præsenti Testamento debitæ executionis manden tur, superintendendum. Quorum prudentiæ committit remunerationem serui torum, qui tempore mortis erunt in seruitio ipsius Reuerendissimi Domini te statoris,

ftatoris,necnon moderationem sumptus funeris & exequiarum, omniumq; aliorum quæ de more fieri consuetudine mortuo Reuerendissimo D.Cardinali, habito in omnibus respectu ad vires hæreditatis, ne valor mobilium in Vrbe, & supranarratorum creditorum excedatur. Vtq; bona,quæ sunt in partibus propter hæc dignitatis oneta, non minuantur, aut ære alieno onerentur, Rogans eosdem Reuerendissimos Dominos Cardinales, omni cum reuerentia & honore, vt intuitu Dei & mortalitatis communis, hoc vltimum officium pro ipsorum benignitate, & sua in illos obseruantia,sibi præstare ne grauentur. Quibus addidit præfatum Reuerendum.D.F.A.nepotem suum,&.C.filium coniunctim, qui ordinanda per præfatos Reuerendos Dominos Cardinales exequantur, & ipsos D.Reuerendissimos (quantum eorum sublimitatibus parci poterit) subleuent a laboribus, cum potestate calculandi cum personis, quibus, cum sibi in dando, recipiendoq;, aut aliter quomodocunq; negotium fuit, & calculos huiusmodi solidañ. Creditoribus de suis literis creditis satisfacieñ. a debitoribus satisfactionem petendi, exigendi, & recipiendi, habuisseq; confitendi, bona hæreditatis mobilia,necnon libros vendicandi, & exceptis libris, ac scripturis, cætera pro executione præsentis Testamenti, si & quatenus opus erit, vendendi, & in pecuniam redigendi, & super quibusuis differentijs,quæ nasci possent, cum quibusuis personis, prout ipsi domino.F.&.C.videbitur, transigendi, concordandi, & paciscendi, & si eis videbitur,in vnum,vel plures bonos viros, compromittendi,& compromissa, necnon pactiones, & concordias, & transactiones huiusmodi,iuramento, & pœna firmandi, cum alijs clausulis opportunis, pro voluntate contrahentium, & more loci, vbi res agitur, & tam de his,quæ confessi fuerint habuisse, quam de illis,quæ acta recipient, aut quæ per concordiam remiserint, quietandi, & de omnibus, quascunq; scripturas, publicas vel priuatas, cum clausulis opportunis, etiam abundantibus, etiam sub obligatione quacunq;, etiam in forma Cameræ conficieñ. & confectas tradeñ. cum clausula ad omnes lites, & causas, motas & mouendas, ad agendum & defendendum, cum potestate substituendi. Et generaliter, ad omnia hæreditatis negotia, pro tempore, cum libera administratione.

¶ IN partibus vero, executores voluit esse. ¶ Reuerendum.D.Io.B.A.fratrem suum supradictum, & Magnifi.D.T.& Io. M. mercatores Floreñ. Venetijs commorantes supradictos, semper optimos amicos suos, absentes & insolidum, ad faciendum omnia quæ illic opus erunt fieri pro executione præsentis instrumenti.

¶ VOLENS quod hæc facultas executionis, data, tam executoribus in Curia,quam extra eam,competat eis,statim a morte hæreditatis ipsius testatoris hæreditate,per hæredes adita,vel non adita, nec finiatur anno,sed duret vsq; ad plenariam executionem omnium, in præsenti testamento contentorum. Et si super hoc instrumento, nasceretur aliquod dubium,voluit illius dubij declarationem, & interpretationem,esse pœnes dictos dominos executores, seruata tamẽ, de qua supra,distinctione locorum,vt quæ ad negotia in Curia pertinent, declarent executores in Curia. Quæ ad negotia in partibus,declarent executores in partibus.

¶ HANC dixit &c.

¶ REVOCANS &c.

¶ SVPER quibus &c.

¶ ACTVM Romæ in Burgo Sancti Petri, & in Palatio solitæ residentiæ præfati Reuerendissimi Domini testatoris. Præsentibus &c, (videlicet. X I. personis) testibus ad præmissa vocatis specialiter, atq; rogatis. Assistente etiam.R.P.Magistro Tho.B.Mutineñ. ordinis.P.Magistro.S.P.A. & domino Io Orlando de.P.clerico,nullius dioc. Secretario præfati Reuerendissimi domini Cardinalis testatoris.

Aliud testamentum.

In Dei nomine amen, &c. ¶Cum mors plerumque adsit, licet procul esse credatur, de qua ideo, nemo nimis & pauci sunt, qui satis cogitent, & si isthæc nunquam fuerit cogitatio vana vel nimium festina, & sane hominem se non nouit, qui se humanis casibus nescit expositum, hic naturæ mortalis obliuiscitur, qui non mente animoque reuoluit, quod per varios & ambiguos rerum euentus, mors nobis semper imminet. Suis igitur de nouissimis cogitans egregius vir, dominus Diomedes.P.I.V. doctor, dum per bonam animi & corporis valetudinem, licet de se, suisque rebus testando, sic disponere instituit, ob id maxime, ne propter eius incuriam, post eius obitum, suis de rebus quisquam quæreat, aut litiget &c.

¶ET in primis, suam animam peccatricem, sed diuinam misericordiam implorantem, & de ea sperantem, altissimo commendauit.

¶ITEM corpus eius, si Romæ mori contigerit, voluit sepeliri in Ecclesia Sancti Augustini, & poni vbi placuerit eis, qui hanc curam suscipere dignabuntur, cui ecclesiæ & fratribus reliquit Scuta vigintiquinque pro iure sepulturæ. Si autem eum mori contigerit Triuij, mandauit sepeliri in ecclesia.S. Emiliani & in sepulcro aulto. Si Vissi, in ecclesia.S. Augustini, in sepulcro parentum suæ vxoris, & si alibi, in quacunque ecclesia ordinis minorum quæ ibidem fuerit, & voluit tot expendi pro funeralibus, quot visum fuerit infrascripto hæredi.

¶ITEM reliquit dictæ ecclesiæ Sancti Augustini de Vrbe, pro exequijs & alijs celebrandis in eadem, Scuta quinquaginta, si tamen datum fuerit, quod ibidem sepeliatur.

¶ITEM reliquit ecclesiæ Sancti Augustini de Visso, quandam eius possessionem positam in plano Vissi, quam dixit testator emisse a quodam Marino .A. de eodem loco, cum hoc, quod fratres dictæ ecclesiæ, teneantur & debeant facere Anniuersarium pro animabus ipsius testatoris, & dominæ Portiæ suæ vxoris, in festo Sancti Augustini perpetuis quibuscunque futuris temporibus.

¶ITEM reliquit Monasterio seu Monialibus Sancti Iacobi eiusdem terræ, vnam ipsius testatoris vineam, positam in pertinentijs dictæ terræ, & loco qui dicitur.N.hoc tamen onere adiecto, quod Abbatissa & Moniales dicti Monasterij, teneantur fieri facere in dicta ecclesia Sancti Iacobi Anniuersarium, pro animabus ipsius testatoris, & dominæ.P. suæ vxoris, & ad illud facieñ. congregare & conuocari facere, quoscunque sacerdotes & religiosos quos habere potuerint in festiuitate Sanctorum.Q.&.I.de Mense.N. quam vineam asseruit emisse a.R. de dicta terra.

¶ITEM dixit & confessus fuit, habuisse pro parte dotis dictæ dominæ.P. suæ vxoris, Florenos ducentos monetæ Marchiæ, quos eidem reliquit ad libitum ipsius, ex bonis & hæreditate ipsius exsoluendos & detrahendos.

¶ITEM reliquit eidem dominæ.P.suæ vxori, omnia melioramenta, per ipsum testatorem, facta in domo ipsius dominæ P.in terra Vissi, & quod ab ea sine eius hæredibus, quicquam peti propterea non possit.

¶ITEM dixit, & confessus fuit, quod possessio, quæ fuit empta per ipsum testatorem, licet nomine suo, & dictæ dominæ.P. a domino.F. seu .A. de .C. Magistro stabuli.S.D.N. Pauli IIII. quæ est posita in territorio.M. fuit empta ex pecunijs proprijs ipsius dominæ.P.& propterea reliquit eidem dictam possessionem.

¶ITEM reliquit eidem, aliud petium terræ, quod adiacet possessioni prædictæ, quod fuit emptum a quodam fratre Bernardino & quodam eius germano de.H.

ITEM reliquit eidem dominæ .P. omnes ipsius dominæ .P. vestes, tam laneas, quam lineas, seu sericeas, & annulos, & quæque alia iocalia ad eius vsum parata, necnon omnes pannos lini, canapis, & filatum cuiuscunque speciei fuerint.

ITEM reliquit ecclesiæ Sancti Emiliani de Treuio, vnum petium terræ, vt asseruit idem. D. testator, emptum per eum, ab. E. F. eius consanguineo, quod est positum in pertinentijs dictæ terræ Treuij, & in loco, qui dicitur. N. iuxta suos fines, cum hoc, quod Prior, & Canonici dictæ ecclesiæ, teneantur perpetuis futuris temporibus, facere Anniuersarium pro animabus ipsius testatoris & suorum prædecessorum, & conuocare quoscunque sacerdotes, & clericos, quos habere potuerint in festo. S. Hieronymi.

ITEM iussit & voluit ipse. D. testator, quod post eius mortem, vendantur omnes eius vestes, quæ tempore suæ mortis reperientur, tam Romæ, quam Treuij, aut Vissi, & ex precio, quod redigetur, emantur tot paratus seu paramenta vellutti, aut sericea, per infrascriptos suos hæredem, & executores, & pro parte, assignentur ecclesiæ Sancti Emiliani prædicti, & pro alia, ecclesiæ Sanctæ Mariæ terræ Vissi.

ITEM iussit & voluit similiter, quod crateræ, forcinæ & coclearia, & alia quæcumque argentea ipsius testatoris, vendantur vt supra & emantur calices, & assignentur pro parte ecclesiæ Sancti Martini de Treuio, & pro alia. S. Augustini de Visso.

ITEM reliquit dominæ A. suæ Alumnæ Dotem (dum nupserit, seu ingressa fuerit Monasterium.) Scutorum Quinquaginta & plus, arbitrio infrascriptæ suæ hæredis, & interim quod nubat, vel ingrediatur Monasterium, ali debeat per prædictam eius hæredem vel vbi eidem hæredi placuerit & pariter reliquit eidem. A. omnia necessaria secundum condecentiam suæ personæ, videlicet vestes linteamina, camisias, cophinos, & alia, arbitrio dictæ suæ vxoris, & infrascriptorum eius executorum.

ITEM reliquit dominæ, O. & alijs neptibus, ex. I. sorore ipsius testatoris (Margarita, quæ est nupta. F. de. M. duntaxat excepta) & cuilibet earum, Scuta. 25.

ITEM reliquit. A. B. C. & D. suis consanguineis & cuilibet eorum, Scuta decem, cum hoc tamen, quod ad solutionem prædictorum legatorum fact, & collegatarijs, & dictis ecclesijs SS. Augustini, Iacobi, & Emiliani, & infrascripta eius domina hæres, compelli non possit, neque valeat, dum vixerit, sed assignentur eisdem per infrascriptos suos executores post mortem ipsius hæredis.

ITEM reliquit dominabus: Alt. B. & N. eius cognatis, scuta, X. pro qualibet.

IN omnibus autem alijs suis bonis, mobilibus & immobilibus, iuribus & actionibus, & semouentibus quibuscunque, vbicunque sint, vel fuerint, seu reperiri poterunt, suam vniversalem hæredem instituit, fecit, & ore proprio nominauit dominam Portiam eius vxorem, & voluit quod post eius mortem, absque alicuius falcidiæ, seu Trebellianicæ detractione, bona quæ remanserunt, distribuantur inter pauperes arbitrio infrascriptorum eius executorum, & fideicommissariorum, quos elegit & deputauit, videlicet.

D. O. de. P. eius Consobrinum.

D. V. de. B. &

Ser. V. de. Snectiono.

D. H. G. quo ad bona Treuij & in eius territorio, ac in territorio. M. consistentia. Et quo ad bona existentia in territorio Vissi.

Ser. F. A. D. A. de. N. eius cognatum, Quibus dedit licentiam & facultatem huiusmodi suam voluntatem, modo quo supra, executioni mandandi, & per ipsos executores bona distrahendi, & cum alijs facultatibus necessarijs & opportunis, & eosdem. D. F. A. & A. quo ad bona consistentia in Vrbe.

¶ LEGAVIT post mortem infrascripti sui hæredes, dominabus .N. Al & B. Sororibus Scuta 25. pro qualibet, & casu quo ipsarum aliqua siue omnes præ decesserint, voluit illa so lui illarum, & cuiusq; earum hæredibus.

¶ ITEM reliquit omnibus & singulis ipsius testatricis nepotibus & neptibus, tam masculis, quam fœminis dictarum fnatrum sororum filijs & filiabus, Scutum. 1. pro quolibet.

¶ LEGAVIT, ac dari voluit & mandauit. A. suæ Alumnæ, dum nupserit, siue monasterium introiuerit. Scuta. 25. Et cameram, siue arredium, iuxta qualitatem suam.

¶ Vult arredium suum distribui, videlicet pannos lanæ, lini, canapis, & huiusmodi ad vsum ipsius testatricis, inter pauperes & pupillas arbitrio infrascripti sui hæredis, & execut.

¶ ITEM reliquit & legauit. Al. eius sorori, vsum suæ domus, a qua nunquam expelli possit per aliquem dum vixerit.

¶ ITEM similiter reliquit. N. & N. suis neptibus, in omnem casum viduitatis, siue alterius infortunij, vt de dicta domo non possint expelli, sed in ea morari, & stare possint absq; aliquo impedimento. In omnemq; casum aduersum, voluit & reliquit, quod dicta. A. sua Alumna possit confugere, redire, & stare in dicta domo ad suũ beneplacitum, absq; conditione, & aliqua solutione pẽsionis.

¶ IN omnibus autem alijs & singulis suis bonis & rebus, tam mobilibus, quam stabilibus, iuribus & actionibus ad dictam dominam testatricem, quomodocunq; & qualitercunq; spectantibus & pertinentibus, & tam in terra Viffi, quam .M. & in terra Montis .M. & eorundem locorum territorijs, quam alibi, & vbiq; existentibus, quotcunq; quæcunq; & qualicunq; fuerint, instituit & fecit, ac ore proprio nominauit, suum vniuersalem, hæredem præfatum dominum Diomedem. P. eius dilectum maritum, præsentem & acceptantem, gratiasq; referentem.

¶ ET quoniam in eo plurimum confidit, dictum. D. Diomedem maritum suũ, & hæredem executorem, & fideicommissarium huiusmodi sui testamenti & vltimæ voluntatis, reliquit & ordinauit, cum libera facultate exequendi, iuxta ipsius testatricis voluntatem, quæ duret, & durare debeat, etiam post, & quousq; fuerint omnia & singula in hoc testamento contenta, debitæ executioni demandata, & alijs facultatibus opportunis.

¶ Hanc si quidem, dicta testatrix, asseruit esse vltimam voluntatem suam, & vltimum testamentum, quam, & quod, valere voluit & tenere iure testamenti. Et si iure testamenti non valeret, ratione omissionis, præteritionis, vel alterius cuiuscunq; solemnitatis, voluit & vult ipsam suam vltimam voluntatem, valere iure codicillorum, seu donationis causa mortis, aut inter viuos, & tanquam iure vltimæ voluntatis, quo melius valere poterit & tenere.

¶ Cassans &c.

¶ Super quibus &c.

¶ Actum Romæ in domo habitationis ipsius testatricis, & dicti sui viri, apud Palatium. N. Præsentibus ibidem &c. (videlicet septem personis) testibus &c.

Aliud testamentum.

In nomine Domini amen. Per hoc præsens publicum instrumentum &c. sit notũ, quod Anno &c. Domini M. D. &c. Indict. &c. Die &c. mensis. N. In mea notarij &c. constitutus personaliter Michael Pauli. M. Albanesi. habitator in vrbe in Regione Treuij, sanus, Dei gratia, mente, & intellectu, licet corpore infirmus, præmeditans quod nihil est certius morte, & nihil incertius hora mortis, ac volens quod post eius mortem, de & super suis bonis non oriatur aliqua materia litis, seu scan

bali, Ideo spon.M.ex eius certa scientia, disposuit de suis rebus & bonis, prout inferius continetur, & suum in hunc modum condidit testamentum. Et quia anima est nobilior corpore, ideo in primis cōmendauit illam omnipotenti Deo, eiusq; gloriosissimæ matri virgini Mariæ & omnibus sanctis curiæ paradisi. Et quandocunq; eum mori contigerit, voluit sepeliri in ecclesia.S. Apostoli, & pro eius fouea, & missis.S.Gregorij, pro eius anima dicendis per dictos fratres.S. Apostoli, reliquit dictæ ecclesiæ ordinarium, quod solitum est relinqui per alios suæ conditionis.

¶ITEM reliquit pro maritandis puellis Ducatos Mille auri, quibus puellis, voluit dari dictos Mille Ducatos, iuxta electionem & conscientiam, quas ex nunc onerat Illustr. Domini Constantini.C. Principis Macedoniæ, & nobilis viri, Domini Metelli de Varis Patricij Romani, & etiam iuxta quantitatem pecuniarum pro dictis puellis maritandis soluendorum. Quos mille Ducatos, voluit haberi & percepi de bonis suis, & illa vendi, vsq; in complementum dictorum Mille Ducatorum, Quos Mille Ducatos, voluit deponi pœnes aliquem ex fratribus Trinitatis, idoneum ad dictum effectum, seu pœnes aliquem idoneum Bancharium, qui fiat depositarius, quousq; dictæ puellæ locentur, seu nuptui dentur vt supra.

¶ITEM voluit, & reliquit præfato domino Metello, quod in omnem euentum, in quem domus, in qua ad præsens ipse Michael inhabitat, vendetur, quod non possit vendi alteri, nisi ipsi domino Metello, & iuxta instrumentum, heri, per me notarium, inter ipsum. D.Michaelem ex vna, & dictum Dominum Metellum, partibus ex altera, factum.

¶ITEM reliquit Francisco Ioannis Baptistæ de Senis, duas cameras seu stantias, existentes in inferiori parte domus, in qua ad præsens ipse Dominus Michael inhabitat, vsq; ad tempus vitæ ipsius.

¶ITEM reliquit hospitali Albaneñ. posito in.S. Maria in campo in vrbe, pro Deo & anima sua Ducat.XX.auri, ad rationem decem Iuliorum pro quolibet Ducato.

¶IN omnibus autem alijs suis bonis, mobilibus & immobilibus, iuribus & actionibus, præsentibus & futuris, vbicunq; existentibus, & seu quomodocunq; superuenientibus, & nominibus debitorum, & alijs quibuscunq; bonis, reliquit, fecit, instituit, & ordinauit, & esse voluit, suos veros & legitimos, ac vniuersales hæredes, Illust. Dominum Constantinum.C.præfatum, necnon Dominum. A. Fratrem Germanum episcopi.G.ac etiam.G.T.&.C.I. Albaneñ. eiusdem Michaelis nepotes. Ac etiam Catherinam.T. Albaneñ. eius sororem consobrinam ibidem præsentem, & vt dicitur habitatricem in Ciuitate.P. & Dominum Metellum de Varis, Patricium Romanum, & omnes & singulos supradictos pro æquali portione. Quod præsens testamentum, voluit præualere & præesse omnibus alijs testamentis & vltimis voluntatibus, & voluit illud valere iure testamenti, & si iure testamenti non valeret, voluit ipsum valere iure codicillorum, seu iure donationis causa mortis, vel inter viuos, seu cuiuscunq; alterius vltimæ voluntatis, aut alio quocunq; meliori modo valere posset. ¶De & super quibus omnibus & singulis &c. vt in sequeñ. vsq;.

¶ACTA fuerunt hæc Romæ in Camera domus vbi, seu in qua ad præsens inhabitat præfatus Michael testator, posita in Regione Triuij iuxta suos confines. Præsentibus ibidem &c. (Videlicet septem personis) testibus &c.

Testamentorum proœmia, cum illorum fine.

In nomine Domini amen &c. Personaliter constitutus R. D. H. de. C. de Nouaria, Miles Hierosolymitañ. sanus per Dei gratiam, mente & intellectu, licet corpore infirmus, præmeditans quod nihil est certius morte, & hora mortis incertius, timensq; futuræ mortis periculum, & ne eum contingat ab intestato decedere, & ne de suis bonis, post eius mortem, oriantur controuersiæ, quæstiones, differentiæ & lites, ac asserens habere facultatem testandi a fe. re. Leone Papa. X. ¶ Vel sic. Constitutus Venerabiles vir, Frater. G. de. F. de Sauona &c. vt supra vsq; lites, ac habens licentiam & facultatem Testandi a. R. P. D. Francisco de Landis, moderno Preceptore Hospitalis Sancti Spiritus in Saxia de vrbe, prout de dicta facultate constat per acta mei notarij infrascripti, sub die .18. mensis. A. præsentis anni. Idcirco, prius, & ante omnia (reuocando omne aliud testamentum seu vltimam voluntatem, & codicillos, seu donationem causa mortis, per ipsum hactenus fact. de illis, per præsens nuncupatiuum testamentum (quod de iure dicitur sine scriptis) in hunc qui sequitur modum, omni melius, disponere procurauit, videlicet.

¶ ET quia anima, est nobilior, ac dignior corpore, ideo prius & ante omnia, illam omnipotenti Deo, eiusq; gloriosissimæ matri virgini Mariæ, & omnibus sanctis curiæ cœlestis, seu paradisi, commendauit.

¶ Item reliquit corpus suum (si ex hac infirmitate decesserit) in ecclesia hospitalis Sancti Spiritus in Saxia de Vrbe, sepeliendum, cui ecclesiæ, reliquit Scut. L. auri, de quibus debent fieri exequiæ cum presbyteris & fratribus dicti hospitalis tantum & cum quatuor aut quinq; torcijs siue tædis, absq; alia pompa. Quæ expen. deducantur de dictis. L. Scutis.

¶ Item &c. apponendo hic omnia alia legata, vsq;.

¶ IN omnibus autem alijs suis bonis &c. vt supra, vsq; esse voluit suum vniuersalem hæredem supradictum dominum. B. de. P. de. C. laicum. P. dioe. Militem Hierosolymitañ. qui hæres debeat facere ipsi testatori, defuncto, vnam sepulturam marmoream, cum literis, seu Epitaphio, prout videbitur moderno Præceptori Sancti Spiritus, expen. tamen dictæ hæreditatis. In qua sepultura, teneatur exponere Quadraginta, seu Quinquaginta Scut. aut plus vel minus, prout videbitur dicto domino. B. cum consilio præfati domini Præceptoris. Præfatusq; testator, deputauit in executores præsentis testamenti, seu vltimæ suæ voluntatis, Reuerendissimum in Christo Patrem, Dominum. D. A. modernum Cardinalem, ac præfatum dominum Præceptorem, absentes tanquam præsentes, & quemlibet eorum insolidum. Quibus & cuilibet eorum dedit facultatem & auctoritatem, & omnimodam potestatem, exequendi & faciendi omnia & singula, quæ pro executione præsentis suæ vltimæ voluntatis erunt necessaria, seu quomodolibet opportuna, in iudicio & extra &c.

¶ Vel sic.

¶ IN omnibus autem &c. vsq; esse voluit suum vniuersalem hæredem, supradictum hospitale Sancti Spiritus in Saxia de Vrbe, & nullos in executores voluit deputare.

¶ HANC autem suam vltimam voluntatem, & suum vltimum testamentum, valere voluit idem dominus testator iure testamenti. Et si non valeret iure testamenti, voluit valere iure codicillorum. Et si non valeret iure codicillorum, voluit valere iure donationis causa mortis, vel inter viuos, seu cuiuscunq; alterius vltimæ voluntatis, aut alio quocunq; meliori modo, seu titulo valere posset.

¶ Alio modo.

¶ IN omnibus &c. esse voluit suum vniuersalem hæredem N. eius filium legitimum & naturalem, qui debeat præmissa exequi, & debitæ executioni demandare. Et reuocauit omne aliud testamentum, per eum forsan ante hac conditum.

¶ HANC autem, &c. vsque
¶ De & super quibus omnibus & singulis præmissis, idem dominus testator, sibi a me notario publico infrascripto, vnum, vel plura, publicum seu publica, fieri atque confici petijt, instrumentum & instrumenta.
¶ ACTA fuerunt hæc Romæ, in domo solitæ habitationis ipsius testatoris, in camera, vbi seu in qua dictus dominus testator infirmus iacebat (quæ domus est posita in Burgo nouo prope Sanctam Mariam Transportinam, & alios fines veriores) Sub anno, Indictione, die, mense, & Pontificatu, quibus supra. Præsentibus ibidem &c. (Videlicet septem personis) testibus &c.

Formulæ testamenti clausi.

Dei Opt. Max. Et Iesu Christi nomine inuocato, ex cuius nutu vniuscuiusque operis prospera incipiunt initia, & omni negotio prosperi succedunt euentus. Anno a Natiuitate eiusdem. 1558. Indict. 14. Die vero Lunæ. 17. Octobris dicti anni. Tempore Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & domini nostri domini Pauli, diuina prouidentia Papæ IIII. Anno septimo sui Pontificatus.
¶ EGO Lucretia Roscia, Pagi Ciuitellæ, diui Pauli de Vrbe oriunda, Deo bene iuuante, & si ætatis maturæ, ac propemodum præcipitatæ, corporis tamen sana sum, mentis tranquilla, vitæ integra, conscientiæ syncera, & sensum perfecta, dum tacite mecum considero iura ciuilia, iniuriæ vituperioque dare, si mortales a vita discedunt intestati, & vitio vertere calumniarum, si post mortem longas glomerent lites inter hæredes. Ideo volens hanc vltimæ voluntatis meæ dispositionem, me viua, esse secretam, extraneis occultam, & consanguineis pœnitus absconditam, me quoque mortua, vituperium euitare non facti testamenti, lites præterea non tantum non excitare inter consanguineos meos, sed pacem ponere perpetuam inter eosdem, Non fraude circumuenta, non illecebris cuiuspiam allecta, non errore aliquo inducta, sed sponte mea, motu proprio, liberoque arbitrio moueor, vnde volo hanc vltimæ dispositionis meæ sententiam, in membranam scriptam esse, & fore meum Eulogium, siue vltimum testamentum, tale, quale ius ciuile in scriptis appellat. Mando hanc nouissimam voluntatem valere iure testamenti in scriptis, sin autem, non censebitur, nomen & ius habere mando illam valere iure codicillorum, vel cuiuscunque alterius vltimæ voluntatis, quam inuiolabiliter ab hærede meo obseruari statuo. Ex quo post mortem meam, aliud velle non possum, nec stylus amplius liber est, nec licitum, quod iterum non redit arbitrium. ¶ In hoc testamento instituam hæredem meum vniuersalem, Balthasarem cognomento de la Torre, Siculum, ciuem Placitanum, Cathanien. diocesis, maritum meum legitimum. Erunt præterea in eodem Vocati testes specialiter, & rogati. R. Sacerdos, dominus Cæsar, & dominus Ioannes Fœlix, ambo de Pontiano, sed vnus Archipresbyter patriæ meæ alter Iudex Pedaneus, Michael Porcellus Siculus, habitator patriæ meæ, Ser Franciscus, Antonellus, Darius, Honoratus, omnes accolæ patriæ meæ. His omnibus vnico contextu in coronam honorificam coactis, hanc membranam ostendam plicatam, quatenus pertinebit scriptura. Sed in fine ostendam apertam, extensam, & immaculatam, vbi sese subscribant, proprioque filio vincitum sigillum membranæ affigant, & imponant, vt me postea defuncta, aperti testamenti, apud Prætorem a tabellione publicandi, describendique pro veritate testificentur. Eo accedit, cum sim expers legendi scribendique, vocaui data opera, rogauique amice D. Hieronymum Guidagnum Siculum, ciuem Placitanum, Cathanien. dioces. Archipresbyterum Castri Filacciani Nepesinæ diocel. Necnon rectorem ecclesiæ Sanctæ Agnetis in Agone de Vrbe Iuris vtriusque doctorem, qui nuper ab infirmitate grauissima conualescens, Roma profectus, partim Ciuitellæ, partim

turi rusticabatur, per confirmationem recuperatæ sanitatis, quod hac meæ nouissimæ voluntatis sententiam in scriptis nuncupatam, tali ordine scriberet, & poneret qualis me dictante, sequetur.

¶ IMPRIMIS, cum anima sit corpore dignior, nobiliorq;, eam domino nostro IESV CHRISTO, ac eius gloriosæ matri MARIAE commendo, totiq; curiæ cœlesti, meum deinceps cadauer, sepultum iri decerno, in cemiterio diui Laurentij.

¶ Hæc lego. ¶ Solidos quinq; reparationi ecclesiæ diui Laurentij.

¶ Templo diui Iacobi totidem. ¶ Phano diuæ MARIAE totidem, in quo sacramenta ecclesia ministrantur. Sad monasterio diui Pauli de Vrbe, lego duplum in quibus hæredem instituo, vetoq; ipsum inde ab his decem solidis nihil vnquam petere posse ab hærede meo. ¶ Tandem, vt omnibus suis partibus constet hoc testamentum, & fiat perfectum, Balthasar marite meus, hæres esto in vniuersum patrimonium meum, tam in id, quod in præsentia possideo, quam quod mecum, posthac spero futurum, siue illud sit mobile, siue stabile, cuius patrimonij res singulas enumerabo sigillatim.

¶ Habeto igitur tibi primum, Balthasar, habitationem, quam coniunctissime, amicissimeq; viuentes, cohabitauimus. Ea enim habitatio, initium capit, lucemq; solarem a via publica, dextera pars, ac posterior, duabus continetur vijs. In sinistra contermina sunt bona Mariæ Francisci Thomæ, supra nos habitat Iacomacius.

¶ Secundo loco, accipito alteram domum cum tecto, sed absq; solario, fabricatam in eodem pago Ante eam publice transitur. Dextrum latus adhæret Petro Paulo Taceo. Sinistrum amplectitur Casalinum mei testatricis. Posterius attingit muros de restrictu patriæ.

¶ Tertio loco, possideto illos modios terræ, quos ego hactenus possedi. (Alij monti sopra le Fontanelle) ab vna parte cõtigua sunt bona Mariæ sororis meæ ab alia vergit ad Antonellũ. In reliqua adiacet stabilia curiæ Pagi suprascripti.

¶ Item relinquo vnam vineam fructiferam, a Martinello, quæ orientem solem suspicit. A capite via seruit publico vsui. A dextris semita est. Diuiditur a sinistris, diu possessiones suas coluit Iacobus de Perna.

¶ Item relinquo oliuetum, quod Tritauus meus consueuit, iuxta delubrũ diuæ Agathæ. Ibi hos habeo vicinos, ab vno angulo, Nouellum de Valle Cupula, ab alio, Mariam sororem meam, In vertrice, Basilium Papynum. Inferius commoditati transeuntium semita patet.

¶ Item relinquo illos modios terræ, cuius sum potita hucusq; (a Cossignano) quod est mihi commune cum sorore mea Maria. Hinc est Hieronymus de Nazano. Inde circumquaq; pertinent res stabiles curiæ Pagi suprascripti.

¶ Item relinquo hortulos meos (alle Piagge) quos seiungit superius a patriæ muris paruula semita, a reliquis lateribus, terminant illos Dominicus de Pero, Sanctus de Bucciarellis, Damianus de Oliuerijs.

¶ Item relinquo quinq; pedes oliuarum, quatuor in via publica Pilelli, quintum autem in via Patricelli.

¶ Item relinquo partem Casalini, quod iure hæreditario commune accepi cum sorore mea Maria, & Iacomacio.

¶ Item relinquo duos ligones, tres sarculos, falcem putatoriam, tres bidentes, duo aratra vetera cum vomeribus, quatuor falces, tres messorias, vnam fœnariã, quallos vindemiatores, quallos exceptorios, in quibus vuæ comportantur, quæ omnia per manus mei genitoris ab Auo accepta, nulla necessitate oppignerata, tibi, vtcunq; potui, conseruari. Sed vrceolos, phialas, cyathos, canistros viniarios, in quibus oleas a tellure collectas, ad torcular commune portare solemus, Capsellas in quibus carices, nuces, castaneæ, persica, & pira sicca componuntur, ex mercede filati comparui.

¶ ITEM CEDO, & relinquo iura & actiones, quas mihi existimo com-

petitura aduersus Clementiam, & Apollinarem maritum suum.
¶Posthæc, grauo te Balthasarem hæredem meum, procures mihi sacrificia diui Gregorij pro salute animæ meæ incipiendo postridie eius diei, in quo fuero sepulta. ¶Rursus in principio septimi mensis a morte mea, hæc eadem solicites pro parentibus meis. ¶Tertio in fine anni, a funere meo non omittas, velut obliuiosos, repetere supradicta sacrificia pro salute eorum omnium, a quorum manibus ego talia bona hæreditaria accepi, quæ tibi nunc dimitto. ¶Neue forsan conturberis, quod pecunias ad manus non habeas, huic necessitati vestem meam illam nouam addixi.
¶Capta hæreditate, offeres templo, dolium nostrum paruulum eius olei plenũ, quod expresserit torcular patrium ex oleis meis, vt sacerdos instillet lampadi ardenti in conspectu corporis Christi. ¶A senioribus patriæ, olim instituta, ad hæc vsq; nostra tempora, perdurant festa Sanctorum Apostolorum Philippi & Iacobi, diutius fœlicissime duratura. Postridie festi eorum, celebrat chorus religiosorum pro omnibus defunctis, oblatis sacrificijs, semel duntaxat pones in mensa Sacerdotum, & Confratrum, tres paruulas vini mei, vt recreent & refocillent corpus & animum defatigatum. ¶Ligoniaabis vna vice Pastinum Mariæ sororis meæ, in quo plantabis ducentas propagines, quæ desunt, Ipsa enim, vt bene nosti, ægrotantibus nobis, præsto semper fuit nostræ calamitati. ¶Scamna, cultricem, centonem, peluim, vasa ænea vulgaria, duo candelabra ex aurichalco, duas lucernas ferreas, lanternam, nocturnæ venationi comparatam, craterem vitreum. N. charissimo nepoti meo restitues, quæ omnia deposita reliquit pater eius in manu mea, antequam fugerent furorem militum Cæsariensium, capta deuictaq; Roma. ¶Hac hæreditate Balthasar, hæres meus, viuens vtere, fruere, & gaudeto, ea tamen lege, vt neq; quicquam ex ea commutes, neq; alienes, nisi hisce duntaxat casibus, si senio ingrauescente gibbosus euaderes, vel corpus macresceret, vel vires corporis extenuatæ deficerent, vsq; adeo, quod res hæreditarias colere non valeres. Si præcipiti saltu (quod Deus auertat) commaculareris tabe morbi Neapolitani, seu Gallici, vel alterius cuiuscunq; generis incurabilis. Si in morbo curabili stetisses tres menses continuos. Sin minus, tibi nihil earum calamitatum contigerit, sed fames vniuersam prouinciam repente cõculcauerit. Idem statuo pro sustentatione, & manutentione vitæ tuæ, Vnde pro certo vetitum sibi posthac intelligant agnati, cognatiq; mei, ius nullum, facultatemq; nullam pœnes eos remansisse perturbandi, molestandi, & inquietandi te in vita tua. ¶Post mortem vero tuam, vinea fructifera, cum olueto, deueniat ad filios Marij mei nepotis ex sorore germana. Quinq; pedes oliuarum ad. N. charissimum nepotem ex altera mea sorore Germana. ¶Cœterum bona quæ supersunt, deueniant quo ad proprietatem, ad ecclesiam Sanctæ Mariæ suprascriptæ, fructus in rem suam vertat Archipresbyter pro tempore existens, tali adiecta cõditione in æternum, vt quisquis is sit, Trigesimo quoq; die, semel tantum offerat holocausta defunctorum pro salute animæ meæ, Sin minus fecerit, eadem bona deuoluantur ad hospitale patrium cum eodem grauamine.
¶Executores huiusce mei testamenti, nomino custodem Arcis pro tempore existentem, quam vulgo vocant Castellanum. ¶Item nomino Archipresbyterum, quicunq; is erit, quos obsecro atq; obtestor, vt sic se gerant in meo negotio, quemadmodum alios cuperent fidos in negotio suo.
¶Act. in suprascripto Pago Ciuitellæ, in domo Michaelis Porcelli suprascripti. Præsentibus omnibus testibus supranominatis, omniaq; audientibus, qui nullum actum a testamento extraneum immiscuere.

¶M. Antonius de Oliuerijs, Fidenas.

Transumptum certorum instrumentorum, per Auditorem Cameræ.

In nomine Domini amen. Nouerint vniuersi & singuli, hoc præsens publicum transumpti instrumentum inspecturi, lecturi, & audituri, quod nos Franciscus Albericus &c. causarum Cameræ apostolicæ generalis auditor, Ad venerabili, viri, domini Desiderij Philippi, clerici Tulleñ. dioces. & Canonici Tulleñ. ac Scutiferi apostolici, literarumq; apostolicarum registratoris, principalis, instañ. & requisitionem, omnes & singulos, sua communiter vel diuisim interesse putañ. eorumq; procuratores, si qui tunc erant in Romana curia pro eisdem, ad videndum & audiendum, nonnulla venditionis certarum petiarum terræ, dudum Abbati Monasterij .S. B. facta, publicata instrumenta, per notarios publicos, in notam recepta, subscripta, & publicata, transumi & exemplari, ac in publicam transumpti formam redigi, vel dicendum, & causam, si quam habeant rationabilem, quare præmissa minime fieri debeant, allegandum, per Audientiam literarum Contradictarum domini nostri Papæ, citari fecimus & mandauimus, ad certum peremptorium terminum competeñ. videlicet, ad diem & horam infrascriptos. Quibus aduenieñ. comparuit in Iudicio legitime coram nobis, dictus dominus Desiderius principalis, citra quorumcunq; procuratorum suorum per eum hactenus quomodolibet constitutorum reuocationem, & certas literas citatorias, in dicta Audientia, nostro de mandato executas, facto reportauit, citatorumq; in eadem contentorum non comparentium, contumaciam accusauit, ipsosq; contumaces reputari, & in eorum contumaciam, prædicta venditionis instrumenta, sana, & illæsa, ac omni prorsus vitio & suspitione carentia, facto, realiter, & in scriptis, exhibuit atq; produxit, quæ transumi & exemplari, ac in publicam formam redigi, mandari, nostramq; & dictæ Curiæ auctoritatem iudiciariam & ordinariam, pariter & decretum, interponi per nos, instanter postulauit. Nos tunc Franciscus Auditor præfatus, dictos citatos non compareñ. reputauimus merito, id exigente iustitia, contumaces, & in eorum contumaciam, dicta instrumenta, ad manus nostras recepimus, illaq; vidimus, tenuimus, legimus & diligenter inspeximus. Et quia huiusmodi instrumenta, sana, integra, & illæsa, ac omni prorsus vitio & suspitione carentia, inuenimus, Idcirco, ad dicti domini Desiderij principalis instañ. illa, per discretum virum, magistrum Adam de Inuidia, publicum, apostolica & imperiali auctoritatibus, ac nostrum, & dictæ curiæ, coram nobis notarium & scribam infrascriptum, transumi, & exemplari, ac in publicam transumpti formam, redigi fecimus & mandauimus, voleñ. & auctoritate dictæ curiæ decerneñ. quod præsenti nostro transumpto publico, de cætero & inantea, tam in Romana curia, quam extra, vbicunq; locorum, in iudicio & extra, stetur, illiq; detur, & adhibeatur talis & tanta fides, qualis & quanta, dictis originalibus instrumentis inferius insertis, & cum præsenti transumpto auscultatis & collationatis, data fuit, & adhibita, daturq; & adhibetur, seu daretur & adhiberetur, si ipsa originalia instrumenta in medium exhibita fuissent, aut ostensa. Huiusmodi vero instrumentorum tenores, de verbo ad verbum, sequuntur, & sunt tales. ¶ In nomine domini amen &c. Quibus omnibus & singulis, tanquam rite & legitime factis, auctoritatem & decretum dictæ curiæ, atq; nostram, duximus interponendum, & interposuimus, prout interponimus, præsentium per tenorem. ¶ In quorum omnium &c. ¶ Pone dat. & in iudicio testes.

Transumptum literarum apostolicarum.

In nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & filij, & spiritus Sancti, amen. Nouerint vniuersi &c. vt supra, vsq; ad videndum & audiendum infrascriptas literas apostolicas Sanctissimi in Christo Patris, & domini nostri, domini Pauli, diuina prouidentia Papæ IIII. eius verba bulla plumbea, cum cordulis sericeis, rubei croceiq; coloris, more Romanæ curiæ impeden. bullatas, produci, recipi, & postquam productæ fuerint, ad videndum, & audiendum ipsas transumi, exemplari, publicati, & in publicam formam redigi mandari, auctoritatemq; & decretum dictæ Curiæ per nos interponi, vel dicendum &c. & in eorum contumaciam, supradictas literas apostolicas, sub tenore infrascripto, exhibuit atq; dedit, quas transumi, exemplari, publicari, & in publicam formam redigi mandari, auctoritatemq; & decretum interponi, per nos instanter, postulauit. Nos tunc .E. Auditor præfatus, dictos citatos non compareñ. reputauimus non immerito (prout erant, quo ad actum & terminum huiusmodi, suadeñ. iustitia) contumaces &c. supradictas literas apostolicas, ad manus nostras recepimus, vidimus, legimus, tenuimus, palpauimus, & diligenter inspeximus, sanasq;, integras, & illesas, ac omni prorsus vitio & suspitione carere reperimus, ipsasq;, vlterius, ad prædicti Iacobi Carrati, clerici Burgieñ. Lugduneñ. dioces. instañ. vlteriorem, per discretum virum, magistrum Stephanum Brunetum, dictæ Curiæ causarum Cameræ apostolicæ notarium publicum, trāsumi, exemplari &c. nostram & dictæ curiæ auctoritatem, iudiciariam & ordinariam, interposuimus, ac præsentibus interponimus, pariter, & decretum. Tenor vero dictarum literarum apostolicarum, vnde supra fit mentio &c. ¶ Paulus &c. In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium præmissorum, præsentes literas, atq; præsens publicum transumpti instrumentum, exinde fieri &c.

Vidimus, siue Transumptum literarum apostolicarum, per Vicarium generalem episcopi.

Nos Emondus Faber, in Artibus magister, ac decretorum doctor. Reuerendi in Christo Patris, & domini domini Mauritij, Dei & apostolicæ sedis gratia, episcopi. A. in spritualibus & temporalibus Vicarius & Officialis generalis. Vniuersis & singulis Christifidelibus, præsertim per Ciuitatem & dioces. A. ac alias. vbilibet constitutis, præsentibus & futuris, ad quos præsentes peruenerint, & quos nosse fuerit opportunum, Salutem in domino cum indubitata notitia subscriptorum. Noueritis quod literas Sanctissimi in Christo Patris, & domini nostri, domini Pauli, diuina prouidentia Papæ IIII. eius vera bulla plumbea, cum filis sericeis, rubei croceiq; coloris, more Romanæ curiæ impendeñ. bullatas, sanas, & integras, non vitiatas &c. vt in processu primæ expectatiuæ, vsq; careñ. nobis pro parte habitatorum & Incolarum oppidi. B. dictæ. A. diocef. in eisdem literis principaliter nominatorum, præsentatas, cum ea, qua decuit reuerentia, recepimus huiusmodi sub tenore. ¶ Paulus &c. Dat. &c. Pontificatus Sanctissimi &c. Pauli &c. Papæ IIII. Anno .N. Et quia easdem literas apostolicas, sic, vt præmittitur, nobis præsentatas, & per nos visas, & diligenter inspectas, sanas, & integras, ac omni prorsus vitio & suspitione, sic, vt præmittitur, careñ. inuenimus, Idcirco habitatorum & Incolarum prædictorum, petitionibus licitis annueñ. ipsas præsentibus de verbo ad verbum, nil addendo, mutando, vel minuendo, inseri fecimus, & in testimonium visionis huius, ac omnium præmissorum, eis præsentes dedimus literas, sigilli dicti Vicariatus officij appensioñ. munitas. Dat. Romæ. Anno &c. Domini &c. Indict. N. Die. N. mensis Septemb. &c.

Transumptum in forma vidimus.

In nomine &c. Nouerint vniuersi, hoc præsens publicum transumptum inspecturi, quod nos Petrus Antonius de Agnellinis, Dei &c. episcopus Sutrineñ. & Nepesineñ. habuimus, vidimus, & diligenter inspeximus Illustriss. & inclyti Principis, Domini Octauij de Farnesio Ducis Castreñ. literas, eius sigillo cum cordula sericea, impedeñ. signatas, & omnimoda suspitioñ. careñ. Quarum quidem literarũ, tenor in cõtinẽtia erat iste. ¶ Nos Octauius &c. ¶ De signa sigilla, quibus literæ bullatæ fuerunt. ¶ Quibus quidem literis diligenter inspectis, ad requisitionem honorabilis. N. per notarium publicum infrascriptum, ipsas exemplari mandauimus & transumi, ac in publicam formam redigi, decerneñ. & voleñ. vt huic præsenti transumpto publico, siue exemplo, plena fides deinceps adhibeatur vbilibet, in locis omnibus & singulis, quibus fuerit opportunum, ipsumq; transumptum, fidem faciat & illi stetur, ac si originales ipsæ literæ apparerent. Quibus omnibus & singulis, auctoritatem nostram ordinariam interposuimus, & decretum. Et ad ampliorẽ euidentiã præmissorum, signum nostrum, præsentibus duximus apponeñ. &c. Act. &c.

Transumptum in forma vidimus per notariũ factũ.

In nomine Domini &c. Vniuersis & singulis, præsens transumptum, siue instrumentum publicum inspecturis, & lecturis, pateat euidenter & sit notum, quod anno a Natiuitate eiusdem &c. Indict. N. die &c. Mensis. N. Pontificatus Sanctissimi &c. Pauli &c. Papæ Quarti, Anno. N. In mea notarij &c. rogatorum præsentia, personaliter constitutus prouidus vir, dominus Claudius Riquelot, diocef. N. principalis, habens & tenens suis in manibus, & extendens quasdam literas venerabilium & Religiosarum Dominarum Abbatissæ & Conuentus Monasterij Sanctimonialium in. A. ordinis. S. B. earundem veris sigillis, oblongo & rotundo, impressuris pergameneis, vt prima facie apparebat, Abbatiali & Conuentuali appendeñ. modo debito & consueto, sigillatas, munitas, & roboratas, saluas, sanas, & integras, non vitiatas, non cancellatas, non abrasas, neq; in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio & suspitione careñ. de prouidendo, de & super quibus dictus dominus Adam procurator irreuocabilis extitit constitutus, de cuius procurationis mandato, legitimam fecit fidem, per quoddam instrumentum publicum, signo & subscriptione discreti viri Magistri. N. clerici. N. diocef. publici &c. auctoritate, notarij, signatum & subscriptum, huiusmodiq; literas, mihi notario infrascripto, ad manus tradidit & præsentauit, ac de verbo ad verbum perlegit, requirens me, vt huiusmodi literarum vigore vidimus, in forma autentica instrumenti publici conficerem, easq; transumerem, earundem etiam veram copiam, siue transumptum, facere, & cum originali collationari, ac collatione facta, transumptum, siue copiam huiusmodi dare, & in publicam formam redigere, curarem. Tenor vero literarum, vnde supra fit mentio, sequitur & est talis. ¶ Hic inserantur literæ &c Quas quidem literas, ego Antonius notarius, ad me recipiens, ipsis visis & perlectis, vidimus, seu transumptum atq; copiam earundem, cum ipsis literis originalibus præinsertis, per me notarium supra & infrascriptum, diligenter auscultatam, in omnibus & per omnia (iuxta ipsarum literarum tenorem) concordare reperi & inueni, Idcirco transumptum hujusmodi, siue actum autenticum, in publicam formam redigere curaui, signoq; & subscriptione mei notarij subscripti, consuetis, signaui, vt eisdem, tanquam literis originalibus, in quocunq; foro, siue in iudicio & extra, fides adhibeatur & adhiberi possit plenaria. ¶ Super quibus &c. Acta. &c. Præsentibus &c.

Simili præcedenti, in breuiori forma.

In nomine Domini amen. Vniuersis & singulis præsens transumptum &c. pateat euidenter, & sit notũ, quod anno &c. Ego notarius infrascriptus, vna cum testibus infrascriptis, vidi, legi, palpaui, & diligenter inspexi, quasdam literas sanas, integras &c. non cancellatas &c. neq; in aliqua sui parte &c. vitio & suspitione caren. venerabilis viri, domini. N. Vicarij, in spiritualibus Reuerendi patris &c. in paruo signeto, in cera rubea, cum serica cordula, rubei coloris impenden. modo debito & solito sigillatas, quarum tenor de verbo ad verbum sequitur in hunc modum. ¶ Vniuersis &c. Alterius vero. ¶ Blasius. N. &c. Quas quidem literas, quia ego prænominatus notarius, ad huiusmodi requisitus, exemplum siue transumptum, per me, vna cum testibus infrascriptis, a me ad hoc vocatis & rogatis, collationatũ, & auscultatum diligenter, & præsentes literas reperi, per omnia concordare, & in nullo penitus discordare, cum literis originalibus antedictis, Idcirco exemplum siue transumptum, ad discreti viri, domini Richardi Dognon, clerici Virdunen. ac rectoris parochialis ecclesiæ de Cuchei, Suessionen. dioces. instantiam, in hanc publicam formam redegi, in modum publici instrumenti, me inferius verbaliter subscribendo. Acta &c. Præsentibus ibidem &c.

Trãsũptũ instrumẽti, p testes, sufficiẽter recogniti.

Franciscus Albericus, &c. Ad videndum, & audiendum nonnullos testes, vt & tanquam testes, ad iurandum de perhibendo testimonium veritati, de & super recognitione certorum instrumentorum, coram nobis productorum & transumendorum, produci recipi, ad iurandum admitti, & iurare. Et postquam (intra huiusmodi recognita fuerint) illa transumi & exemplari, ac in publicam transumpti formam redigi mandari, vel dicendum & causam &c. allegandum, per Audientiam publicam literarum Contradictarum &c. Quibus quidem die & hora aduenien. comparuit in iudicio legitime coram nobis, prouidus vir, Magister. N. &c. & citatorum in quadam cedula &c. Et in eorum contumaciam, tribus, Vno, emptionis domus &c. Altero, confirmationis a sede apostolica desuper factæ, Tertio publicationis dictæ emptioñ. instrumentis publicis, per discretos viros, magistros. A. & B. notarios publicos, signatis & subscriptis, facto, realiter, & in scriptis, necnon testibus fidedignis, de & super recognitione eorundem instrumentorum, coram nobis exhibitis productis, ac receptis, admissis, & in forma iuris iuratis, ac super recognitione dictorum instrumentorum, rite examinatis & interrogatis, eorumq; dictis & depositionibus, fideliter in scriptis redactis, præfata tria instrumenta transumi, & exemplari, &c. Nos tunc Franciscus Auditor præfatus, dictos citatos non comparen. reputauimus merito (prout erant iustitia di ctante) contumaces. Et in eorum contumaciam, attenden. postulationem huiusmodi fore iustam, & rationi consonam, quodq; iusta petenti, non est denegandus assensus. Et quia per dictorum testium examen, & eorum dicta & depositiones, reperimus illa sufficienter recognita, ac alias integra & illæsa, ac omni prorsus vitio & suspitione carentia. Idcirco auctoritate ordinaria qua fungimur in hac parte, ad supradicti magistri. N. procuratoris instañ. præfata instrumenta, per discretum virum, magistrum Cæsarem Lottum Quintillium, clericum Romañ. publicum, apostolica & imperiali auctoritatibus, ac nostrum & dictæ curiæ, coram nobis Notarium & Scribam infrascriptum, transumi & exemplari, ac in publicam transumpti formam redigi fecimus & mandauimus, Volentes, & auctoritate dictæ curiæ decernentes, quod præsenti nostro transumpto &c. vt supra in primo transumpto.

DE VICARIATV.

Vicarii cõstitutio ĩ parochiali ecclesia, ad bñplacitũ.

Franciscus .N. Dei & Apostolicæ sedis gratia, episcopus .N. Dilecto nobis in Christo .N. O. Clerico .N. in artibus magistro, ac Rectori parochialis ecclesiæ de.H dictæ nostræ diocef. Salutem in domino. Circumspectio nobilis, matura discretio, ac exacta industria, quibus te non uimus insignitum, nos commouent, vt te, circa negotia, quæ per nos non possunt præsentialiter adimpleri, rationabiliter statuamus, ea consideratione moti, te Vicarium nostrum, in ecclesia .N cuius cura & administratio, nobis in spiritualibus est commissa (quoad spiritualia) deputamus constituimus, & ordinamus, dantes & concedentes tibi tenore præsentium plenam licentiam & liberam potestatem corrigendi, & reformandi ibidem, quæ correctione & reformatione indigere noueris, & exercendi omnia alia in dicta ecclesia, quæ ad officium spirituale pertinent, vsq; ad nostræ beneplacitum voluntatis. Nos igitur processus & sententias, quos, & quas, per te rite contigerit in rebelles ferri, ratum & gratum habebimus, & faciemus vsq; ad satisfactionem condignam, ipso tuo durañ. officio, auctore domino, inuiolabiliter obseruari.

¶ In cuius rei testimonium &c.

Vicarii constitutio, propter absentiam rectoris in studio degentis.

Vniuersis Præsentes literas inspecturis. Camillus, Dei gratia, episcopus .N. Salutem in domino. Attendeñ. quod P. Canonicus, nepos noster dilectus, & rector parochialis ecclesiæ Sancti.N. nostræ dioc. literarum studium desiderat laudabiliter exercere, & circa illud occupatus, non potest in illa ecclesia personaliter residere, & ad iurium ipsius ecclesiæ tuitionem & defensionem, eius non valeat præsentiam deportare. Ad instantiam & supplicationem humilem dicti rectoris nostri nepotis, dilectissimi: Dilectum nobis in Christo.B.de.N. de cuius circumspectione in domino fiduciam gerimus, ipsius ecclesiæ pleniori vtilitate pensata, perpetuum, & ad dicti.P.Canonici nepotis nostri vitam, Vicarium instituimus in eadem, & ei curam & regimen committimus animarum, nostro & cuiuslibet alterius iure saluo, ita tamen, quod dictus Vicarius, de fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus & obueñ. ipsius ecclesiæ XX. Floreñ. auri de Camera, annis singulis exoluat & exoluere teneatur rectori præfato, & omnia onera ordinaria & extraordinaria supportare, cum nobis facta requisitione, & ex assertione ipsius Vicarij, constet, quod de residuis eiusdem ecclesiæ prouentibus, eidem congrua portio reseruetur. Dictus namq; Vicarius, præstito iuramento, promisit, quod nobis erit obediens & deuotus, nostras atq; ministrorum nostrorum sententias & processus, & cætera mandata inuiolabiliter obseruabit illæsa, & ad ius, & proprietatem ipsius, alienata, & perdita, pro viribus recuperabit, & in ea personaliter residebit.

¶ In cuius rei testimonium &c.

Vicariatus, quo ad temporalia.

Rolandus Dei & apostolicæ sedis gratia, episcopus .A. Nobili viro, domino Oliuerio.O. Salutem in domino. ¶ Cum de nobilitate & circumspectione vestris, geramus fiduciam pleniorem, sperantes, quod ea quæ industriæ vestræ committimus, laudabiliter cu-

rabitis adimplere, vos eligimus, statuimus, & ordinamus nostrum & ecclesiæ nostræ vicarium in temporalibus, seu Viceregen. in tali loco, & in quibuscunque alijs Castris, & Villis nostris, & dictæ ecclesiæ nostræ, & in omnibus partibus eius dem earum & eorum hominum, in eis habitantium, nunc & in posterum, nostræ potestati, & iurisdictioni subiectorum, ita quod omnes & singulas quæstiones, ciuiles, & criminales, prout ad nos spectat, audire cognoscere, & terminare, Vicarios, & Potestates eligere, & confirmare, seu dare in locis in quibus pertinet, de consuetudine, vel de iure, vel de aliquo priuilegio speciali, collectas, & seruitutes hominibus dictorum locorum, imponere, omnia & singula nobis debita, ratione dictæ ecclesiæ nostræ, petere, exigere, recipere, & de receptis quietare, liberare & absoluere, exercitus & caualcatas, ad honorem & seruitium nostrum, & dictæ ecclesiæ nostræ, facere, omnia iura nostra, & dictæ ecclesiæ nostræ, manutenere & defendere. Et generaliter omnia & singula, facere, & exercere, quæ ad Vicariatus officium, in temporalibus pertinent, quamdiu nostræ placuerit voluntati, etiam si quæ sint, quæ mandatum exigant magis speciale, super præmissis omnibus & singulis, geratis & habeatis, in omnibus & per omnia vices nostras, donec & quousque, eas ad nos duxerimus reuocandas, Promittentes nostro & ecclesiæ nostræ nomine, nos ratum, & firmum habituros, quicquid circa prædicta, vel aliquod prædictorum, rite duxeritis faciendum.

¶ In cuius rei testimonium &c.

Litera Vicariatus generalis, pro Magistro Sancti Lazari, ad certa regna, cum reuocatione aliorum Vicariorum.

Lazarus Dei & apostolicæ sedis gratia, totius Militiæ Sancti Lazari Hierosolimitan. ordinis Sancti N. generalis Magister, & Miles, Conuentuumque hospitalium, domorum, & aliorum, piorum locorum, Militiæ & ordinis prædictorum, citra & vltra mare, ac citra & vltra montes, per vniuersum orbem, Visitator & reformator, a sede apostolica specialiter deputatus.

¶ VNIVERSIS & singulis, ad quos præsentes literæ peruenerint, Salutem in domino, ipsisque fidem indubiam adhibere. Dum nostris humeris, tantæ nobis licet insufficientibus meritis, ex apostolicæ sedis clementia concessæ dignitatis, impositum onus animaduertimus, sedula meditatione, non absque graui animi molestia reuoluimus & recensemus Militiam & ordinem prædictos, tam sanctæ, tam denique opportune, pro sustentatione pauperum leprosorum, qui vltra corporum dolorem, animo etiam, eo quod ab aliorum hominum conuersatione eiecti, continuo cruciantur, institutos fuisse, & iam ad tantam calamitatem deuenisse, vt in omnis in eo deuotio, ob negligentiam, & malum regimen, eorum, qui huic curæ præesse deberent, pene cessauerit, & si quæ remanserit, illa, & etiã ex eis prouenientia, in malum vsum conuertantur: Quo fit, vt bona Conuentuum, hospitalium, domorum, & aliorum piorum locorum prædictorum, tam mobilia, quam immobilia, vel pœnitus, vel pro maiori parte, destructa sint & alienata, & Conuentus, hospitalia, domus, & locus huiusmodi quamplurima, in suis structuris & ædificijs perierunt, & quæ extant, ruinam minantur irreparabilem, ipsique pauperes Leprosi, vltra corporum dolores, & animi cruciatus, non habent, vbi se recipiant, fame pereunt, & quod magis curandum est, in commune, periculum, Ciuitates, & Castra, propter eleemosynas introire, ac cumque habitatoribus illorum, contagiosissimo illo morbo, communicare coguntur, vnde etiam multi, illo periculoque proculdubio inficiuntur, quare si præmissa non essent, ab eo nequaquam inficerentur, propter quod institutio prædicta,

præ cæteris causis, maxime comperta fuit. Nos igitur, qui etiam huiusmodi suscepto dignitatis onere, præmissis enormitatibus, damnis, & periculis (quantum in nobis est) solerter obuiare debemus, cum aĩi circa ea nostræ prouisionis salubre remedium adhibere, id præcipue opus fore censuimus, vt conuenientibus hospitalibus, domibus, & locis prædictis, debitæ gubernationis remedio, sue curratur, quo in suis structuris, & pauperum sustentatione, alijsq; opportunitatibus, debitæ sumant prouisionis effectum. Quæ omnia, cum non nisi visitationis exercitio, adimpleri possint, nec nos, in singulis prouincijs & locis, propter multitudinem negotiorum, nobis quotidie incumbentium, propria in persona, ad id propterea vacare valeamus, tales in eisdem prouincijs vtgemur deputare viros, qui ad hoc sufficientes, & idonei, Militiæ, & ordini prædictis, fideles & deuoti sint, per quos vices nostras, cum animi tranquillitate, exercere valeamus. Hinc est, quod profundam literarum scientiam, vitæ, ac morum honestatem, aliaq; præclara virtutum, ac probitatis merita, quibus Reuerendum patrem, dominum. N. in Theologia magistrum, & Abbatem Monasterij. A. ordinis sancti. B. C. dioces. tam fama publica, quam rei euidentia noscimus præfulgere. Attendeñ. & propterea sperantes, quod ea, quæ duxerimus committenda eidem, vtiliter, pro ordine & Militia prædictis, & ad honorem nostrum exequetur. Quo circa nos, (reuocando primitus quoscunq; vicarios, nuncios, & procuratores, a nobis ad infrascripta quomodolibet constitutos) auctoritate Apostolica, nobis in hac parte commissa, eundem. N. præsentem & acceptantem, solum & insolidum, ad omnia & singula infrascripta, nostrum, & ordinis prædicti, in Regnis. M. & N. vicarium, nuncium generalem & specialem, ac procuratorem, omnibus melioribus modo, via, iure &c. quibus melius & efficacius possumus & debemus, facimus, constituimus, creamus & deputamus. Dantes & concedentes, eidem domino. N. auctoritate prædicta, tenore præsentium, auctoritatem, & facultatem, liberam & omnimodam, per ipsa Regna. M. & N omnia & singula, Conuentus, hospitalia, domos, & loca militiæ & ordinis prædictorum, visitãdi, ac reformandi, de vita, conuersatione, & regimine quorumcunq; inferiorum vicariorum, nunciorum, procuratorum, per nos, aut quecunq; ex prædecessorib. nostris in eisdem Regnis quomodolibet deputatorum, officialiũq;, Rectorũ, & aliorũ, qui illis præsunt, necnon beneficiatorum, in eisdem, ac professorum & subditorum ordinis & militiæ prædictorum, inquirendi, Processus desuper necessarios, faciendi, & de eorum iuribus cognoscendi, vicarios, nuncios, procuratores, officiales, rectores, beneficiatos, professos, ac alios quoscunq; subditos huiusmodi (prout iuris fuerit) destituendi, amouendi, & priuandi, ac loca illorum, & quelibet ipsorum, necnon in vacantibus pro tempore rectoribus, hospitalibus, domibus, capellis, & locis alijs, ordinis & militiæ huiusmodi, quoscunq; alios idoneos & sufficientes instituendi, & inducẽdi, resignationes quascunq;, ex causa permutationis, siue simpliciter, recipiendi & admittendi, Homagia, & alia quæcunq; fidelitatis iuramenta, debita & consueta, a quibuscunq; personis recipiendi, & præstari faciendi, vt curam & regimen talium beneficiorum, & locorum quorumlibet huiusmodi, debite administrent, & hospitalitates, & alia eis incumbentia onera, exerceant, sub priuationis, suspensionis, & alijs pœnis, de quibus videbitur, auctoritate nostra huiusmodi, immo uerius apostolica, præcipiendi, eosq; ad hoc monendi, & requirendi, rationes quascunq;, & computa, de bonis per eos perceptis, & expositis, videndi & cognoscendi, approbandi, vel improbandi, crimina, delicta, & excessus eorum, puniendi, & corrigendi, quæcunq; bona, mobilia & immobilia, hospitalium beneficiorum, & locorum huiusmodi, distracta, occupata, seu quomodolibet alienata, repetendi, recuperandi, & ad illorum vsum applicandi, & applicari faciendi, infectis, & quibuscunq; lepra tactis, vt ciuitates, castra, & loca alia non inhabitent, præcipiendi, & mandandi, eosdem, ad loca, de quibus videbitur, collocandi, ac quæcunq; ipsorum bona, mobilia & immobilia, exigen

di & recipiendi,ad pium vsum hospitalium,locorum, & pauperum huiusmodi, conuertendi pro sustentatione dictorum pauperum, qui redditus sufficientes nō habent, ac reparatione quorumcunq; locorum huiusmodi, in regnis prædictis consisten. pias elemosynas & largitiones fidelium, cum admonitionibus licitis, honestis,opportunis & consuetis,petendi,requirēdi,postulandi,& recipiendi,omnes & singulas causas,quæstiones,lites,& differentias,ad nostrum forum, tam de iure,quam de cōsuetudine,siue per viam appellationis,aut simplicis quærelæ, & alias,quomodolibet spectantes & pertinentes,videndi & cognoscendi,diffiniēdi, & fine debito terminandi,& in illis,quoscunq; Commissarios siue Iudices, dādi & deputandi, & quod Iudices & Commissarij huiusmodi decreuerint, sub pœnis & censuris,quibus de iure nos possemus, firmiter obseruari faciendi, necnon quoscunq; in præmissis,quocumq; titulo,occasione, auctoritate, vel potius temeritate,se ingerentes,vt inde,tanquam a re eis non licita,& minus debita desistāt, per eos,ad quos pertinet,id præcipi & mandari possit, faciendi, plenum mandatum,& omnimodam,tenore præsentium,concedimus facultatem, cum similibus mandato & facultate. ¶ ET si necesse fuerit, pro præmissis omnibus & singulis, coram quibuscunq; iudicibus ecclesiasticis & secularibus, comparendi, & agendi nosq;,nostra,& ordinis,ac militiæ prædictorum iura, in omnibus & per omnia defendendi, libellum seu libellos, & quascunq; summarias petitiones, dandi,& recipiendi dariq; & recipi videndi,& de calumnia vitanda, & veritate dicenda, cum omnibus & singulis iuribus. ¶ Pone clausulam ad lites &c. ¶ Vnum quoq; vel plures,vicarium,nuncium,& procuratorem,seu vicarios,nuncios,& procuratores loco sui substituendi,eumq; vel eos reuocandi, & onus procurationis huiusmodi,in se (totiens quotiens sibi placuerit, & visum fuerit) in se reassumendi. ¶ Et generaliter omnia alia & singula faciendi, dicendi,gerendi,exercendi,quæ in præmissis & circa ea necessaria fuerint,seu etiam quomodolibet opportuna,& quæ nos ipsi facere possemus, si præmissis omnibus & singulis,personaliter interessemus,etiam si talia forent, quæ mandatum exigerent magis speciale,quam præsentibus est expressum. Promitten. nihilominus, sub bona fide (manum dextram nostram, ad pectus nostrum,more Prælatorum, apponendo) notario & testibus præsentibus infrascriptis,nos ratum,gratum,atq; firmum, perpetuo habitur. totum id,& quicquid,per dictum vicarium,nuncium, & procuratorem nostrum,aut substituendum ab eo,actum,dictum,gestum,procuratūue fuerit in præmissis,seu quolibet præmissorum,& exponimus cautionem sufficientem,per præsentes. ¶ In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium præmissorum, præsentes literas &c.

Constitutio Vicarii, in Episcopatu & Monasterio, pro Cardinali.

Iacobus Miseratione diuina, tituli S. Simeonis, Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyter Cardinalis de Puteo vulgariter nuncupatus. Dilecto nobis in Christo. N. salutem &c. De tuis confiden. prudentia & legalitate, nos gratis, & sponte, ac ex certa nostra scientia, omnibus melioribus modo, via, iure, causa & forma, quibus melius & efficacius possumus & debemus, facimus, constituimus, ordinamus, & solemniter deputamus,præsentium tenore,te nostrum,in spiritualibus,& temporalibus,in Archiepiscopatu, & ecclesia nostra Baren. atq; Monasterio. N. Vicarium generalem & specialem, ac procuratorem, actorem, factorem, & negotiorum nostrorum infrascriptorum gestorem, ita quod specialitas generalitati non deroget, nec econtra, Dantes & concedentes tibi plenam & omnimodam potestatem & facultatem, nostram ecclesiam. B. præfatam, & Monasterium. N. & illorum membra, castra, terras,

casalia,& alia quæcunq; iura & pertinen. in spiritualibus & temporalibus, regendi & gubernandi,illisq;,in diuinis,& alias (prout decet) deseruiendi, & de seruiri faciendi, in eisdemq; ecclesia ciuitate,& dioces. ac Monasterio, verbum Dei,clero & populo prædicandi, confessiones confiteri volentium audiendi, & confitentes, pro quibusuis commissis, in illis, videlicet omnibus & singulis casibus,in quibus absoluere possumus,absoluendi,& eis pœnitentias salutares iniungendi, ac vbi, quando,& quotiens, ac cum quibus sibi videbitur,in quibusuis casibus,ordinarijs locis a iure præmissis,dispensandi,literas dimissorias & commendatorias,& ad ordines etiam sacros, a quocunq; catholico Antistite, gratiam & communionem sanctæ sedis apostolicæ obtinen. riteq; & canonice promoto, recipiendi,licentiam dandi,& concedendi,& ad ordines huiusmodi promoueri, ac beneficia ecclesiastica obtinere volentes, examinandi,& ad eorum vita & moribus, inquirendi, & se informandi, admittendiq; sufficien. & insufficien. repellendi, cuicunq; catholico Antistiti, gratiam & communionem sedis apostolicæ obtinen. in tonsuram clericalem, omnesq; alios, etiam sacros & presbyteratus ordines,subditis nostris,ratione dictæ nostræ ecclesiæ, illis quibus possumus,conferre,ecclesias,cemiteria,altaria,vestes,loca,& vasa, diuino cultui deputata, seu deputanda,consecrare & benedicere,polluta reconciliare, ac personis, in dignitate ecclesiastica constitutis, quæ benediceñ. forent, munus benedictionis impendere. Et generaliter vices nostras,in Pontificalibus,gerere possit & valeat,facultatem concedendi,dandi & indulgendi, nostramq; ecclesiam .B. ac Monasterium huiusmodi,omnesq; & singulas Collegiatas, parochiales, aliasq; ecclesias, & capellas,monasteria,prioratus,hospitalia,capitula, conuentus & collegia, & generaliter quæcunq; ecclesiastica,& loca pia,necnon congregationes,ciuitates, & dioces. prædictas, in quibus nobis,ratione regiminis & administrationis dictæ nostræ ecclesiæ, visitationis officium, de iure vel consuetudine, aut alias quomodolibet, desuper concessum est,visitandi & reformandi,ac omnia, quæ ad huiusmodi visitationis officium pertinere dinoscuntur, gerendi & exercendi, oppressiones & executiones indebitas,ac abusus quoslibet, tollendi & emendandi, & in melius reformandi, contra quoscunq; suspectos de hæresi, ac vsurarios, adulteros, incestuosos, fornicatores, sacrilegos, homicidas, prædones, incendiarios,ac quosuis alios tam clericos,quam laicos, delinqueñ. & criminosos, cuiuscunq; dignitatis,status,gradus,ordinis,vel conditionis fuerint, inquirendi & contra illos,procedendi,illosq;,& contumaces,ab omnibus officijs, dignitatibus, & beneficijs ecclesiasticis,ad tempus,vel in perpetuum priuandi & suspendendi,incarcerandi,& personaliter detinendi,& generaliter (iuxta canonica sanctiones, ac prouinciales,& synodales constitutiones) puniendi & corrigendi, atq; mulctandi,& in ipsas personas,pœnas,etiam pecuniarias,infligendi,synodus,& alias quaslibet congregatioñ. opportunas,conuocandi, & celebrandi, & in illis præsidendi,causas,lites,controuersias,& quæstiones,tam matrimoniales, beneficiales, ecclesiasticas,profanas,ciuiles,& criminales,quam mixtas,& cuiuscunq; qualitatis vel generis existant,tam per viam simplicis querelæ,quam appellatioñ. recursus nullitatis,seu alias quomodolibet,ad forum nostrum, tam ordinaria auctoritate,quam ex delegatioñ. apostolica,aut alias,quouis modo spectañ. & pertineñ. cum omnibus & singulis suis incideñ. dependentijs, emergeñ. & connexis, audiendi,cognoscendi,decidendi,& fine debito terminandi, pro tribunali sedeñ. ac forum huiusmodi,in quocunq; congruo & concedenti loco Ciuitatis & dioc. ac Monasterij prædictorum,exercendi,sententias, tam interlocutorias,quam diffinitiuas proferendi,& promulgandi, easq; executioni debitæ demandandi, excommunicationis suspensioñ. & interdicti,aliasq; ecclesiasticas sententias, censuras, & pœnas,tam in personas,capitula,conuentus, collegia, congregationes, quam loca quæcunq;,proferendi & infligendi, easq; excommunicandi aggrauandi, reaggrauandi, & auxilium brachij secularis inuocandi, ab excessibus, pecca-

tis, criminibus & delictis, sententijs, censuris, & pœnis quibuslibet (quantum ad nos spectat) quoscunque, simpliciter, vel ad cautelam, absoluendi, pœnas quaslibet moderandi, vel eas (si tibi videbitur) in totum vel in partem remittendi, apostolos, super quibusuis appellationibus, dandi & concedendi, & illis respondendi, electiones & postulationes quarumcunque personarum, vtriusque sexus, ad monasteria, prioratus, præposituras, dignitates, officia, & beneficia ecclesiastica, cum cura vel sine cura, & tam secularia, quam regularia, examinandi, sufficientes approbandi, & confirmandi, & insufficientes reprobandi, præsentationes patrimonij, tam laicorum, quam clericorum, ad huiusmodi dignitates, officia, & beneficia admittendi, & præsentatos in illis instituendi & institui mandandi, insufficientes vero repellendi, resignationes quorumcunque Canonicatuum, & præbendarum, dignitatum, personatuum, administrationum, vel officiorum, parochialiumque ecclesiarum, ac prioratuum, necnon aliorum beneficiorum, hospitalium, aliorumque piorum locorum quorumcunque, simpliciter, & ex causa permutationis, ac cessionis iuris, recipiendi & admittendi, ac beneficia quæcunque, cum cura vel sine cura, etiam si Canonicatus & præben. aut dignitates, personatus, administrationes, vel officia huiusmodi, tam in nostra. B. quam quacunque alia Collegiata ecclesia nostræ Ciuitatis & dioc. B. aut parochiales ecclesiæ, vel earum perpetuæ vicariæ, capellæ, capellaniæ, hospitalia, & alia quæcunque beneficia fuerint, tam per resignationem huiusmodi, quam per obitum vel reseruationem quorumcunque illa obtinentium, aut alia quacunque de causa, pro tempore vacantia & vacatura, ad collationem, prouisionem præsentationem, institutionem, electionem, seu quamuis aliam dispositionem nostrã ratione dictæ ecclesiæ nostræ. B. spectañ. & pertineñ. quibuscunque personis idoneis, quibus tibi placuerit, conferendi, ac de illis etiam, eisdem personis prouidendi, ac etiam personas huiusmodi, ad illa obtineñ. locorum ordinarijs respectiue præsentandi, & præsentationes admitti petendi, & obtinendi, ac eos quibus de Canonicatibus & præbendis prouisum fuerit, in Canonicos & fratres recipi, stallum in choro, & locum in Capitulo cuiuslibet ecclesiarum earundem assignari, ipsosque, in corporalem, realem & actualem possessionem Canonicatuum & præbendarum, dignitatum, officiorum & beneficiorum huiusmodi, ponendi, & inducendi, seu poni, & induci faciendi, fidelitatis, obedientiæ & alia consueta iuramenta ac seruitia, a personis, vasallis & subditis prædictæ nostræ ecclesiæ, tibi præstari & exhiberi petendi & faciendi illaque recipiendi, de bonis feudalibus eiusdem ecclesiæ nostræ, & Monasterij de iure & consuetudine, quoscunque infeudari solitos infeudandi, Viguerios, Castellanos, & Officiarios, ac Custodes nostrarum part.'um, & aliorum quorumuis locorum, ad nos, ratione dictæ nostræ ecclesiæ & Monasterij, spectantium ponendi, & officiarios quoslibet deputatos (si tibi ac toties quoties videbitur) destituendi & deponendi, & alios in eorum loco instituendi, concessiones in emphyteosim quascunque, saluo ecclesiæ. L. nostræ prædictæ, & quolibet alieno iure (prout de iure, vel de consuetudine) faciendi, confirmandi, & reuocandi, alienata quæcunque, & illicite distracta & occupata ab ecclesia nostra prædicta, ad ius & proprietatem illorum, reducendi & reduci faciendi, qualscunque possessiones, domos, terras, vineas, prata, & alia quæcunque prædia ad nouum arripitum & in emphyteosim perpetuam, pro dictæ nostræ ecclesiæ, & Monasterio euidenti vtilitate, dandi & concedendi, Illasque venditiones, alienationes permutationes locorum, rerum & bonorum quorumcunque, quæ a nobis ratione dictæ nostræ ecclesiæ. L. & Monasterij. N. in emphyteosim mouentur (saluo iure nostro, & dictæ ecclesiæ nostræ B. & Monasterij. N & quolibet iure alieno) laudandi & approbandi, & (si tibi videbitur) nostro & ecclesiæ. B. prædictæ, ac Monasterij. N. nomine retinendi, easque & ea, prout tibi videbitur expedire, etiam ad nouum arripitum, dandi & concedendi, rationes & computa quorumcunque administrationem, procuratorum, &

offi-

officialium bonorum & rerum ipsius ecclesiæ.B. quæ hactenus fuerint, & deinceps erunt, videndi & examinandi, approbandi & reprobandi, fructus, redditus, prouentus, iura, obuentiones & emolumenta quæcunque ecclesiæ nostræ.B. & Monasterij.N. arrendandi, locandi, & dislocandi, ac ad firmam, seu annuam pensionem dandi & cōcedendi personæ, seu personis, ac pro præcio, seu præcijs, necnon ad tempus & tempora de quo, seu quibus tibi videbitur, homagis fidelitatis ac alia iuramenta per nos ratione dictæ nostræ ecclesiæ, præstanda, quæ ex consuetudine dare possumus, dandi & concedendi. ¶ Et si necesse fuerit pro præmissis omnibus & singulis & ea tangentibus, incidentibus dependentibus emergentibus, & connexis ex eisdem & pro quibuscunque nostris & ecclesiæ nostræ.B præfatæ, ac Monasterij.N. negotijs atque iuribus pertractandis & prosequendis coram quibuscunque dominis iudicibus ecclesiasticis & secularibus, ordinarijs & extraordinarijs delegatis & subdelegatis aut alijs quibuslibet deputatis seu deputandis comparendi & defendendi. Nosque & iura nostra & ecclesiæ nostræ.B. ac Monasterij.N. huiusmodi defendendi libellum seu libellos & quascunque petitiones summarias vel simplices dandi & offerendi, darique & offerri petendi & obtinendi, & ad omnes actus substantiales & accidentales (vsque ad diffinitiuam sententiam inclusiue) procedendi & procedi videndi, & illos etiam obseruari solitos, obseruandi & obseruari petendi, sententiam & sententias, tam interlocutorias, quam diffinitiuas, ferri & promulgari petendi, & obtinendi, & ab ea, seu eis, & alio quocunque grauamine, illato vel inferendo, prouocandi & appellandi &c. ¶ Et generaliter &c. vt in illis.

Alia similis deputatio Vicarii generalis, facta per Cardinalem, ad quæcunque faciendum.

Georgius Miseratione diuina tituli S. N. Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyter Cardinalis de Ambasia, siue Rothomageñ. vulgariter nuncupatus, perpetuus administrator ecclesiæ Rothomagen. ¶ Vniuersis & singulis, præsentes literas, siue præsens publicum instrumentum inspecturis, & legi audituris, Salutem in domino, & præsentibus fidem indubiam adhibere. Ad vniuersitatis vestræ notitiam deducimus & deduci volumus per præsentes, quod nos de scientia, fidelitate, probitate, industria, circunspectione, doctrina, ac in rebus agendis, singulari experientia venerabilis & circūspecti viri domini.A. decretorum doctoris, ac Præpositi ecclesiæ B. multipliciter confideñ. quod ea quæ ipsius prudentiæ, ac fidelitati duxerimus committenda, peruigili mente, summoque studio, curabit adimplere. Idcirco omnibus melioribus modo, via, iure, causa & forma, quibus melius possumus & debemus, facimus, constituimus, creamus, deputamus, & solemniter ordinamus, nostrum verum, certum legitimum & indubitatum: Vicarium, siue procuratorem, actorem, factorem, negotiorumque nostrorum infrascriptorum gestorem, ac nuncium specialem & generalem, ita tamen quod specialitas generalitati non deroget, nec econtra, videlicet eundem dominum .A. Præpositum, præsentem & onus Vicariatus, seu procurationis huiusmodi, sponte & libere, in se suscipieñ. solum & in solidum, ad præsentandum, intimandum, insinuandum & notificandum, pro nobis & nostro nomine, quasdam literas apostolicas Commendæ siue commissionis ecclesiæ.B. supradictæ, ac processus earum vigore desuper fulminatos & decretos, ac alias quascunque literas nobis per .S. in Christo Patrem & dominum nostrum, dominum Paulum diuina prouidentia Papam Quartum, super dicta ecclesia gratiose concessas Reuerendo in Christo patri & domino domino, Dei & Apostolicæ sedis gratia episcopo .C. eiusque in spiritualibus & temporalibus Vicario, seu Officiali generali, necnon venerabilibus & religiosis viris, dominis Abbati & Conuentui Monasterij.D. ac executoribus & subexecu-

toribus, in eisdem literis nominatis, illisq; vel illis, cui vel quibus dirigentur, ac alijs, vbi quando & quotiens expediens fuerit. Ipsasq; literas apostolicas & processus desuper decretos, & fulminatos exequen. & executioni debitæ demandandum & demandari facien. Eosdemq; dominos Episcopum. C. Abbatem, & Conuentum, ac executores & subexecutores, & quoscunq; alios supradictos de quibus expediens videbitur quatenus ipsis literis apostolicis pareant obediant & intendant, ac nos, aut. A. Vicarium nostrum prædict. m, loco nostri ad dictum Prioratum. E. necnon illius regimen & administrationem, omniumq; fructuum, redditurum, prouentuum, iurium, obuen. & emolumentorum vniuersorum eiusdem perceptionem, & possessionem pacificam & quietam recipiant & admittant, ac dicto domino. A. Vicario seu procuratori nostro de vniuersis & singulis fructibus redditibus prouentibus iuribus & obuen. huiusmodi (prout ad ipsos, communiter vel diuisim, pertinet & spectat) respondeant, ac admitti, recipi, necnon responderi faciant & permittant, realiter & cum effectu, sub pœnis sententijs & censuris, in eisdem literis & processibus contentis, monendum & requirendum, monerique & requiri faciendum, procurandum, & obtinendum, possessionemq; dicti Prioratus E. iuriumq; & pertinentiarum, regiminis, & administrationis, & bonorum prædictorum, apprehendendum, iurandum, manutenendum defendendũ & continuandum, fructus, redditus, prouentus, iura, obuention. & emolumenta prædicta, & quæcunq; alia bona ipsius Prioratus, a quibuscunq; personis & debitoribus, exigendum, leuandum, recipiendum, colligendum, recuperandum, & conseruandum, ipsosq;, & ipsa, arrendan. locan. dislocan. ac ad firmam, seu annuam pensionem, dandum & concedendum, computa, calculos, & rationes, cum quibuscunq; personis debitoribus, & detentoribus bonorum huiusmodi, faciendum, ac de receptis, leuatis, recuperatis, & computatis, quietandum, necnon desuper, literas seu instrumenta publica quietation. & recognition. (cum pacto de re soluta huiusmodi vlterius non petendo) dandum, faciendum, & concedendum: De obseruando statuta & consuetudines dicti Prioratus, ac alia iuramenta quæcunq;, in & pro assecutione dicti nostri Prioratus, ac suorum bonorum, iurium, pertinentiarum, regiminis, & administrationis quomodolibet necessaria, & præstari solita & consueta, in animam nostram præstandum & subeundum, Ipsumq; Prioratum. E. in spiritualibus & temporalibus regendum & gubernandum, regiq; & gubernari, ac illi in diuinis deseruiri laudabiliter faciendum, iurisdictionemq; in spiritualibus & temporalibus, nobis, occasion. dicti Prioratus, spectan. & pertinen. in omnibus ecclesijs, locis, & membris illi subiectis, ab eaq; dependentibus & connexis, omnibusq; alijs locis & terris, ad quæ nostra potestas, iurisdictio, & facultas, aut præeminentia, ad nos, occasione dicti nostri Prioratus quouismodo respectu, iure, causa, & forma, aut consuetudine, extenditur aut extendi potest & debet, exercendum: Rectores quoq;, Gubernatores, Officiales, Vicarios, castellanos, & seruitores, ac alios officiarios nostros, ecclesiasticos & seculares, quibuscunq; nominibus censeantur, cum plenaria potestate, recipiendum, ponendũ, instituendum, ordinandum, & deputandum, ac positos, institutos, receptos, ordinatos, & deputatos, quotiens expediens videbitur ipsi nostro vicario, seu procuratori, amouendum & destituendum: Homagia & alia quæcunq; fidelitatis iuramenta, a Vasallis & Castellanis Castrorum & fortaliciorum quorumcunq;, ad nostrum Prioratum spectantia & pertinentia, a subditis vicarijs, officialibus, & alijs quibuscunq; personis, nostro nomine, recipiendum: Necnon omnes & singulas causas, quæstiones & differentias, cuiuscunq; generis vel speciei, tam de iure, quam de facto, aut consuetudine, vel ratione quorumcunq; priuilegiorum, ad forum nostrum, ratione dicti Prioratus quomodolibet spectantium & pertinen. audiendum, cognoscendum, decidendum, tractandum, ac fine debito terminandum: Super excessibus & criminibus clericorum & laicorum (quantum ad forum nostrum pertinet) inquirendum, corrigendum, puniendum, ac ab officijs, &

beneficijs, ad tempus, vel in perpetuum, quoscunq; nocentes & culpabiles inue nerit, suspendendum, priuandum, excommunicandum, aggrauandum; reaggra-uandum, interdictum ecclesiasticum ponendum, brachium seculare inuocandū; ac omnes alias pœnas, quas sacri canones volunt & permittunt (prout expedi-re viderit) infligendum, ab eisdem absoluendum & relaxandum: Necnon quæ cunq; beneficia ecclesiastica, cum cura vel sine cura, ad nostram collationem, prouisionem, præsentationem, institutionem, electionem, seu quamuis aliam di spositionem, tam de iure, quam consuetudine, aut quacunq; alia de causa, & oc-casione dicti nostri Prioratus spectañ. & pertineñ. qualitercunq; vacantia & va catura, personis idoneis confereñ. & de illis etiam prouideñ. atq; in illis benefi cijs (prout ad nos pertinet) rectores idoneos instituendum, ac curam anima-rum, & custodiam reliquiarum & thesauri ecclesiarum eis committendum, eisq; quorumlibet beneficiorum supradictorum, titulos aut commendas (prout no-stro vicario, seu procuratori prædicto melius visum fuerit expedire) conceden-dum, illosq; quibus beneficia huiusmodi collata fuerint, ad ea (vt moris est) ad mitti & recipiendi faciendum, ac in eorum corporalem, realem, & actualem pos sessionem, iuriumq; & pertinentiarum omnium eorundem, inducendum, ac ab alijs induci mandandum, cum solemnitatibus debitis, & in talibus fieri solitis & consuetis, requisitis & opportunis, sub pœnis, sententijs, & censuris ecclesiasticis, ad hæc necessarijs & conuenientibus. Necnon electiones, præsentationes, & po stulationes, quarumlibet personarum idonearum, ad quæcunq; beneficia eccle-siastica, quorum approbationes, institutiones, confirmationes, seu admissiones, ad nos, de iure vel consuetudine, ratione dicti nostri Prioratus pertineñ. (si sibi videbitur) approbandum, recipiendum, confirmandum, & admittendum, easq; (si expedire putauerit) reprobandum, reijciendum, denegandum, & recusan-dum, necnon præsentationes, electiones, & postulationes, ad beneficia huius-modi, cum solemnitatibus, in talibus fieri consuetis, instituendum & inue-stiendum, ac alios quoscunq; intrusos (mediantibus iuris remedijs) expellen dum & excludendum.

¶ET si necesse fuerit pro præmissis omnibus & singulis, coram quibuscunq; dominis iudicibus & commissarijs, tam ordinarijs, quam extraordinarijs, execu-toribus & subexecutoribus, in quibuscunq; causis nostris, pro nobis comparen dum & agendum, nosq; & iura nostra defendendum, libellum, & quascunq; pe titiones summarias, dandum & recipiendum, dariq; & recipi videndum, necnon ad omnes & singulos actus, & terminos, tam iudiciales, quam extraiudiciales, procedendum & procedi videndum. Sententiam seu sententias, tam interlocu torias, quam diffinitiuas, ferri petendum, & audiendum, & ab ea seu eis, & a quo cunq; alio grauamine, illato vel inferendo, prouocandum &c. Vnum quoq; vel plures, Vicarium, seu Vicarios, procuratorem, seu procuratores, loco sui, substi-tueñ. eumq; vel eos reuocañ. totiens quotiens præfato Vicario, seu procuratori, placuerit, & visum fuerit expedire. ¶ET generaliter omnia alia, & singula fa ciendum &c. opportuna, & quæ nosmet facere possemus, si præmissis omnibus & singulis, personaliter interessemus, etiam si talia forent, quæ mandatum exige rent magis speciale, quam præsentibus est expressum. Promitteñ. insuper, no stro notario publico infrascripto, tanquam publicæ & autenticæ personæ, rite & legitime stipulanti, & recipienti, manum nostram dextram, ad nostrum pectus (more Prælatorum) apponendo, vice & nomine omnium & singulorum, quo-rum interest, intererit, aut interesse poterit quomodolibet in futurum, nos ratum, gratum, atq; firmum, perpetuo habiturum, totum id & quicquid, per dictum do minum nostrum Vicarium, ac substituendum ab eo, actum, factum, gestum, pro curatumue fuerit in præmissis, aut aliquo præmissorum, eumq; releuare voleñ. ab omni onere satisdandi, iudicioq; sisti, & iudicatum solui, cum clausulis neces sarijs & opportunis, sub hypotheca & obligatione omnium & singulorum no

strorum & dicti Prioratus bonorum, mobilium & immobilium, præsentium & futurorum, ac qualibet alias iuris & facti renunciatione ad hæc necessaria, pari ter & cautela. ¶ IN quorum omnium & singulorum fidem & testimonium præmissorum, præsentes literas, siue præsens publicum instrumentum, manu no stri notarij infrascripti subscribi, ac sigilli nostri appensione communiri iussimus & fecimus. Acta &c. ¶ Quia dicti Vicarij, seu procuratoris deputation. & constitution. potestatis dationi, ratihabition. & releuation. omnibusque &c. consue tis, vna cum præfati Reuerend. domini Georgij Card. & Commendatarij sigil li, appensione &c. rogatus.

DE VNIONE.

Litera vnionis, auctoritate, ordinaria factæ.

Petrus Dei gratia, Episcopus .N. Vniuersis & singulis, præsentes &c. in specturis, illis præsertim quorum interest, intererit, aut interesse, quousque infrascriptum tangit negotium, seu tangere poterit quomodolibet in futurum. Salutem in domino sempiternam. Ad hoc, vt ecclesiarum omnium, per Ciuitatem & dioces. nostras .A. consisten. & illarum decorem, inibi de stitutas dignitates obtinentium, personarum status, salubriter dirigi, seruarique possit honestius, ac personæ ipsæ, diuinum inibi psallentes officium, ad tenen dum statum suum, habeant redditus suos, nostri libenter fauoris impartimur præsidium, potissime cum temporum requirit necessitas causæ persuadent ra tionabiles, & diuini cultus augmentum, salubriter id exposcit. ¶ Exhibita si quidem nobis nuper, per dilectum nobis in Christo.N. &.N. Archipresbyte rum Oppidi de.B. dictæ.N. dioc. petito continebat, quod in dicto Oppido .B. quædam parochialis ecclesia, sub vocabulo Sancti.C. consistit, cuius fru ctus, redditus, prouen. ad sustentationem rectoris eiusdem pro tempore existen tis, propter eorum exiguitatem & tenuitatem, minime suppetunt. Et sicut ea dem petitio subiungebat, si parochialis ecclesia Sancti.C. huiusmodi, dicto Ar chipresbyteratui, qui in ipsa ecclesia.C. dignitas existit, vniretur, annecteretur, & incorporaretur, per hoc, statui archipresbyteri dictæ ecclesiæ Sancti.C. plu rimum prouideretur, cultusque diuinus exinde augumentaretur in eisdem. Qua re per dictum.N. fuit nobis humiliter supplicatum, vt super præmissis proui dere, auctoritate ordinaria, dignaremur. Nos igitur (attenden. petitionem hu iusmodi, præmissis veris existentibus, esse iustam & consonam rationi) de præ missis omnibus & singulis, ac eorum circunstantijs vniuersis, inquisiuimus, & nos informauimus diligenter. Et quia per informationem legitimam & diligen tem, per nos, a nonnullis testibus fidedignis, coram nobis, per præfatum .N. ad informandum animum nostrum, de & super omnibus & singulis prænarratis, productis, ac rite receptis, & ad iurandum admissis, iuratisque & examinatis, fa ctam & receptam examinationem, reperimus omnia & singula, per dictum.N. asserta (vt præinseruntur) veritate fulciri. Idcirco auctoritate nostra ordina ria, qua fungimur in hac parte, parochialem ecclesiam sancti.C. prædictam, cum omnibus iuribus & pertinentijs suis, eidem Archipresbyteratui in perpe tuum vniuimus, incorporauimus, & annexuimus, ac exnunc vnimus, incorpo ramus, & annectimus, per præsentes, ita quod ceden. vel deceden. moderno ip sius parochialis ecclesiæ sancti.C. rectore, seu illam alias quomodolibet dimit ten. etiam si actu quouis modo vacet, & eius dispositio ad nos hac vice pertineat, liceat Archipresbytero pro tempore existenti dictæ ecclesiæ Sancti.C. corpo ralem, realem, & actualem, ecclesiæ Sancti .C. iuriumque & pertinentiarum prædictorum, possessionem, auctoritate propria, libere apprehendere, illiusque fru ctus redditus, & prouentus huiusmodi, percipere & habere, ac in suos, & dicta

rum

rum ecclesiarum,vsus & vtilitatem,conuertere,& perpetuo retinere, cuiusuis alterius superioris licentia, super hoc, alias minime requisita. Volumus autem, quod si vnionem, annexionem & incorporationem huiusmodi, effectum sortiri contigerit,parochialis ecclesia Sancti.C. prædicta, debitis propterea non fraudetur obsequijs,nec animarum cura in ea aliquatenus negligatur, sed eius, debite,supportentur onera consueta. ¶ Quæ omnia & singula,necnon præsentes literas nostras,& in eis contenta, vobis omnibus,& singulis supradictis, & vestrũ cuilibet,intimamus & notificamus,ac ad vestram, & cuiuslibet vestrũ notitiam, deducimus & deduci volumus per præsentes, ne de præmissis ignorantiam aliquam prætendere valeatis,seu etiam allegare. Vobisq; nihilominus, & vestrum cuilibet,in virtute sanctæ obedientiæ,& sub excommunicationis pœna,quam in vos & vestrũ quemlibet,si mandatis & inhibitioñ. nostris huiusmodi non paruetitis cum effectu,sex dierum canonica monitione præmissa, quorum sex dierum, duos pro primo,duos pro secundo,&c.assignamus,extũc ferimus in his scriptis, districte præcipiendo inhibemus, ne dicto.N. aut Archipresbytero pro tempore existenti dictæ ecclesiæ Sancti.C. vel procuratori suo, quominus corporalem, realem,& actualem possessionem dictæ parochialis ecclesiæ Sancti.C. per nos, vt præmittitur,vnitæ,sic vacañ. ad præsens, vel quamprimum, vt præmittitur, illam vacare contigerit, iuriumq; & pertinentiarum eiusdem, etiam auctoritate propria,libere appræhendere,eiusq; fructus,redditus,& prouentus,in suos & prædictarum ecclesiarum vsus & vtilitatem conuertere valeat,vt præfertur,omniaq; & singula supradicta suum debitum sortiantur effectum, impedimẽtum aliquod præstetis,per vos,vel alium seu alios,publice vel occulte, directe vel indirecte, quouis quæsito colore vel ingenio,aut ipsum impedientibus,detis, seu aliquis vestrum det,consilium vel fauorem. ¶ Absolutionem vero omnium & singulorum,qui præfatas &c. reseruamus. ¶ In quorum omnium & singulorum &c. Præsentibus ibidem &c.

¶ EXPLICIVNT FORMVLAE INSTRVMENTORVM.

SEQVVNTVR NONNVLLA, DE

ABSOLVTIONE, ACCEPTATION. APPELLAtioñ. Instrumeñ.diuers.Cessioñ.Collatioñ ac donatioñ. ex vetustioribus Formularijs, Romæ alias excus. extracta, & quæ in modernis impress.(a quibus exemplar præseñ.operis sumpsimus) superius prætermiseramus. Quæ quidem (cum sint apprime necessaria) visum est nobis in fine præsentis operis subiungere,eaq; omnia, cũ quibusdam alijs,in indice,seu Repertorio sequeñ.suis in locis(vt decebat) reponere, & ordinare.

Absolutio ad cautelam, cum reinciden̄. sub certa conditione.

Ioannes &c. deputatus. Vniuersis & singulis &c. ¶ Dignetur &c. ¶ De mandato &c. In fine &c. Contra quam quidem commissioñ. per prouidum virum Magistrum .N. in Rom. Cur. causarum,& honorabilis viri,domini.N. exaduerso principalis, in dicta nobis

facta & præsentata commissione principaliter nominati, procuratorem (prout de suæ procurationis mandato, in actis causæ huiusmodi, legitima extitit facta fides) in certa, sibi per nos ad hoc assignato termino competenti, verbo solum, & duntaxat, cum protestation. de excipien. latius contra eandem, facto, & in scriptis, suis loco & tempore, congruis & opportunis excepto. ¶ Subsequenter, die videlicet & hora infrascriptis, constitutis coram nobis, honorabili viro, domino. N principali, in eadem commission. principaliter nominato, ex vna, & præfato magistro . N. exaduerso procuratore, nomine quo supra procuratorio, partibus ex altera. Idem Magister. N. procurator, vt absolution. præfato domino. N. exaduerso principali, ab excommunicationis, alijsq; sententijs & censuris, in eum, vt dicitur, ad instan. dicti domini. N. principalis, ob non parition. literarum executorialium apostolicarum siue processuum executorialium, vt in præinserta commission. deducitur, latis, ad cautelam, quatenus indigeat, impenderemus, cum reinciden. si & inquantum concordia inter ipsos dominos. N. & . N. principales de præsenti concepta esset, siue consequatur effectum, aut per præfatum dominum principalem non adimpleatur, expresse consensit. Quo sic præstito consensu . N. episcopus, iudex, & commissarius præfatus &c. prout in præcedenti.

Clausula reintrusion. & excõicatiõis, seu reincidẽtię.

Volumus Autem, quod si præfatus dominus. N. dictam concordiam non adimpleueritis, seu per eum steterit, quominus suum consequatur effectum, infra certum tempus, per dictas partes, seu earum procuratores, constitutum, eo casu, eundem. N. in pristinas excommunicationis, & alias sententias, & censuras, quibus vt præmittitur, ante huiusmodi nostræ absolution. impension ligatus erat, exnunc, prout extunc, & extunc prout exnunc, de dictarum partium expresso consensu, reintrudendum, & reintrusum esse decernimus ipso facto. ¶ Hæc clausula potest poni in proximo instrumento, ante clausulam. ¶ Quæ omnia &c. & hoc quando inter partes expresse cauetur, alias non.

Commissio absolutionis ad partes, in vim cõmissionis apostolicæ, parte non vocata in Cur. & iudicibus, per hincinde partes, cõiũctim nominatis, cũ clausula. Volumus aũt &c.

Fabius Acorombonus, vtriusq; iuris doctor. Sanctiss. Domini nostri Papæ, Capellanus, & ipsius sacri palatij Apostolici causarum, causæq; & causis, ac partibus infrascriptis, ab eodem domino nostro Papa Auditor specialiter deputatus. Venerabilibus, & circumspectis viris, dominis N. & N. ecclesiarum Decanis, nostris in hac parte subdelegatis, Salutem in domino, & præsentibus fidem indubiam, ac in commissis diligentiam debitam adhibere, nostrisq; huiusmodi, immo uerius apostolicis, firmiter obedire mandatis. ¶ Noueritis, quod nuper Sanctissimus in Christo pater, & dominus noster, dominus Paulus, diuina prouidentia Papa IIII. quandam commissionis, siue supplication. papyri cedulam, uobis, per quendam suum Cursorem, præsentari fecit, quam nos, cum ea qua decuit reuerentia, recepimus huiusmodi sub tenore. ¶ Beatissime Pater &c. In fine commission. duplex erat signatura. Prior talis. ¶ De mandato. Alia talis. ¶ Placet &c. Cuius quidem commission. vigore, nos ad prouidi viri, magistri. N. in Ro. cu. causarũ & honorabilis viri, domini. N. principalis, in præinserta nobis facta commissione principaliter nominati procuratoris instantiam, prouidum virum . N. in eadem Rom. Cur. etiam causarum, & honorabilis viri, domini. N. exaduerso principalis, in eadem

commissione exaduerso principaliter nominatum procuratorem (prout de eorum hincinde procuratorum procurationum mandatis, nobis apud acta causæ huiusmodi dinoscitur constare, & constat documentis) ad dicendum, & excipiendum, quicquid verbo, vel in scriptis, contra eandem præinsertam commissionem, dicere, siue excipere volebat, primo, & deinde ad videñ. & audieñ. vobis dominis.N.&.N.Decanis, Iudicibus, & Commissarijs prædictis, absolutionem dicti domini.N. principalis, ab excommunicationis, alijsq; ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, in eum, per venerabilem virum, dominum.N. iudicem & commissarium, in partibus, vt asseritur, latis, & promulgatis, & de quibus in præinserta commissione fit mentio, per nostras literas speciales, extra Romanam Curiam, & ad partes (iuxta eiusdem præinsertæ commissionis formam, continentiam, & tenorem) committi, vel dicendum & causam, &c. allegañ. vt supra proxime. Quibus aduenientibus, comparuit legitime coram nobis, magister.N. procurator prædictus, nomine quo supra procuratorio, dictiq; magistri .N. exaduerso procuratoris non comparentis contumaciam accusauit, ipsumq; contumacem reputari, & in eius contumaciam, vobis dominis iudicibus, & commissarijs prædictis, absolutionem dicti domini .N. principalis, ab excommunicationis, alijsq; sententijs &c. vt supra, committi per nos, debita cum instañ. postulauit. Nos tunc Fabius Auditor præfatus, dictum Magistrum.N exaduerso procuratorem non compareñ. reputauimus merito (prout erat iustitia suadeñ.) contumacem & in eius contumaciam attendentes, postulatioñ: huiusmodi esse iustam & consonam rationi &c. vt supra proxime, habito respectu, si iudicibus, coniunctim, vel diuisim commissio fiat. Nam si coniunctim, committatur eis instañ. vtriusq; partis, tunc pone clausulam, Volumus autē &c. vt in instrumento remissoriæ positā, vsq; ad verbū exequatur.

Commissio absolutioni ad partes in vim commissioñ. apostolicæ, parte non vocata.

Antonius Augustin &c. vt in proxima, vsq; deputatus. Reuerendis in Christo patribus, & dominis dominis, Dei & apostolicæ sedis gratia. N. &. N. episcopis, & eorū cuilibet insolidum, Salutem in domino, & præsentibus fidem indubiam adhibere, nostrisq; &c. mandatis. ¶ Noueritis &c. ¶ Beatissime Pater &c. In fine &c ¶ De mandato &c. Cuius quidem cōmissionis vigore citatione legitima, vna cum inhibitione inserta extra Rom. Cur. & ad partes, in forma solita & consueta, per nos decreta & concessa. Postea, fuimus per honorabilem virum, dominum.N. principalem, in præinserta nobis facta & præsentata commissione, principaliter nominatum, coram nobis personaliter constitutum, debita cum instañ. requisiti, quatenus vobis dominis episcopis, & vestrū cuilibet insolidum, absolutionem domini.N .principalis, ab excommunicatioñ. & alijs pœnis, sententijs, & censuris, in eundem, per venerabilem virum, dominum.N. iudicem & commissarium, vt asseruit, latis, de quibus in dicta nobis facta commissione fit mentio, per nostras literas speciales, extra Romanam curiam, & ad partes (iuxta & secundum dictæ commissionis vim formam & tenorem) committere dignaremur. Nos igitur Anton. Auditor præfatus, attendeñ. requisitioñ. huiusmodi esse iustam & consonam rationi, & quia de dictis excommunicatioñ. sententiis, & alijs censuris, & pœnis in Romana Curia, ad plenum constare non poterat. Idcirco, de vestris prouidentia & circūspectioñ. plenam fiduciā gerentes, & sperantes, quod ea, quæ vestris industrijs duxerimus committenda, fideliter & solicite debeatis adimplere, vos dominos Episcopos, & vestrum quemlibet insolidum iudices & commissarios, huiusmodi negotij absolutioñ. de qua in dicta commissione fit mentio, duximus deputandos, & de-

putamus per præsentes. Quocirca vos dominos Episcopos prædictos, & vestrum quemlibet, tanquam iudices & commissarios huiusmodi negotij absolution. per nos deputatos, auctoritate apostolica, nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, tenore præsentium, requirimus, & monemus, primo, secundo, tertio, & peremptorie. Vobisq; nihilominus, & vestrum cuilibet, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunication poena, quam in vos, & vestrum quemlibet (si ea, quæ vobis in hac parte committimus & mandamus, neglexeritis seu distuleritis contumaciter adimplere) canonica monitione præmissa, ferimus in his scriptis, districte præcipien. mandamus, quatenus statim, visis & receptis nostris literis, & postquam pro parte dicti domini. N. principalis fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus, vocatis ad hoc. N. principali exaduerso, & alijs qui fuerint euocandi, receptoq; per vos primitus a præfato domino. N. principali, & per ipsum ad mandatum vestrum, & in manibus vestris tactis sacrosanctis scripturis ad sancta Dei Euangelia) corporaliter iuramento, testando iuri, & sanctæ matris ecclesiæ, nostrisq; & vestris parendo mandatis, eundem. N. principalem in suam propriam vel procuratoris sui personam, ad hoc mandatum habentis (si id humiliter petierit) a poenis sententijs & censuris ecclesiasticis huiusmodi, in ipsum, per præfatum dominum. N. iudicem & commissarium ad dicti exaduerso principal. instan. latis, & inflictis, vt præmittitur, in forma ecclesiæ consueta, simpliciter, vel ad cautelam, si & prout de iure hac vice duntaxat, beneficium absolution. eidem. N. principali impendatis, ipsumq; communioni fidelium, ac participationi ecclesiasticorum sacramentorum, & sanctæ matris ecclesiæ vnitati, restituatis, iniuncta inde sibi pro modo culpæ poenitentia salutari, quam animæ suæ salubriorem videbitis iniungendam. ¶ Et insuper, quem duxeritis absoluendum, sic absolutum, & videant restitutū, in vestris Ecclesijs, Monasterius, & capellis, vbi, quando, & quotiens expedire videtur, denuncietis, & ab alijs denunciari faciatis, & permittatis, literas vestras opportunas desuper decernen. ¶ Absolutionem vero &c. reseruamus. In quorum &c. Datum &c. Præsentibus &c. vt in citatione cum inhibitione.

Acceptatio, & prouisio, factæ simul & eodem contextu.

In nomine &c. Constitutus. N. principalis, tenens in suis manibus literas apostolicas, super gratia expectatiua, de beneficio ecclesiastico cum cura &c. vt in bulla, vacan. vel vacaturo, spectan. communiter vel diuisim, ad collationem. Reuerend. in Christo. P. D. Dei & apostolicæ sedis gratia, episcopi. N. necnon venerabilium & circumspectorum virorum, dominorum Præpositi, Decani & Capituli, singulorumq; Canonicorum, & personarum ecclesiæ. N. sibi, per præfatum. D. N. Papam, sub dat. Ro. Cal. Ianuarij Pont. sui, anno. N. eisdem. N. fact. necnon quasdam literas, seu publicum instrumentum processus, desuper, per Reuerend. in Christo Patrem, &. D. D. A. eadem gratia iudicem & executorem, in dictis literis nominatum, sub dat. anno. N. die vero. N. mensis. N. fulminat. ac sigillo dicti domini executoris sigillat. signoq; discreti viri. N. clerici. N. dioc. notarij signat. vt prima facie apparebat, sanas & integras, ad legendum, inspicien & examinan. exhibuit, & nihilominus, ad sui notitiam peruenisse asseruit, quod parochialis ecclesia. N. per obitum quondam. N ipsius, ecclesiæ, dum viueret, rectoris, extra Romanam curiam defuncti, vacat. Quare dictus. N. principalis, vigore literarum & processuum prædictorum, dictam parochialem ecclesiam, sic vt præmittitur, vacan. & sub dicta gratia comprehensam & eaden. in Dei nomine acceptauit & acceptat, si & in quantum, sibi de iure debeatur, alioquin protestatur, prout potestatus fuit, quod dicta sua gratia, salua sibi, ad aliud beneficiū

sub eadem gratia comprǽhensum, acceptañ maneret, & illæsa, ipseq; N. discretum virum, dominum O.N. dioc. publicum apost auctoritate notarium, ibidem præsentem, quem in suũ, & dictarum literarum apostolicarum, vigore clausulæ generalis Cæterum, in processibus appositæ, Subexecutorem eligebat, petijt & requisiuit quatenus sibi, de dicta parochiali ecclesia, sic, vt pra mittitur, vacañ. & per eum acceptata, auctoritate apostolica prouideret, sibiq; , eandem parochialem ecclesiam, cum omnibus iuribus & pertinẽ. suis (iuxta tenorem literarum & processuum prædictorum) eadem auctoritate conferret & assignaret, Qui quidem N. Subexecutor, huiusmodi literis & processibus reuerenter ad se receptis, volens tanquam obedientiæ filius, apostolicis obedire mandatis, eandem parochialem ecclesiam, sic, vt præmittitur, vacañ. & acceptatam, præfato N. cum omnibus iuribus & pertinẽ. supradictis, apostolica auctoritate qua fungebatur in hac parte, contulit & assignauit, ac sibi, per literarum & processuum prædictorum traditioñ. prouidit etiam de eadem, mandans ipsi N. vel procuratori suo legitimo, de fructibus, redditibus, prouẽ. iuribus, & obuẽ. vniuers. dictæ parochialis ecclesiæ integre responderi. Et nihilominus, eidem N. aliud beneficium ecclesiasticum, cum cura vel sine cura, ad dictam collatioñ communiter vel diuisim, pertinẽs, per se, vel procuratorem suum acceptañ. & de eo sibi prouideri faciendum (si dicta parochialis ecclesia sibi de iure non debetur) illæsum sibi ius reseruauit. Super quibus &c.

Acceptatio & prouisio vigore gratiæ in communi forma pauperum.

In nomine Domini amen. Constitutus &c. asserens &c. vt supra in forma acceptatioñ. & prouisioñ per principalem in curia, vsq; gratiose fact. & concessis. In forma qua pro pauperibus clericis scribi consueuit, necnon processuum desuper fulminatorum & decretorum &c. Continuando deinde vt supra, in dicta forma, vt præfertur, vsq; in finem.

¶ Clausulæ ponendæ propter diuersitatem collatioñ.

¶ Ad venerabilium, & circumspectorum virorum. D. Præpositi, Decani, & Capituli ecclesiæ S. N. necnon venerabilium & religiosarum. D. Abbatissæ, & Conuentus Monasterij. N. ordinis. S. B. collatioñ. præsentatioñ. &c. sub dat. Romæ &c. vt in bulla.

¶ Alia clausula, ad collatioñ. venerabilium & religiosarum Dominarum Abbatissæ & Conuent. N. ordinis. N. in dictis collationibus.

Acceptatio & puisio in vim noiationis Cardinalis.

In nomine Domini amen &c. Personaliter constitutus. N. dicens & asserens ad sui notitiã puenisse, q; Canonicatus & præbẽ. ecclesiæ. N. quos quondam. A. eiusdem ecclesiæ Canonicus, dum viueret, obtinebat, per obitum dicti. A. qui extra Romanam Curiam diem clausit extremum, vacabunt tunc, & vacent ad præsens. Ideo eo idem dominos. N. principalis (citra tamen quorumcunq; procuratorum suorum, per eum hactenus constitutorum reuocatioñ.) Canonicatũ & præbẽ præfatos, sic, vt præmittitur, vacañ. in vim nominationis, de persona sua, ad Canonicatum & præbẽ. dictæ ecclesiæ, per Reuerend. in Christo Patrem, & D. D. Federicum, miseratione diuina, tituli sancti Pancratij presbyterum Cardinalem de Cæsis vulgariter nuncupatum, vigore cuiusdam facultatis de nominañ. certas personas, ad nõnulla beneficia ecclesiastica, per præfatum dominum nostrũ Papam, eidem domino Reuerendissimo Cardinali concessæ, atq; factæ, infra tẽpus legitimum, vt dicebat, acceptauit, acceptareq; se dixit, prout tenore præsen-

-tis publici instrumenti acceptat Protestans nihilominus,idem dominus.N.quod si præfati vacañ.& acceptati Canonicatus præbeñ. si pro hac Vice,de iure non debeantur,quod ius suum,sibi saluum remaneat & illæsum ad illud beneficium ecclesiasticum, etiam si Canonicatus & præbeñ.fuerint,sibi,dictæ suæ nominationis vigore,debitum acceptandum. Qua quidem acceptatioñ.sic facta,statim, & incontinenti,præfatus .N. sibi de huiusmodi Canonicatu & præbendatu,sic, vt præmittitur,vacañ.& per eum acceptatis,prouideri per me Notarium publicum infrascriptñ,tanquam subexecutorem,vigore clausulæ generalis Cæterum, &c.debita cum instañ.postulauit. Ego tũc notarius publicus infrascriptus, tanquam Subexecutor per eũ assumptus,eidẽ.N.humiliter id a me peteñ.de dictis Canonicatu & præbeñ.prouidi,ipsumq;,per bireti sui traditioñ. & capiti suo impositionem,in Dei,nomine,inuestiui. ¶ Super quibus omnibus &c. Acta &c.

Instrumentum aditionis hæreditatis.

In nomine Domini &c. Coram Reuerendo Patre. D. Iuliano Pergollela,Reuerend.Patris.D.Francisci de Albericis curiæ Causarñ Cameræ apostolicæ generalis Auditoris Rom. Curiæ iudicis ordinarij locumtenente Ro.in domo suæ solitæ residentiæ pro tribunali sedente ac in mea notarij infrascriptorumq; testium præsentia præsens & personaliter Constitutus dñs Achilles de Rentijs canonicus.N. diocesis asserens decessisse ab humanis. D. Lutium etiam de Rentijs facto testamento ipso domino Achille hærede instituto prout de eo per acta domini Adam de Inuidia Curiæ causarum Cameræ apostolicæ notarij sub die.N.mensis, N.anni.N. constare dixit dato edicto publico die &c.per Blasium cursorem publicato,salua protestatioñ.infrascriptam sponte &c. Omnibus melioribus modo via &c. hæreditatem dicti quondam domini Lutij tanquam hæres ex testamento expresse adiuit,& ei se immiisciuit declarans, & dicens se velle esse hæredem dicti domini Lutii cum beneficio legis & Inuentarii, cum expressa protestatione quod per aditionem hæreditatis huiusmodi non vult nec intendit cuiquam vltra quam se extendant vires hæreditatis tenere quam protestationem voluit intelligi esse factami in principio medio & fine præsentis actus vbi sibi vtilior erit ac in omni actu quem se deinceps facere continget repetitam,offerens se paratum & promptum intra tempus sibi a iure statutum inuentarium de omnibus pub. bonis & iuribus dictæ hæreditatis facere ac de eis sufficientem rationem reddere & omnia facere velle ad quæ de iure tenetur & sibi incumbunt, & vt præmissa omnia & singula firmiora & magis, autentica sint petiit per præfatum dominum Locumteneñ. in præmissis omnibus & singulis tanquam rite & legitime factis & gestis quod dignetur suam iudiciariam & ordinariam auctoritatem pariter & decretum interponere. Qui dominus locumtenens audita petitione attendens illam esse iustã & rationi consonam mandauit de præmissis bonis rebus & iuribus fieri inuentariũ superq; omnibus & singulis præmissis tanquam rite & legitime factis suam iudiciariam & ordinariam interposuit auctoritatem pariter & decretum super quibus &c. Actum &c. Præsentibus &c. Postea die.N.dictus dñs Achilles hæres pdictus antequã hæreditati huiusmodi se immisceret & pro hærede se gereret pmisso signo crucis dñis.N.&.N.legatariis præsentibus &.N.&.N.absentibus creditoribus & legatariis dicti quondam dñi Lutii,ad hoc de mandato dicti domini locumtenentis citatis de licentia ipsius domini locumteneñ. de omnibus & singulis bonis rebus & iuribus repertis & inuentis in hæreditate dicti quondã domini Lutii Inuentarium facere curauit & dixit expresse quod si aliquas alias res bona & iura repererit in hæreditate huiusmodi inferet in præsenti Inuentario. Res vero bona & iura reperta sunt hæc videlicet domus &c. Protestans se nolle teneri vltra vires hæreditarias & se vel

le vti Trebellianica de fideicōmissis & falcidia de legatis. Omni meliori modo quo de iure poterat & potest super quibus &c. Actum &c. Praesentibus &c.

Appellatio simplex ab intrusione, absq; praefixione termini comparitionis.

In nomine Domini amen &c. Anno &c. Indict. &c. Pont. &c. In mea notarij &c. constitutus honorabilis vir dominus. N. Capellanus altaris beatae Mariae virginis siti in ecclesia filiali N. N. dioc. habens & tenens &c. cedulam, quam animo & intentione, a quadam intrusioñ. alijsq; grauaminibus, in ipsa cedula appellatione latius contentis expressis, & descriptis, prouocandi, & appellandi, ac negotium huiusmodi, ad praefatum Sanctissimum Dominum nostrum Papam, eiusq; sanctam sedem apostolicam, deuoluendum, in medium exhibuit, atq; produxit, ac interposuit, appellauit, & prouocauit, apostolos petijt, ac alias, & alia fecit, & se facere dixit, quae, & prout in ipsa appellatioñ. papyri cedula, describebantur, & continebantur. Cuius quidem appellationis cedulae, tenor est talis. Coram vobis notario publico & testib. hic astañ. Ego. N. Capellanus altaris beatae Mariae virginis siti in ecclesia filiali. N. N. dioc. animo & intentione prouocandi & appellandi, dico & propono, quod licet vigore cuiusdam gratiae Apostolicae expectatiuae, mihi per Sanctissimum in Christo patrem, & dominum nostrum dominum Paulum, diuina prouidentia Papa Quartum, factae & concessae, ac processuum desuper fulminatorum, dictam Capellaniam, seu altare. N per obitum quondam. N. vltimi & immediati eiusdem possessoris, extra Rom. Cur. & in partibus defuncti, vacañ. cum omnibus & singulis iuribus, & pertinentijs suis, infra tempus, legitimum acceptauerim, & de illa, seu illo, mihi obtinuerim canonice prouideri, aliaq; diligenter fecerim, circa praemissa necessaria & opportuna, dictaq; Capellania, seu praefatum altare, mihi, & nulli alteri, debeatur de iure, nihilominus, his non obstantibus, quidam. N. assertus presbyter Ratisponeñ. dioc. nullo, vel non tam bono iure suffultus, se in possessioñ. dictae Capellaniae, seu altaris praescripti (prout a decennio citra, ad meam deuenit notitiam) temeritate sua intrusit, illamq; seu illud contra, clarum ius meũ hactenus tenuit, prout adhuc hodie tenet inde bite occupat. meq; & clarum ius meum per hoc grauiter offendeñ. Sentiens igitur ego. N. me, per intrusionem huiusmodi, & alia supradicta, grauiter fuisse & esse laesum, offensum, & grauatum, timensq; in posterum plus laedi posse, grauari, atq; offendi, ab intrusioñ. & occupatioñ. huiusmodi, ac omnibus inde secutis mihi & contra me, pro parte praefati. N. factis, & illatis, tanquam iniuste, inualide, & nulliter, ac minus iuste, gestis & perpetratis, ipsorum nullitate semper salua, omnibusq; alijs & singulis superioribus expressis, & alijs quibusuis, quae ex praemissis colligi poterunt grauaminibus, ad praefatum Sanctissimum dominum nostrum, dominum Paulum Papam Quartum, eiusq; sedem apostolicam, omnibus melioribus modo, via, iure, causa, forma, & ordine, quibus melius, possum & debeo, in his scriptis prouoco & appello, apostolos mihi dari peto, si quis sit, qui mihi illos dare possit & velit, saltem a vobis notario testimoniales. Et protestor, quod hanc meam appellationem prosequi, insinuare, & publicare volo personis, locis, & temporibus congruis & opportunis. Subijciens me, & omnia bona mea, mihiq; adhereñ. & adhaerere voleñ. tuitioni, protectioni, & defensioñ. praefati. S. domini nostri Papae, eiusq; sedis apostolicae. ¶ Super quibus, peto mihi, per vos notarium, confici, & tradi, vnum, vel plura, publicum, vel publica, instrumentum, & instrumenta, astantes pro testibus inuocañ. Saluo iure addẽdi &c. ac aliam, seu alias, appellationem, seu appellationes, de nouo, si opus fuerit, interponeñ. prout moris est, & iuris. Qua quidem appella

tioñ papyri cedula, sic, vt præmittitur, in medium exhibita, & interposita, appellato ꝟ & prouocato, apostolis petitis, & alijs gestis, atq; factis, quemadmodum supra describitur, prælibatus dominus. N. principalis, me notarium infrascriptum quatenus sibi, super huiusmodi appellatioñ. per eum, vt præmittitur, interposita, traderem, & conficerem, in testimonium præmissorum, vnum, vel plura, publicum &c requirendum duxit & requisiuit. ¶ Acta fuerunt &c. Sub anno, indictione, die, mense, hora, & Pontificatu, qui supra. Præsentibus ibidem &c.

Appellatio ab intrusioñ. cum præfixioñ. termini alicuius interesse prætendentis.

In nomine Domini &c. Vt supra in prima appellatioñ. vsq; sequitur & est talis. Coram vobis notario publico, & testibus hic astañ. Ego. N. presbyter. N dioc. animo & intentioñ. prouocandi & appellañ. ac huiusmodi causam ad Romanam Curiam deuoluendi, cum querela, propono & dico, quod licet alias vacañ. perpetua Vicaria parochialis ecclesiæ in. N. per mortem quondam bonæ memoriæ Domini. N. vltimi possessoris, extra Romanam Curiam, & in partibus, ac in mense Papali, defuncti, ego eandem, vigore gratiæ expectatiuæ mihi a Sanctissimo Domino nostro. D. Paulo, diuina prouidentia Papa IIII. ac sancta sede apostolica gratiose factæ & concessæ, infra tempus debitum acceptassem, ac mihi de eadem fecissem legitime & canonice prouideri, mihiq;, & nulli alteri ad eandem ius quæsitum existat. Nihilominus cum quidam. N. Canonicus ecclesiæ. N. A. dioc. nullo ad hoc saltem valido iure suffultus, se in eadem ecclesiam, & eius possessionem intrusit, eandem occupauit & detinet hodie occupatam licet, etiam idem. C. per venerabilem virum dominum. G. Canonicum ecclesiæ Ratispoñ. qui vt dicitur eandem vigore nonnullæ gratiæ expectatiuæ, sibi ab eadem sede apostolica factæ etiam acceptasset, & sibi licet nulliter (vt suis loco & tempore deducetur) prouideri obtinuisset, ad experiendum de ipsius prætenso iure, coram iudicibus Romanæ Curiæ super eadē ecclesia, in causam tractus fuisset, & ipsi tamen. G & . C. suspicañ. me ad causam pro interesse iuribus meis, posse venire seu velle, inter se concordarunt. Ex qua tali quali concordia, inter se facta, vt asseritur ex defectu iustitiæ ipsius domini. G. causam extingui & eundem in ius præfati domini. G. surrogari practicarunt, & procurarunt. Vnde idem dominus G. possessioñ. dictæ ecclesiæ occupare continuat, & detinet occupatam, fecitq; & facit, quominus possessioñ. ipsius ecclesiæ adipisci valeam, in animæ suæ periculum, meiq; & iuris mihi acquisiti, iniustum damnum præiudiciū & grauamen. Sentiens igitur me, per præmissa grauatum, ac timens in posterum fortius ledi & grauari posse, a præmissis intrusioñ. occupatioñ. & detentioñ. ex quocunq; prætenso iure proprio, siue alieno præsumpt. omnibusq; alijs & singulis grauaminibus, ex eis colligibilus & eorum quolibet ad præfatū Sanctissimum dominum nostrum, dominum Paulum Papam Quartum, eiusq; sanctam sedem apostolicam, omnibus melioribus modo &c. quibus possum & debeo in his scriptis prouoco & appello, apostolosq; primo, secundo, tertio, instanter, instantius, & instantissime, si quis sit, qui mihi eos, dare possit & valeat, saltem testimoniales a vobis notario publico, mihi dari peto, & cōcedi, dictumq; . G. omnesq; alios & singulos, sua communiter vel diuisim interesse putañ. cito, quatenus. X L. die proxime futura, post insinuatioñ. huiusmodi appellatioñ. sibi fact. si dies ipsa. XL. iuridica fuerit, alioquin proxima dei iuridica immediate sequeñ. per se, vel procuratores suos, ad causam huiusmodi sufficienter instructos, compareant in Romana Curia, coram præfato domino nostro Papa, seu ipsius sacri palatij apostolici causarum, & huiusmodi causæ Auditore, siue Commissario, a prænominato domino nostro Papa dato, seu dando, deputato seu deputando

putando,& mihi super dicta appellatioñ. mea ac in ea continentis, & indesecu tis responsuri, facturi, allegaturi, prout iuris fuerit, & rationis,sibiqȝ, ac omnibus alijs interesse putañ. terminum X L. dierum prædictum, ad comparendum in Romana Curia, coram domino nostro Papa, siue aliquo sacri palatij apostolici causarum Auditore, ab eodem domino nostro Papa, vt præfertur ad causam hu iusmodi audiendum,deputato,quantum melius possum ac valeo, præfigo, statuo & assigno,cum protestatioñ. quod siue dictus appellatus, in dicto citationis ter mino comparuerit, ac omnes alij interesse putañ. comparuerint,siue non,ego ni hilominus, in huiusmodi causa,procedam & procedi faciam, & procurabo, iusti tia mediañ. vsqȝ ad sententiam inclusiue, ac finalem huiusmodi causæ victoriã, per audientiam Contradictarum.D.N. Papæ,aut alias, prout opportunum fue rit,iuxta stylum Romanæ curiæ,& consuetudinem, dicto appellato, & alijs sua interesse putañ. vlterius minime expectatis,neqȝ citatis. Subijciens me,& bona mea,tuitioni,& protectioñ. D.N. Papæ, ac sanctæ sedis apostolicæ. Requirens vos notarium vt mihi desuper conficiatis,vnum vel plura, publicum, vel publi ca instrumentum, & instrumenta. Saluo iure addeñ. mutandi, corrigendi, mi nuendi, ac aliam, seu alias appellationem,& appellatioñ. in exponendi, & prote stor alias,prout moris est,atqȝ styli. ¶ Acta &c. Præsentibus &c.

Appellatio,ob nõ traditioñ.copiæ appellato,ab insinuatione literarũ executorialiũ,facta principali.

In nomine &c. (vt supra, vsqȝ sequitur, & est talis.) Coram nobis notario publico & testibus hic præsentibus. Ego .N. clericus.N. diœcef. animo & intentioñ. prouocandi & appellañ. &c. dico & propono, quod licet nuper quidam Ioan. N. assertus notarius, quandam prætensam appellatioñ. & insinuationis literarum executorialium, cuidam.A. N. in quadam causa declaratioñ. prætensi periurij legitime fact. mihi insinuasse prætendit, eandem tamen, pro insinuata habere recusaui, nam instrumentum in autentica forma confectum, velut ad huiusmodi actum faciendum, concernit, non vidi, neqȝ vnquam illius copiam a dicto notario, tanquam sub executore habere potuerim, prout in quodam instrumento protestatioñ. desuper confecto, plenius continetur. Quidam prætensus clericus .C. N. pro procuratore dicti Io.N.se gerens, prætensam appellatioñ. huiusmodi, nomine procura torio, nullum ad hoc habens mandatum procurationis, vt asserebat, per nota rium supradictum, etiam insinuauit, animoqȝ iniuriandi, contra me, procurare velle & expresse dixit,copiam insuper appellationis, vt præfertur ab eodem.C. N. procuratore asserto, cum peterem quam si habere velim in Ciuitatem A.ex Oppido.N.notarium sequi debere huiusmodi, qui meis expeñ. traderet & assi gnaret,vexando protulit. Paulo post certo temporis interuallo adhuc dicto no tario,& testibus præsentibus, cum iterum apud eundem C. procuratorem asser tum pro tradeñ copia appellationis prædictæ instarem, se non procuratorem Io N. principalis esse, sed notarij prælocutorem dixit, copiam tamen appella tionis prætensæ,de qua supra, modo præmisso dare subiunxit. Nouissime vero die videlicet iouis.N. menf. N. cum ego.C. versus Rom Cu.ad causam prin cipalem pertractañ. iter nunc arriperem, ac in pede recessus ab eodem.C.N. procuratore prædicto, iterum copiam appellatioñ. quam alias mihi insinuasse prætendebat,petijssem, idem tunc.C. N. procurator assertus, iterum notarium supranominatum,copiam prætensæ appellationis prædictæ, mihi dare respon dit,& cum sibi ad animum reducerem qualiter alias,se pro procuratore.A. N. principalis gessisset,quare ab ipso peterem copiam, cum se tunc tantum prælo cutorem,& non procuratorem fuisse dixit,& sic continuo,me iniuste,inique, illi cite,temere & de facto vexauit & perturbauit,contra vim formam & tenor ẽliꝫ

terarum executorialium mearum, in causa principali decretarum, prout vexat, perturbat molestat & impedire prætendit, quominus executionem literarum executorialium vt præfertur consequi possim nec valeam, in magnum præiudiciũ meum, damnum, & grauamen & sedis apost. contemptum, ac. R. P. D. N. dictarum literarum executorialium executoris a sede apost. specialiter deputati irreuerentiam. Sentiens igitur ego. N. H. me in præmissis fore & esse læsum & grauatum, timensq; verisimiliter in futurum plus lædi & grauari posse. Ideo omnibus melioribus modo via &c. & debeo, ab huiusmodi vexatioñ. perturbatioñ. molestatioñ impedimentis, alijsq; grauaminib. in & ex præmissis quomodolibet. colligibilib. illatis, aut forsan per dictum. C. procuratorem assertum, seu quoscunq; alios, in futurum inferendis, vt & tanquam iniustis, indebitis, illicitis, nulliter & de facto præsumptis & attentatis, ad præfatum. S. D. N. D. Paulum Papam Quartum, eiusq; sanctam sedem apostolicam, in his scriptis prouoco & appello apostolosq; primo, secundo, tertio, instanter, instantius, & instantissime, & tales quales, mihi de iure debeantur, dari & concedi peto, saltem literas testimoniales a vobis notario publico. Protestans nihilominus, quod hanc meam appellatioñ. infra tempus a iure diffinitum, illis quibus opportunum fuerit, intimare & insinuare volo, eamq; appellatioñ. huiusmodi, cum omnibus suis emergeñ. incideñ. dependeñ. annexis, & connexis, absq; alia citatione, ad Rom Cu. deuoluo; ipsisq;. G. procuratori prædicto, terminum. N. dierum post insinuatioñ. huiusmodi, meæ appellationis sibi fact. immediate sequeñ. statuo, præfigo, & assigno, ad comparendum in dicta Romana Curia coram nobis præfato. D. N. Papa, seu quocunq; sacri palatij apostolici causarum Auditore, siue Commissario, a prænominato. D. N. Papa, dato seu dando, deputato seu deputando, impetrato seu impetrando, & mihi, super grauaminibus & vexationibus supra expressis, responsurus. Subijciens &c. ¶ Actum &c. Præsentibus &c.

Instrumentum appellatioñ. a diffinitiua sententia, in absentia iudicis, siue Auditoris, coram notario, cum insinuatioñ. ipsius, ac insertioñ. cedulæ.

In nomine Domini amen &c. Constitutus prouidus vir, Magister. N. in Ro. Cu causarũ, & honorabilis viri N. principalis, in infrascripta appellationis cedula principaliter nominati, vt asseruit procurator (de cuius procuratioñ. mandato, legitimis dixit constare document.) habens & tenens suis in manibus, quandam appellationis cedulam, tenoris infrascripti. Interrogatus a discreto viro, domino. N. in eadem domo, reperto & inuento, an ipse. R. P. D. N. esset in domo, vel ne, quia illuc venisset causa interponendi quandam appellatioñ. a quadam diffinitiua sententia, alias per ipsum dominum Auditorem, pro quodam. N. & contra dictam partem suam, de & super parochiali ecclesia. N N. dioc. & illius occasioñ. lata & promulgata. Qui quidem. N. sic interrogatus, præfato Magistro. N. procuratori respondendo, dixit quod præfatus dominus Auditor, non esset in domo, nec in vrbe Ro. sed ipsum Auditorem, ab eadem recessisse, nec etiam in breui fore reuersurum. Qua responsione sic facta, idem Magister. N. de sua diligentia & intentione prædictis, in absentia dicti domini Auditoris fuit solemniter protestatus, & nihilominus, dictam appellatioñ. cedulam, quam, vt præmittitur, suis tenebat in manibus, publice perlegit, & ostendit, necnon in scriptis prouocauit, apostolos primo, secundo, tertio, ac instanter, instantius & instantissime &c. quos de iure super dicta sua appellatioñ. habere debebat, sibi dari & con-

cedi, ac etiam literas testimoniales, de & super omnibus præmissis per me notarium publicum postulauit, aliaq; dixit & fecit, prout & quemadmodum in prædicta appellatioñ. cedula (cuius tenor inferius est insertus) plenius continetur. Vnde ego notarius publicus infrascriptus, dictam appellatioñ. cedulam ad me recepi, præfatoq; Magistro. N. procuratori appellanti & apostolos petenti, apostolos & testimoniales (prout de iure potui) dedi & assignaui, nihilominus idem Magister. N procurator & procuratorio nomine quo supra dixit, quod si coram eodem domino. N. Auditore, præsens fuisset, dictam appellatioñ. in eius præsentia interposuisset ac interponeret, & ab eo apostolos petiuisset & peteret, de quo & insinuando, quatenus opus foret, appellatioñ. prædictam, præfato domino Auditori, & alia quæ incumbunt facieñ. suis loco & tempore opportuñ. extitit solemniter protestatus. Petens insuper de omnibus & singulis præmissis a me notario publico, vnum vel plura &c. ¶ Act. &c. sub anno &c. Indictioñ. &c. Præsentibus &c. ¶ Tenor vero cedulæ appellationis talis est. ¶ Inseratur cedula appellatioñ. de verbo ad verbum. ¶ Subsequenter vero, anno, indictione, & Pontificatu prædict. die vero, N. mensis &c. & hora meridiana Rom. in domo præfata. In mea notarij &c. constitutus præfatus Magister. N. procurator, nomine quo supra procuratorio a supradicto. N. in ipsa domo repetto, interrogauit, an dictus dominus Auditor in eadem domo esset, vel ne, qui. N. respondit vt supra ipsum dominum Auditorem ab vrbe recessisse, & in breui minime reuersurum, idem Magister. N. procurator de absentia ipsius. D. Auditoris fuit protestatus, & quod venisset causa insinuandi appellatioñ. præfatam ipsi. D Auditori, atq; per eam non instaret, quominus eandem appellatioñ. ipsi. D. Auditori personaliter intimaret & publicaret. Et nihilominus, omnibus melioribus, modo, via, iure, causa, & forma, quibus melius potuit & debuit, supradictam appellatioñ. sic, vt præmittitur, ibidem interpositam, insinuauit & notificauit, & de nouo interposuit, & apostolos petijt, prout in infrascripta cedula ibidem actualiter exhibita, plenius continetur, cuius tenor est talis. ¶ Insere petitioñ. ¶ Super quibus &c. ¶ Act. &c.

Instrumentum appellatioñ. iudicialis coram auditore, cum datioñ. apostolorum reuerentialium, & termini ad prosequendũ.

In nomine Domini amen. Anno &c. Coram venerabili viro domino iudice delegato, per. R. P. D. N. Auditorem deputato. In mea notarij &c. constitutus venerabilis vir, Magister. N. procurator, & nomine procuratorio honorabilis viri. N. a quadam sententia per ipsum dominum. N. iudicem præfatum, de & super causa pecuniaria, tunc coram dicto domino. N. iudice, & inter ipsum. N. & N. ex vna, & quendam. N. partibus ex altera, pendeñ. indecisa. In fauorem dicti. N. & contra dictum. N. vt asseruit lata, ad. S. D. N. Papam, eiusq; sanctam sedem apostolicam prouocauit & appellauit, ac apostolos sibi dari petijt, aliaq; fecit, & protestatus fuit, prout in quadam appellationis cedula, quam tunc suis tenebat in manibus, plenius continetur. Cuius quidem appellationis papyri cedulæ, tenor sequitur, & est talis. ¶ A quadam prætensa &c. saluo iure &c. Qua quidem cedula, per dictum dominum. N. iudicem præfatum, visa, lecta, & mihi notario publico, infrascripto tradita, idem. D. N. iudex præfato Magistro. N. procuratori, quo supra nomine, respondit in hæc verba, vel eis in effectu similia. Ob reuerentiam. D. N. Papæ, & sanctæ sedis apostolicæ, appellationi tuæ deferimus, præfigendo tibi terminum. X. dierum ad appellatioñ. tuam prosequeñ.

¶ Super quibus &c.

Instrumētū appellationis extraiudicialis corā notario illius insinuationis, & copiæ affixionis.

Constitutus Venerabilis vir. D. N. habens & tenens suis in manibus quandam papyri cedulam prouocationis & appellatioñ. & apostolorum petitionis, causam & rationes in se continentem, mihi notario infrascripto, in manibus recipieñ. tradidit & porrexit, meq̧, debita cum instañ. requisiuit, quatenus huiusmodi cedulam prouocatioñ. & appellationis ibidem legerem, & publicarem, eiusdem petitioni satisfaciendo, Ego notarius publicus infrascriptus, eandem prouocationis & appellatioñ. cedulam, publice, alta & intelligibili voce, legi in hunc modum. ¶Coram vobis notario &c. (inseratur cedula appellationis.) Qua quidem cedula, sic per me notarium suprascriptum lecta, & publicata, præfatus .N. appellans, omnibus melioribus modo &c. quibus potuit debuit, apostolos petijt, instanter, instantius, & instantissime protestatus fuit, & alia fecit, ac in omnibus, & per omnia, prout & quemadmodum in dicta cedula continetur. Et in continenti, ad petitioñ. dicti N. appellantis, ego notarius ad palatium episcopale tendens, & ibidem appellatioñ. originalem primo, quam per competens temporis spatium valuis palatij affixam dimisi, & deinde veram dictæ appellationis copiam, eisdem valuis affixi, & affixam dimisi ad finem & effectum legitimæ intimationis & insinuationis facieñ. dictusq̧ N. appellans, huiusmodi prouocatioñ. & appellatioñ. ibidem insinuauit, notificauit, manifestauit, & publicauit ad finem & effectum supradictum. ¶Super quibus &c. Dat. &c. ¶Deinde, anno, indictione &c. præ dict. paulo post, coram prouido Magistro. N. procuratore constituto, vt asseritur, dicti. N. aduersarij, in præsentia mei notarij, & testium infrascriptorum, personaliter constitutus dictus .N. appellans, asseruit & dixit, se prouocasse & appellasse, contra dictum .N. prout & quemadmodum in cedula prædicta, quam ego notarius prædictus, in medium exhibui & produxi) continetur & scribitur. Quam quidem prouocatioñ. & appellatioñ. idem. N. appellans, præfato. N. procuratori dicti. N. aduersarij, & eo nomine, intimauit, insinuauit, & ad finem & effectum legitimæ insinuationis, intimationis facieñ. huiusmodi causam ad Rom. Cu. deuolueñ. Memoratus tunc. N procurator, quo supra nomine, copiam cedulæ appellationis huiusmodi, atq̧ intimationis, & insinuationis sibi per me notarium subscriptum, dari & concedi petijt. ¶Super quibus &c. partes hincinde, sibi a me notario publico infrascripto, &c. ¶Act. &c. Præsentibus &c.

Instrumentum petitioñ. & dationis apostolorum.

Constitutus .N. principalis, perpetuus Vicarius ecclesiæ .N. & honorabilis vir &c. procurator, coram venerabili, viro. D. D. eccl. N. ac iudice, in causa & causis, quæ vertitur, & vertuntur, seu verti, & esse sperantur, inter dictum. D N. actorem ex vna, & venerabilem virum .D. N. decretorum doctorem, reum, de & super Vicaria perpetua supradicta, & eius occasioñ. partibus ex altera, idem dominus. N. procurator dicti domini. N. prout de eius procuratioñ. mandato plenius constabit, & constat ex actis) in termino sibi per præfatum. D. Decanum, atq̧ iudicem præfixo, dixit se comparere ad recipieñ. apostolos, tales quales de iure habere debeat, de & super appellatioñ. sua, eidem. D. N. die. N. mensis. N proxime præteriti, insinuata & interposita, sibi statuto pluribus vicibus a. D. N. prætenso iudice, super præfata appellatioñ. sua, cum debita iuris instañ. dari & concedi postulauit. Qui quidem. N. iudex

iudex antedictus, præfato. N. procuratori instanti, & apostolos petenti, apostolos dedit refutatorios, vel dixit se in causa huiusmodi nolle vlterius procedere. Quod ipse procurator, protestatus fuit de diligentia per eum facta, pro apostolis sibi dandis, vel quod iudex ipse dixit, scribatur in actis. ¶Super quibus &c.

Instrumentum absolutionis cũ relaxatione interdicti, ob nõ paritionẽ literarũ executorialiũ.

Ioannes Baptista, vtriusq; &c. causæq; & causis, ac partibus &c. deputatus. Vniuersis & singulis &c. vt in citatione cum inhibitione inserta. Noueritis quod orta dudum & introducta lite & causa seu materia quæstionis in Rom. Cur. ex commissione apostolica, coram nobis Ioanne Suauio Auditore præfato, inter honorabilem virum, dominum. A. ex vna, & quendam. B. de & super parochiali ecclesia. C. D. dioc. rebusq; alijs, in actis causæ, & causarum huiusmodi specificatis, & illorum occasione partibus ex altera lataq; deinde per nos, pro dicto. A. & contra præfatum. B. in dicta parochiali eccl. intrusum adiudicatoria, cum fructuum & expeñ. condemnatioñ. diffinitiua sententia, quæ nulla procuratioñ. suspensa, in rem transiuit iudicatam, literisq; executorialibus, contra præfatum. B. decretis, ac eidem successiue intimatis, & postmodum iudicialiter reproductis, ac ob earundem literarum executorialium non paritionem. Consequenter cum contra præfatum. B. ad declarationem sententiarum, censurarum, & pœnarum in eisdem literis executorialibus contentarum, illarumq; aggrauatioñ. reaggrauationem, & interdicti ecclesiastici appositionem, vna cum auxilij brachij secularis inuocatione, necnon interdicti ecclesiastici specialis, super parochiali ecclesiæ solitæ habitatioñ. dicti. B in vim specialis commissioñ. desuper nobis, factæ & præsentatæ appositionem, per nos processum extitisset Subsequenter prælibatus dominus noster Papa &c. quandam commissioñ. dependeñ. siue supplicatioñ. papyri cedulam nobis, per certum suum Cursorem præsentari fecit, quam nos &c. sub tenore. ¶Beatissime Pater &c. Post cuius quidem commissioñ. siue supplicatioñ. cedulæ præsentationem & receptionem, nobis, & per nos, vt præmittitur, factas, comparuit in iudicio coram nobis, prouidus vir magister. E. in Romana Curia causarum, & honorabilis viri, domini. B principalis, in præinserta nobis facta & præsentata commissione principaliter nominati, procurator, prout de ipsius procuratioñ. mandato apud acta causæ huiusmodi legitime constat, & dictum. B. principalem, in personam sui, a quibuscunq; excõmunicationis, suspensioñ. & interdicti, alijsq; sententijs, censuris, & pœnis ecclesiasticis, si quas forsan, occasione præmissorum, in dicta commissioñ. siue supplicatioñ. cedula narratorum, incurrerit, simpliciter, vel ad cautelam absolui, necnon interdictum speciale super dicta parochiali ecclesia. C. habitationis solitæ residentiæ dicti. C. iuxta & secundum præinsertæ nobis factæ & præsentatæ commissionis vim, formam, continentiam, & tenorem relaxari, ipsumq; communioni fidelium, ac participationi ecclesiasticorum &c. postulauit. Nos tunc Io. Suauis Auditor præfatus, præfatum. B. principalem, licet absentem, in personam prouidi viri, magistri. E. procuratoris sui, coram nobis, vt præfertur, propterea personaliter constituti, instañ. & id flexis genibus, pro dicto domino. B. principali suo, humiliter fieri peteñ. ab omnibus & singulis excommunicationis, suspensioñ. & interdicti, ac alijs sententijs, censuris, & pœnis ecclesiasticis, si, quas forte, vt præmittitur, præmissorum occasione, quomodolibet incurrerit, de honorabilis viri, domini. A. exaduerso principalis, expresso desuper præstito consensu, absoluendum duximus & absoluimus, necnon interdictum speciale, super parochiali ecclesia solitæ residentiæ præfati domini. B. appositum, relaxandum duximus & relaxamus in forma ecclesiæ consueta. Ipsumq; dominum. B. principalem, licet absentem, in personam sui

procuratoris,communi fidelium, ac participationi ecclesiasticorum sacramentorum,& sanctæ matris ecclesiæ, restituimus vnitati, prout restituimus & absoluimus eundem ac præfatum speciale interdictum relaxamus per præsentes, recepto tamen primitus ab eodem magistro.E.procuratore,nomine quo supra procuratorio,ad mandatum nostrum,& in nostris manibus,tactis per eum corporaliter scripturis &c. vt supra in forma absolutionis. ¶ Quæ omnia &c.

Attestatio de vita, pro curiali.

N.Pregorella &c. Reuerend.P.D.Francisci de Alberleis &c.Locumtenens. ¶ Vniuersis & singulis præsentes literas inspecturis,visuris,lecturis, pariter & audituris. Salutem in domino, & nostris huiusmodi fidem indubiam adhibere. Noueritis, quod anno, mense,die,& Pontificatu infrascriptis. Constitutus personaliter coram nobis, Venerabilis vir dominus.A.S. clericus.N.diocess. dixit ac exposuit, nuper ad sui notitiam & aures peruenisse, quod in dicta Ciuitate.A. & illis partibus, nonnulli sui æmuli,& inuidi (licet falso,& dolose,& contra rei veritatem) asserebant & dicebant ipsum dominum.R.fuisse & esse mortuum,& non in Romana curia residere. Quapropter,ad tollendum omne dubium,& ad eruend. veritatem, & ne in posterum super hoc a quoquam hæsitari contingat. Exhibitis & productis primitus coram nobis, per ipsum dominum.A.principalem, nonnullis testibus fidedignis,ad informandum animum nostrum super præmissis,ipsisq; testibus per nos admissis,& in forma iuris iuratis,ac eorum dictis & depositionibus in scriptis fideliter redactis,& per nos diligenter inspectis,visis, & perlectis, fuimus per præfatum dominum.A.vt supra,coram nobis personaliter constitutum, debita cum instantia requisiti, quatenus sibi, super hoc, de opportuno remedio prouidere dignaremur .N.Pregorella. Dilectus. Locumtenens præfatus,attenden. pium, & rationabile existere testimonium perhibere veritati. Et quia per dictorum testium examen,comperimus præmissa veritate fulciri,præfatum.D.R.(vt præfertur) coram nobis constitutum,esse nunc viuum,sanum,& incolumen,prout hodie viuit, ac ipsum.D.R.a.N.annis & vltra,in Romana curia residere. Ideo nos de præmissis,per præsentes facimus fidem & attestamur. In cuius fidem, præsentes nostras literas testimoniales,de præmissis fieri,& per notarium, & dictæ curiæ, coram nobis scribam infrascriptum,subscribi. Sigilliq; præfatæ Curiæ causarum Cameræ apostolicæ,quo vtimur,iussimus & fecimus appen.communiri. Datum Romæ in domo nostræ solitæ residentiæ. Sub anno a Natiuitate Dñi. M. D. &c.Indict.&c.Die vero.N.mensis.N.Pont.Sanctiss.&c.Pauli &c. Papæ Quarti. Anno.N.

Modus acceptandi, & prouidendi, ac Recipiendi possessiones, vigore gratiarum expectatiuarum, in amplissima forma.

Acceptatio præben. ecclesiæ Cathedralis, per Canonicum creatum in eadem.

In nomine Domini amen. Anno a natiuitate eiusdem .1558. Indictioñ.N. die vero N.mensis.N.Pont.S. in Christo Patris,& domini nostri domini Pauli,diuina prouidẽtia Papæ IIII. Anno Quarto. In mea notarij publici,testiumq; infrascriptorum,ad hoc specialiter vocatorum & rogatorũ præsentia,personaliter constitutus, venerabilis vir D.N presbyter Canonicus ecclesiæ.N. licentiatus in decretis,dixit ad sui notitiã

aduiter perueniffe,& præben.quam quondam.N.ipsius ecclesiæ Canonicus præbendatus,in ipsa ecclesia (dū viueret) obtinebat,per eiusdem .N. obitum (qui extra Ro.Cu.diem clausit extremum) vacabat,& ad præsens vacet. Idcirco dictā præben.sic (vt præmittitur) vacan.credēs eā sibi de iure deberi,vigore certæ gratiæ,per præfatū.D.N.Papā sibi gratiose concessæ, & literarū , processuum desuper habitorū,in dei nomine acceptauit,& de pſenti acceptat, cū protestatione in talibus fieri solitas & cōsuetas,& præsertim,si & in quantū præben. hmōi, sibi de iure debeatur,alioquin dicta sua gratia salua maneat,& illæsa, & acceptatio hmōi nullū sibi pariat præiudiciū,etiā quædā alia beneficia per eum obtēta, & obtinēda,eadēq; præben.hmōi vacan.modo,& forma (prout in literis cōtinetur)ab ipsis dñis Epo,Præposito,Decano,& Capitulo,ac alijs,quib: interfit, assignari petijt,& more solito,possessionē tradi. ¶ Super quibus omnibus, & singulis præmissis,præfatus. D.N.principalis,sibi a me notario pub infrascripto , vnum vel plura,publicū,seu publica,fieri petijt,atq; cōfici,instrumentū, & instrumēta. ¶ Acta fuerūt hæc in Ciuitate.N.& eccl Cathedrali.N.in capella.S. N. Sub anno,Indictione,mēse,die,& Ponti.quibus supra. Præsentibus ibidē honorabilibus viris dñis.N .&.N.clericis.N.&.N.dioc.testib.ad præmissa vocatis specialiter, atq; rogatis. Et statim dicti dñi,Eps &c.habita matura deliberatione , visis dictis literis,eidē.D.N.prædictā præbendā,more solito,assignarunt,atq; possessionem, vel quasi per.D.N canonicum suum tradi mandarunt,qui quidem. D. N. Canonicus,recipiens per manum dictum.D. N. Canonicum &c. prout infra in sequenti. ¶ Iuxta præinsertæ formæ tenorem , possunt confici omnes aliæ acceptationes,super quibuscunq; beneficijs etiam super dignitatibus , prioratibus regularibus,& parochialibus ecclesijs,mutatis solum titulis beneficiorum.

Acceptatio,prouisio,& possessionis receptio.

In nomine Domini amen &c. In mea notarij &c. Constitutus venerabilis vir.D.N.&c. reuocationem,asserens ad sui notitiam peruenisse parochialem ecclesiam sancti . A. B. dioc.quam quondam.N.dum viueret,obtinebat, per eiusdem.N. obitum , extra Romanam Curiā defuncti,vacare,prout vacat ad præsens. Idcirco dictā parochialem ecclesiā,sic (vt præmittitur) siue alias quouis modo, vacan. vigore gratiæ suæ expectatiuæ,necnon processuum desuper fulminatorum, omnibus melioribus modo,via,iure,causa,& forma,quibus melius & efficacius potuit & debuit, cum protestation.debitis in talibus fieri consuetis , videlicet , quod si & in quantum dicta parochialis ecclesia, sibi vigore dictæ gratiæ suæ expectatiuæ , & processuum desuper fulminatorum, aut ex alia causa , de iure non debeatur , quod tunc huiusmodi gratia sua expectatiua , & aliæ gratiæ & iura , fibi salua maneant & illæsa ad quodcunq; aliud beneficium sibi debitum seu debendum & nullo modo , eidem , quoad obtenta & obtinen. beneficia , præiudicare possit, in Dei nomine acceptauit. ¶ Super quibus &c. Act.&c. Præsentibus &c. ¶ Subsequenter,anno. Indictione,& Pontificatus , quibus supra , Die vero .N. mensis.N. In mea notarij &c. constitutus supradictus .D. N. principalis , me notarium publicum infrascriptum , tanquam subexecutorem (vigore generalis clausulæ Cæterum , in dictis processibus contentæ) debita cum instan. requisiuit,quatenus dictam parochialem ecclesiam. A.modo & forma præmissis vacan. & per eum acceptatam,sibi conferrem & assignarem, & de illa etiam prouiderē. Ego vero. N.notarius infrascriptus , attendens requisitionem huiusmodi esse iustam & consonam rationi,ac volens,tanquam obedientiæ filius mandatis apostolicis reuerenter parere,vt teneor, præfato.D.N. de ipsa parochiali eccl. A. cum omnibus iuribus & pertinen. suis , in Dei nomine prouidi , ac eundem.D.N. per bireti traditionem & capiti suo impositionem , inuestiui de eadem. ¶ Super quibus &c. Act.&c. Præsentibus &c. Et statim,siue subsequenter,tali die,ad di

ctam ecclesiam. A. accedens, eidem. D.N. possessionem realem & actualem, vel quasi pulsata per eum in signum campanella quadam paruula, & lecta in maiori altari orationi, requisitus tradidi, quam ipse vltro accepit, omnesq; in ecclesia tunc repertos, ab ipsa eiecit, & portas clausit & aperuit. ¶ Super quibus &c. vt in prima forma.

Acceptatio, & prouisio in curia per principalem.

In nomine Domini amen. Anno a Natiuitate eiusdem. 1558. Indictioñ. N. die vero. N. mensis. N. Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, &. D.N.D. Pauli, diuina prouidentia Papæ IIII. Anno Quarto. In mea notarij publici, testiumq; infrascriptorum, ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum præsentia, personaliter constitutus, honorabilis vir. D.N. clericus. N. dioc. principalis, principaliter pro seipso (citra tamen quorumcunq; procuratorum suorum, per eum hactenus quomodolibet constitutorum, reuocationem) asserẽs ad sui notitiam nuper peruenisse, ecclesiam parochialem in. N. A. dioc. per obitum quondam. N. illius, dum viueret, vltimi possessoris, extra Romanam curiam, & in partib. defuncti, vacasse & vacare ad præsens. Ideo eandem parochialem ecclesiam idem. D.N. principalis, omnibus melioribus modo, via, iure, causa & forma, quibus melius & efficacius, potuit & debuit, ac potest & debet, cuiusdam gratiæ expectatiuæ, sibi per præfatum. D. N. Papam, sub certis modo & forma concessæ, ac processuum desuper fulminatorum & decretorum, vigore, cum protestatioñ. in talibus solitis & consuetis, videlicet, si & inquantum dicta parochialis ecclesia, sibi de iure, vigore dictæ suæ gratiæ debeatur, & non alias, alioquin quod sua gratia expectatiua, ad quodcunq; aliud beneficium sub ea comprehensum, sibi salua maneat & illæsa, in Dei nomine acceptandum duxit, & acceptauit, requirens me notarium publicum infrascriptum, vigore generalis clausulæ Cæterum, in dictis processibus contentæ, quatenus eandem parochialem ecclesiam, sic (vt præmittitur) vacañ. & per ipsum acceptatam, cum omnibus iuribus & pertineñ. suis, sibi auctoritate apostolica conferre & assignare, ac de eadem prouidere curarem, iuxta dictarum literarum apostolicarum & processuum vim, formam, continentiam & tenorem. Ego tunc. N. notarius publicus infrascriptus, tanquam obedientiæ filius, attendens requisitionem huiusmodi esse iustam & rationi consonam, volensq; mandatis apostolicis obedire, vt teneor, ecclesiam parochialem prædictam, sic (vt præmittitur) vacañ. & acceptatam, præfato domino. N. principali instañ. & peteñ. contuli & assignaui, sibiq; de illa, cum omnibus iuribus & pertineñ. suis (vt præmittitur) in Dei nomine prouidi, ac eundem dominum. N. per bireti suo capiti impositionem, inuestiui de eadem. ¶ Super quibus &c. Acta fuerunt hæc Romæ, in domo habitationis mei notarij infrascripti, sub anno, indictione, die, mense, & Pontificatu, quibus supra. Præsentibus &c.

Acceptatio & prouisio extra Rom. Cu. per principalem.

In nomine Domini amen. Anno &c. Die vero. N. mensis. N. Pontificatus Sanctiss. &c. anno. N. In mea notarij publici &c. personaliter constitutus, honorabilis vir, dominus A. clericus. B. dioc. principalis, principaliter pro seipso (citra tamen quorumcunq; procuratorum suorum per eum quomodolibet constitutorum, reuocationem) dixit, & asseruit, ad sui notitiam peruenisse, quod parochialis ecclesia sancti. C. D. dioces. per obitum quondam. E. ipsius eccl (dum viueret) vltimi possessoris, extra Romanam Curiam & in partibus defuncti, vacauerit & vacet ad præsens, ea propter dictus. A. vel ipse. N. procurator, nomine procuratorio, dictam parochialem

chialem ecclesiam sic (vt præmittitur) vel alias vacañ. vigore quarundam literarum apostolicarum, siue gratiæ expectatiuæ, sibi per præfatum dominum nostrum Papam, ad collationem & præsentationem Reuerend. P. &. D. Episcopi, ac venerabilium & circumspectorum virorum, dominorum Præpositi, Decani, & Capituli, & aliarum ecclesiarum. N. sub data Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis dominicæ. 1558. kal. Maij. Pontificatus sui, anno Quarto, gratiose factarum & concessarum, necnon processuum desuper fulminatorum & decretorum, omnibus melioribus modo, via, iure, causa & forma, quibus melius & efficacius potuit & debuit, acceptauit, cum protestatioñ. quod si & in quantum dicta ecclesia parochialis, sibi vel principali suo, de iure, suæ gratiæ nō debeatur, ad aliud quodcunque beneficium ecclesiasticum sub dicta sua gratia cōprehensum vacañ. vel vacaturum libere possit & valeat habere recursum, dictaque gratia sua, & aliæ concessiones, & iura, etiam in re sibi salua maneant & illæsa. Meque notarium infrascriptum, quem in Subexecutorem ad actum infrascriptum vigore clausulæ Cæterum, &c. in dictis processibus contentæ, eligendo requisiuit, quatenus sibi de antedicta ecclesia sic (vt præmittitur) vacañ. & per eum acceptata, prouiderem, sub pœnis, sententijs & censuris, in suprædictis processibus contentis. Ego tunc. N. notarius publicus infrascriptus, tanquam Subexecutor per eum assumptus, eidem. A. humiliter a me peteñ. de dicta parochiali ecclesia, sic (vt præmittitur) vacañ. & per eum acceptata, dictis modo, forma, iure, & causa, cum omnibus iuribus, & pertineñ. suis suprædictis (mediañ. protestatioñ. antedictis) in Dei nomine prouidi, ipsumque per bireti sui traditionem, & capiti suo impositionem, inuestiui de eadem. ¶ Super quibus &c. ¶ Acta fuerunt hæc Maguntiæ, in Cathedrali ecclesia. Sub anno &c. Præsentibus &c. Et statim ad dictam ecclesiam &c. prout in forma solita.

Explicit modus acceptandi, & prouidendi, ac requirendi possess. vigore gratiarum expectatiuarum.

Cessio, siue translatio debiti, cum insertioñ. obligatioñ.

In nomine Domini amen. ¶ Nouerint vniuersi & singuli, hoc publicum instrumentum inspecturi, lecturi, & audituri, quod Anno &c. (continuando quousque instrumentum primæ obligatioñ. fuerit de verbo ad verbum insertum. Subsequenter vero, anno a natiuitate &c. Pontifi. &c. In mea notarij &c. præsentia personaliter constituti, venerabiles viri. N. ex vna, & N. mercator Floreñ. partibus ex altera, præfatus. N. suo & aliorum suorum sociorum, & cuiuslibet ipsorum nominibus, ex eius certa scientia, & spontanea voluntate, omnibus melioribus &c. quibus &c. debuit, dedit, cessit, transtulit, & transmisit supradicto. N. fideiussori antedicto, & principali debitori constituto, omnia & singula iura, omnesque actiones, reales, & personales, seu mixtas, tacitas, & expressas, quas & quas, præfatus. N. nominibus, habet siue quouis modo habere potest, seu dictus quondam. N. habuit & habere potuit, & eorum socij, hæredes & successores, habent, seu habere dinoscuntur, aut quondam. N. dum vixit, competijt, ac. N. & . N. socijs hæredibus, competunt seu competere possunt, contra & aduersus supradictum. N. principalem, ac. N. & . N. fideiussores, vt supra obligatos, in supradictis. N. floreñ. Pro quibus dictus. N. (vt in præinserto obligatioñ. instrumento continetur) est fideiussor, & principalis debitor constitutus, necnon etiam, vsque ad summam. N. floreñ. quos supradicti mercatores iudicialiter exposuerunt, contra supradictos. N. & . N. pro supradicto debito recuperando, ipso domino. N. præsente, ac pro se, & suis hæredibus & succes-

se,suisq; hæredibus & successoribus,rite & legitime stipulañ. & recipieñ. omnes & singulas pecuniarum summas,eidem domino Egidio, per dictum dominũ. A. tam ratione principalis summæ,quam expeñ. damnorum & interesse quomodo libet debitas,necnon omnia & singula iura, nomina, & actiones, reales & personales,vtiles,tacitas,expressas, hypothecarias,siue mixtas, & in rem scripta, ac officium iudicis & beneficium iuris,quæ,quas,& quod, habet, & sibi cõtra dictum D. A.competunt,& etiã ratione dictarũ pecuniarum, per illum sibi debitarum, competent quomodolibet in futurum. Ponens idem dominus Egidius,præfatum dominum Io. Iacobum præsentem & acceptañ.in locum, ius, & priuilegium dicti domini Egidij,nullo iure,nullaq; actione, eidem domino Egidio de cætero reseruatis super præmissis,ita quod de cætero, idem dominus Io. Iacobus, pro dictis pecunijs & expeñ.damnis & interesse,proprio iure, propriaq; actione, agere, experiri,excipere & defendere possit,in iudicio,& extra,Constituens etiam idem dominus Egidius,præfatum dominum Ioan.Iacobum procuratorem suum, tanquam in rem propriam,ac pecunias ipsas,vna cum damnis, expeñ.& interesse, petendum,exigendum,recipieñ. vlteriusq; cedendum,& de illis quietandum, ac etiam de suis,necnon iuribus, & actionibus cessis huiusmodi, ad libitum voluntatis disponendum, tanquam de re propria. Et promisit idem dominus Egidius, præfato domino Ioan. Iacobo præsenti, & vt supra stipulañ. præfatum dominum. A. fuisse & esse verum & legitimum debitorem eiusdem domini Egidij, ipsumq; dominum Egidium,nulli alteri,de dictis debitis, iuribus & actionibus, cessionem aliquam,nec etiam aliquem alium contractum, in præiudicium præsentis contractus,fecisse,neq; facere velle. Et si contrarium apparuerit, vel fieri contigerit,teneri & obligatus esse voluit idem dominus Egidius præfato domino Io. Iacobo, ad omnia & singula damna, expeñ. & interesse propterea quomodolibet patienda,& sustinenda. De quibus quidem damnis, expeñ. & interesse, stare & credere voluit, soli & simplici sacramento damnum passi, cæteris probationibus renunciando expresse. Et propterea idem dominus Egidius, se ipsum,suosq; hæredes & successores,ac bona,mobilia,& immobilia,præsentia & futura, vbicunq; existentia,in forma iuris valida, obligauit & hypothecauit, & quarumcunq; curiarum,ecclesiasticarum,& secularium, vbilibet constitutarum, iurisdictioni,compulsioni, viribus, stylis rigoribus, & meris examinibus suppo-suit & submisit. Per quas quidem curias, & earum quamlibet, voluit se & suos hæredes & successores prædictos, si in obseruatione præmissorum defecerit, seu defecerint)posse & debere conueniri,compelli, & constringi, realiter & personaliter,vsq; ad obseruationem omniũ & singulorum pmissorum, diebus feriatis & non feriatis,quibus ferijs & feriatis diebus ac priuilegio fori, renunciauit expresse. Renunciauit etiam in præmissis omnibus & singulis exceptionibus, doli, mali,vis,metus,fraudis,in factum actioni,conditioni indebitæ, ob causam, siue causa,ob turpem vel iniustam,seu non subsecutam causam, omnibusq; alijs & singulis exceptionibus & defensionibus iuris & facti, quibus mediantibus, contra præmissa vel præmissorum aliquod,dicere,facere,vel venire posset. Et præsertim iuri dicenti,generalem renunciationem non valere,nisi præcesserit specialis. Et ad maiorem præmissorum cautelam & firmitatem,idem dñs Egidius, ad sancta Dei Euangelia (tactis scripturis sacrosanctis) iurauit præmissa omnia & singula, vera fuisse & esse,illaq; semper & perpetuo attẽdere,tenere,& obseruare, ac in nullo contrafacere,dicere,vel venire,aliqua ratione, iure, modo, titulo, siue causa, sub hypotheca & obligatione præmissis, ac vinculo dicti præstiti iuramenti.

¶ Super quibus omnibus, dominus Io. Iacobus, sibi a me notario &c. Act. &c.

Censuræ in instrumento obligationis in forma Cameræ susceptæ.

specialiter constitutum, in corporalē possessioñ Canonicatus, & præbeñ. iuriūq; & pertineñ. prædictorum, per annuli nostri traditioñ. inducimus & inuestimus de eisdem, recepto per nos, a te (quod nobis, & successoribus nostris .N. episcopis, obediens eris & fidelis, ac sanctæ matris ecclesiæ, nostrisq; & successorum nostrorum, parebis mandatis, eidemq; ecclesiæ, secundum ipsius statuta, consuetudines, ordinatioñ. legitimas, deseruies, & deseruiri facies in diuinis, iuraq; & libertates ipsius ecclesiæ, ac Canonicatus & præbeñ. prædictorum, manutenebis, & defendes pro posse, nihilq; quod ad dictos Canonicatum & præbeñ. spectabit & pertineat, alienabis seu distrahes, alienataq; & distracta, ad eius & proprietatem dictorum Canonicatus & præbeñ. reduces & reduci procurabis pro posse) ad sancta Dei euangelia, corporali iuramento. Et nihilominus, omnibus & singulis personis ecclesiasticis, Decano, & Capitulo, Canonicis, & personis dictæ nostræ ecclesiæ, alijsq; notarijs & tabellionibus publicis, per Ciuitates, & diocesi. nostras constitutis, subditis nostris, tenore præsentium, committimus & mandamus, quatenus ipsi, vel alter eorum, qui super hoc fuerint requisiti, seu fuerit requisitus, ad prædictam ecclesiam accedant, seu accedat, teq; vel procuratorem tuum tuo nomine (auctoritate & vice nostris) in corporalem, realem, & actualem possessioñ. Canonicatus & præbeñ. iuriumq; & pertineñ. prædictorum, inducant, & defendant inductum, amoto exinde quolibet illicito detentore, ac te, vel procuratorem tuum, tuo nomine, ad eandem præbeñ. in præfata ecclesia .N. in Canonicum recipi faciant, & recipi faciat, & in fratrem, stallumq; tibi in choro, & locum in Capitulo ipsius ecclesiæ, cum plenitudine iuris canonici, assignatis, tibiq; de ipsorum Canonicatus & præbeñ. fructibus, redd. pro iuribus & obueñ. vniuersis integre respondeant, & faciant ab alijs (quantum in eis fuerit) plenarie & integre responderi. Contradictores &c. ¶ In quorum &c.

¶ Similiter facies literam de Canonicatu & præbeñ. ecclesiæ collegiatæ per simplicem resignatioñ. vacañ.

Collatio parochialis ecclesiæ eodem modo, quo de Archidiaconatu &c. vacañ.

Ludouicus Dei gratia episcopus .N. Dilecto nobis in Christ N. clerico .N. decretorum licentiato, rectori parochialis ecclesiæ .N. nostræ dioc. Salutem &c. Quia de literarum scientia, vitæ ac morum honestate, alijsq; virtutum meritis, quibus illarum largitor, personam tuam insigniuit, fuimus fidedignis testimonijs informati, ob id illa nos excitant ad gratiam tibi facieñ. Voleñ. itaq; te fauore prosequi gratioso, parochialem ecclesiam de .N. nostræ dioc. nunc per liberam resignatioñ. de ea, per prouidum virum .N. presbyterum dictæ ecclesiæ, illius nuper rectorem in manibus nostris sponte fact & per nos, ordinaria auctoritate, admissam, ad præsens vacañ. tibi, quem ad regimen & gubernatioñ ipsius sufficieñ. & idoneum esse reperimus, cū omnibus iuribus & pertineñ suis vniuers. conferimus & assignamus, ac prouidemus etiam de eadem, ac te, coram nobis constitutum, de dicta parochiali ecclesia, cum suis iuribus & pertineñ. vniuers. per annuli nostri, in manibus tuis traditionem, inuestimus, ac in corporalem possessioñ. seu quasi eiusdem ecclesiæ præsentium tenore cum iuribus & pertineñ. supradictis, inducimus, recepto primitus a te, & per te præstito (quod nobis & successoribus nostris N. Episcopis fidelis & obediens eris, ac sanctæ matris ecclesiæ nostrisq;, & successorū nostrorum prædictorum mandatis parebis, dictæq; ecclesiæ in spiritualibus & temporalibus, atq; in diuinis, laudabiliter deseruies, & deseruiri facies, iura & libertates ipsius ecclesiæ manutenebis, & pro posse defendes, & de his, quæ ad ecclesiā ipsam pertinent & pertinere poterunt in posterum, nihil alienabis, sed alienata, si qua fuerint, ad ius & proprietatem ipsius ecclesiæ reduces, & reduci pro-

curabis, bona fide (ad sancta Dei euāgelia, in manib. nostris, corporali iuramēto. Quocirca vniuersis, & singulis personis ecclesiasticis, notarijs, & tabellioñ. publicis, per ciuitatem & dioc. nostras cōstitutis, & subditis nostris, auctoritate prædicta, tenore præsentium, mandamus committendo, quatenus ipsi, aut alter eorū, qui super hoc fuerit requisitus, ad dicta ecclesiam accedant, seu alter eorum accedat, ac prædictum. N. vel procuratorem suum, su onomine, & pro eo, in possessioñ. corporalem prædictæ ecclesiæ, iuriumq; & pertineñ. prædictorum inducant vice nostra, & defendant inductum, amoto exinde quolibet detentore illicito, quem nos etiam, inquantum possumus, amouemus, eidemq;. N. de ipsius ecclesiæ fructibus, redditibus) & proueñ. iuribus & obuentioñ. vniuersis respondeant, & faciant ab omnibus, quantum in eis fuerit, plenarie & integre, respon deri. Contradictores, auctoritate nostra, per censuram ecclesiasticam compescendo. ¶ In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium præmissorum, præsentes literas, siue præsens publicum instrumentum, huiusmodi collatioñ. & prouisioñ. nostras in se contineñ. siue continens, exinde fieri, & per notarium publicum, Secretarium nostrum infrascriptum, subscribi & publicari mandauimus, nostriq; sigilli, iussimus & fecimus appensioñ. communiri. Datum & actum, &c. Præsentibus &c.

Collatio Canonicatus & præbeñ. resignatorum ex causa permutatioñ. pro aliis Canonicatu & præbeñ. cum insertione licentiæ Episcopi in cuius ecclesia sunt.

Henricus Dei gratia, episcopus N. Dilecto nobis in Christo .N. Canonico.N. magistro in Theologia, Salutem in domino sempiternam, Desideria iusta peteñ. congruo fauore prosequimur, in votis eorum, quæ a rationis tramite, non discordant, libenter, exhibemus nos promptum & benignum. ¶ Cum itaq; hodie, tu, per dilectum nostrum .N. clericum .N. nostræ dioc. Canonicatum & præbeñ. quos in nostra ecclesia.N. obtinebat, & dilectus noster.N. Canonicatum & præbeñ. quos in ecclesia .N. similiter obtinebat, per etiam dilectos nostros.N.&.N. procuratores vestros, a vobis specialiter constitutos in manibus nostris, ex causa permutatioñ. de ipsis inter vos faciendæ, & non alias, sponte & libere resignaueritis. Nos resignatioñ. huiusmodi ex causa prædicta, ex speciali commissioñ. per Reuerend. in Christo.P.D.N. Dei gratia episcopum.N. super hoc, nobis in modum qui sequitur fact. ¶ N. Dei gratia, episcopus.N.R.P.D.N. Episcopo.N. Salutem &c. recepimus & admisimus, nosq; vigore commissioñ. huiusmodi, votis vestris in hac parte fauorabiliter annueñ. prædictos Canonicatum & præbeñ. ecclesiæ.N. tenore præsentium, tibi conferimus, & assignamus, ac prouidemus etiam de eisdem, teq;, licet absentem, in personam dicti procuratoris tui, coram nobis propter hoc personaliter constituti, in corporalem possessioñ. seu quasi Canonicatus & præbeñ. iuriumq; & pertineñ. prædictorum, per annuli nostri traditioñ. inducimus & inuestimus de eisdem, præstito per te, vel procuratorem tuum prædictum, pro te, in manibus nostris (quod eidem. D. episcopo.N. & successoribus suis.N. episcopis, fidelis & obediens eris, ac sanctæ matris ecclesiæ, eiusdem Domini .N. episcopi, & successorum suorum, parebis mandatis, iura, libertates ecclesiæ.N. necnon Canonicatum & præbeñ. prædict. aduersus omnes, manutenebis & defendes, eidemq; ecclesiæ, ratione Canonicatus & præbeñ. deseruies, & deseruiri facies laudabiliter in diuinis, ac nihil, quod pertineat ad eosdem Canonicatum & præbeñ. alienabis, nec distra-

hes,sed alienata & distracta,ad ius proprietatem dictorum Canonicatus & præbẽ. reduces pro posse,& reduce procurabis) ad sancta Dei Euangelia, corporali iuramento. ¶ Quocirca,vobis dominis, Decano & Capitulo ecclesiæ.N. prædictæ,vice & nomine dicti episcopi, præsentium tenore damus in mandatis, quatenus eundem.N.vel procuratorem suum eius nomine, in & ad corporalem, & actualem possessionem Canonicatus & præbeñ. iuriumq; & pertineñ. prædictorum recipiatis,amoto ab eis quolibet detentore illicito, ac eundem.N.vel procuratorem suum prædictum,ad eosdem Canonicatum & præbeñ. in præfata ecclesia.N. in Canonicum recipiatis,& in fratrem,stallumq; sibi in choro,& locum in Capitulo ipsius ecclesiæ,cum dicti iuris plenitudine assignetis, sibiq;, de ipsorum Canonicatus & præbeñ. fructibus,redditibus prouentibus iuribus & obueñ. vniuersis,integre respondeatis, & ab alijs plenarie & integre responderi faciatis. ¶ In quorum &c. Datum &c.

Collatio facta per Decanum & capitulum, de beneficio ad eorum, collatioñ. pertineñ.

Vniuersis &c. Ioan.de.N.decretorum doctor,Decanus & Capitulum ecclesiæ N.Salutem in eo,qui viuit & regnat sine fine.Cum itaq;,Capellania ad altare.S.N.situm in ecclesia nostra.N.cuius collatio, prouisio,& omnimoda dispositio,ad Decanum pro tempore existeñ. & Capitulum dictæ eccl. quotiens vacat,pertinet pleno iure, quam quondam .N. dictæ Capellaniæ Capellanus,dum viueret,obtinebat,per ipsius N.obitum,qui nuper diem vitæ suæ clausit extremum vacauerit, & vacare noscatur ad præsens. Nos voleñ. dilectum nostrum.N.decretorum licentiatum clericum.N.dioc. apud nos,de literarum scientia,vitæ ac morum honestate,alijsq; virtutum meritis,multipliciter cõmendatum,horum intuito fauore prosequi gratioso,Capellaniam ipsam,sic vacañ.cum omnib.iurib.& pertineñ.suis,præfato.N.aũcte nostra,contulimus,assignauimus,ac prouidimus,etiam de eadem prout,tenore præsentium,conferimus, assignauimus,ac prouidemus, ac ipsum.N.in corporalem, realem, & actualem possessionem,seu quasi Capellaniæ,iuriumq; & pertineñ. prædictorum, poni, &, induci mandamus,ac ponimus & inducimus per præsentes, & exinde ab eo, in forma solita & consueta recepimus iuramentum præstari consuetum,exhibitis solemnitatibus,in talibus fieri solitis & consuetis. ¶ In quorum omnium testimonium,præsentes literas,sigilli Capituli.N.appensione munitas,præfato.N.duximus concedendas. Datum &c.

Collatio Canonicatus,& Cantoriæ, per episcopum facta per obitum.

Petrus Dei gratia, episcopus.N. Dilecto nobis in Christo venerabili viro Magistro.N. canonico ecclesiæ .N. Magistro in theologia. Salutem in domino sempiternam. Literarum scientia, vitæ ac morum honestas, aliaq; probitatis & virtutum merita, quibus, apud nos, fidedignorum testimonijs, multipliciter commendaris, nos inducunt, vt personam tuam, fauore opportuno prosequamur. ¶ Cum itaq;, Canonicatus & præbeñ. ac Cantoria ecclesiæ sancti Ioan.N. quorum collatio, & omnimoda dispositio, ad nos pleno iure pertinet, quos quondam Egidius.N.ipsius ecclesiæ Canonicus, & Cantor (dum viueret) obtinebat, per ipsius Egidij .N. obitum, qui nuper, extra Rom. Cu. diem clausit extremum, vacañ. Nos voleñ. tibi præmissorum meritorum tuorum intuitu, gratiam facere specialem, Canonicatum & præbeñ. ac Cantoriam prædictos, sic, vt (præmittitur) vacañ. cum plenitudine iuris canonici, ac omnibus suis iuribus & pertineñ. tibi auctoritate nostra ordinaria

conferimus & assignamus, ac prouidemus etiam de eisdem, teq; coram nobis constitutum, in corporalem possessioñ. seu quasi Canonicatus & præbeñ. ac Cantoriæ, iuriumq; & pertineñ. prædictorum, per annuli nostri traditioñ., inducimus & inuestimus de eisdem, præstito per te, in manibus nostris (quod nobis, & successoribus nostris. N. episcopis, fidelis eris & obediens, ac sanctæ matris ecclesiæ, nostrisq; & successorum nostrorum debitis parebis mandatis, eidemq; ecclesiæ ratione Canonicatus & præbeñ. ac Cantoriæ prædictorum, laudabiliter deseruies, ac onera incumbentia, debite supportabis, ac defendes pro posse, nihilq; quod ad Canonicatũ & præbeñ. ac Cãtoriam prædictos pertineat, alienabis, neq; distrahes, alienata quoq; & distracta, ad ius & proprietatem dictorum Canonicatus & præbeñ. ac Cãtoriæ prædictorũ respectiue, reduces, ac reduci procurabis pro posse) ad sancta Dei Euãgelia, corporali iuramẽto. ¶ Quo circa vobis dñis Decano & Capitulo, singulisq; Canonicis, & personis dictæ ecclesiæ, præsentiũ tenore, damus in mandatis, quatenus eundẽ. N. vel procuratorem suũ, eius nomine, in corporalem, realem, & actualem possessionem Canonicatus & præbeñ. ac Cantoriæ, iuriũq; & pertineñ. pdictorũ, inducatis auctoritate nostra. & defendatis inductũ, amoto exinde quolibet illicito detentore, ac eũdem. N. vel dictũ procuratorem suũ ad eadẽ pbeñ. in pfata ecclesia, in Canonicũ recipiatis & in fratrẽ, stallũ sibi in Choro, & locũ in Capi. ipsius ecclesiæ, cũ plenitudine iuris canonici assignatis, ac eũdẽ. N. vel procuratorẽ suũ pdictũ, ad eadẽ Cãtoriã, vt moris est, admittatis, sibiq; de ipsorũ Canonicatus & pbeñ. ac Cãtoriæ fructibus, redditibus, proueñ. iurib. & obueñ. vniuers. respondeatis, ac faciatis, ab alijs plenarie & integre responderi. Contradictores, auctoritate nostra, compescendo. ¶ In quorum omnium &c.

Collatio beneficii matrimonialis, filio nõ patrimoniali facta, ob defectũ filii patrimonialis.

Egidius Dei & apostolicæ sedis gratia, episcopus. N. Dilecto filio. N. clerico nostræ dioc. familiari nostro continuo commensali. Salutem in domino sempiternam. Grata per te nobis exhibita familiaritatis obsequia quæ nobis hactenus impendisti, & continuis vigilijs, & laboribus, impendere non desistis, necnon vitæ, ac morum honestas, aliaq; laudabilia virtutum merita, quibus personam tuam iuuari percepimus, nos inducunt, vt tibi, ad gratiam reddamur liberales. Cum itaq;, laudabilib. & ab immemoriali tempore citra, tentis & obseruatis constitutioñ. & consuetudinibus nostræ dioc. caueatur, quod filijs naturalibus, siue patrimonialibus vulgariter nuncupatis, in beneficijs eccles. siue honoribus in eadem dioc. fundatis siue constitutis non existentibus, Episcopus pro tempore, possit beneficia, ecclesias, & Eremitoria, personis dum tamen idoneis, quibus voluerit, conferre & de eis libere dispone re. Et sicut accepimus, in ecclesijs, siue Eremitorijs. N. & N. nostræ dioc. filij naturales, siue matrimoniales, de præsenti non existant. Nos voleñ. te præmissorum meritorum tuorum intuitu, fauore prosequi gratioso, omnes & singulas ecclesias, siue Eremitoria prædicta, cum omnibus iuribus & pertineñ. suis, prædicta nostra ordinaria auctoritate, tibi conferimus, & de illis, ac eorum singulis, per vnius bireti capiti tuo impositioñ. gratiose prouidemus, ac regimen & administrationñ. earum, tibi plenarie committimus. ¶ Et nihilominus, harum serie, vniuersis & singulis presbyteris, & clericis, ac alijs quibuscunq; ecclesiasticis personis nostræ dioc. cuiuscunq; dignitatis, gradus, status, ordinis, vel conditionis existant, qui vigore præsentium fuerint requisiti, committimus & mandamus, quatenus te, vel procuratorem tuum, ad hoc, a te, specialiter constitutum, in corporalem, realem & actualem possessionem, vel quasi ecclesiarum, siue eremitorium, iuriumq; & pertineñ. prædictorum, ponant & inducant, ac ab alijs (quantum in eis fuerit) poni & induci faciant, & inductum

ctum defendant, amotis ex illis, quibuslibet illicitis detentoribus, facien. tibi, vel procuratori tuo prædicto, de fructibus, redditibus, prouen. iuribus, & obuentioñ. vniuersis, integre respondeti. Cōtradictores quoslibet & rebelles, per censuram ecclesiasticam compescendo, super quibus, ipsis & eorum cuilibet, vices nostras, plenarie committimus per præsentes. ¶ Volumus tamen, & nostræ intentionis est, illas ecclesias, siue Eremitoria, ex prædictis, in quibus filij patrimoniales fuerint, tibi non conferre, sed ea patrimonialibus filijs, qui illas, & illa canonice obtinent, in quibus filij patrimoniales huiusmodi existunt, eis dimittere. ¶ In quorum fidem, præsentes literas, nostro maiori Pontificiali sigillo munitas, fieri, & per notarium nostrum infrascriptum subscribi fecimus, & mandauimus. Dat. apud ecclesiam Sancti. N. almæ vrbis. Sub anno &c. Indictione, .N. die vero .N. mensis. N. pontificatus &c. Præsentibus &c.

Cōstitutio procuratoris, ad exigeñ. a quibuscunq; personis, quascunq; pecuniarum summas, ac alias res, & bona quæcunq;, relictas & relicta per mortem defuncti.

In nomine Domini amen. Per hoc præsens publicum instrumentum, cunctis pateat euidenter & sit notum, quod anno a natiuitate eiusdem domini. 1558. Indictioñ. N. die vero .N. mensis. N. Pont. S. in Christo Patris, & domini nostri domini Pauli, diuina prouidentia Papæ IIII. Anno Tertio. In mea notarij publici, testiumq; infra scriptorum, ad hæc specialiter vocatorum præsentia, personaliter constituta honesta mulier, domina. N. de. N. relicta quondam .N. Quitel, & mater quondam Io. Quitel sui filij nuper, seu alias (in seruitijs magistri. Nic. Polliaci, literarum apostolicarum scriptoris, insisteñ.) de anno domini. 1558. seu alio veriori tempore in Rom. Cur. defuncti, principalis, principaliter pro se ipsa (citra tamen quorumcunq; procuratorum suorum, per eam hactenus quomodolibet constitutorum reuocationem) omnibus melioribus modo, via, iure, causa, & forma, quibus melius & efficacius, de iure potuit & debuit, fecit, constituit, creauit, & solemniter ordinauit, suum verum, certum legitimum & indubitatum procuratorem, actorem, factorem, negotiorumq; infrascriptorum gestorem, ac nuncium specialem & generalem, ita tamen quod specialitas generalitati non deroget, nec econtra, videlicet, Venerabilem & discretum virum, dominum Alexan. Sculteti, clericum Vladislauieñ. dioc. Romæ resideñ. absentem, tanquam præsentem, solum & insolidum, ad ipsius domini constitueñ. nomine, & pro ea, omnes, & quascunq; pecuniarum summas res, & bona, iocalia, vestimenta, & cuiusuis alterius generis bona, per ipsum quondam Ioæcius filium, vt præfertur, Romæ defunctum, relictas, & relicta, & quæ tempore sui obitus, ad ipsum spectabāt & pertinebant, seu spectare, & pertinere quomodolibet videbantur, ac etiam credita, deposita, legata, relicta, & mutua, & alias, ad eum, quauis de causa, vel occasione, quæ excogitari posset, sibi debita & pertinentia, & pœnes quascunq; personas consistentia quibusuis personis cuiuscunq; conditionis existeñ. & quibusuis occupatoribus, & detentoribus, ac debitoribus exigendum, recipiendum, & recuperandum, (& præsertim a domino Petro .L. Sanctiss. D. N. Papæ Capellano, & vt dicitur, pecuniarum dicti quondam Ioan. defuncti, detentore.) De habitis, receptis, & recuperatis quietañ. & quietañ facieñ. cum pacto de rem habitam vlterius non petendo, ac via & remedijs iuris cogeñ. huiusmodi debitores & vsurpatores, ac pecunias, & bona huiusmodi detineñ siue conseruantes, & custodientes, ad restituendum & sibi procuratori restitui facieñ. ac monitio-

nes gñales super illis,contra quoscunq; detentores impetrandã,& publicañ. In absolutionem illorum post restitutionẽ consentieñ. Ac super huiusmodi bonis cum quibusuis personis, de alto & basso, concordañ. ac concordiam facieñ. & quicquid arrestari contigerit,similiter exigendum,& quietañ. vt supra,iura & actiones cedeñ & instrumenta desuper necessaria confici facieñ. & alias,in totum & per totum faciendum in premissis,prout eidem procuratori videbitur, latissime exteñ. cum ampla,& libera facultate,potestate,& auctoritate,ac generali & generalissimo mãdato in præmissis necessario. ¶ E T si necesse fuerit, pro præmissis omnibus & singulis,in omni cura,& foro quocunq; , siue iudicio, coram quibuscunq; dominis iudicibus,ecclesiasticis & secularibus,& commissarijs,tam ordinarijs,quam extraordinarijs quacunq; auctoritate fungentibus & functuris, compateñ. & ageñ. ipsamq; D. constituentem,& eius iura,in omnibus & per omnia defendendum. Libellum seu libellos, & quascunq; petitiones summarias,& simplices,dandum,& recipiendum,dariq; & recepi videñ. litem seu lites,contestan. & exaduerso contestari videñ. Calumniæ,& quodcunq; alterius generis licitum & honestum iuramentum,in ipsius dominæ constitueñ. animã præstañ. & exaduerso præstari videñ. poneñ. & articulañ. poniq; & articulari videñ. Necnon ad omnes & singulos actus & terminos iudiciales,tã substantiales, quam accidentales liti necessarios, in quacunq; curia, tam ecclesiastica, quam seculari procedeñ. & procedi videñ. ac eos teneñ. & obseruañ. sententiam seu sententias tam interlocutorias,quam diffinitiuas,ferri & promulgari peteñ. obtineñ. & audieñ. ac ab ea vel eis & a quocunq; alio grauamine,eidem dominæ constitueñ. illato vel inferendo, prouocandum, & appellandum. Prouocationes & appellationes,huiusmodi intimandum,insinuandũ,& notificandum. Apostolosq; semel & pluries,debita cum instantia peteñ. obtineñ & facieñ Appellationemq; & appellationes huiusmodi intimañ. & prosequen. Expeñ· damna,& interesse,taxari peteñ. & facieñ. ac super ipsis,si necesse fuerit,iurandum. ¶ Vnum quoq; vel plures,procuratorem seu procuratores,loco sui,cũ simili,aut limitata potestate substitueñ. eũq; vel eos reuocañ & onus procurationis huiusmodi in se reassumeñ. toties quoties opus fuerit, ac eidem procuratori videbitur expedire, præsenti procuratorio nihilominus in suo robore duraturo. ¶ Et generaliter omnia alia & singula facieñ. diceñ. gereñ. exerceñ & procurañ. quæ in præmissis, & circa ea necessaria fuerint, seu etiam quomodolibet opportuna, & quæ ipsamet domina constituens faceret & facere posset,si in præmissis omnibus & singulis, præsens & personaliter interesset, etiam si talia forent, quæ mandatum exigerent magis speciale,quam præsentibus est expressum. ¶ Promittens insuper eadem domina constituens mihi notario publico infrascripto,vt & tanquam publicæ & autenticæ personæ,officio publico solenniter fungeñ. ac stipulañ. & recipieñ. vice ac nomine omnium & singulorum,quorum interest,intererit,aut interesse poterit quomodolibet in futurum,se,ratum,gratum atq; firmum perpetuo habiturum,totum id & quicquid per dictum procuratorem suum constitutum, ac substituendum,& substitueñ. ab eo,actum dictum,gestum, factum, vel procuratum fuerit in præmissis,seu aliquo præmissorum : Releuans nihilominus ex nunc, & releuare volens,eadem domina constituens,eundem procuratorem suum constitutum,ac substituendum,& substituendos ab eo,ab omni onere satisdandi,iudicioq; sisti,& iudicatũ solui,cum omnibus,& singulis clausulis necessariis & opportunis,sub hypotheca & obligatione omnium & singulorũ bonorum suorum, mobiliũ & immobilium,præsentium & futurorum,ac qualibet alia iuris & facti renunciatione ad hæc necessaria,pariter & cautela. ¶ Sup quibus præmissis omnibus & singulis,eadem dña constituens, sibi a me notario publico infrascripto, vnum vel plura,publicum seu publica, fieri petijt atq; confici instrumentum & instrumenta. ¶ Act. Ambianis &c. Præsentibus ibidem discretis viris, dominis Francione Sauale,& Francisco Bernard. clericis dictæ Ciuitatis, testibus &c.

Con-

Compromissum.

Dominus Petrus Colini Lucanus, procurator domini Martini.N.& Ludouicus.N.de.N. & sociorum de Luca (pro quibus de rato promisit) ex vna, & dominus Ioannes Baptista de.N.ciuis Romanus, de Regione Transtiber. nomine domini Crescentij Turramini mercatoris Senen. pro quo similiter de rato promisit, partibus ex altera Sponte differentias, quas di cti ipsorum principales, simul habent super certa negotiatione clauorum missorum per dictos de Bonuicus ab Antuerpia ad dictum dominum Crescentium .T. quos dominus Crescentius.T. prætendit missos esse non conformes suæ commissioni, & quos dicti de Bonuicus, prætendunt misisse conformes commissioni,& super tracta certarum pecuniarum, facta per dictum dominum Crescentium.T.dictis de Bouuicus in Flandria, Compromiserunt.D.Paulus, quibus supra nominibus in dominum. Aluisium de Oricellarijs mercatorem Florentinum, & dominum Ioannem Baptistam, ac dominum Antonium de N. mercatorem Pisanum, quos absentes, tanquam præsentes elegerunt in arbitros, arbitratores, & amicabiles compositores, ad cognoscendum dictas differentias, summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, sola rei veritate inspecta & cognitas deciden. tam de iure,quam de facto, ac de amicabili compositione, alte & basse, etiam tollendo vni partium, & donando alteri, cum potestate procedendi,& sententiandi, stando vel sedendo, in quibuscunque diebus, & horis ac locis,partibus præsentibus,citatis vel non, & etiam omissa quacunque alia solemnitate, etiam de iure requisita, & præsens compromissum durare voluerunt per totum mensem Iunij proxime futurum, & quod dicti duo arbitri, super dictis differentijs laudauerint, vel sententiauerint, eo stare promiserunt, ac si esset res iudicata per tres conformes sententias in iudicio contradictorio obtenta, & ab eo non appellare, non reclamare,non reduci petere, ad arbitrium boni viri, sub prætextu cuiuscunque læsionis,etiam enormis,& enormissime, sub pœna Trecentorum Ducatorum auri Cameræ incurrenda, per eum, qui dicto bando stare noluerit, & pro vna medietate applican. Cameræ apost. & pro alia, parti parætæ stare. Et donec veniat ratificatio per principalem, vterque dictorum compromitientium, vult pro sua parte teneri principaliter & insolidum. ¶Et pro præmissis ita obseruandis, vterque obligauit se, & principalem suum, res suas, & illorum bona,in ampliore forma Cameræ apostolicæ,cum clausulis solitis,& consuetis,& iuramento,tactis &c.

¶Super quibus &c. Actum in officio meo notarij. Præsentibus.N.&.N.de.N. &c. Testibus &c.

PRIVILEGIVM COMITATVS PALATINI.

In nomine sanctæ,& indiuiduæ Trinitatis, Patris & filij,& Spiritussancti amen. Nouerint vniuersi & singuli, hoc præsens Transumpti instrumentum visuri,lecturi, & audituri, quod nos Franciscus Albericus.D.N.Papæ, eiusque Camerarij,necnon Curiæ causarum Cameræ apostolicæ generalis Auditor,Romanæque cu. Iudex ordinarius. Ad venerabilis viri, domini Bartholomei de Thordolis,clerici Nicien. dioc. Comitis Palatini principalis,instantiam, & requisitionem,omnes & singulos, sua communiter vel diuisim interesse putantes,& eorum procuratores (si qui sunt in Romana curia pro eisdem) ad videndum & audiendum fieri productionem nonnullarum literarum Reuerend.ss. in Christo patris.D.Io. Domini, Episcopi Osthen. Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Tranen. vulgariter nuncupati, eius Sigillo, in eis pendente, sigillatarum, ac eiusdem Reuerend. D. Card. manu propria subscriptarum. Ll

post quam productæ,fuerint,dicendum,& excipiendum, quicquid verbo, vel in scriptis,contra & aduersus easdem literas,dicere,siue excipere voluerint. Necnon videndum,& audiendum testes, super illarum recognitione iurare , & postquam recognita fuerint,transumi & exemplari , ac in publicam transumpti , & exempli formam redigi mandari,auctoritatemq; etiam decretum nostrum, ac dictæ Curiæ,interponi,vel dicendum causam (si quam haberent rationabilem) quare præmissa fieri non deberent, allegandum, per edictum publicum, in Valuis audientiæ nostræ,ad instar edictorum publicorum , quæ olim in albo prætorio scribebantur,affixum ibidem,per quendam Domini nostri Papæ Cursorem, de mandato nostro,debite executum,cum propter vacantias iam indictas,in Audientia literarum Contradictarum præfati . D. nostri Papæ, legi non posset,citari fecimus,& mandauimus,ad certum, peremptorium terminum competetem, videlicet,ad diem,& locum infrascriptos. Quibus aduenientibus,comparuit in iudicio coram nobis, ad iura reddendum, & causas audiendum,pro tribunali sedeñ. præfatus dominus Bartholomæus de Thordolis Comes Palatinus principalis , principaliter pro seipso (citra tamen quorumcunq; procuratorum suorum , per eum hactenus constitutorum reuocationem) & dicta citatione edicti papyri cedula,de mandato nostro (vt præfertur) publicata,& affixa,Sigilloq; nostro sigillata,in cõtumaciam citatorum,prædesignatas literas, sigillo eiusdem Reuerend. D. Card.eis appendente,sigillatas, coram nobis,facto,realiter, & in scriptis , infrascripti tenoris , exhibuit atq; præsentauit. Quibus exhibitis(citatorum in eadem contentorum,non comparentium,neq; quicquam verbo, vel in scriptis,contra easdem literas,dicere,siue excipere,curantium) contumaciam accusauit,ipsosq; contumaces reputari,& in eorum contumaciam, testes,super illarum recognitione, induxit, & illis, per eos, medio iuramento recognitis, eas, per nos, transumi & exemplari,ac in publicam transumpti formam redigi mandari, auctoritatem q; nostram & dictæ Curiæ,cum decreto interponi,per nos debita cũ instantia,postulauit. Nos tunc Franciscus de Albericis Auditor præfatus, prædictas literas,ad manus nostras recepimus,eisdem q; per nos visis, quia eas,sanas & integras,ac omni prorsus vitio & suspitione carentes reperimus,idcirco easdẽ ad dicti . D . Bartholomæi de Thordolis Comitis principalis instantiam per notarium nostrum infrascriptum transumi & exemplari & in hanc publicam transumpti formam redigi mandauimus,& fecimus,volentes & auctoritate nostra & Curiæ nostræ decernentes,quod huic nostro transumpto talis & tanta fides detur & adhibeatur,in iudicio & extra, ac in Ro. cu & extra eam, vbiq; locorum qualis & quanta proprijs originalibus literis, daretur & adhiberetur, si in medium exhiberentur,aut ostenderentur. Dictarum vero literarum tenor,sequitur de verbo ad Verbum,& est talis. ¶ Ioannes Dominicus de Cuppis miseratione diuina Episcopus Ostieñ . Sacrosanctæ Ro. Ecclesiæ Cardinalis Traneñ. vulgariter nuncupatus. Dilecto nobis in Christo Bartholomæo Turreto,clerico Nicieñ. dioc. de Thordolis alias nuncupato Comiti palatino, Salutem in domino sempiternam. Personam tuam nobis & Apostolicæ sedi deuotam tuis exigentibus meritis, paterna beneuolentia prosequentes,illa tibi fauorabiliter concedimus,quæ tuis commoditatibus fore conspicimus opportuna. Idcirco auctoritate apostolica nobis commissa & qua fungimur in hac parte ,te sacri Palatij , & Aulæ Lateraneñ.consistorij Comitem cum honoribus oneribus & emolumentis cõsuetis,creamus & erigimus,instituimus,facimus,ordinamus,& deputamus, necnon aliorum Comitum palatinorum numero & consortio, fauorabiliter aggregamus. Ac etiam,te,domumq; tuam & totum genus tuum,indeq; posteros & descendentes in perpetuum nobilitamus,ac nobilitatis titulo & honore decoramus. Quoq; tu,omnibus & singulis priuilegijs , immunitatibus honoribus, libertatibus,gratiis,fauoribus, commoditatibus , exemptionibus & prærogatiuis , quibus alii Comites palatini & nobiles viri etiam antiquissimi generis quauis

auctoritate

auctoritate electi & instituti, hactenus fungi & gaudere soliti sunt, seu poterunt quomodolibet in futurum, libere & expedite fungi & gaudere possis & valeas, ac tui prædicti pariter possint & valeant, necnon ijs armis & insignis, prout in margine præsentium nostrarum literarum, pictotis artificio depictæ apparēt, aut alias, prout tibi libuerit perpetuis futuris temporibus, vti, frui possis & valeas potestatem impartimur. Quinetiam vberioribus fauoribus & gratijs, te prosequi volentes: vt omnes & singulos, quos tu militari dignitate & nobilitate, dignos esse putaueris, illos cum solita militaris Cinguli & Ensis, ac Calcariorum deauratorum exhibitione decorandi & nobilitandi, eisq; Arma & insignia (prout eis libuerit) conferendi adeo vt in quibuscunq; locis, vbi eos pro tempore esse contigerit, tam in præcedendo, quam sedendo, ac etiam in publicis & priuatis concionibus, seu consilijs, ad instar aliorum Militum nobilium equestriumq; virorum præcedant, sedeant & vota reddere possint. Necnon quoscunq;, quos tu in Theologia, iure Canonico, vel Ciuili, aut in Artibus, & Medicina: seu alia licita facultate: sic studuisse (præcepente tamen diligenti examine, duorum, vel trium Magistrorum, seu Doctorum, eius facultatis, in qua personæ huiusmodi promouendæ erunt) per eorundem Magistrorum, seu Doctorum, relationem fidelem, peritos, & scientia, moribusq; idoneos reperies, de ipsorum Magistrorum, seu Doctorum consilio & assensu, ad doctoratus, & magisterij gradus, cum omnibus & singulis priuilegijs, gratijs, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, honoribus, & prærogatiuis, quibusuis personis, in quibuscunq; locis: & vniuersitatibus, in similibus dari solitis, decorandi, eosq; Doctores & Magistros esse, & pro talibus haberi debere, decernendi. Ac etiam notarios publicos, seu Tabelliones, & iudices ordinarios vbiq; locorum, quos tu idoneos inueneris (recepto tamen prius ab eis, debitæ fidelitatis, iuramento, præstari consueto) creādi, & de officio huiusmodi, per pennam & calamarium (vt moris est) inuestiendi. Necnon naturales Spurios, Incestuosos, Manseres, & Bastardos, copulatiue & disiunctiue, & ex quocunq; illicito coitu procreatos seu procreandos: viuentibus, seu etiam mortuis, eorum parentibus, cum successione ad paternam, seu maternam, & alias successiones quorumcunq; parentum suorum, ac admissione, & receptione ad easdem, necnon dignitates, status, gradus, & officia secularia, publica, & priuata, recipi, illaque gerere, & exercere, ac si de legitimo matrimonio nati essent (absq; tamen præiudicio ascendentium, & descendentium eorum, de quorum successione ageretur) debite legitimandi, & ad primeua, & legitima naturæ iura, restituendi, & reducendi (iuxta formam & tenorem nostri Priuilegij infrascripti) facultatem damus tibi, & concedimus potestatem. Non obstañ. omnibus illis, quæ dicta sedes, in huiusmodi suis literis, voluit non obstare, contrarijs quibuscunq;. Tenor vero dicti priuilegij, siue literarum Apostolicarum, vnde supra fit mentio, de verbo ad verbum sequitur, & est talis.

¶ CLEMENS Episcopus seruus seruorum Dei. Dilecto filio Ioanni Dominico. tt. Sancti Apollinaris, presbytero Cardinali. Salutem & apostolicam benedictionem. ¶ Exigit tuorum magnitudo meritorum vt personam tuā, quam diuina clementia, magis illustrauit muneribus gratiarum, ac illius attinentes, specialibus fauoribus, & gratijs quosequamur. Cum itaq; (sicut nobis nuper exposuisti) olim claræ memoriæ Venceslaus Romanorum Rex, quondam Bonifatium de Cuppis de Monte Falco Militem legum Doctorem, tunc in humanis agentem, necnon Bladum Nerum, & Ioannem eius fratres: eorum primeua naturæ, & virtutem nobilitate, non obstañ. auctoritate Imperiali nobilitauerit & eos, ac eorum quemlibet & suos successores: necnon totum eorum genus in numero & consortio egregiorum aggregauerit, ac eos sacri Imperij Comites palatinos cum omnibus honoribus, dignitatibus, iurisdictionibus, iuribus, priuilegijs, gratijs, libertatibus, officijs, salarijs, stipendijs, quæ cæteri Comites palatini, de iure vel consuetudine aut facto habere exercere percipere quomodolibet

consueuerunt: creauerit & ordinauerit ac eorum successores huiusmodi Comitum palatinorum numero & consortio aggregauerit eosq; dicta dignitate, & eorum hæredes ex eis ac eorum quomodolibet descendentes per lineam masculinam inuestiuerit eisq; Tabelliones seu Notarios publicos & Iudicos ordinarios vbiq; locorum ac per totum Romanum Imperium (cum plena potestate ad Tabellionatus & Iudicatus huiusmodi Officium pertinente) creandi, necnon vniuersos & singulos illegitimos, ex quocunq; incestuoso, ac damnato coitu genitos Nothos & Spurios legitimandi & ad legitima natorum iura successiones honores officia quomodolibet reducendi & habilitandi ipsisq; super defectu natalium dispensationis beneficium impendendi ita quod tales ex dispensationis, & legitimationis huiusmodi beneficio in bonis iuribus, & rebus mobilibus, & immobilibus paternis & maternis. Agnatorum & Cognatorum ex testato vel ab intestato. necnon feudalibus allodialibus, & alijs quibuscunque succedere valerent (dummodo legitimatio antedicta per ipsos de Cuppis vel aliquem eorum concessa seu data in legitima ex iure naturæ debita filijs legitimis non præiudicaret) plenam potestatem & omnimodam facultatem dederit & concesserit. Et insuper eos & omnia bona eorum tunc acquisita etiam in posterum acquirenda ac possessa & possidenda sub sua & Imperij speciali protectione receperit eisque ac hæredibus vt vbicunque locorum, & per totum Romanum Imperium bona tam mobilia quam immobilia tam feudalia quam allodialia & generis cuiuscunq;, & a quacunq; persona cuiuscunq; status, gradus, & conditionis existeret emere & acquirere, ac possessiones quascunq;, ad eos deuolutas possidere, ac super ipsis proprijs bonis, tam Castra, fortaliria & moleudina, quam domos, construere, ac de ipsis bonis, Vasallos facere, & fideles acquirere, sine alicuius contradictione, & in ipsis Castris, fortalitijs, & locis prædictis, eis & eorum successoribus, liceret monetam cudere & cudi facere, auream, & argenteam, sub vera sculptura, & in illis exercere liceret, interim merum, & mixtum Imperium, ac gladij potestatem, & animæ auersionem, plenarie concesserit, ac voluerit & statuerit, vt quæcunq; instrumenta, quæ conficerentur, super alijs quibus acquisitionibus, quas ipsi, vel eorum hæredes, iusto titulo, facerent non obstañ, quod gabella soluta, seu iuxta alicuius loci consuetudinem, registrata non essent, dumtamen alias, vera esset, plenam, etiam liberam, obtinerent roboris firmitatem, & talia, in iudicio, & extra, fidem facerent. Necnon eos, & eorum bona prædicta, sedi, & Imperio præfaris, immediate esse subiecta, & ab omni vniuersitate, & qualibet singulari persona, ac omnibus occupationibus, realibus, & personalibus, ac mixtis, & generis cuiuscunq;, etiam Vasallis similiter, inquantum ad illud tantum, quod de proprijs eorum bonis, eos defendere contigeret (præter quam Imperialibus oneribus pro tempore imponendis) totaliter essent exonerati, ac de omnibus & singulis bonis prædictis, tunc præsentibus, & futuris quantum ad omne, & totum id, quod de ipsis, ad Imperium pertinere dignoscebatur, eos, eorumq; hæredes, in nobile feudum liberaliter, perpetuo & irreuocabiliter, inuestiuerit, de omnibus possessionibus, & bonis eorum, tunc præsentibus & futuris, ac de Vasallis, & omnibus personis habitantibus super ipsis possessionibus, Castris, fortalitiis, seu bonis, eis & eorum successoribus: merum & mixtum Imperium plenarie tribuerit, necnon Arma eorum, quæ erant ad vnius figuram Castoris auri, cum cornibus deauratis, ac pedibus, ad similitudinem canis, & vnguibus rubeis, eis confirmauerit & assignauerit, prout in ipsius literis Venceslai Regis desuper confectis: dicitur plenius contineri. Cum autem, qui(vt asseris)ex genere dicti quondam Bonifacii de Cuppis, existis nobis humiliter supplicasti, vt præmissa, per præfatum Venceslaum Regem, dicto Bonifacio, ac eius fratribus & eorum generi concessa, Circumspectioni tuæ concedere, de benignitate Apostolica dignaremur. Nos attendentes tua singularia merita, ac dignum censentes, vt te, ac genus tuum, spe-

cialis

cialis fauoris prærogatiua prosequamur, huiusmodi supplicationibus incli nati. Omnia & singula per præfatum Venceslaum Regem, dicto Bonifacio, & eius fratribus, ac eorum generi (vt præmittitur) facta & concessa, eidem circumspectioni tuæ cum facultatibus, ac modis, & formis in literis prædictis contentis (quamdiu vitam duxeris in humanis) auctoritate Apostolica, teno re præsentium concedimus. Et nihilominus, tibi per te, quoadvixeris, quos cunque, quos benemeritos esse cognoueris, extra tamen Almam Vrbem nostram, seu extra, & prope illius muros, in Comites palatinos eiusdem Palatij nostri Lateranen. assumendi, & Apostolica auctoritate prædicta, creandi & deputan di & aliorum Comitum dicti Palatij numero & consortio, cum pari facultate, & auctoritate fauorabiliter aggregandi. Et insuper, illos, quos in Theologia, iure Canonico, vel Ciuili, aut Artibus, Medicinaq; seu alia licita facultate præcedente, tamen diligenti examine trium Magistrorum, seu Doctorum eius facultatis, in qua si studuissent & promoueri deberent per eorundem Magistro rum seu Doctorum relationem fidelem peritos & scientia moribusque idoneos & sufficientes repereris de ipsorum Magistrorum & Doctorum sic referentium consilio & assensu cum solita insigniorum tradi talibus solitorum exhibitione promouendi. Necnon illos quos militari dignitate & nobilitate dignos esse pu taueris huiusmodi dignitate, & honore decorandi, & aliorum Militum nobi liumq; & equestrium consortio aggregandi, ac Arma & insignia eis conferen di. Necnon notarios publicos, seu tabelliones, & iudices ordinarios, qui ido nei & in literatura experti fuerint cum solito iuramento creandi. Necnon na turales Spurios incestuosos manseres & bastardos copulatiue & disiunctiue, & alios ex quocunque illicito coitu pro tempore procreatos, seu procreandos, vi uentibus vel etiam mortuis eorum parentibus, omnem geniture maculam, ab eis tollendo legitimandi & dispensandi, ac vt ad paternas, & alias successio nes quorumcunque suorum parentum, Agnatorum & Cognatorum bono rum admitti & illis succedere. Ac ad omnes dignitates, & honores recipi, easq; & eos gerere & exercere possint & valeant, ac si de legitimo matrimonio, na ti & procreati fuissent, legitimandi & restituendi, ac reintegrandi. Et præmis sa omnia & singula cum omnibus & singulis priuilegijs, honoribus, gratijs, indultis, immunitatibus, libertatibus, & prærogatiuis, quibusuis personis, Col legijs, seu vniuersitatibus quomodolibet concessis & in huiusmodi facultatibus concedi solitis absentibus & præsentibus conferendi. Et ad omnia præmissa, vi ces suas committendi, vel per alium, seu alios, illa faciendi gerendi, & exe quendi, ac exercendi, plenam & liberam facultatem & auctoritatem elargi mur & pariter indulgemus. Quocirca venerabilibus fratribus nostris Vigor nien. & Taruisin. ac Casertan. Episcopis, per Apostolica scripta manda mus, quatenus ipsi vel duo, aut vnus eorum, per se, vel alium, seu alios præ sentes literas & in eis contenta quæcunque, vbi & quando opus fuerit, ac quo tiens, pro parte sua desuper requisiti fuerint, solemniter publicantes, tibi in præmissis efficacis defensionis præsidio, assistentes, faciant auctoritate nostra literas & in eis contenta quæcunque firmiter obseruari, teque illis pacifice gau dere, non permittentes te desuper per quoscunque, quomodolibet indebite molestari. Contradictores quoscunque & rebelles, per censuras & pœnas ec clesiasticas, ac etiam pecuniarias, eorum arbitrio moderandas, appellatione postposita, compescendo, ac legitimis super ijs habendis, seruatis processibus censuras, & pœnas ipsas, quotiens opus fuerit, etiam iteratis vicibus, aggrauan do, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstan. præmissis, ac Constitutionibus & ordinationibus apostolicis, necnō Legibus Im perialibus, statutis etiam municipalibus, ac quibusuis Priuilegijs, indultis, & li teris Apostolicis, Collegio Scriptorum Archiuij Romanæ Curiæ, & illius Officialibus, ac quibusuis Ciuitatis, & locis, ac Communitatibus, vniuersita

tibus & personis, sub quibuscunque tenoribus & formis, etiam cum quibusuis clausulis, & decretis, concessis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus tenores illorum, ac si de verbo ad verbum inserti forent, præsentibus pro expressis haben. illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat, specialiter & expresse derogamus, & derogatum esse volumus, necnon omnibus illis, quæ præfatus Venceslaus Rex, in dictis suis literis, voluit non obstare, contrarijs quibuscunque. Aut si aliquibus, communiter, vel diuisim, ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, per literas apostolicas, non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis, elargitionis, indulti, mandati, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario, contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius, se nouerit incursurum. ¶Datum Romæ apud Sanctum Petrum. Anno incarnationis Dominicæ. M. D. XXIIII. Decimo kal. Febr. Pontific. nostri, An. Secundo.

¶Quibus omnibus & singulis præmissis, tanquam rite & legitime factis, auctoritatem nostram duximus interponendam, & interposuimus, prout interponimus præsentium per tenorem, volentes, & auctoritate prædicta decernentes, quod ad omnia præmissa, vbique locorum, personis tibi gratis, vices tuas committendi, seu illa, per te, vel alium, seu alios, faciendi, dandi, instituendi, & deputandi, facultatem & potestatem concedimus, iuxta præinsertam literarum apostolicarum nostrarum huiusmodi formam & continentiam.

¶IN quorum omnium & singulorum præmissorum fidem & testimonium, hoc præsens publicum Comitatus Priuilegij instrumentum, manu nostra propria, pro firmiori corroboratione, subscriptum, & per notarium publicum, necnon Secretarium nostrum infrascriptum, subscribi & publicari mandauimus, Sigillique nostri, iussimus & fecimus appensione communiri. ¶Datum extra muros almæ vrbis Romæ, prope Portam Sanctæ Mariæ de Populo, Sabineñ. dioces. sub anno a natiuitate Domini. M. D. XXV. Indictio. tertiadecima, Die vero decimatertia mensis Aprilis. Pontific. Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri, Domini Clementis, diuina prouidentia Papæ VII. anno Secundo. Præsentibus ibidem dominis Ioan. de Statis, & Bernardo Serda, & Nicolao de Zois, clericis Romañ. & Gerundeñ & Casleñ. dioc. testibus ad præmissa vocatis, & rogatis. ¶Ioan. Dominicus Cardinalis Traneñ. manu propria.

¶ET ego Ioannes Margoule, clericus Treceñ. publicus, apostolica auctoritate, notarius, & in Archiuio Roma. curiæ descriptus & matriculatus, Quia præmissis omnibus & singulis, dum sic (vt præmittitur) fierent & agerentur, vna cum prænominatis testibus præsens interfui, eaque omnia & singula, sic fieri vidi, & audiui, ideo hoc præsens publicum instrumentum, manu alterius fideliter scriptum, exinde subscripsi, signoque, & nomine meis, solitis & consuetis, vna cum prælibati Reuerendiss. Domini Cardinalis Comitis Palatini, sigilli, appensioñ. signaui, in fidem & testimonium omnium & singulorum præmissorum, requisitus atque rogatus. ¶Nicolaus de Cuppis Secretarius.

¶QVIBVS omnibus & singulis præmissis, tanquam rite, legitime, ac solenniter factis, auctoritatem nostram, & Curiæ prædictæ causarum cameræ apostolicæ, interponendam duximus, & interposuimus, pariter, & decretum.

¶IN quorum omnium & singulorum præmissorum fidem & testimonium huiusmodi nostrum Transumptum, per notarium nostrum infrascriptum fieri, & subscribi, sigillique Cameræ apostolicæ, iussimus & fecimus appensione muniri.

¶Actum & datum Romæ, in ædibus nostræ solitæ residentiæ, sub Anno a natiuitate Domini. M. D. XXXVIII. Indictione Vndecima. Die vero Veneris XX. mensis Septembris. Pontificat. Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Pauli, diuina prouidentia Papæ III. Anno Tertio. Præsentibus ibidem pro

uidis viris, Dominis Io. Iacobo Bucca, & Attilio Cathaneo, Cur. nostræ prædi-
ctæ Connotariis, testibus ad præmissa vocatis, habitis specialiter, atq; rogatis.
¶ ET quia ego Bonifatius de Angelis de Ancona, Curiæ causarũ Cameræ Apo
stolicæ notarius, præmissis omnibus & singulis, vna cum prænominatis testibus
interfui, eaq; in notam sumpsi, ideo præsens instrumentum, manu alterius fideli-
ter scriptum, subscripsi & publicaui, signo, nomineq; meis muniens consuetis, in
fidem præmissorum rogatus, & requisitus. ¶ Taxa ad grossos sex.

D. de Baldis Locumtenens.

Concordia facta per partes principales.

IN NOMINE Domini amen. Per hoc præsens publicum instru- mentum, cunctis &c. sit notum, quod Anno &c. Domini. M. D. LIII. indictione &c. die &c, Mensis. N. In mea nota rii publici &c. præsentia personaliter constituti, domini Ioannes. N. Rector pa- rochialis ecclesiæ de. N. pro se, ex, partibus, non circumuenti, sed ex eorum me ris & spontaneis voluntatibus, dixerunt, & exposuerunt (prout quilibet eorum dixit & exposuit) quod cum lis, seu quæstio, inter eos, coram domino Bailiuo Eduen. seu eius locumtenen. primo. Et deinde per appellationem, coram Ma gnificis dominis supremæ Curiæ Parlamenti oppidi Diuionis, Lingonen. dioc. Præsiden. & Consiliariis, in, materia possessorii, & Gardiæ Decanatus Ecclesiæ Cathedralis Eduen. (quem quilibet eorum, de iure, ad se spectare, & pertinere asserebat) verteretur. Qui medio nonnullorum suorum amicorum, & ad cui tandum litium anfractus, ad hanc deuenerunt Concordiam, sub tamen benepla cito summi Pontificis, & Sanctæ sedis Apostolicæ, & non alias. Videlicet, quod expensæ factæ per ipsas partes, in prosecutione iurium suorum, per eas præten sorum, de ipsarum partium consensu, hincinde, remissæ, & compensatæ fuerunt, & de eisdem, dictæ partes, se inuicem quietauerunt, & quietant. ¶ Secundo quod ipse dominus Carolus, coram præfatis dominis supremæ Curiæ Parla menti Oppidi Diuionis Præsiden. & Consiliariis, aut quibusuis aliis iudicibus, quorum interest, seu intererit, quod dictus dñs Ioannes in possessorio, & sai- sina dicti Decanatus Eduen. manuteneatur consentire, seu procuratores suos con stituere cum effectu, ad consentien. coram præfatis dominis, vniuersis & singu lis conclusionibus ipsius dominis Ioannis, & quod idem. D. Ioannes in dicto Decanatu Ecclesiæ Eduen. ac illius possessorio, & saisina, præcise & expresse ma nuteneatur. Necnon etiam procuratores, suos constituere cum effectu, ad hu iusmodi Decanatum, in manibus præfati Sanctissimi Domini nostri Papæ, eiusue Vicecancellarii, seu Cancellariam apostolicam regentis, aut alterius ad id pote statem habentis, in fauorem tamen præfati Ioann. resignan. seu omni iuri sibi, in illo, vel ad illum quomodolibet competenti, ceden. & renuncian. tenebi tur. Tertio, ne dictus Carolus, ex resignatione, seu cessione prædictis nimium patiatur dispendium. Dictus dominus Ioann. tenebitur eundem Carolum pro uideri facere de parochiali Ecclesia. N. Eduen. dioces. quam dictus Ioann. pro præsenti pacifice obtinet, nulla pensione extraordinaria, oneraram. Con stituetq; ipse. D. Ioann. procuratores suos cum effectu, ad huiusmodi paro chialem Ecclesiam, in manibus præfati summi Pontif. pure, libere, simpliciter, vel causa permutationis, in fauorem dicti Caroli, resignan. Et insuper, resi gnari facere parochialem ecclesiam de. N. Eduen. dioces. prædict. in mani bus præfati. D. N. Papæ, aut cuiusuis alterius ad hoc, canonicam potestatem habentis, tenebitur, ita quod de eadem parochiali Ecclesia. N. discreto viro. D. Guillermo. N. cum effectu prouideatur. Ac etiam tenebitur ipse Io. præsentare, seu cõferre psonæ idoneæ per dictũ Carolũ nominandæ, ad primum bñficiũ va caturum, ad ipsius. D. Io. N. Decani dispositionem, ratione dicti decanatus, spe ctans, & pertinens. Et vltra hoc, tenebitur idem Ioan. procuratores suos consti

fuerit cum effectu, ad ipsius nomine, & pro eo, reseruationi, constitutioni, & assignationi pensionis annuae. L. Librarum Turonen. monetae in Ducatu Burgundiae, cursum habentis super dict. Decanatus ecclesiae Eduen. fructib. redditibus, prouentibus, iuribus & obuentionibus vniuersis, integraliter, & sine aliqua reductione aut diminutione, & sub poena priuationis dicti Decanatus, in euentum non solutionis dictae pensionis per dictum. D. Ioan. (cuius ad hoc, ex nunc expressus accedit assensus) & successores suos, dicti Decanatus Decanos, pro tempore existentes, annis singulis, in Ciuitate Eduen, pro vna, videlicet in. D. N. Iesu Christi, & alia medietatibus pensionis huiusmodi in Beati Ioann. Bapt. natiuitatem festiuitatibus, eidem Carolo, vel procuratori suo legitimo, ad hoc ab eo speciale mandatum habenti, ita, vt, primus dictae pensionis solutionis terminus, incipiat, & fieri debeat, in proximo futuro festo natiuitatis Sancti Ioannis Baptistae, in anno curren. Domini Millesimo Quingentesimo, Vigesimo octauo. Et secundus, in natiuitate Domini nostri Iesu CHRISTI, immediate sequen. Et sic deinceps, in singulis terminis dictarum festiuitatum inde & successiue sequen. vita ipsius Caroli duran. seu donec & quousq; sibi de vno, vel duobus beneficio, seu beneficijs, Ecclesiastico, vel ecclesiasticis, cum cura, vel sine cura, similis, vel maioris valoris annui dictae pensionis. L. librarum illius, seu illorum omnibus deductis, & supportatis, oneribus, in Eduen. Niuernen. vel Cabilonen. Ciuitatibus seu dioces. constituto seu constitutis, ipso. D. Ioanne. N. Procurante prouisum, & illius, seu illorum, pacificam, & quietam possessionem adeptus fuerit. Quo casu, ipsa pensio, sit cassa & extincta, etiam signatura, & literis apostolicis desuper non expeditis, & eidem Ioanni non intimatis; quas pro expeditis, & sibi legitime intimatis, habere voluit, & habere de praesenti, integre persoluen. & per dictum Carolum, & suos procuratores, etiam propria auctoritate, absque iustitiae ministerio leuan. & exigen. Necnon dictarum literarum apostolicarum desuper necessariarũ expeditioni, in manibus praefati Sanctissimi. D. N. Papae, vel eius Vicecancellarij seu Cancellariam apostolicam Regentis, aut alterius, ad id potestatem habentis, consentien suumq; consensum pariter, & assensum praestan. Qui quidem Ioannes, & Carolus, ad effectum praemissorum, Procuratoria, desuper necessaria & valida, sibi inuicem, infra dies proxime futuros, in Ciuitate Eduen. tradere, & consignare, realiter & cum effectu, promiserunt, ac quilibet eorum promisit, atque promittit.

¶Hinc est quod ipsi domini Io. & Carolus, hincinde respectiue, ex eorum certa scientia, spontaneaq; voluntate, ac omnibus melioribus modo, via, iure, causa, & forma, quibus melius & efficacius potuerunt & debuerunt, possuntq; & debent, suos fecerunt constituerunt, creauerunt, nominauerunt, & ordinauerunt, faciuntq;, constituunt, creant, nominant, & ordinant, procuratores & nuncios speciales, quo ad infrascripta, videlicet venerabiles, & discretos viros, dominos, & magistros. A. B. & C. absentes, tanquam praesentes, latores, seu arbitratores praesentium, & eorum quemlibet insolidum, ita tamen quod non sit melior conditio primitus occupantis, nec deterior subsequen. sed quod vnus ipsorum inceperit, alter eorundem, id prosequi, mediare, terminare valeat, & finire cum effectu, specialiter, & expresse, ad ipsorum dominorum constituen. nominib. & pro ipsis hincinde respectiue humiliter supplican. & requiren. praefato. S. D. N. Papae, sanctaeq; sedi apostolicae, quatenus praescriptum Cõcordiae tractatum, omniaq; & singula in eo contenta, etiam cum suppletione quorumcunq; defectuũ, tam iuris, quam facti, si qui forsan interuenerint, sua benignitate, emologare, & approbare dignetur, ipsosq; dominos constituen. ad praemissorum omnium obseruationem hincinde respectiue, efficaciter tentos, & strictos, & obligatos, decerni & declarari, ac literas quascunq; desuper necessarias, & opportunas, sibi fieri, tradi, & expediri peten. requiren. & obtinen. ¶ET generaliter omnia alia & singula, circa

la, circa prædicta, necessaria & opportuna, quæ ipsimet domini Constituen. facerent & facere possent, si præsentes, & personaliter interessent facien. dicen. & & exceen. etiam si talia forent, quæ mandatum specialius exigerent. Promittentes dicti domini Constituentes hincinde respectiue, per fidem, & iuramentum, in manibus mei notarij publici præstit. ac sub suorum omnium & singulorum bonorum, mobilium & immobilium, præsentium & futurorum, hyppotheca, & obligatione, omniq; iuris & facti renunciatione, ad hæc necessaria, pariter & cautela, se præmissa omnia & singula, in præsentis Concordiæ instrumento contenta, in quantum ipsos tangit respectiue, exequi, & adimplere, nec contra ea, aut eorum aliquod facere, dicere, vel venire, per se, vel alium, seu alios, directe vel indirecte, seu alias quomodolibet in futurum, sub pœnis periurij infamiæ detestabilis, necnon Mille Ducatorum auri Solis, parti, omnia & singula obseruanti, per partem non obseruantem, realiter persoluendorum, & applicandorum, iurisdictioni, coertioni, & compulsioni curiæ sedis Episcopalis Eduen. & quarumcunq; aliarum curiarum ecclesiasticarum & secularium vbicunq; existen. obligarunt, necnon ratum & gratum habere, & perpetuo habituros, totum id & quicquid, per dictos procuratores suos, & eorum quemlibet, actum, dictum factumue fuerit in præmissis, aut quouis modo procuratum. De & super quibus præmissis omnibus & singulis præfati domin constituen. hincinde respectiue, instanter petierunt, & requisiuerunt a me prædicto notario publico, sibi fieri atque tradi, publicum instrumentum, seu publica instrumenta, vnum vel plura. ¶ Acta fuerunt hæc Eduæ in domo habitationis dicti Domini Ioannis, sita in Claustro Eduen. Præsentibus &c.

Alia concordia facta per partem principalem, & procuratorem alterius partis principalis.

PERSONALITER Constituti, domini Ioannes. N. pro se ex vna, & Her. N. procurator, & nomine procuratorio domini Petri. N. prout mihi notario publico infrascripto edocuit per instrumentum publicum, manu domini Georgij. N. clerici Eduen dioces. publici, Apostolica & imperiali auctoritatibus notarij, subscriptum, Sub dat. videlicet diei quintæ mensis Maij, & anni curren. 1558. ex altera partibus. Quæ quidem partes, nominibus antedictis, super nonnullis litibus, quæstionibus, & controuersiis, inter eos motis, seu moueri speratis, de & super parochiali ecclesia. N. Eduen. dioces. desiderantes litibus, & controuersijs, huiusmodi obuiare, & illas omnino extinguere, ac pacem & concordiam deuenire, ac viam amicabilis compositionis amplecti, omnibus melioribus, modo, via, iure, causa & forma, quibus melius & efficacius potuerunt & debuerunt (medio nonnullorũ amicorum suorum, sub tamen beneplacito præfati. S. D. N. Papæ, & sanctæ Sedis Apostolicæ, & non alias, aliter, nec alio modo) ad hanc deuenerunt Concordiam. Videlicet primo, quod expen. &c. (vt in præceden. concordia vsque fuerunt) quod dictus. D. Petrus, liti & causæ prædict. ac omni iuri, sibi in dicta parochiali Ecclesia, vel ad illam quomodolibet competenti, in fauorem tamen eiusdem D. Ioan. in manibus. S. D. N. Papæ eiusue Vicecancellarij, seu Cancellariam Apostolicam Regentis, aut alterius ad id potestatem habentis, cedet & renunciabit, seu procuratores suos constituet, ad dictam parochialem Ecclesiam in eisdem manibus resignan. seu omni iuri, sibi in illa, vel ad illam, quo modolibet competen. ceden. & renuncian. Item quod ipse D Petrus, coram domino Bailiuo Eduen. aut quibusuis alijs iudicibus, quorum intereſt, seu intererit, quod dictus D. Ioannes in possessorio, & saisina dictæ parochialis Ecclesiæ. N. manuteneatur, consentiet, seu procuratores suos constituet, ad consentien. coram præfato domino Bailiuo Eduen. aut quibusuis alijs iudicibus vniuersis & sin

gulis conclusionibus ipsius Domini Ioannis. Et quod idem Dominus Ioannes, in dicta parochiali Ecclesia, ac illius possessorio & saisina, præcise & expresse manuteneatur. Et ne dictus. D. Petrus, ex resignatione, seu cessione prædictis, nimium dispendium patiatur, dictus dominus Ioan. tenebitur procuratores suos constituere, ad ipsius nomine, & pro eo, reseruationi, constitutioni, & assignationi &c. (vt in præmissa concordia vsque assensum præstañ. Quæ quidem partes: nominibus antedictis, ad effectum præmissorum. Procuratoria desuper necessaria, & valida, sibi inuicem, videlicet dictus Ioann. infra Octo dies proxime futuros, in Ciuitate Eduen. & dictus Her. Procurator antedictis, infra mensem, Romæ, tradere & consignare, realiter & cum effectu, seu omnibus & singulis supradictis, consentire promiserunt, & quilibet eorum promisit. Et insuper, præfatus. D. Her. nomine suo priuato, promisit & se obligauit, ac tenore præsentis publici instrumenti promittit, & se obligat, præmissa omnia & singula eidem. D. Petro ratificari, atque rata & grata, habere, facere, & dictam ratificationem eidem Ioanni, infra prædictos Octo dies, tradere, realiterque consignare, sub pœna Ducentorum Ducatorum auri Solis, eidem Ioanni, suo priuato nomine, casu defectus præmissorum, nomine pœnæ applicañ. soluendorum, & per eundem Ioann. ab eodem Her. nomine suo priuato, exigendorum & quos dictus Her. casu defectus huiusmodi, soluere promisit, atque promittit.

¶ Hinc est &c. vt in præceden. ad finem vsque, apponendo semper (loco quo ad prædict. procuratorem) nominibus antedictis.

Datio insolutum.

CVM Sit quod dominus Hector de Sillis fuerit & sit debitor. D. Iacobi N. in Scutis centum prout de debito huiusmodi constare asseruerunt dicti. D. Hector & Iacobus per acta domini Lucij. N. notarij sub die N. rogati & dictus. D. Hector cupiat se a debito huiusmodi liberare dictoque. D. Iacobo satisfacere. Hinc est quod anno &c. in mea &c. dictus D. Hector spoñ. &c. cessit transtulit & in solutum dedit dicto. D. Iacobo præsenti &c. Vnum hortum ad ipsum D. Hectorem spectañ. & in loco. N. situat. Cuius confines &c. cum omnibus & singulis iuribus aqueductibus &c. Item cessit eidem. D. Iacobo præsenti &c. omnes actiones &c. ponens &c. constituens se possidere &c. Item non inferre &c. (Prout in instrumento venditionis seu cessionis rei immobilis) hanc autem cessionem & in solutum dationem fecit dictus D. Hector eidem. D. Iacobo præsenti acceptanti &c. pro integro pagamento & solutioñ. dictorum Scut. Centum ipsi. D. Iacobo debitorum de quibus Scutis Centum. Idem. D. Iacob. ipsum. D. Hectorem quitauit &c. exceptioñ. &c. renunciauit promittens ipsum. D. Hectorem præsentem &c. pro dicti Scuti centum in futurum non molestare &c. alias ad damna &c. Pro quibus &c. Sese &c. bona &c. in ampliori forma Cameræ &c. obligarunt &c. Super quibus &c.

Alia petitio aßignationis præbendæ, & possesionis, ac eiusdem receptio vigore creationis in Canonicum.

In DEI NOMINE Amen. Cunctis pateat euidenter, & sit notum, quod Anno &c. In Ciuitate. N. intra Capitulum Cathedralis Ecclesiæ vel Collegiatæ. N. congregatis Reuereñ. Dominis, Præposito, Decano, & Capitulo dictæ Ecclesiæ capitulari: Comparuit personaliter. D. N. nomine & tanquam procurator, ac procuratorio nomine. R. D. N. clerici. N. dioces. & præsentauit, intimauit & notificauit

& notificauit prænominatis dominis Præposito, Decano, & Capitulo, quasdam literas Apostolicas, seu gratiam creationis in canonicum, per motum proprium expeditas, iuxta stylum Romanæ curiæ emanatas & concessas per Sanctiss. in Christo patrem & D. N. Dominum Paulum, diuina prouidentia Papam Tertium, sub dat. &c. Et cum eis quendam processum super eisdem fulminatum in forma solita, per Reuerend. P. D. P. N. iudicem ad id deputatum, sub dat. &c. per discretum virum dominum. N. Archiuij Romanæ curiæ Scriptorem, subscriptum & vigore, tam dictarum literarum, quam processus huiusmodi, idem. D. N. procurator præfatus, petijt & requisiuit ab eisdem dictis. D. N. Decano & Capitulo, quatenus (sub pœnis & censuris in dictis literis, & processibus contentis) traderent sibi corporalem, realem, & actualem possessionem dictorum Canonicatus & præbendatus, nunc per obitum. N. vacañ. quos idem procurator, dixit se acceptasse, cum protestationibus in talibus &c. prout in præcedeñ. vsque ibi, obtineñ. iuxta earundem literarum continentiam, & tenorem. Et statim dicti. D. Præpositus &c. responderunt se velle super hoc deliberare, & quicquid ius, iustitiaue dictauerint, ordinare. Præsentibus &c. N. & N. testibus &c.

¶ Et post præmissa, die, mense, & anno &c. congregatis dictis dominis &c. more solito &c. & specialiter ad negotium huiusmodi respondendo petitioni, sibi per præfatum. D. N. procuratorem &c. & obediendo mandatis Apostolicis, admiserunt, & admitti mandarunt dictum. D. N. principalem, &. N. procuratorem præfatum, eius nomine ad dict. Canonicat. & præbeñ. vacañ dictoq; domino. N. procuratori præfato nomine quo supra, possessionem tradi, commiserunt & nominarunt. D. N. Canonicum in dicta Ecclesia, ibidem præsentem, vt eidem procuratori, possessionem per eum petitam in choro, & alijs locis dictæ Ecclesiæ, daret, & assignaret, & executioni demandaret cætera omnia, quæ in præmissis fieri & exequi solent. Et statim dictus. D. N. Canonicus præfatus, recipiens per manum dictum. N. procuratorem, ei stallum in dicta Ecclesia, ad partem Decani, vel Archidiaconi, assignauit, tradendo ei, & assignando, actualem possessionem dictorum Canonicatus & præbeñ. per dictam stallationem, mandando etiam Thesaurario & alijs deputatis, fructuum, redditnum, & prouen. mensæ dictæ Ecclesiæ, & præbendarum vt eundem. D. N. in libris ad hoc deputatis in loco quondam. N. Canonici defuncti (in cuius loco successit) scriberent, & similiter eidem respondeant, & responderi faciant, cum omnibus fructibus red. & prouen. ad dictos Canonicatum & præbeñ. debitis & debendis, modo & forma, prout suo prædecessori, & alijs Canonicatus & præbeñ. huiusmodi possessoribus, responderi solitum fuerat. Et statim dictus. N. Thesaurarius ibidem præsens, eidem. D. N. procuratori, certam pecuniarum summam dedit, & consignauit, quam dictus. D. N. procurator, in signum veræ acceptæ possessionis, accepit. Et statim, ad dictos, D. præpositum &c. rediens, solitum, & consuetum (de obseruandis statutis & consuetudinibus dictæ Ecclesiæ, in forma solita & consueta) in eorundem manibus, iuramentum præstitit. ¶ Super quibus &c. tam dicti. D. Præpositus &c. quam. N. procurator præfatus, vnum vel plura &c. Act. &c. Præsentibus &c. prout in præcedenti.

Declaratio & recognitio bonæ fidei.

D. Tiberius. N. asserens se habere plenam notitiam cuiusdam Societatis Scutorum 300. auri in auro ad rationem Scutorum duodecim similium pro centenario in anno soluendorum de semestri in semestre, & in principio cuiuslibet semestris inter. D. Petrum. N. notarium sacri Palatij Apostolici, & D. Florium. N. super dicto officio notariatus cum potestate dictas pecunias in aliam personam per ipsum. D. Florium Forl. nominandum, tam coniunctim quam diuisim & periculum mortis in eandem transferendum, sub Die. N.

N. facta & de alijs in eadem Societate contentis,per me notarium per lecturam instrumenti dictæ Societatis certificatus. Volens,vt decet,bonam fidem erga ipsum Dominum Petrum recognoscere sponte &c.declarauit dictam Societatem eius nomine intuitu,& ad eius vtilitatem esse factam,& dictum dominum Petrũ in earundem nomen tantum habere,ideo sponte confessus fuit dicta Scuta. 300. auri in auro deductis & exceptis Scutis duodecim similibus pro fructibus primi semestris,per ipsum dominum Petrum solutis recepisse prout illa, in mea &c. præsentis, ab eodem domino Petro in numerata pecunia habuit & recepit de quibus &c.exemplum &c.& promisit dicta Scuta 309. & fructus vt supra soluendos soluere ad omnia ad quæ ipse dominus Petrus virtute dicti instrumenti Societatis tenetur teneri & obligatus esse volens erga ipsum dominum Petrum quem præsentem & acceptantem,ac D.N.& N.qui accesserunt indemnes pœnitus &c.ita quod &c.pro quibus &c.Se &c.bona &c. vt in forma obligationis in forma Cameræ.

Donatio fructuum certorum beneficiorum,cum mandato ad eos recuperañ. tanquam in rem propriam.

IN NOMINE Domini amen &c.Constitutus.N.asserens se alias donasse, prout de præsenti, non vi,dolo, metu, fraude aut aliqua sinistra machinatione interueniente,seductus,quinimmo ex libero,& spontaneæ voluntatis arbitrio,matura super hoc deliberatione præhabita, certa dilectione, & charitate motus, dedit & donauit, donatione pura, libera, simplici, valida, perfecta, & irreuocabili facta inter viuos, ac transtulit, & supportauit, sine spe aliquid reposcendi, pure, libere, & simpliciter, omnibus melioribus modo, via, iure, causa, & forma, quibus melius, validius, & efficacius potuit, nobili viro. D. N. præsenti & consentienti, ac acceptañ. omnes & singulos fructus, redditus & prouẽ. omnium & singulorum præstimoniorum præstimonialium portionum, & simplicium beneficiorum, quæ idem D.N.habet in Ciuitate.N,de anno natiuitatis.M.D. &c. Transferens in eundem.N omne ius.& omnes actiones,præfato.D.N. prætextu fructuum, redditũum & prouentuum dictorum præstimoniorum præstimonialium portionum & simplicium beneficiorum,eorumq; occasioñ.& in eisdem competeñ.Idcirco idẽ D.N.dictis melioribus modo,via,iure,causa & forma, constituit suum procuratorem irreuocabilem,vt in rem suam propriam, eundem. N. præsentem & acceptañ. surrogans eundem in locum, & ius suum ad petendum exigendum colligendum & recuperandum, virtute donatioñ.cessionis & translationis huiusmodi dictos fructus redditus & prouentus, & pecuniarum summas, ad quas fructus prædictorum præstimoniorum præstimonialium portionum & simplicium beneficiorum ascendunt,a quibuscunq; arrendatoribus debitoribus, cuiuscunq; dignitatis,status,gradus,ordinis vel conditionis,aut cuiuscunq; diocef.existant, necnõ a quibuscunq; alijs qui nomine dicti domini.N. habuerunt receperunt leuauerunt prædictos redditus & prouentus,eorundem præstimonialium portionum,& simplicium beneficiorum. Et specialiter a. N. ac alijs quibuscunq; qui eosdem fructus receperunt,leuauerunt & habuerunt.De receptis quoq; habitis, & leuatis,absoluendum,quietandum,& liberandum, finemq;, quietantiam, ac pactum (de rem habitam vlterius non petendo) faciendum & dandum.

¶Et si necesse fuerit &c.vt in constitutione procuratorum ad prosequeñ. gratiã ad duas collationes.

¶ET generaliter omnia & singula faciendum, dicendum, & exercendum, quæ prædicto. N. in præmissis necessaria fuerint, seu quomodolibet opporta

na,& quæ ipsemet.D.N.donator,ante donatioñ. & cessioñ. huiusmodi, facere potest,& debeat,& quæ verus & legitimus procurator,in rem suam propriam fa cere potest,& debet: ℂPromisit insuper idem.D.N.donator, mihi notario publi co infrascripto,tanquam publicæ personæ solemniter stipulañ. & recipienti, vice & nomine omnium & singulorum, quorum interest, intererit, aut inter esse poterit quomodolibet in futurum, dictas donatioñ. cessioñ. ac omnia & sin gula supradicta,ratas,& rata,ac firmas,& firma,tenere,& inuiolabiliter obserua re,nec contra ea,facere,dicere,vel venire,per se, vel alium, seu alios directe, vel indirecte,quouis quæsito colore,vel ingenio,tam de iure,quam de facto, propter quod,effectus donationis,& cessionis huiusmodi,possit seu valeat quomodolibet impediri,sub omnium & singulorum bonorum suorum,mobilium & immobiliũ, præsentium & futurorum,obligatioñ.& hypotheca,ab sub omni iuris & facti re nunciatione,ad hæc necessaria,pariter & cautela. ℂSuper quibus omnibus & singulis præmissis,idem.N.petijt a me notario publico &c. vnum vel plura &c. Act &c.Præsentibus &c.

Instrumentum donationis bonorum inter viuos.

IN NOMINE Domini amen. Per hoc præsens publicum instru mentum,cunctis pateat euidenter &c. quod An no &c. In mea notarij publici, testiumq; infrascriptorum, ad hoc speciali ter vocatorum & rogatorum præsentia,personaliter constituta honesta mulier, domina.N.Neapolitañ.relicta quondam.A.sartoris,asserens se habere, & pos sidere nonnulla bona, mobilia & immobilia, ad eam pleno iure dominij spectantia,& de quibus pro suo libito & voluntate, libere disponere potest. Et præsertim,quandam domum nouam,sitam in Burgo sancti Petri de Vrbe, ha bentem ab vno latere,videlicet versus sanctum Petrum, Bona domini. C. Ab alio videlicet anteriori,stratam Alexandrinam. A. tertio, videlicet posterio ri,quandam paruam stratam. A.quarto vero, videlicet versus Castellum Sancti Angeli,bona cuiusdam mulieris nomine D.vel si qui alij sint,vel esse possint,ad dictam domum,plures aut veriores confines,antiqui vel moderni, & nomina ac vocabula veriora.Quæ quidem domus,est perpetua eiusdem dominæ.N. & exẽ pta,ab omni censu & onere,præterquam censu perpetuo.XIII.Ducatorum, ad rationem.X.Carleñ.pro quolibet Ducato,computandorum,quolibet anno, cui dam domino.G.Romano soluendorum,prout in instrumento siue contractu de super confecto (ad quod,& quem contrahentes,supra & infrascripti,se referũt) plenius dicitur contineri. Quare,dicta domina.N. volens de præfata domo,ac alijs rebus & bonis suis,bene disponere. Primitus & ante omnia, ipsa domina.N. certificata & auisata,per me notarium infrascriptum,de constitutionibus,& legi bus imperialibus,in fauorem mulierum æditis, & illarum continentijs, illi expo sitis & interpretatis,& maxime Senatu consulti, autenticæ. Si quia mulier, & de dote &c. Quibus constitutionibus & legibus,ipsa extunc expresse & specia liter,etiam cum iuramento (tactis per eam,ob hoc, corporaliter scripturis sacro sanctis ad sancta Dei Euangelia,in manibus mei notarij infrascripti, desuper, vi ce & loco omnium,quorum interest,intererit,aut interesse poterit,legitime stipu lantis) præstito,renunciauit & renunciare se dixit,non vi,dolo,metu, aut sinistra machinatione aliqua seducta,aut inducta,sed sponte,deliberata mente,& ex cer ta scientia,donauit, donatione irreuocabili inter viuos concessit, & dedit ac pro irreuocabiliter donatis haberi voluit,domum præfatam,ac omnia & singula alia sua bona,mobilia & immobilia,cum omnibus & singulis eiusdem domus introi tibus,exitibus,iuribus,iurisdictionibus,spectañ. pertinentijs, vsibus, vtilitatibus, commoditatibus,& adiacentijs,venerabili viro,domino.A.de.N.& N. Ecclesia rum Canonico,ibidem præsenti & acceptanti,ita tamen, quod ipsa domina. N. domus,ac omnium bonorum suorum prædictorũ vsufructum habeat, eius vita

durante,

durante, hæc conditione etiam adiecta, quod dictus dominus. A. donatarius, quandocunque voluerit, possit in dicta domo, vna cum dicta domina. N. donatrice habitare, pro eius libito & voluntate. ¶Huiusmodi autem donationem & concessionem, præfata domina. N. dixit se fecisse & facere, præfato domino. A. donatario pro & ex eo, quod idem dominus. A. donatarius, debeat & teneatur, prout promisit & conuenit, ipsam dominam. N. velle defendere, & eius vtilitatem procurare, præsertim in quadam differentia, siue controuersia, quæ nunc dicitur & pendet inter eam, & quosdam alios, coram Auditore Cameræ, seu quocunque alio iudice. Et in euentum in quem præfatus dominus. A. donatarius, ipsam dominam. N. iuxta posse non defenderit, nec eius vtilitatem procurauerit, ipsa domina. N. voluit huiusmodi donationem non valere, & pro non facta haberi. Insuper idem dominus. A. & domina. N. hincinde contrahentes, voluerunt, & de communi eorum consensu & voluntate, statuerunt, vt casu, quo ipsum dominum. A. antedictam. N. decedere contingat, quod tunc domus & bona præfata, apud ipsam dominam. N. pleno iure dominij, ac si nunquam facta fuisset donatio supradicta, maneant & redeant, ac idem dominus. A. donatarius, possit & valeat omnia, & singula melioramenta, per eum in præfata domo, a tempore donationis huiusmodi inantea, sub tempore facta, cuicunque voluerit relinquere, donare, vel vendere, absque contradictione, præfatæ dominæ. N. aut alterius cuiuscunque. Quorum melioramentorum, redditus simul, cum proprietate, sint ipsius domini. A. & dictorum aliorum quoruncunque eius successorum, vita etiam dictæ dominæ. N. durante. De quorum quidem melioramentorum qualitate, quantitate, & valore, semper stetur, & stari debeat, simplici dicto, seu declarationi dicti domini. A. absque etiam eius iuramento. A. quo quidem dicto, non possit appellari, neque de eo reclamari, aut aliqua querela fieri, nec de illius nullitate dici, in iudicio neque extra qualitercunque etiam in absentia dictæ dominæ. N. dictam meliorámentorum declarationem, idem dominus. A. & similiter dicta domina. N. voluit, quod stetur dicto suo, super valore, tam fundi, quam fundamentorum, & aliorum per eam factorum ante donationem huiusmodi melioramentorum, per dictum dominum. A. factorum. ¶Clausula obligat. in forma Cameræ apostolicæ extensa. ¶PRO QVIBVS OMNIBVS & singulis obseruandis, & plenarie, ac firmiter adimplendis, tam præfatus dominus. A. donatarius, quam domina. N. donatrix, obligarunt & hypothecarunt, ac alter alteri, vicissim, & mutuo obligauit & hypothecauit se, suosque hæredes & in posterum successores quoscunque, ac sua & ipsorum omnia bona mobilia & immobilia, præsentia, & futura, vbicunque existentia, legitima stipulatione interueniente: Volentes, & expresse consentientes pro prædictis obseruandis, posse cogi, compelli, constringi, & conueniri, etiam excommunicari, ac capi, incarcerari, & detineri, omni tempore & in omni loco, & in qualibet curia ecclesiastica vel seculari, & coram quocunque iudice, vel Auditore, Rectore, Vicario, ordinario, delegato vel subdelegato, diebus feriatis & non feriatis. Renunciantes insuper in præmissis, solemni stipulatione accedente, omnibus & singulis exceptionibus, & defensionibus, iuris & facti, & maxime doli, mali, vis, metus, fraudis, in factum actioni, conditioni indebitæ, ob causam, sine causa, ob iniustam causam, vel turpem. Necnon contractus non sic celebrati, rei non sic gestæ, aliter fuisse dictum & factum, quam scriptum, & econtra. Necnon priuilegijs, seu ferijs messium, & vindemiarũ, omni tẽpore feriato, quadrimestri beneficio, cessioni bonorum, petitioni, & libelli oblationi, ac simplicis petitionis bñficio nouæ cõstitutionis de plurib. reis debẽdi, Epistolæ diui Hadriani, Codoardi de solutioñ. ꝓuocationis & appellationis remedio copiæ p̃ntis instrumẽti, siue eius notæ nõ habitæ ꝑ modũ actorũ, & recursus ad arbitriũ boni viri, ac vtriusque iuris auxilij, & quibuscunque alijs constitutionib. & statutis Papalib. Imperialib. Regijs, localib. municipalib. & tẽporalib.

lib. a iure, vel ab homine æditis & ædendis, in genere, vel in specie, concessis & concedendis, ac alijs omnib. & singulis, quibus contra præmissa, vel eorum aliquod, dicere, facere, vel venire possent, aut aliquis eorum posset, vel se, in aliquo defendere aut tueri, de iure, vel de facto, & præsertim iuri dicenti, generalem renunciationem non valere, nisi præcesserit specialis, ac iuri dicenti, coram non suo iudice, forum posse declinari, & iuri dicenti, vbi iudicium cæptum est, ibi finem accipere debet. Et ibidem incontinenti, ad maiorem firmitatem, cautelam, & securitatem omnium & singulorum præmissorum, præfati dominus. A. & domina. N. hincinde contrahentes, omnibus melioribus modo, via, iure, causa, & forma, quibus melius & efficacius, potuerunt & debuerunt, ac quisq; eorum potuit & debuit, fecerunt, constituerunt, crearunt, deputarunt, & solemniter ordinarunt, ac quilibet eorum fecit, constituit, creauit, deputauit, & solemniter ordinauit, suos, veros, certos, legitimos, & indubitatos procuratores, actores, factores & negotiorum suorum infrascriptorum gestores, ac nuncios speciales & generales, ita tamen, quod generalitas specialitati non deroget, nec econtra, videlicet prouidum virum, magistrum. N Canonicum ecclesiæ. N. in Romana Curia causarum procuratorem, &. N. de. B. clericum. H. dioc. præsentes & acceptātes, & quēlibet eorum insolidum, ad ipsorum & vtriusq; eorum nomine, præsentem contractum, ac donationem, vt præfertur, factam, cum omnibus solemnitatibus & conditionibus requisitis & necessarijs, in quibuscunq; locis, & curijs, ac coram quibuscunq; iudicibus & officialibus, etiam Curiæ causarum Cameræ apostolicæ generali Auditore, & Curiæ Capitolij officialibus, aut alio iudice competeñ. quocunq; publicandum, intimandum, insinuandum, & notificandum. Et quatenus opus fuerit, eandem donationem (si sufficiens non sit) de nouo & iterato, in omnibus & per omnia, prout facta est (citra tamen prænarrati contractus, ac factæ donatioñ. prædictæ reuocationem) faciendum reiterandum & renouandum, ac Sanctissimi domini nostri Papæ, & sedis apostolicæ confirmationem desuper petendum, impetrandum, supplicandum, & obtinendum, aliasq; & alia quæ pro saluatione, sustentatione, & corroboratione dictæ donationis necessaria sunt, & quomodol. bet opportuna, faciendum, & exercendum. Necnon etiam prouidos viros, magistros. A B. & C. in Rom. Cu causarum procuratores, ac. N. & N. dictæ Curiæ causarum Cameræ apostolicæ notarios, ac omnes & singulos procuratores, & notarios, tam Romanæ, quam aliarum curiarum ecclesiasticarum & secularium vbilibet constitutarum, quorum nomina & cognomina voluerunt hic haberi pro sufficienter expressis, absentes tanquam præsentes & eorum quēlibet insolidum ita tamen, quod non sit melior conditio primitus occupantis, nec deterior subsequeñ. sed quod vnus inceperit, id alter eorum prosequi valeat & finire, videlicet ad ipsorum amborum constituentium nomine, & pro eis, & eorum quolibet respectiue, prout eorum quemlibet concernit, omni tempore, die & hora feriatis & non feriatis, tam ante terminum, quam in ipso termino, & post terminum paritionis & adimpletionis omnium prædictorum, aut alias) vbi quando & quotiens expedire visum fuerit) coram dictis dominis iudicibus, quarum cunq; curiarum, aut altero eorundem, comparendum, & se repræsentandum, ac prænarratum contractum, & omnia & singula in eo contenta & expressa, semel vel pluries, confitendum & recognoscendum. Et propterea dictos constituen. & eorum quemlibet, ac eorum bona prædicta, censuris, compulsioñ. & iurisdictioñ. dictarum curiarum, & cuiuslibet, ipsarum submittendum. Necnon omne præceptum, omnem monitionem, condemnationem, sententiam, & mandatum, quod & quam dicti iudices, aut alter eorum, contra ipsos constituentes, aut eorum alterum, occasione præmissorum, facere vel ferre voluerint petendum, recipiendum, & approbandum, ac eis, sponte acquiescendum. Et vt dicti iudices, vel eorum alter, in ipsos constituentes, aut eorum alterum, præmissorum occasione, excommunicationis sententiam ferant & promulgent, aliosq; processus, reales & persona-

les,faciant & decernant,quos voluerint, ad vlterius eorundem constituen. instan & requisitionem. ¶ET generaliter omnia alia & singula, faciendum & exercendum,in præmissis necessaria & opportuna. Et quæ ipsimet constitu en. facerent,aut facere possent,si præmissis,præsentes & personaliter interessent, etiã si talia forent,quæ mandatum exigerent magis speciale, quam præsentibus est expressum. Promitten. etiam idem domini constituentes alterutrim, ac mihi notario infrascripto,tanquam publicæ & autenticæ personæ, stipulati & recipienti,vice & nomine omnium & singulorum quorum &c. interesse poterit,se ratum, gratum,atq; firmum perpetuo habituros,totum & quicquid, per dictos procuratores suos,aut eorũ aliquem,actum,dictum,factum, & procuratum fuerit in præmissis,aut præmissorum aliquo. ¶Releuantes præterea, & releuare volentes dictos suos procuratores, ab omni onere satisdandi,iudicioq; sisti, & iudicatum solui,cum omnibus,& singulis clausulis necessarijs & opportunis, sub hypotheca & obligatione omnium & singulorum bonorum suorum, & cuiuslibet eorum, ac sub omni iuris & facti renunciatione ad hæc necessaria pariter & cautela.

¶Pro quorum omnium & singulorum firmiori & maiori corroboratione & cautela, dicti hincinde contrahentes, in manibus mei notarij infrascripti (tactis per eos, & eorum quemlibet,ob hoc,corporaliter scripturis sacrosanctis, ad sancta Dei Euangelia) iurarunt & dixerunt,ac quilibet eorum iurauit, & dixit, dictos procuratores,aut alterum eorum,casu aliquo non reuocare, aut reuocari facere,sed eos,& eorum quemlibet,manutenere & conseruare,in dicto procurationis officio & exercitio, donec & quousq;, omnia & singula prædicta per dictos procuratores, aut eorum alterum plenarie obseruata & adimpleta fuerint, & contra ea, aut aliquod eorum, neq; aliqua, in præsenti iuramento, siue contractu, contenta, non facere,dicere,vel venire, per se, vel alium, seu alios, de iure,vel de facto,in iudicio,vel extra,directe vel indirecte,tacite vel expresse, quouis quæsito colore vel ingenio, nec aliquam absolutionem a iuramento huiusmodi, vel aliquod rescriptum impetrare, seu impetrari facere, per se, vel alium, seu alios. Impetratis quoq;,vel impetrandis,non vti,etiam si alteri eorum,motu proprio concedatur,quæ contra præmissa,vel eorum aliquod, dicere vel venire possent,aut se opponere valeant quomodolibet,vel tueri,sub periurij, ac Ducentorum Ducatorum auri,de camera,pro vna,parti læsæ,& alia, Cameræ Apostolicæ,irremissibiliter applicandorum,pœnis,quas ipso facto,incurrere, se voluerunt,& quilibet eorum voluit & consensit,necnon alijs pœnis, & obligationibus superius latius expressis. Vltra vero præmissa omnia & singula, dicti hincinde contrahentes,mihi notario publico infrascripto, liberam & omnimodam facultatem dederunt & concesserunt,ac quilibet eorum dedit & concessit,faciendi,dictandi,extendendi, & declarandi præsens publicum instrumentum donationis, ad sensum & intellectum sapientis, substantia huiusmodi contractus, in aliquo non mutata, neque læsa. Tandem cum præfata domina. N. donatrix, scribendi artis pœnitus sit ignara, velitq; contractum huiusmodi, & donationem firmius corroborare, supradictum dominum. N. de. N. procuratorem & testem supra & infra scriptum, ibidem vt præfertur, præsentem & consentientem, vt se eiusdem dominæ. N. nomine & pro ea,in hac mea originali scriptura, & abbreuiatura,seu præsenti instrumento subscriberet, sponte adhibuit & præsentauit, consentiens & confirmans expresse, & ex vera scientia, huiusmodi suam subscriptionem. ¶DE & super quibus omnibus & singulis præmissis, ijdem hincinde contrahentes,sibi a me notario publico infrascripto, vnum, vel plura, publicum, seu publica, fieri atq; confici petierunt, & quilibet eorum petijt, instrumentum & instrumenta. Acta fuerunt hæc Romæ, in domo venerabilis viri,domini. N. medici,in dicto Burgo Sancti Petri habitantis,sub anno,Indictione,die,mense,& Pontificatu,quibus supra. Præsentibus ibidem præfatis dominis.N.&.N.necnõ honorabilibus viris,dominis.N.de.A. Archipresbytero san

cti.N.de.N.Basileñ.dlo c.B.de.N.Colonieñ.&.N.de.G.Traiecteñ.clericis,testi bus ad præmissa vocatis atq; rogatis.

Donatio hincinde inter viuos.

IN NOMINE Domini amen. Anno a natiuitate &c. die. N. mensis. N. Constitutus prouidus vir, magister Henricus Ioannis de. N. laicus Colonieñ. dioc. Vitrifex, ac honesta domina Margarita. N. eiusdem Henrici vxor, mulier.N. dioc. in Romana cur. resideñ. sani mente & corpore, ac nullo præsentis aut instantis periculi metu conterriti, sed sola cogitatione mortalitatis scientes se homines, ac mortales esse, non vi, dolo, metu, fraude, aut aliqua alia sinistra machinatione circumuenti aut sedu cti, sed sponte, & ex eorum certa scientia, omnibus melioribus modo, via iure cau sa, & forma, quibus melius & efficacius potuerunt, & quilibet eorum potuit, hanc causa mortis donationem fecerunt, videlicet, quia sibi ipsis ad inuicem, & vnus alteri & altera alteri, præsenti & pro se, eorumque hæredum & suc cessorum donarunt, ac quilibet ipsorum donauit titulo donationis causa mor tis, omnia ipsorum donationum bona, mobilia & immobilia, præsentia & fu tura, ac iura, & actiones, vtiles & directas, eis vel eorum alteri quomodoli bet competeñ. & in futurum competituras, cuiuscunque valoris existentia, ita tamen, quod huiusmodi bona hincinde donata, non fiant statim donata rii, sed tunc demum, cum mors donantis fuerit subsecuta. Volentes, & ad inuicem, paciscentes, quod res & bona, sic, vt præmittitur, per eos ad inui cem donata, illico post mortem alterius donantis, quem præmori contigerit, spectent & pertineant pleno iure ad donatarium superstitem. Renunciaruntq; vterque &c.

Instrumentum deputationis Attiliani tutoris & curatoris, respectiue ad hæreditatem adeun dum, & acceptañ. ac immisceñ.

IN NOMINE Domini amen. Huius præsentis publici instru menti series recitata, cunctis notitiam præbeat euidentem, quod Anno a natiuitate eiusdem Domini. 1528. Indictione.N. die vero Mercurii 19. Mensis Augusti Pontificatus Sanctiss. &c. Clemen tis &c. Papæ Septimi, Anno vndecimo. Coram Reuereñ. domino Ioanne Dilecto de Durantibus de Gualdo, iuris vtriusque Doctore eximio, ac Reue reñ. in Christo patris, & domini domini Hieronymi de Ghinuciis, Episcopi Vigoruieñ. Sanctissimi Domini nostri Papæ, eiusque Camerarii, necnon Cu riæ causarum Cameræ Apostolicæ generalis Auditoris, Romanæque Curiæ iu dicis ordinarii, Locumteneñ. Idem super quadam sede lignea (quam pro suo tribunali, quo ad infrascripta deputauit, & elegit) sedente. In mei nota rii &c. præsentia personaliter constituta, Illustris Domina Cicilia Vrsina, vxor Bo. me. Illustris etiam domini Alberti Pii de Sabaudia, dum vixit, Comitis Carpi, mater, & vna cum. Reu. F. D. Theodoro Episcopo Monopolitañ. & no bili domino Angelo Sagacino. Contutoribus & seu Concuratoribus testamenta riis, Contutrix, & seu pro tempore Concuratrix testamentaria Illustrium, & no bilium puellarum dominarum Catherinæ, ætatis (vt asseruit) quatuordecim, & Margaritæ, ætatis (vt similiter asseruit) annorum octo, vel circa, filiarum hæredum præfati quondam domini Alberti Pii Comitis. Quæ dixit & expo suit, qualiter præfatus quondam Illustris dominus Albertus Pius Comes, dudũ certam iam annis lapsis (vt notorium esse asseruit) suo prius condito testamen to, seu vltima voluntate, per dominum Ioannem Moucauo, presbyterum Ed ueñ.

neñ.dioc.notarium publicum,sub die vigesima prima Mensis Iulij.1530. vt ap parebat,rogato,& subscripto, & in medium exhibito, & per me notarium viso & lecto (sicut altissimo placuit)diem vitæ suæ clausit extremum. In quo quidem testamento hæredes suos instituit præfatas Illustres dominas Catherinam, & Margaritam,filias suas legitimas,& naturales, pro portionibus, & ratis, ac modis,in eodem testamento specificatis & declaratis. Ad quod quidem testamentum (quatenus opus fuerit) relatio habeatur. Quodq; præfatus Illustris quondam dominus Albertus Comes,Tutores & seu Curatores earundem suarũ filiarum & hæredum,constituit ipsam Illustrem dominam Ceciliam præsente, & dicto. R. P. D. Theodorum episcopum Monopolitañ. & dominum Angelum Sagacenum,nunc ab vrbe (vt ipsa Illustrissima domina Cecilia asseruit) absentes,cum potestate,auctoritate,& balia, de quibus in dicto testamento. Et quod ipsa Illustr.domina Cecilia, vna ex dictis tribus Tutoribus & seu pro tempore Curatoribus dubitat quod ipsa,& alij Contutores, & seu Curatores prædicti,hæreditate præfati olim Illustris domini Alberti Comitis non adita, administrare,& ipsæ Illustr.dominæ Catherina, & Margarita, ætatis prædictæ, solæ (sine alicuius tutoris,seu curatoris auctoritate) dictam hæreditatem adire non possint respectiue. Idcirco,tam ipsa Illustr. Domina Cecilia mater, quam præfatæ Illustr. Dominæ Catherina,& Margarita,ibidem etiam præsentes, & personaliter constitutæ,maiores quælibet earum,vt supra,Septennio, petierunt a dicto Reuereñ.domino Ioanne Dilecto Locumteneñ.vt supra,sedente, ipsis. D. Catherinæ,& Margaritæ,vt supra præsentibus aliquem in tutorem Attilianum, seu curatorem respectiue,ad dictam hæreditatem adeundum, & acceptañ. & in ea sese inmisceñ deputari,& de eo prouideri. Quiquidem Reuereñ. Dominus Ioannes Dilectus Locumtenens, vt supra, sedens, earundem dominarum Ceciliæ matris,ac Catherinæ,& Margaritæ filiarum petitioni, tanquam rationi consonæ, fauorabiliter annuens, Nobilem virum Dominum Augustinum de Montefetrato,laicum Papieñ.ibidem præsentem, & per easdem Illustres dominas Ceciliam,& Catherinam,ac Margaritam,tanquam pronidum virum, & eis fidelem nominatum,volentem,& acceptantem,eisdem. D. Catherinæ & Margaritæ præsentibus petentibus & instañ.in Attilianum tutorem & curatorem respectiue,ad dictam hæreditatem adeundum, & in ea sese immisceñ. omni modo,de iure meliori, quo potuit deputauit & de eo prouidit. Quiquidem dominus Augustinus tutor & curator respectiue sic deputatus, ad mandatum eiusdẽ Reuereñ.domini Ioanni Dilecti Locumteneñ medio suo iuramento (tactis per eum in manibus meis notarij inf.ascripti scripturis, ad sancta Dei Euangelia) iurauit,& promisit,vtilia dictarum Dominarum Catherinæ,& Margaritæ,facere,& inutilia prætermittere. Quæquidem Illustres Dominæ Catherina, & Margarita ætatis prædictæ,cum præsentia,auctoritate, & consensu præfati domini Augustini tutoris Attiliani,& curatoris respectiue, vt supra, deputati præsentis,& expresse consentientis,& auctorizantis,suumq; consensum & auctoritatem præstantis constituti,vt supra. Postquam (vt asseruerunt) notorium est quod mortuus fuit & est,præfatus quondam Illustris. D. Albertus Comes earum pater, suo condito testamento. de quo supra, in quo hæredes suos instituit. præfatas dominas Catherinam,& Margaritam,pro portionibus ratis, & modis, in dicto testamento declaratis,ipsis adhuc viuentibus.& (vt asseruerunt) nullis alijs,in gradu succedendi, propinquioribus relictis, nulloq; alio postea condito testamento de quo habeatur notitia, dominis Ioann. Houeau clerico Cenomaneñ. dioces. & Antonio Dignarello Carpeñ. fidedignis & notis personis, ibidem præsentibus,& medijs suis iuramentis (tactis per eos,& eorum quemlibet, corporaliter,in manibus meis notarij infrascripti,scripturis sacrosanctis) sic attestantibus, & rationem dicti sui dantibus,omnibus meliotibus modo, via, iure, causa,& forma,quibus melius de iure potuerunt & possunt, in hæreditate præ

fati

fati quondam Illust. domini Alberti Comitis earum patris beneficio dicti Testamenti,sese immiscuerunt,& dictam hæreditatem,cum auctoritate dicti tutoris Attiliani & curatoris respectiue,quatenus opus fit,adiuuerunt, & apprehenderunt,cum beneficio tamen & cautela inuentarij,& dixerūt,ac protestatæ fuerunt,quod ipsæ dominæ Cathetina,& Margarita,filiæ sunt, & volūt esse hæredes dicti quondam Illustr.domini Alberti,& testamento,p portionibus ratis, & modis,in dicto testamento,specificatis & declaratis,& pro hæredib.ipsius,prout in dicto testamento voluit haberi,tractari,& reputari,vt supra,beneficio dicti testamenti,cum cautela dicti inuentarij.Post quam hæreditatis additionem & apprehensionem,præfata Illustr.domina Cæcilia vna ex contutorib. & seu pro tēpore concuratorib.prædictis,vt administrationem,tam dictarum dominarū Catherinæ,& Margaritæ filiarum,& hæredum prædict. quam bonorum earundē, legitime assumere valeat,requisiuit cor ā me notario & tēstib,infrascriptis,a præfato Reuereñ.dño Io. Dilecto Locumteneñ.vt supra sedeñ. se dictam dominā Ceciliam præsentem,ad dictam tutelam,& pro tempore curam,illiusq; administrationem,admitti,& in eadem tutela,& protēpore cum dictarum filiarū,& hæredum,& bonorum earundem,quatenus opus sit,cōfirmari,cū potestate,auctoritate,& bailia,de quib.in dicto testamento,ipsæq; dñæ Catherina,& Margarita, ætatis prædictæ,de curatore,ad infradiceñ.constitutionē faciendam ipsis,quatenus opus fuerit,sibi prouideri,& cum deputari per dictū dñm Locūteneñ.postulauerunt,nominantes præfatam Illustrē dñam Ceciliam earū matrē. Quo quidem testamento,& eius tenore,per præfatum dñm Ioan.Dilectum Locūteneñ.viso,non vitiato,& non cancellatio,& auditis petitionib. & requisitionib. pdictis,sibi,vt supra,p pfatas illustr.dñam Ceciliā,& Catherinā,ac Margaritā respectiue,factis,& cōsyderatis alijs,circa pmissa cōsideradis,Omnib.melioribmo,via,iure,cā,& forma,quib melius potuit & debuit,ac pōt,& debet de iure, eandē Illustrē dñam Ceciliā pntem,petentē,& requirentē,vt supra,ad dictā tutelā,& p tēpore curā dictarū filiarū & hæredū,ac bonorum eatundē,quatenus opus sit,cōfirmauit,cū ptāte,auctoritate & bailia,de quib.in dicto testamēto,ad omnia quæ ratione dictæ tutelæ,& p tēpore cura facieñ,& administrāda sunt, & pro tempore erunt,in iudicio & extra,ipsamq; dominam Ceciliam præsentē, volentem,& acceptantem,quatenus opus fuerit,dictarum dominarum Catherinæ,& Margaritæ,præsentium & requirētium,curatricem,specialiter & expresse,ad infradiceñ constitutioñ.in personam Illustris domini Vlyssis Comitis de Bētiuolis facieñ.deputauit,& de,illis,quatenus opus fuerit,prouidit.Quæ quidem Illustris Domina Cecilia,promisit præfato Reuerendo. D. Ioan. Dilecto Locumteneñ.& mihi notario infrascripto,vt personis publicis, officio publ.stipulantibus & recipieñ. vice,& nomine,omnium & singulorum,quorum interest, intererit,& interesse poterit quomodolibet in futurum, ac iurauit (tactis per eā scripturis sacrosanctis ad sancta Dei Euangelia) in manibus mei notarij infrascripti,vtilia dictæ tutelæ,& pro tempore curæ gerere,& facere,& inutilia prætermittere,& pro posse euitare,& ipsas dominas Catherinam,& Margaritam filias & hæredes minores, & earum bona,tuto posse defendere, & eas indefensas non relinquere,ac omnem defensionem subire, inuentarium conficere de reb & bonis dictæ hæreditatis,& de administratis,& bonis, quæ ad manus suas peruenerint,quando,& quotiens,& quib.opus fuerit,computum reddere,& rem pupillarum saluam fore,& omnia & singula alia facere, ad quæ circa hoc de iure tenetur,Renūcians beneficio Senatuscōsulti Velleiani,ac secūdis nuptijs, & alijs quibuscunq; bñficijs,in fauorem mulierum introductis & introducēdis,sub expressa obligatione,& hypotheca speciali,omniū & singulorum suorum bonorū mobilium,& immobilium,pñtium & futurorum quorumcunq;, remissa eidem Illustri dominæ Ceciliæ præsenti, necessitate satisdandi , propter fidem a dicto quondā Illustri domino Alberto Comiti testatore, in dicto testamēto adhibitā.

Et insuper, volens præfata Illustris domina Cecilia, mater & contutrix, ac pro tempore concuratrix dictarum filiarum & hæredum, euitare pœnas statutas, cõtra tutores, & pro tempore curatores, inuentarium de bonis hæreditatum, quarum onus assumunt, non facieñ. constituta ipsa domina Cecilia coram præfato Reuereñ. D. Ioann. Dilecto Locumteneñ. vt supra, sedeñ. & me notario infrascripto scribente, & Egregio viro domino Saluatore Petrucio Veliterno, iuris vtriusq; doctore, notario publico, ibidem præsente, se subscribente, iussu, & mandato præfatæ Illustris dominæ Ceciliæ contutricis, & seu pro tempore concuratricis, minus, vt asseruit sufficientis, ad debitam subscriptionem faciendam, præmisso prius eius manibus venerabili signo Sanctæ Crucis, animo & intentione totius malignitatis excludendæ, fecit & facere inchoauit inuentarium seu repertorium omnium & singulorum bonorum dictæ tutelæ, & pro tempore curæ, siue hæreditatis, ponens pro tunc in eodem inuentario vnam domum suam in vrbe, in Regione Pontis, iuxta flumen Tyberis. ¶ Item vnam aliam domum, sitam in eadem Regione in opposito, iuxta sua latera & cõfines. ¶ Item vnam vineam sitam extra vrbem in loco qui dicitur la Croce de Montemario iuxta suos confines. ¶ Item vnam possessionem, suam in territorio Mantuano communiter vocatam la Bardelona. ¶ Item creditum diuersorum locorum Comperarum. S. Georgij. Quod quidem inuẽtarium, vt præmittitur, ceptũ, præfata Illustris Domina Cecilia Contutrix, & seu Concuratrix, eidem Reuereñ. D. Ioan. Dilecto Locumteneñ. & mihi notario, vt supra, stipulañ, promisit continuare, & vbi & quando alia reperirentur bona in dicta hæreditate, in ipso inuentario annotare, & describi facere. ¶ Postremo, præfatæ Dñæ Catherina, & Margarita filiæ & hæredes prædictæ cum præsentia, & auctoritate, ac voluntate præfatæ illustris Dñæ Ceciliæ earum mris, & vnius ex Cõtutorib. seu pro tẽpore concuratorib. testamentariis, & earum curatricis, vt supra, ad infrascripta, quatenus opus fuerit, specialiter deputatæ, pñtis, & authorizantis, ac ipsa Illustris dña Cecilia mater, & vna ex dictis trib. tutorib. seu Curatorib. & Curatrix, vt supra, deputata, & earum quælibet, omnib. melioribus modo, via, iure, causa, & forma, quib. melius, efficaciusq;, potuerunt & debuerũt, ac possunt & debẽt, sponte, & ex earum certis scientijs, fecerunt, constituerũt, creauerunt deputarũt, & solemniter ordinarunt, eorum dictis nominib. verum, certum, legitimum, & indubitatum nuncium, actorem, procuratorem, factorem, & negotiorum infrascriptorũ gestorẽ, & loco ipsarum dictis nominib. posuerunt Illustrem. D. Vlyssem Comitem de Bentiuolis, Patritium Bononieñ. absentem tanquam pñtem, solum & in solidum, specialiter & expresse, ad ipsarum dominarũ, dictis nominib. constitueñ nomine & pro eis, comparendum in Ciuitatem Genueñ. coram quibusuis dominis & personis, quibuscunq; nominib. censeantur, & quacũq; præfulgeant dignitate, & ad describi faciendum, desuper dictum quondam Illustrem. D. Albertũ Comitem, quæuis loca Comperarum S Georgii, ex quauis societate, & illa cum suis iurib. & prouentib. præsentib. & futuris, scribi mandãdum & faciendum, in vna, vel plurib societatib in ratione dictarum Illustrium Dominarum Catherinæ, & Margaritæ hæredum, pro ipsis, & qualibet earum, pro portione declarata in dicto testamẽto, prouentusq; omnes iam maturos, & qui etiam sunt in præcinctu maturañ. quorumuis locorum, ad ipsas Illustr. dñas Catherinam, & Margaritam filias & hæredes prædictas, quouis modo spectañ. vendendum & obligañ. in totumq; seu in parte, illi & illis, pro prætio seu prætijs, quib. eidem Illustr. domino procuratori & actori videbitur. Excusationesq; quasuis quorumuis annorum præteritorum, præseñ & venturorum locorum quorumcunq;, ipsarum Illustrium Dñarum Catherinæ, & Margaritæ, suis & dictis hæreditariis nominib. faciendum, & fieri procurandum, modis, quib. expediens iudicauerit dictus Illust. dñs procurator & actor. Et ipsos prouentus, pro temporib. præterito, præsenti, & futuro, petendum, exigeñ. accipieñ. & recuperandum, & de habitis, receptis,

tis,& recuperatis,soluentes quietandum & absoluendum,cum pacto de rem habitam & receptam vlterius non petendo. Et pro præmissis omnibus & singulis si opus fuerit,instrumentum,& instrumenta,cum clausulis & cautelis,quibus eidem domino procuratori & actori videbitur,confici mandandum, & mãdatum opportunum,pro faciendis prædictis,a quouis requireñ. & obtineñ. vnumque vel plures,procuratorem & actorem,seu procuratores & actores,loco ipsius, cũ simili limitata potestate substitueñ. eumque vel eos reuocañ. & onus procurationis & actoriæ huiusmodi, in se reassumeñ. totiens quotiens opus fuerit, & ei videbitur expedire,præsenti procuratorio nihilominus in suo robore duraturo. Et generaliter omnia alia & singula facieñ. gereñ. exerceñ. & procurañ. quæ in præmissis & circa ea necessaria fuerint, seu quomodolibet, opportuna, & quæ ipsæmet dominæ nominibus quibus supra, constitueñ.cum auctoritate & præsentia,quibus supra,respectiue,facerent & facere possent,si præmissis omnibus,& singulis præsentes & personaliter interessent,etiam si talia forent, quæ mandatum exigerent magis speciale,quam præsentibus est expressum. Promittentes insuper dicta Illustris dña Cecilia,nominibus quib.supra,& ipsæ dñæ Catherinæ,& Margaritæ de auctoritate,voluntate & consensu,quib.supra,mihi notario publico infrascripto, tanquam publicæ & authenticæ personæ solemniter stipulanti, & recipieñ. vice & nomine omnium & singulorum, quorum interest, interterit, aut interesse poterit quomodolibet in futurum, se ratum, gratum,atq; firmum perpetuo habiturum,totum id,& quicquid, per dictum eorũ, dictis nominibus procuratorem & actorem constitutum,& substitueñ. ab eo, actum,dictum,gestum,vel procuratum fuerit in præmissis, vel aliquo præmissorum. Releuañ. nihilominus ex nunc,& releuare voleñ. eundem. D. Comitem earum procuratorem & curatorem constitutum,& substitueñ.ab eo,& quemlibet eorum,ab omni onere satisdãdi,ac iuditio sisti,& iudicatum solui,cũ omnib. & singulis clausulis necessariis & opportunis,sub hypotheca,& obligatione,omniũ & singulorũ ipsarum filiarum & hæredũ,bonorũ, mobilium & immobiliũ, præsentiũ & futurorũ,& qualibet alia iuris & facti renunciatioñ. ad hæc necessaria pariter & cautela. Et finaliter præfata Illustris. D. Cecilia asserens etiã medio suo iuramẽto (tactis per eã corporaliter scripturis sacrosãctis ad sancta Dei Euangelia,in manib.mei notarij infrascripti) præstito,se ad præsens,non habere in vrbe aliquos cõsanguineos,seu affines,quorũ,ad infrascripta, præsentia cõmode haberi possit,idcirco petiit sibi,loco consanguineorum & affinium,de curatorib. qui infrascriptis assistant,& loco consanguineorũ & seu affiniũ interueniãt,per dictũ Reuereñ. dñm Ioan. Dilectũ Locumteneñ.prouideri, nominans nobilem dñm Bernardum Torellum Placentinum, & dñm Matthæum de Galleottis.de Monte rotundo,ibidem præsentes,& volentes. Ex tunc,dictus. R D. Io.Dilectus Locumteneñ.(attendens postulationem hmõi esse iustã,& rõni cõsonã)eidem Illustri dñæ Ceciliæ pñti,& peteñ, ac instãti, loco cõsanguineorũ & affinium prædictorũ,ad infrascripta interesseñ & interuenieñ. (recepto prius ab eisdem dñis Bernardo & Matthæo,& quolibet ipsorũ, corporali iuramẽto, tactis per eos,& eorum quemlibet,scripturis sacrosanctis,in manib.meis notarii infrascripti,quod infrascripta cedunt in vtilitatem ipsius Illustris Dominæ Ceciliæ,& quod de eius dotib.est ei sufficienter cautum,de curatorib. videlicet de eisdem dominis Bernardo & Matthæo præsentib.volentib.& acceptantib. (prouisum,& eosdem in curatores deputañ.dixit,prouiditq; & deputauit. Post quam quidem deputationem, præfata Illustr. domina Cecilia,certiorata, per dictum dominum Io. Dilectum Locumteneñ. de beneficio Senatusconsulti Velleiani, legis Iuliæ,de fundo dotali,non alienando,& autẽticæ,si qua mulier,siue a me. Quibus omnibus & singulis aliis legibus,& auxiliis,ac statutis & reformationibus,vrbis, in fauorem mulierum quomodolibet introductis & introducendis. De consilio,volũtate,auctoritate,& consensu dictorum dominorum Bernardini

& Matthæi eius curatorum, vt supra, deputatorum, ibidem præsentium, & eidē quo ad omnia & singula infrascripta peragēda, auctoritatem, & consensum dantium, & concedentium (medio suo iuramento, vt supra, per eam præstito, & ibidem reiterato) renunciauit sponte, & ex eius certa scientia, omnibus melioribus modo, via, iure, causa, & forma, quibus melius & efficacius potuit & debuit, de auctoritate & voluntate, consilio, & consensu, quorum supra, tanquam principalis, præmissis omnibus & singulis, consensit, & consensum suum præstitit, p omni & quocūq; iure & actione, sibi Illustri dominæ Ceciliæ, quouis modo, & ex quauis causa, competeñ. in locis pagis, & prouentib. prædict. Et iurauit contra præmissa, & infrascripta, seu aliquod ipsorum, nullo vnquā tempore, per se, vel aliū, seu alios, directe vel indirecte, in iudicio vel extra, venire, de iure, vel de facto, sub expressa obligatione & hypotheca speciali omnium & singulorum bonorum suorum, mobilium & immobilium, præsentium & futurorum, & qualibet alia iuris & facti renunciatione ad hæc necessaria, pariter & cautela. Quibus omnibus & singulis præmissis, tanquam rite & legitime factis, Idem Reuereñ. D. Ioannes Dilectus Locumtenentes, vt supra, pro tribunali sedens, Ad ipsius Illustris dominæ Ceciliæ, & filiarum prædictarum (de quarum auctoritate & consensu, & voluntate, supra respectiue) instantiam, & petitionem (pro validitate, & corroboratione omnium & singulorum præmissorum) auctoritatem, & decretum suum, & dictæ Curiæ, cum iuris & facti defectus, si quis interuenerit, suppletione, interponendum duxit & interposuit. ¶ De & super quibus omnibus & singulis præmissis, dicta Illustris Domina Cecilia, nominibus quibus supra respectiue, sibi fieri atq; confici petijt, per me notarium infrascriptum, vnum vel plura, publicum seu publica, instrumentum, & instrumenta. ¶ Acta fuerunt præmissa Romæ, in Regione Campi Martij, in palatio solitæ habitationis præfatæ Illustris Dominæ Ceciliæ. Præsentibus ibidem Dominis Nicolao Guterino, clerico Cameraceñ. dioc. & Ioanne Consinerij, clerico Caturceñ. dioc. testibus &c.

EGO Saluator Petrucius de Petrucijs, laicus Veliternus, Romañ. ciuis, in Romana Curia causarum Procurator, & publicus, apostolica auctoritate, notarius, præmissis omnibus & singulis præsens fui, & interfui pro notario, ad subscribeñ. inchoationem Inuentarij requisitus.

ET QVIA Bo. me. Antonius de Grangia, dum viueret, clericus Gebeneñ. dioc publicus, auctoritate apostolica, necnon curiæ causarum cameræ Apostolicæ notarius, præmissis omnibus & singulis, vna cum dicto domino Saluatore Petrucio notario ad subscribeñ. rogato, prænominatisq; testib. interfuit, eaq; in notam sumpsit, Ideo ego Bonifatius etiā de Grangia clericus dictæ Gebeneñ. dioc. publicus, auctoritate apostolica, necnon dictæ Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ notarius: Et in officio notariatus huiusmodi, in locum dicti quondam Antonij surrogatus, præsens instrumentum, ex notis dicti Antonij extractum, cōfeci, signoq; & nomine meis, signaui, & subscripsi, in fidem & testimonium præmissorum requisitus.

Electio & creatio in canonicum.

IN MEI &c. Reuerendi Domini. N. N. &. N. Canonici ecclesiæ N. & vt moris est in Sacristia dictæ Ecclesiæ, vbi Capitulum & congregatio ac negotia & tractatus dictæ Ecclesiæ ac capituli prædicti fieri solent & ad sonum campanellæ congregati duas partes ex tribus dicti capituli existentes maiorem & saniorem partem eiusdem repræsentantes cupientesque homines bonæ vitæ & cōditionis in eodem capitulo habere certioratiq; de vita bonis morib. honestate & scientia domini. N. omnes vnanimes & concordes & ipsorum nemine discrepante gratia Spiritus sancti ad infrascripta per ageñ. vt dixerunt inclinati ipsum. D. N. licet absentem me notario infrascripto

pro

pro eo &c.eorum auctoritate ordinaria omnibusq; aliis melioribus modo, via, iure, causa, & forma & effectu quib.melius de iure potuerunt & possunt ex nunc elegerunt fecerunt creauerunt ordinauerunt deputauerunt & receperunt renouareque præsentis instrumenti eligunt faciunt creant ordinant deputant & recipiunt in canonicum & fratrem dictæ ecclesiæ. N. primumq; canonicatum ac iura canonicalia ipsius canonicatus per mortem alterius canonicorum dictæ ecclesiæ vel alitercunq; vacatura sibi assignantes, assignareque & dare promittentes dictum canonicatum vacaturum cum vniuersis iuribus canonicalibus eiusdem ipsi. D. N. absenti me notario &c.cum plenitudine iuris canonici conferentes & sibi prouidentes & illum de eis inuestientes, prout conferunt prouident & inuestiunt cum protestatiоñ. tamen in præmissis omnibus repetita & expressa quod per huiusmodi electionem creationem & collationem ac alia supradicta non intendunt domino Ioan.N.canonico iam per eos electo & creato præiudicium aliquod facere minusq; numerum canonicorum præbendatorum & emolumenta percipere solitorum in dicta ecclesia augere. ¶ Quæ omnia & singula in præsenti instrumento contenta præfati domini Canonici & Capitulum vt præfertur capitulariter congregati promiserunt dicto. D.N. absenti &c.me notario &c.rata grata &c.non contra facere &c.Sub hypotheca &c. Super quibus actum &c Præsentibus &c.

Instrumentum Emphiteosis.

IN MEA &c.Dominus Cæsar Stella, Dominus & Patronus vt asseruit vnius domus in Ciuitate Mediolani in via N. situatæ cui coherent &c.sponte &c.saluo semper & reseruato sibi eiusq; hæredibus & successoribus omni iure directi Dominii & non alias aliter nec alio modo dedit locauit & concessit in perpetuam emphiteosim Domino Iulio Rosso præsenti pro se suisq; hæredibus & successoribus quibuscunq; stipulanti & recipienti dictam eius domum vt supra situatam & confinatam cũ omnibus, & singulis eiusdem domus accessibus, ingressibus, egressibus, superioribus, inferioribus, viis, vsibus, vsantiis, iuribus, pertinentiis terminis, confiniis, aquis, aqueductibus, vniuersis vsq; ad cœlum, & in vias publicas.

¶ Item saluo etiam dicto iure directi Dominii vt supra dictum est cessit dedit locauit, & concessit eidem domino Iulio præsenti &c.omnia iura actiones vtiles meras, mixtas &c, ad habendum, tenendum, vsufruandum, meliorãdum, & quicquid de re emphiteotica fieri potest faciendum & disponendum. Cum pactis cõuentionibus & conditionibus infrascriptis.

¶ In primis dicti domini Cæsar, & Iulius pacto solemni stipulatione præcedente Vallato conuenerunt, quod dictus dñs Iulius, eiusq; hæredes, & successores in dicto iure emphiteotico, & eorum quilibet non possint, nec valeãt, vllo vnquam tempore locare sublocare, diuidere, pignorare in solutum dare, donare dictã domum, nec melioramenta in ea pro tempore fienda, nec de eis inter viuos quouis titulo etiam gratuito disponere, minimeq; possessionem illorum trãsferre nisi de consensu dicti domini Cæsaris eiusq; hæredum & successorum.

¶ Item conuenerũt simili stipulatione interueniente, quod si quo tẽpore dictus dñs Iulius eiusq; hæredes, & successores voluerint vendere ius suum emphiteoticum dictãue domum, ac melioramẽta vel eorum alterum, quod primo denuntiare, intimare, & notificare teneantur, & debeant ipsi domino Cæsari, eiusque hæredibus, & successoribus. Et ipso eiusque hæredibus, & successoribus emere volentibus dictum ius domum, & melioramenta vendere, & dare teneantur, & debeant eisdem domino Cæsari, illiusq; hæredibus, & successoribus, in dicto directo dominio pro vno Scuto, minus pro prætio, quã alteri personæ, quod si emere recusauerit, vel recusauerint, seu noluerint, tunc, & eo casu vendere possint, cui voluerint, præterquam ecclesiæ, homini seruo, potenti, miserabi-

si personæ consortio Societati Collegio vniuersitati. Cuiusq; personæ, qualitercunq; nominetur ex quo conditio dicti dñi Cæsaris eiusq; hæredum, & successorum præfatorum sit seu esse possit deterior quibus nullo modo vēdere, dare, obligare de eisq;, tam causa mortis, seu vltimæ voluntatis, quam inter viuos in eorū fauorem nunquam disponere possint habente tamen semper ipso domino Cæsare hæredibus & successoribus, vt supra a quolibet nouo acquisitore Scutū vnū pro sua honorantia, seu laudemio quo mediante teneantur, & debeāt ipsum nouum acquisitorem inuestire, & in eum istud, ius emphitheoticum confirmare, & si opus fuerit de nouo concedere.

¶ Item conuenerunt eisdem pacto & stipulatione interuenientib. quod dictum ius emphiteoticum, & melioramēta prædicta nō possint quouis modo in alterū transferri neq; alteri vendi acquiri deuolui quouis titulo, tam oneroso, quam gratuito, tam inter viuos quam causa mortis & vltimæ volūtatis, & quod quilibet actus contractus & distractus do eis factus aut in futurū faciendus sit nullus, & inualidus, nisi persona aliqua fuerit quæ ius emphiteoticum cum melioramentis, seu alterum eorum ad se transferri sibi vendi acquiri deuolui voluerit eisdē modo & forma quibus ipse D. Iulius nunc obligatur & conuenit se erga ipsum D. Cæsarem eiusq; hæredes & successores obliget & cum eisdem conueniat ipsosq; in directos dominos recognoscat realiter & cum effectu.

¶ Item simili stipulatione interueniente conuenerunt quod dictus. D. Iulius & ab eo suisq; hæredibus & successoribus quibuscunq; in seu causam habentes & in super dicto iure emphiteotico & aliis præmissis teneantur dictam domini, & illius veros limites iura & pertinentias eidem. D. Cæsari præsenti &c. quolibet biennio si ab ipso. D. Cæsare vel eius hæredibus & successoribus præfatis etiam amicabiliter requisiti fuerint dare, iudicare & demōstrare & ad eorum veram notitiā deducere statim post duos dies a die requisitionis huiusmodi immediate sequentes.

¶ Item eisdem pacto & stipulatione interuenientibus conuenerunt quod dictus D. Iulius & alij præfati teneantur & debeant in dicta domo facere vtilia melioramenta quæ vere ascendant & ab omni de eis perito estimentur valere veram summam Scutorum centum & hoc intra vnum annum proxime venturum ab hodie inchoandum absq; exceptionē, necnon dictam domum cum suis pertinentijs bene tectam sola ratam & fabricatam tenere & illa bene vti & frui.

¶ Item pariformiter conuenerunt quod dictus D. Iulius eiusq; hæredes & successores ab eoq; ius habituri teneantur de trigesimo in trigesimum annum petere & facere renouationem, recognitionem, & reconductionem dictæ domus cum melioramentis & dictis pertinentijs a dicto D. Cæsare eiusq; hæredibus & in posterum successoribus quibuscunque seu ab eo ius habentibus cum eisdem pactis, & conditionibus in præsenti instrumento contentis, necnon pro huiusmodi renouatione, recognitione, & reconductione dare, & soluere dicto. D. Cæsari, & alias præfatis libram vnam ceræ non recedendo tamen ab infrascripto annuo canone seu responsione quinimmo semper debeat dicta annua responsio firma permanere.

¶ Item conuenerunt dicta stipulatione interueniente, quod in omnem euentum, seu casum finitæ emphiteosis huiusmodi, quod dicta domus cum melioramentis, & toto iure emphiteotico ad dictum dominum Cæsarem, eiusq; hæredes, & successores deuoluantur, & applicentur ipso iure & facto, nec illa alicui personæ in similem emphiteosim, vel alium titulum tradere, dimittere, seu alienare teneantur.

¶ Item simili modo, & forma conuenerunt, quod dictus dominus Iulius, eiusq; hæredes, & successores, ac alij præfati teneantur infrascriptum canonem totum, & simul, & semel vnicoq; contextu, & non aliter soluere etiam, si dicta domus ius q; emphiteoticum præfatū in duas, seu plures partes diuisum fuerit, ita

quod

quod alio modo. D. Cæsar eiusq; hæredes, & alij præfati canonem huiusmodi recipere non teneantur, immo nisi hoc fiat pro non soluto habeatur.

¶ Item conuenerunt eadem stipulatione interueniente, quod responsio, seu canō infrascriptus, sit libere, ab omni onere decima, & impositione, cogitatis & nō cogitatis etiam in euentū belli, & pestis, ac in omnes alios casus, & euentus etiā fortuitos, & semper debeatur in dictis casibus & euentibus, etiam, si de iure veniret defalcandus, seu de eo remissio fienda foret in toto vel in parte, quauis causa vel occasione etiam supra non expressa, prout dictus dominus Iulius, illum soluere ꝑmisit, omnibus & singulis exceptionibus, sine quibus. D. Cæsar, eiusq; hæredes, & alij præfati tenerētur remissionem canonis huiusmodi facere renunciando, prout renuntiat expresse.

¶ Item simili pacto, & stipulatione interuenientibus conuenerunt, quod dicto domino Iulio, eiusue hæredibus, seu successoribus, vel ab eo, seu eis, ius habentibus, tam coniunctim, quam diuisim in præmissis, vt præfertur cōuentis, seu eorum aliquo deficientibus omittentibus, vel contrauenientibus præcipue domū vel melioramenta, seu ius emphiteoticum alienando, obligando, seu de eis aliter, quam supradictum est, contrahendo, vel disponendo, seu deficiendo, vel omittendo, integra solutionem infrascripti canonis, per triennium, quod dictus dominus Iulius, eiusq; hæredes, & successores, & ab eo, vel eis, ius, seu cām habentes cadant ab omni iure emphiteotico, & dicta domus cum melioramentis, iureq; præfato, ipso iure, & facto, sine aliqua sententia, seu iudicis decreto, & declaratione deuoluantur ad dictum dominum Cæsarem, eiusq; hæredes, & successores, & quibus ipse dominus Cæsar cesserit, ita quod vtile dominium cum directo naturaliq; possessio, cum ciuili consolidentur, & consolidata sint, habeanturq; pro consolidatis quodq; in quemcunq; casum, & euentum caducitatis liceat idem dño Cæsari eiusq; hæredibus, & successoribus, aliisq; præfatis dictæ domus, & melioramentorum, ac totius iuris emphiteotici, etiam non vacui, seu pleni realem, corporalem, & actualem, possessionem ingredi apprehendere, & tenere etiam lite pendente, & cōtinuata etiā propria auctoritate, sine iudicis curiæq; decreto, & auctoritate absq; vitio spolii, & attentatorum, & sine sentētia, & declaratione in præmissis quomodolibet etiam de iure requisitis quibus ex nūc. idem dominus Iulius expresse renuntiat. Ac eundem dominū Cæsarem, eiusq; hæredes, & successores quoscunque, in casum caducitatis ad capiendum, & tenendum possessionem huiusmodi procuratores irreuocabiles, vt in rem propriam constituendo, & nihilominus semper, idem dominus Iulius teneatur ad Canonem decursum, & non solutum, & ad fructus, seu pensionem domus, & iuris emphiteotici a die caducitatis perceptos, seu decursos, prout dominus Iulius teneri voluit, quæ omnia in præsenti vltimo capitulo contenta censeantur in quolibet Capitulo supra posito, ac in principio medio, & fine præsentis instrumenti repetita, & expressa, prout illa dictæ partes repetunt, & pro repetitis, & expressis haberi, voluerunt, & volunt. Hanc autem dationem, locationem, & concessionem in perpetuam emphiteosim fecit dictus dominus Cæsar pro annuo canone, & responsione Scutorum duorum, quolibet anno soluendorum in festo Sancti Martini, eidem domino Cæsari præsenti &c. absq; exceptione ponens dictus dominus Cæsar, præfatum dominum Iulium præsentem &c. Saluo semper dicto directo dominio, in omne ius &c. nullo iure, &c. nisi præfato, iure directi dominij, ipsi domini Cæsari reseruatis, constituens dictus. D. Cæsar, dominum Iulium procuratorem præsentem &c. vt in rem propriam &c. & donec &c. dans, & concedens &c. confitens dictus dominus Iulius, se esse in possessione dictæ domus vti emphiteota, & nomine dicti domini Cæsaris præsentis &c. Insuper Cæsar promisit facere consentire &c. dictam domum esse suam &c vt in instrumento venditionis cum clausula euictionis &c. Quæ omnia &c. Pro quib. &c. Actum &c. Præsentibus &c.

Gradus licentiaturæ collatus in uniuersitate Bononień.

IN CHRISTI NOMINE Amen. Gloriosa studiorũ mater Bononia, quæ inter alias Italiæ ciuitates, celeberrima, per sacratissimum Romanorum Imperatorem Theodosium, sancti Petronij eiusdem Ciuitatis Episcopi præcibus, generali omnium scientiarum studio, fuit decorata, atque singularibus priuilegiis sublimata, ad hoc interueniente consensu & auctoritate Fel. record. in Chrsto Patris, & domini domini Cœlestini Papæ primi, sub anno a Natiuitate Domini nostri IESV CHRISTI, Quadringentesimo vigesimosexto: Cuius etiam in toto terrarum orbe, veneranda, famosissima, & antiquissima clarissimorum. D. Doctorum auctoritas, syderis splendoribus obtinet principatum, illos duntaxat, ad publicam & eminentem cathedram supremiq; doctoratus, & magisterij splendidissimam dignitatem sublimat, erigit, & extollit, quos longo labore, studio, & exercitio, disciplina, ingenioq;, summis vigilijs, omni deniq; conatu, & nisi, relictis, spretisq; delitiis, sese doctrinæ pœnitus dãtes, ipsam sacram, & poene diuinam, Canonicam, Ciuilemq; scientiam adeptos, maximis laudibus, ac verissimis testimonijs, accurate reperit probatissimos, & quos certamen generalis examinis, digne ad id promouet, per concurrentem virtutem copiam, meritorumq; excellentiam, ita vt taliter promouendi, apud vniuersos Illustrissimos, & excellentissimos seculi Principes, prudentissimosq; rerum publicarum moderatores, pro eorum assistentia, ad gubernandas, & bene beateq; regendas respublicas, cæteris hominum generibus, etiam eiusdem ordinis, singularibus priuilegiis, prærogatiuis, laudibus, honoribus, ac dignitatum culmine, meritissime (id quod omnium rerum preciosissima virtus, expostulat) veniant præferendi. Cum itaq; nobilis, & generosus vir, & scientia præclarus, ingenioq; acutissimus, moribus, modestus, atq; omni doctrina præditus dominus Ioannes, domini Bartholomæi Vanulij de Luca, qui sua florente ætate, in Bononiensi studio, ac alibi, assiduis excitatus vigiliis, iuri Pontificio, & Cæsareo, solicitam & curiosam operam, iugiter impendit & nauauit, & actus scholasticos, tam publice, quam priuatim gessit, conferendo, arguendo, respondendo, & disputando, in iure Canonico & ciuili, fuerit præsentatus legitime Reuerendo in Christo Patri, in vtraq; censura Doctori, excelleń. & ex equestri generosa Prosapia procreato, domino Cornelio de Volta, prothonotario apostolico, necnon ecclesiæ Cathedralis Bononień. Archidiacono, ac florentissimi studii eiusdẽ Ciuitatis, maiori Cancellario meritissimo: Per Magnificos viros Iuris vtriusq; doct. famosissimos. D. Alexandrum de Paleottis & D. Alexandrum de Ghisilleriis, in iure Canonico, & per magnificos viros in vtraque censura doctores excellentissimos dominum Iacobum Fasaninum, & Alexandrum de Magnanis in iure Ciuili, omnes Ciues Bononień. honorañ. examinandus & approbandus in iure Canonico, & Ciuili, & ad hoc se subiecerit, arduo, rigoroso, & tremendo examini priuato omnium. D. Doctorum almi Collegii iuris Canonici, scilicet & ciuilis Ciuitatis Bononiæ. In quo quidem examine. D. Ioannes, puncta eidem hodierno die assignata, miro ordine recitando, & argumentis acute, & subtiliter, non tam scholastico, quam doctoreo more quidem respondendo, adeo docte & bene segessit, ac ita & taliter habuit, quod fuit ab omnibus dicti almi Collegii, iuris Canonici, scilicet, & Ciuilis doctoribus, in iure Canonico & Cæsareo, idoneus atque sufficiens habitus, tentus, & reputatus, & ob id, ab eis, in dictis iuribus Canonico, scilicet, & Ciuili, vnaniniter, laudabiliter, concorditer, pari voto, ac nemine pœnitus discrepante, iure & benemerito approbatus. Moxque fuerit idem dominus Ioannes per eosdem Promotores, præfato Reuerendo Domino Archidiacono etiam

no etiam præsentatus, propter doctoratus gradum in ipsis iuribus Canonico, scilicet & Ciuili assumendum. Idcirco præfatus Reuerend. dñs Archidiaconus antedictus, consyderatis scientia, moribus, virtutibus, & nobilitate, quibus eundem D. Io. altissimus & omnipotens illustrauit, prout in dictis suis examinibus, mirifice demonstrauit, Auctoritate qua fungitur in hac parte, necnon consilio & assensu omniū dñorum doctorum præfati Collegii ibidem existentium, eundem dominum Ioā. sibi præsentatum, dixit, pronunciauit, declarauit, constituit, & fecit doctorem in iure Canonico & Ciuili, Dans atq; tradens ei, tanquam habili sufficienti, & idoneo, licentiam plenissimam, ac liberam, & omnimodā facultatē authoritatē, & potestatē, de cætero & in futurum, in dictis facultatib. iuris Canonici. s. & Ciuilis, legendi, glosandi, docēdi, interpretandi, aduocandi, consulendi, & magistralē Cathedrā ascēdendi, cæterosq; omnes & singulos actus doctorales publice & priuatim, exercendi Bononiæ, & vbiq; locorum, & terrarum, præsentium tenore. Et illico, vt idem D. Ioan. possessionem huiusmodi doctoratus, ab omnibus in posterum noscatur adeptus: Præfatus dominus Alexāder de Paleotis, suo nomine, ac vice & nomine præfati domini Alexādri de Ghisileriis, ipsius domini Alexandri Paleotti Cōpromotoris in iure Canonico, & prænominatus dominus Iacobus Fasaninus, suo nomine, ac vice, ac nomine præfati dñi Alexandri de Magnanis, ipsius Domini Iacobi Comprœmotoris in iure ciuili, seu vterq; ipsorum iuris Canonici scilicet & Ciuilis, insignia ipsius doctoratus, eidē dñi Ioanni vt sua tersa, luculenta, eleganti, ac erudita oratione petiit, hac forma tradiderunt, & seu tradidit. Nam primo, librū iuris Canonici scilicet, & Ciuilis clausum, mox & apertum eidem in manibus præbuit. Secundo biretum, seu diadema doctorale capiti eiusdem. D. Ioā. imposuit. Ipsumq; tertio annulo aureo, nomine, scientiæ iuris Canonici & Ciuilis, desponsauit, sibi pacis osculum magistrali cum benedictione fœliciter exhibendo. Vt idē. D. Ioan. doctor nouellus, sic laureatus, & insignitus, fœlici coronetur in patria, per eū, qui trinus & vnus regnat Deus, per infinita seculorum secula gloriosus, Mandans dictus dominus Reuerendus Archidiaconus mihi Laurentio & Massimatico notario infrascripto, ac rogās præfatus dominus Ioannes doctor nouiter insignitus, me Notariū prædictum & infrascriptum, vt de prædictis omnibus, publicū in priuilegij forma, conficiam instrumentum, muniendum autentico solito, consueto & ad hoc deputato sigillo præfati D, Archidiaconi Bononieñ. appendeñ.

¶ Datū & Actū Bononiæ, in Sacristia vereris ecclesiæ Cathedralis Bononieñ. die Martis Decimaquarta Mensis Iulij, Sub anno a Natiuitate Domini nostri Iesu Christi. 1523. Indictione vndecima, tempore Pontificatus Sanctissimi Domini nostri, Domini Hadriani, diuina ꝓuidentia Papæ Sexti, anno Secūdo. Præsentibus ibidem nobilibus, & generosis viris domino Camillo. D. Iacobi Soardi Mantuano, artium scholare. Domino Pompilio, domini Antonij Sancta Cruce Romano, legum scholare. Domino Dino Pierangeri Serdini de Luca, legum scholare, & domino Magnifico Gregorio Marci Fridiani, artium & medicinæ doctori Luceñ. &. D. Bonaparte de Ghisileriis de Bononia, & aliis, quampluri mis & probatissimis viris, testibus omnibus ad prædicta omnia adhibitis, vocatis, & rogatis.

Instrumentum impositionis et uenditionis census.

IN NOMINE Dñi amen. Per hoc præsens publicum &c. Quod Anno &c. In mea notarii &c præsentia &c. Dñs Bernardinus de Marabotis filius domini Iacobi clericus Ciuitatis Montisregalis, Romæ commorans principalis sponte animoq; deliberato & ex eius certa scientia, ac libera & sponranea voluntate non coactus non conuictus circumuentus, nec per errorem aliquem seductus, aut deceptus, sed pure libere, ac animo

durante, hæc conditione etiam adiecta, quod dictus dominus . A. donatarius, quandocunque voluerit, possit in dicta domo, vna cum dicta domina . N . donatrice habitare, pro eius libito & voluntate. ¶Huiusmodi autem donationem & concessionem, præfata domina . N . dixit se fecisse & facere, præfato domino . A . donatario pro & ex eo, quod idem dominus . A . donatarius, debeat & teneatur, prout promisit & conuenit, ipsam dominam . N . velle defendere, & eius vtilitatem procurare, præsertim in quadam differentia, siue controuersia, quæ nunc dicitur & pendet inter eam, & quosdam alios, coram Auditore Cameræ, seu quocunque alio iudice. Et in euentum in quem præfatus dominus. A. donatarius, ipsam dominam . N . iuxta posse non defenderit, nec eius vtilitatem procurauerit, ipsa domina . N . voluit huiusmodi donationem non valere, & pro non facta haberi. Insuper idem dominus . A . & domina . N . hincinde contrahentes, voluerunt, & de communi eorum consensu & voluntate, statuerunt, vt casu, quo ipsum dominum . A . antedictam. N. decedere contingat, quod tunc domus & bona præfata, apud ipsam dominam. N. pleno iure dominij, ac si nunquam facta fuisset donatio supradicta, maneant & redeant, ac idem dominus. A . donatarius, possit & valeat omnia, & singula melioramenta, per eum in præfata domo, a tempore donationis huiusmodi inantea, sub tempore facta, cuicunque voluerit relinquere, donare, vel vendere, absq; contradictione, præfatæ dominæ . N. aut alterius cuiuscunque. Quorum melioramentorum, redditus simul, cum proprietate, sint ipsius domini. A. & dictorum aliorum quoruncunque eius successorum, vita etiam dictæ dominæ . N . durante. De quorum quidem melioramentorum qualitate, quantitate, & valore, semper stetur, & stari debeat, simplici dicto, seu declarationi dicti domini. A. absq; etiam eius iuramento. A. quo quidem dicto, non possit appellari, neq; de eo reclamari, aut aliqua querela fieri, nec de illius nullitate dici, in iudicio neq; extra qualitercunque etiam in absentia dictæ dominæ . N. dictam meliorameutorum declarationem, idem dominus. A. & similiter dicta domina . N. voluit, quod stetur dicto suo, super valore, tam fundi, quam fundamentorum, & aliorum per eam factorum ante donationem huiusmodi meliorementorum, per dictum dominum. A. factorum . ¶Clausula obligat. in forma Cameræ apostolicæ extensa. ¶PRO QVIBVS OMNIBVS & singulis obseruandis, & plenarie, ac firmiter adimpiendis, tam præfatus dominus. A. donatarius, quã domina . N. donatrix, obligarunt & hypothecarunt, ac alter alteri, vicissim, & mutuo obligauit & hypothecauit se, suosq; hæredes & in posterum successores quoscunq;, ac sua & ipsorum omnia bona mobilia & immobilia, præsentia, & futura, vbicunque existentia, legitima stipulatione interueniente: Volentes, & expresse consentientes pro prædictis obseruandis, posse cogi, compelli, constringi, & conueniri, etiam excommunicari, ac capi, incarcerari, & detineri, omni tempore & in omni loco, & in qualibet curia ecclesiastica vel seculari, & coram quocunq; iudice, vel Auditore, Rectore, Vicario, ordinario, delegato vel subdelegato, diebus feriatis & non feriatis. Renunciantes insuper in præmissis, solemni stipulatione accedente, omnibus & singulis exceptionibus, & defensionibus, iuris & facti, & maxime doli, mali, vis, metus, fraudis, in factum actioni, conditioni indebitæ, ob causam, sine causa, ob iniustam causam, vel turpem. Necnon contractus non sic celebrati, rei non sic gestæ, aliter fuisse dictum & factum, quam scriptum, & econtra. Necnon priuilegijs, seu ferijs messium, & vindemiarũ, omni tẽpore feriato, quadrimestri beneficio, cessioni bonorum, petitioni, & libelli oblationi, ac simplicis petitionis bñficio nouæ cõstitutionis de piurib. reis debẽdi, Epistolæ diui Hadriani, Codoardi de solution. puocationis & appellationis remedio copiæ p̃ntis instrumẽti, siue eius notæ nõ habitæ p modũ actorũ, & recursus ad arbitriũ boni viri, ac vtriusq; iuris auxilij, & quibuscunq; alijs constitutionib. & statutis Papalib. Imperialib. Regijs, localib. municipalib. & tẽporalib.a

lib. à iure, vel ab homine ædītis & ædendis, in genere, vel in specie, concessis & concedendis, ac alijs omnib. & singulis, quibus contra præmissa, vel eorum aliquod, dicere, facere, vel venire possent, aut aliquis eorum posset, vel se, in aliquo defendere aut tueri, de iure, vel de facto, & præsertim iuri dicenti, generalem renunciationem non valere, nisi præcesserit specialis, ac iuri dicenti, coram non suo iudice, forum posse declinari, & iuri dicenti, vbi iudicium captum est, ibi finem accipere debet. Et ibidem incontinenti, ad maiorem firmitatem, cautelam, & securitatem omnium & singulorum præmissorum, præfati dominus. A. & domina. N. hincinde contrahentes, omnibus melioribus modo, via, iure, causa, & forma, quibus melius & efficacius, potuerunt & debuerunt, ac quisq; eorum potuit & debuit, fecerunt, constituerunt, crearunt, deputarunt, & solemniter ordinarunt, ac quilibet eorum fecit, constituit, creauit, deputauit, & solemniter ordinauit, suos, veros, certos, legitimos, & indubitatos procuratores, actores, factores & negotiorum suorum infrascriptorum gestores, ac nuncios speciales & generales, ita tamen, quod generalitas specialitati non deroget, nec econtra, videlicet prouidum virum, magistrum. N Canonicum ecclesiæ. N. in Romana Curia causarum procuratorem, &. N. de. B. clericum. H. dioc. præsentes & acceptãtes, & quẽlibet eorum insolidum, ad ipsorum & vtriusq; eorum nomine, præsentem contractum, ac donationem, vt præfertur, factam, cum omnibus solemnitatibus & conditionibus requisitis & necessarijs, in quibuscunq; locis, & curijs, ac coram quibuscunq; iudicibus & officialibus, etiam Curiæ causarum Cameræ apostolicæ generali Auditore, & Curiæ Capitolij officialibus, aut alio iudice competeñ. quocunq; publicandum, intimandum, insinuandum, & notificandum. Et quatenus opus fuerit, eandem donationem (si sufficiens non sit) de nouo & iterato, in omnibus & per omnia, prout facta est (citra tamen prænarrati contractus, ac factæ donatioñ. prædictæ reuocationem) faciendum reiterandum & renouandum, ac Sanctissimi domini nostri Papæ, & sedis apostolicæ confirmationem desuper petendum, impetrandum, supplicandum, & obtinendum, aliasq; & alia quæ pro saluatione, sustentatione, & corroboratione dictæ donationis necessaria sunt, & quomodolibet opportuna, faciendum, & exercendum. Necnon etiam prouidos viros, magistros. A. B. &. C. in Rom. Cu causarum procuratores, ac. N. &. N. dictæ Curiæ causarum Cameræ apostolicæ notarios, ac omnes & singulos procuratores, & notarios, tam Romanæ, quam aliarum curiarum ecclesiasticarum & secularium vbilibet constitutarum, quorum nomina & cognomina voluerunt hic haberi pro sufficienter expressis, absentes tanquam præsentes & eorum quẽlibet insolidum ita tamen, quod non sit melior conditio primitus occupantis, nec deterior subsequeñ. sed quod vnus inceperit, id alter eorum prosequi valeat & finire, videlicet ad ipsorum amborum constituentium nomine, & pro eis, & eorum quolibet respectiue, prout eorum quemlibet concernit, omni tempore, die & hora feriatis & non feriatis, tam ante terminum, quam in ipso termino, & post terminum paritionis & adimpletionis omnium prædictorum, aut alias) vbi quando & quotiens expedire visum fuerit) coram dictis dominis iudicibus, quarumcunq; curiarum, aut altero eorundem, comparendum, & se repræsentandum, ac prænarratum contractum, & omnia & singula in eo contenta & expressa, semel vel pluries, confitendum & recognoscendum. Et propterea dictos constituẽn. & eorum quemlibet, ac eorum bona prædicta, censuris, compulsioñ. & iurisdictioñ. dictarum curiarum, & cuiuslibet, ipsarum submittendum. Necnon omne præceptum, omnem monitionem, condemnationem, sententiam, & mandatum, quod & quam dicti iudices, aut alter eorum, contra ipsos constituentes, aut eorum alterum, occasione præmissorum, facere vel ferre voluerint petendum, recipiendum, & approbandum, ac eis, sponte acquiescendum. Et vt dicti iudices, vel eorum alter, in ipsos constituentes, aut eorum alterum, præmissorum occasione, excommunicationis sententiam ferant & promulgent, aliosq; processus, reales & persona-

les,faciant & decernant,quos voluerint,ad vlterius eorundem constituen. instan & requisitionem. ¶ ET generaliter omnia alia & singula, faciendum & exercendum,in præmissis necessaria & opportuna. Et quæ ipsimet constitu en. facerent,aut facere possent,si præmissis,præsentes & personaliter interessent, etiā si talia forent,quæ mandatum exigerent magis speciale, quam præsentibus est expressum. Promitten. etiam idem domini constituentes alterutrim, ac mihi notario infra scripto,tanquam publicæ & autenticæ personæ, stipulati & recipienti,vice & nomine omnium & singulorum quorum &c. interesse poterit,se ratum, gratum,atq; firmum perpetuo habituros,totum & quicquid, per dictos procuratores suos,aut eorū aliquem,actum,dictum,factum, & procuratum fuerit in præmissis,aut præmissorum aliquo. ¶ Releuantes præterea, & releuare volentes dictos suos procuratores, ab omni onere satisdandi,iudicioq; sisti, & iudicatum solui,cum omnibus,& singulis clausulis necessarijs & opportunis, sub hypotheca & obligatione omnium & singulorum bonorum suorum, & cuiuslibet eorum, ac sub omni iuris & facti renunciatione ad hæc necessaria pariter & cautela.

¶ Pro quorum omnium & singulorum firmiori & maiori corroboratione & cautela, dicti hincinde contrahentes, in manibus mei notarij infrascripti (tactis per eos, & eorum quemlibet,ob hoc,corporaliter scripturis sacrosanctis, ad sancta Dei Euangelia) iurarunt & dixerunt,ac quilibet eorum iurauit, & dixit, dictos procuratores,aut alterum eorum,casu aliquo non reuocare, aut reuocari facere,sed eos,& eorum quemlibet,manutenere & conseruare,in dicto procurationis officio & exercitio, donec & quousq;, omnia & singula prædicta per dictos procuratores, aut eorum alterum plenarie obseruata & adimpleta fuerint, & contra ea, aut aliquod eorum, neq; aliqua, in præsenti iuramento, siue contractu, contenta, non facere,dicere,vel venire, per se, vel alium, seu alios, de iure,vel de facto,in iudicio,vel extra,directe vel indirecte,tacite vel expresse, quouis quæsito colore vel ingenio, nec aliquam absolutionem a iuramento huiusmodi, vel aliquod rescriptum impetrare, seu impetrari facere, per se, vel alium, seu alios. Impetratis quoq;,vel impetrandis,non vti,etiam si alteri eorum,motu proprio concedatur,quæ contra præmissa,vel eorum aliquod, dicere vel venire possent,aut se opponere valeant quomodolibet,vel tueri,sub periurij, ac Ducentorum Ducatorum auri,de camera,pro vna,parti læsæ,& alia, Cameræ Apostolicæ,irremissimiliter applicandorum,pœnis,quas ipso facto,incurrere, se voluerunt,& quilibet eorum voluit & consensit,necnon alijs pœnis, & obligationibus superius latius expressis. Vltra vero præmissa omnia & singula, dicti hincinde contrahentes,mihi notario publico infrascripto, liberam & omnimodam facultatem dederunt & concesserunt,ac quilibet eorum dedit & concessit,faciendi,dictandi,extendendi, & declarandi præsens publicum instrumentum donationis, ad sensum & intellectum sapientis, substantia huiusmodi contractus, in aliquo non mutata, neque læsa. Tandem cum præfata domina. N. donatrix, scribendi artis pœnitus sit ignara, velitq; contractum huiusmodi, & donationem firmius corroborare, supradictum dominum. N. de. N. procuratorem & testem supra & infra scriptum, ibidem vt præfertur, præsentem & consentientem, vt se eiusdem dominæ. N. nomine & pro ea,in hac mea originali scriptura, & abbreuiatura,seu præsenti instrumento subscriberet, sponte adhibuit & præsentauit, consentiens & confirmans expresse, & ex vera scientia, huiusmodi suam subscriptionem. ¶ DE & super quibus omnibus & singulis præmissis, ijdem hincinde contrahentes,sibi a me notario publico infrascripto, vnum, vel plura, publicum, seu publica, fieri atq; confici petierunt, & quilibet eorum petijt, instrumentum & instrumenta. Acta fuerunt hæc Romæ, in domo venerabilis viri,domini. N. medici,in dicto Burgo Sancti Petri habitantis,sub anno, Indictione,die,mense,& Pontificatu,quibus supra. Præsentibus ibidem præfatis dominis.N.&.N.necnō honorabilibus viris,dominis.N.de.A. Archipresbytero san

cti.

fti.N.de.N.Bafileñ.dio c.B.de.N.Colonieñ.&.N.de.G.Traiectеñ.clericis,testi bus ad præmiffa vocatis atq; rogatis.

Donatio hincinde inter viuos.

IN NOMINE Domini amen. Anno a natiuitate &c. die. N. menfis. N. Conftitutus prouidus vir, magifter Henricus. Ioannis de. N. laicus Colonieñ. dioc. Vitrifex, ac honefta domina Margarita. N. eiufdem Henrici vxor, mulier. N. dioc. in Romana cur. refideñ. fani mente & corpore, ac nullo præfentis aut inftantis periculi metu conterriti, fed fola cogitatione mortalitatis fcientes fe homines, ac mortales effe, non vi, dolo, metu, fraude, aut aliqua alia finiftra machinatione circumuenti aut fedu cti, fed fponte, & ex eorum certa fcientia, omnibus melioribus modo, via iure cau fa, & forma, quibus melius & efficacius potuerunt, & quilibet eorum potuit, hanc caufa mortis donationem fecerunt, videlicet, quia fibi ipfis ad inuicem, & vnus alteri & altera alteri, præfenti & pro fe, eorumque hæredum & fuc ceſſorum donarunt, ac quilibet ipforum donauit titulo donationis caufa mor tis, omnia ipforum donationum bona, mobilia & immobilia, præfentia & fu tura, ac iura, & actiones, vtiles & directas, eis vel eorum alteri quomodoli bet competeñ. & in futurum competituras, cuiufcunque valoris exiftentia, ita tamen, quod huiufmodi bona hincinde donata, non fiant ftatim donata rii, fed tunc demum, cum mors donantis fuerit fubfecuta. Volentes, & ad inuicem, pacifcentes, quod res & bona, fic, vt præmittitur, per eos ad inui cem donata, illico poft mortem alterius donantis, quem præmori contigerit, fpectent & pertineant pleno iure ad donatarium fuperftitem. Renunciaruntq; vterque &c.

Inftrumentum deputationis Attiliani tutoris & curatoris, refpectiue ad hæreditatem adeun dum, & acceptañ. ac immifceñ.

IN NOMINE Domini amen. Huius præfentis publici inftru menti feries recitata, cunctis notitiam præbeat euidentem, quod Anno a natiuitate eiufdem Domini. 1528. Indictione. N. die vero Mercurii 19. Menfis Augufti Pontificatus Sanctiff. &c. Clemen tis &c. Papæ Septimi, Anno vndecimo. Coram Reuereñ. domino Ioanne Dilecto de Durantibus de Gualdo, iuris vtriufque Doctore eximio, ac Reue reñ. in Chrifto patris, & domini domini Hieronymi de Ghinuciis, Epifcopi Vigoruieñ. Sanctiffimi Domini noftri Papæ, eiufque Camerarii, necnon Cu riæ caufarum Cameræ Apoftolicæ generalis Auditoris, Romanæque Curiæ iu dicis ordinarii, Locumteneñ. Idem fuper quadam fede lignea (quam pro fuo tribunali, quo ad infrafcripta deputauit, & elegit) fedente. In mei nota rii &c. præfentia perfonaliter conftituta, Illuftris Domina Cicilia Vrfina, vxor Bo. me. Illuftris etiam domini Alberti Pii de Sabaudia, dum vixit, Comitis Carpi, mater, & vna cum. Reu. F. D. Theodoro Epifcopo Monopolitañ. & no bili domino Angelo Sagacino. Contutoribus & feu Concuratoribus teftamenta riis, Contutrix, & feu pro tempore Concuratrix teftamentaria Illuftrium, & no bilium puellarum dominarum Catherinæ, ætatis (vt afferuit) quatuordecim, & Margaritæ, ætatis (vt fimiliter afferuit) annorum octo, vel circa, filiarum hæredum præfati quondam domini Alberti Pii Comitis. Quæ dixit & expo fuit, qualiter præfatus quondam Illuftris dominus Albertus Pius Comes, dudũ certam iam annis lapfis (vt notorium effe afferuit) fuo prius condito teftamen to, feu vltima voluntate, per dominum Ioannem Moucauo, presbyterum Ed- ueñ.

uen.dioc. notarium publicum, sub die vigesima prima Mensis Iulij. 1530. vt apparebat, rogato, & subscripto, & in medium exhibito, & per me notarium viso & lecto (sicut altissimo placuit) diem vitæ suæ clausit extremum. In quo quidem testamento hæredes suos instituit præfatas Illustres dominas Catherinam, & Margaritam, filias suas legitimas, & naturales, pro portionibus, & ratis, ac modis, in eodem testamento specificatis & declaratis. Ad quod quidem testamentum (quatenus opus fuerit) relatio habeatur. Quodq; præfatus Illustris quondam dominus Albertus Comes, Tutores & seu Curatores earundem suarũ filiarum & hæredum, constituit ipsam Illustrem dominam Ceciliam præsentẽ, & dicto. R. P. D. Theodorum episcopum Monopolitañ. & dominum Angelum Sagacenum, nunc ab vrbe (vt ipsa Illustrissima domina Cecilia asseruit) absentes, cum potestate, auctoritate, & balia, de quibus in dicto testamento. Et quod ipsa Illustr. domina Cecilia, vna ex dictis tribus Tutoribus & seu pro tempore Curatoribus dubitat quod ipsa, & alij Contutores, & seu Curatores prædicti, hæreditate præfati olim Illustris domini Alberti Comitis non adita, administrare, & ipsæ Illustr. dominæ Catherina, & Margarita, ætatis prædictæ, solæ (sine alicuius tutoris, seu curatoris auctoritate) dictam hæreditatem adire non possint respectiue. Idcirco, tam ipsa Illustr. Domina Cecilia mater, quam præfatæ Illustr. Dominæ Catherina, & Margarita, ibidem etiam præsentes, & personaliter constitutæ, maiores quælibet earum, vt supra, Septennio, petierunt a dicto Reuereñ. domino Ioanne Dilecto Locumteneñ. vt supra, sedente, ipsis. D. Catherinæ, & Margaritæ, vt supra præsentibus aliquem in tutorem Attilianum, seu curatorem respectiue, ad dictam hæreditatem adeundum, & acceptañ. & in ea sese immisceñ deputari, & de eo prouideri. Qui quidem Reuereñ. Dominus Ioannes Dilectus Locumtenens, vt supra, sedens, earundem dominarum Ceciliæ matris, ac Catherinæ, & Margaritæ filiarum petitioni, tanquam rationi consonæ, fauorabiliter annuens, Nobilem virum Dominum Augustinum de Monteferrato, laicum Papieñ. ibidem præsentem, & per easdem Illustres dominas Ceciliam, & Catherinam, ac Margaritam, tanquam prouidum virum, & eis fidelem nominatum, volentem, & acceptantem, eisdem. D. Catherinæ & Margaritæ præsentibus petentibus & instañ. in Attilianum tutorem & curatorem respectiue, ad dictam hæreditatem adeundum, & in ea sese immisceñ omni modo, de iure meliori, quo potuit deputauit & de eo prouidit. Quiquidem dominus Augustinus tutor & curator respectiue sic deputatus, ad mandatum eiusdẽ Reuereñ. domini Ioanni Dilecti Locumteneñ medio suo iuramento (tactis per eum in manibus meis notarij infrascripti scripturis, ad sancta Dei Euangelia) iurauit, & promisit, vtilia dictarum Dominarum Catherinæ, & Margaritæ, facere, & inutilia prætermittere. Quæ quidem Illustres Dominæ Catherina, & Margarita ætatis prædictæ, cum præsentia, auctoritate, & consensu præfati domini Augustini tutoris Attiliani, & curatoris respectiue, vt supra, deputati præsentis, & expresse consentientis, & auctorizantis, suumq; consensum & auctoritatem præstantis constituti, vt supra. Postquam (vt asseruerunt) notorium est quod mortuus fuit & est, præfatus quondam Illustris. D. Albertus Comes earum pater, suo condito testamento. de quo supra, in quo hæredes suos instituit. præfatas dominas Catherinam, & Margaritam, pro portionibus ratis, & modis, in dicto testamento declaratis, ipsis adhuc viuentibus. & (vt asseruerunt) nullis alijs, in gradu succedendi, propinquioribus relictis, nulloq; alio postea condito testamento de quo habeatur notitia, dominis Ioann. Houeau clerico Cenomaneñ. dioces. & Antonio Dignarello Carpeñ. fidedignis & notis personis, ibidem præsentibus, & medijs suis iuramentis (tactis per eos, & eorum quemlibet, corporaliter, in manibus meis notarij infrascripti, scripturis sacrosanctis) sic attestantibus, & rationem dicti sui dantibus, omnibus melioribus modo, via, iure, causa, & forma, quibus melius de iure potuerunt & possunt, in hæreditate præ

fati

fati quondam Illust. domini Alberti Comitis earum patris beneficio dicti Testamenti, sese immiscuerunt, & dictam hæreditatem, cum auctoritate dicti tutoris Attiliani & curatoris respectiue, quatenus opus sit, adiuuerunt, & appræhenderunt, cum beneficio tamen & cautela inuentarij, & dixerũt, ac protestatæ fuerunt, quod ipsæ dominæ Catherina, & Margarita, filiæ sunt, & volũt esse hæredes dicti quondam Illustr. domini Alberti, & testamento, ꝑ portionibus ratis, & modis, in dicto testamento, specificatis & declaratis, & pro hæredib. ipsius, prout in dicto testamento voluit haberi, tractari, & reputari, vt supra, beneficio dicti testamenti, cum cautela dicti inuentarij. Post quam hæreditatis additionem & apprehensionem, præfata Illustr. domina Cæcilia vna ex contutorib. & seu pro tẽpore concuratorib. prædictis, vt administrationem, tam dictarum dominarũ Catherinæ, & Margaritæ filiarum, & hæredum prædict. quam bonorum earundẽ, legitime assumere valeat, requisiuit corã me notario & téstib, infrascriptis, a præfato Reuereñ. dño Io. Dilecto Locumteneñ. vt supra sedeñ. se dictam dominã Ceciliam præsentem, ad dictam tutelam, & pro tempore curam, illiusq; administrationem, admitti, & in eadem tutela, & pro tẽpore cum dictarum filiarũ, & hæredum, & bonorum earundem, quatenus opus sit, cõfirmari, cũ potestate, auctoritate, & bailia, de quib. in dicto testamento, ipsæq; dñæ Catherina, & Margarita, ætatis prædictæ, de curatore, ad infradiceñ. constitutionẽ faciendam ipsis, quatenus opus fuerit, sibi prouideri, & cum deputari per dictũ dñm Locũteneñ. postulauerunt, nominantes præfatam Illustrẽ dñam Ceciliam earũ matrẽ. Quo quidem testamento, & eius tenore, per præfatum dñm Ioan. Dilectum Locũteneñ. viso, non vitiato, & non cancellatio, & auditis petitionib. & requisitionib. ꝑdictis, sibi, vt supra, ꝑ ꝑfatas illustr. dñam Ceciliã, & Catherinã, ac Margaritã respectiue, factis, & cõsyderatis alijs, circa ꝑmissa cõsiderãdis, Omnib. meliorib. mõ, via, iure, cã, & forma, quib. melius potuit & debuit, ac põt, & debet de iure, eandẽ Illustrẽ dñam Ceciliã pñtem, petentẽ, & requirentẽ, vt supra, ad dictã tutelã, & ꝑ tẽpore curã dictarũ filiarũ & hæredũ, ac bonorum earundẽ, quatenus opus sit, cõfirmauit, cũ ptãte, auctoritate & bailia, de quib. in dicto testamẽto, ad omnia quæ ratione dictæ tutelæ, & ꝑ tẽpore cura facieñ, & administrãda sunt, & pro tempore erunt, in iudicio & extra, ipsamq; dominam Ceciliam præsentẽ, volentem, & acceptantem, quatenus opus fuerit, dictarum dominarum Catherinæ, & Margaritæ, præsentium & requirẽtium, curatricem, specialiter & expresse, ad infradiceñ constitutioñ. in personam Illustris domini Vlyssis Comitis de Beinolis facieñ. deputauit, & de, illis, quatenus opus fuerit, prouidit. Quæ quidem Illustris Domina Cecilia, promisit præfato Reuerendo. D. Ioan. Dilecto Locumteneñ. & mihi notario infrascripto, vt personis publicis, officio publ. stipulantibus & recipieñ. vice, & nomine, omnium & singulorum, quorum interest, intererit, & interesse poterit quomodolibet in futurum, ac iurauit (tactis per eã scripturis sacrosanctis ad sancta Dei Euangelia) in manibus mei notarij infrascripti, vtilia dictæ tutelæ, & pro tempore curæ gerere, & facere, & inutilia prætermittere, & pro posse euitare, & ipsas dominas Catherinam, & Margaritam filias & hæredes minores, & earum bona, tuto posse defendere, & eas indefensas non relinquere, ac omnem defensionem subire, inuentarium conficere de reb. & bonis dictæ hæreditatis, & de administratis, & bonis, quæ ad manus suas peruenerint, quando, & quotiens, & quib. opus fuerit, computum reddere, & rem pupillarum saluam fore, & omnia & singula alia facere, ad quæ circa hoc de iure tenetur, Renũcians beneficio Senatuscõsulti Velleiani, ac secũdis nuptijs, & alijs quibuscunq; bñficijs, in fauorem mulierum introductis & introducẽdis, sub expressa obligatione, & hypotheca speciali, omniũ & singulorum suorum bonorũ mobilium, & immobilium, pñtium & futurorum quorumcunq;, remissa eidem Illustri dominæ Ceciliæ præsenti, necessitate satisdandi, propter fidem a dicto quondã Illustri domino Alberto Comiti testatore, in dicto testamẽto adhibitã.

HH Et

Et insuper, volens præfata Illustris domina Cecilia, mater & contutrix, ac pro tempore concuratrix dictarum filiarum & hæredum, euitare pœnas statutas, cõtra tutores, & pro tempore curatores, inuentarium de bonis hæreditatum, quarum onus assumunt, non facieñ. constituta ipsa domina Cecilia coram præfato Reuereñ. D. Ioann. Dilecto Locumteneñ. vt supra, sedeñ. & me notario infrascripto scribente, & Egregio viro domino Saluatore Petrucio Veliterno, iuris vtriusq; doctore, notario publico, ibidem præsente, & subscribente, iussu, & mandato præfatæ Illustris dominæ Ceciliæ contutricis, & seu pro tempore concuratricis, minus, vt asseruit sufficientis, ad debitam subscriptionem faciendam, præmisso prius eius manibus venerabili signo Sanctæ Crucis, animo & intentione totius malignitatis excludendæ, fecit & facere inchoauit inuentarium seu repertorium omnium & singulorum bonorum dictæ tutelæ, & pro tempore curæ, siue hæreditatis, ponens pro tunc in eodem inuentario vnam domum suam in vrbe, in Regione Pontis, iuxta flumen Tyberis. ¶ Item vnam aliam domum, sitam in eadem Regione in opposito, iuxta sua latera & cõfines. ¶ Item vnam vineam sitam extra vrbem in loco qui dicitur la Croce de Montemario iuxta suos confines. ¶ Item vnam possessionem, suam in territorio Mantuano communiter vocatam la Bardelona. ¶ Item creditum diuersorum locorum Comperarum. S. Georgij. Quod quidem inuẽtarium, vt præmittitur, ceptũ, præfata Illustris Domina Cecilia Contutrix, & seu Concuratrix, eidem Reuereñ. D. Ioan. Dilecto Locumteneñ. & mihi notario, vt supra, stipulañ, promisit continuare, & vbi & quando alia reperirentur bona in dicta hæreditate, in ipso inuentario aunotare, & describi facere. ¶ Postremo, præfatæ Dñæ Catherina, & Margarita filiæ & hæredes prædictæ cum præsentia, & auctoritate, ac voluntate præfatæ illustris Dñæ Ceciliæ earum mr̃is, & vnius ex Cõtutorib. seu pro tẽpore concuratorib. testamentariis, & earum curatricis, vt supra, ad infrascripta, quatenus opus fuerit, specialiter deputatæ, pñtis, & authorizantis, ac ipsa Illustris dña Cecilia mater, & vna ex dictis trib. tutorib. seu Curatorib. & Curatrix, vt supra, deputata, & earum quælibet, omnib. meliorib. modo, via, iure, causa, & forma, quib. melius, efficaciusq;, potuerunt & debuerũt, ac possunt & debẽt, sponte, & ex earum certis scientijs, fecerunt, constituerũt, creauerunt deputarũt, & solemniter ordinarunt, eorum dictis nominib. verum, certum, legitimum, & indubitatum nuncium, actorem, procuratorem, factorem, & negotiorum infrascriptorũ gestorẽ, & loco ipsarum dictis nominib. posuerunt Illustrem. D. Vlyssem Comitem de Bentiuolis, Patritium Bononieñ. absentem tanquam pñtem, solum & in solidum, specialiter & expresse, ad ipsarum dominarũ, dictis nominib. constitueñ nomine & pro eis, comparendum in Ciuitatem Genueñ. coram quibusuis dominis & personis, quibuscunq; nominib. censeantur, & quacũq; præfulgeant dignitate, & ad describi faciendum, desuper dictum quondam Illustrem. D. Albertũ Comitem, quæuis loca Comperarum S Georgii, ex quauis societate, & illa cum suis iurib. & prouentib. præsentib. & futuris, scribi mandãdum & faciendum, in vna, vel plurib societatib in ratione dictarum Illustrium Dominarum Catherinæ, & Margaritæ hæredum, pro ipsis, & qualibet earum, pro portione declarata in dicto testamẽto, prouentusq; omnes iam maturos, & qui etiam sunt in præcinctu maturañ. quorumuis locorum, ad ipsas Illustr. dñas Catherinam, & Margaritam filias & hæredes prædictas, quouis modo spectañ. vendendum & obligañ: in totumq; seu in parte, illi & illis, pro prætio seu prætijs, quib. eidem Illustr. domino procuratori & actori videbitur. Excusationesq; quasuis quorumuis annorum præteritorum, præseñ & venturorum locorum quorumcunq;, ipsarum Illustrium Dñarum Catherinæ, & Margaritæ, suis & dictis hæreditariis nominib. faciendum, & fieri procurandum, modis, quib. expediens iudicauerit dictus Illust. dñs procurator & actor. Et ipsos prouentus, pro temporib. præterito, præsenti, & futuro, petendum, exigeñ. accipieñ. & recuperandum, & de habitis, receptis,

tis,& recuperatis,soluentes quietandum & absoluendum,cum pacto de rem habitam & receptam vlterius non petendo. Et pro præmissis omnibus & singulis si opus fuerit,instrumentum,& instrumenta,cum clausulis & cautelis,quibus eidem domino procuratori & actori videbitur,confici mandandum, & mādatum opportunum,pro faciendis prædictis,a quouis requireñ. & obtineñ. vnumque vel plures,procuratorem & actorem,seu procuratores & actores,loco ipsius, cū simili limitata potestate substitueñ· eumque vel eos reuocañ. & onus procurationis & actoriæ huiusmodi, in se reassumeñ. totiens quotiens opus fuerit, & ei videbitur expedire,præsenti procuratorio nihilominus in suo robore duraturo. Et generaliter omnia alia & singula facieñ. gereñ. exerceñ. & procurañ. quæ in præmissis & circa ea necessaria fuerint, seu quomodolibet, opportuna, & quæ ipsæmet dominæ nominibus quibus supra, constitueñ.cum auctoritate & præsentia,quibus supra,respectiue,facerent & facere possent,si præmissis omnibus,& singulis præsentes & personaliter interessent,etiam si talia forent, quæ mandatum exigerent magis speciale,quam præsentibus est expressum. Promittentes insuper dicta Illustris dña Cecilia,nominibus quib.supra,& ipsæ dñæ Catherinæ,& Margaritæ de auctoritate,voluntate & consensu,quib.supra,mihi notario publico infrascripto, tanquam publicæ & authenticæ personæ solemniter stipulanti, & recipieñ. vice & nomine omnium & singulorum, quorum interest, intererit, aut interesse poterit quomodolibet in futurum, se ratum, gratum,atq; firmum perpetuo habiturum,totum id,& quicquid, per dictum eorū, dictis nominibus procuratorem & actorem constitutum,& substitueñ. ab eo, actum,dictum,gestum,vel procuratum fuerit in præmissis, vel aliquo præmissorum. Releuañ. nihilominus ex nunc,& releuare voleñ. eundem. D. Comitem earum procuratorem & curatorem constitutum,& substitueñ.ab eo,& quemlibet eorum,ab omni onere satisdādi,ac iuditio sisti,& iudicatum solui,cū omnib. & singulis clausulis necessariis & opportunis,sub hypotheca,& obligatione,omniū & singulorū ipsarum filiarum & hæredū,bonorū, mobilium & immobiliū, præsentiū & futurorū,& qualibet alia iuris & facti renunciatioñ. ad hæc necessaria pariter & cautela.Et finaliter præfata Illustris. D.Cecilia asserens etiā medio suo iuramēto (tactis per eā corporaliter scripturis sacrosāctis ad sancta Dei Euangelia,in manib.mei notarij infrascripti) præstito,se ad præsens,non habere in vrbe aliquos cōsanguineos,seu affines,quorū,ad infrascripta, præsentia cōmode haberi possit,idcirco petiit sibi,loco consanguineorum & affinium,de curatorib.qui infrascriptis assistant,& loco consanguineorū & seu affiniū interueniāt,per dictū Reuereñ.dñm Ioan.Dilectū Locumteneñ.prouideri, nominans nobilem dñm Bernardum Torellum Placentinum, & dñm Matthæum de Galleottis.de Monte rotundo,ibidem præsentes,& volentes.Ex tunc,dictus.R D. Io.Dilectus Locumteneñ.(attendens postulationem hmōi esse iustā,& rōni cōsonā)eidem Illustri dñæ Ceciliæ pñti,& petēti, ac instāti, loco cōsanguineorū & affinium prædictorū,ad infrascripta interesseñ & interuenieñ. (recepto prius ab eisdem dñis Bernardo & Matthæo,& quolibet ipsorū, corporali iuramēto, tactis per eos,& eorum quemlibet,scripturis sacrosanctis,in manib.meis notarii infrascripti,quod infrascripta cedunt in vtilitatem ipsius Illustris Dominæ Ceciliæ,& quod de eius dotib.est ei sufficienter cautum,de curatorib. videlicet de eisdem dominis Bernardo & Matthæo præsentib.volentib.& acceptantib. (prouisum,& eosdem in curatores deputañ.dixit,prouiditq; & deputauit.Post quam quidem deputationem, præfata Illustr. domina Cecilia,certiorata, per dictum dominum Io. Dilectum Locumteneñ. de beneficio Senatusconsulti Velleiani, legis Iuliæ,de fundo dotali,non alienando,& autēticæ,si qua mulier,siue a me. Quibus omnibus & singulis aliis legibus,& auxiliis,ac statutis & reformationibus,vrbis, in fauorem mulierum quomodolibet introductis & introducendis. De consilio,volūtate,auctoritate,& consensu dictorum dominorum Bernardini

& Matthæi eius curatorum, vt supra, deputatorum, ibidem præsentium, & eidē quo ad omnia & singula infrascripta peragēda, auctoritatem, & consensum dantium, & concedentium (medio suo iuramento, vt supra, per eam præstito, & ibidem reiterato) renunciauit sponte, & ex eius certa scientia, omnibus melioribus modo, via, iure, causa, & forma, quibus melius & efficacius potuit & debuit, de auctoritate & voluntate, consilio, & consensu, quorum supra, tanquam principalis, præmissis omnibus & singulis, consensit, & consensum suum præstitit, pomni & quocūq; iure & actione, sibi Illustri dominæ Ceciliæ, quouis modo, & ex quauis causa, competeñ. in locis pagis, & prouentib. prædict. Et iurauit contra præmissa, & infrascripta, seu aliquod ipsorum, nullo vnquā tempore, per se, vel aliū, seu alios, directe vel indirecte, in iudicio vel extra, venire, de iure, vel de facto, sub expressa obligatione & hypotheca speciali omnium & singulorum bonorum suorum, mobilium & immobilium, præsentium & futurorum, & qualibet alia iuris & facti renunciatione ad hæc necessaria, pariter & cautela. Quibus omnibus & singulis præmissis, tanquam rite & legitime factis, Idem Reuereñ. D. Ioannes Dilectus Locumtenentes, vt supra, pro tribunali sedens, Ad ipsius Illustris dominæ Ceciliæ, & filiarum prædictarum (de quarum auctoritate & consensu, & voluntate, supra respectiue) instantiam, & petitionem (pro validitate, & corroboratione omnium & singulorum præmissorum) auctoritatem, & decretum suum, & dictæ Curiæ, cum iuris & facti defectus, si quis interuenerit, suppletione, interponendum duxit & interposuit. ¶De & super quibus omnibus & singulis præmissis, dicta Illustris Domina Cecilia, nominibus quibus supra respectiue, sibi fieri atq; confici petijt, per me notarium infrascriptum, vnum vel plura, publicum seu publica, instrumentum, & instrumenta.

¶Acta fuerunt præmissa Romæ, in Regione Campi Martij, in palatio solitæ habitationis præfatæ Illustris Dominæ Ceciliæ. Præsentibus ibidem Dominis Nicolao Guterino, clerico Cameraceñ. dioc. & Ioanne Confinerij, clerico Caturceñ. dioc. testibus &c.

EGO Saluator Petrucius de Petrucijs, laicus Veliternus, Romañ. ciuis, in Romana Curia causarum Procurator, & publicus, apostolica auctoritate, notarius, præmissis omnibus & singulis præsens fui, & interfui pro notario, ad subscribeñ. inchoationem Inuentarij requisitus.

ET QVIA Bo. me. Antonius de Grangia, dum viueret, clericus Gebeneñ. dioc publicus, auctoritate apostolica, necnon curiæ causarum cameræ Apostolicæ notarius, præmissis omnibus & singulis, vna cum dicto domino Saluatore Petrucio notario ad subscribeñ. rogato, prænominatisq; testib. interfuit, eaq; in notam sumpsit, Ideo ego Bonifatius etiā de Grangia clericus dictæ Gebeneñ. dioc. publicus, auctoritate apostolica, necnon dictæ Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ notarius: Et in officio notariatus huiusmodi, in locum dicti quondam Antonij surrogatus, præsens instrumentum, ex notis dicti Antonij extractum, cōfeci, signoq; & nomine meis, signaui, & subscripsi, in fidem & testimonium præmissorum requisitus.

Electio & creatio in canonicum.

IN MEI &c. Reuerendi Domini. N. N. &. N. Canonici ecclesiæ N. & vt moris est in Sacristia dictæ Ecclesiæ, vbi Capitulum & congregatio ac negotia & tractatus dictæ Ecclesiæ ac capituli prædicti fieri solent & ad sonum campanellæ congregati duas partes ex tribus dicti capituli existentes maiorem & saniorem partem eiusdem repræsentantes cupientesque homines bonæ vitæ & cōditionis in eodem capitulo habere certioratiq; de vita bonis morib. honestate & scientia domini. N. omnes vnanimes & concordes & ipsorum nemine discrepante gratia Spiritus sancti ad infrascripta per ageñ. vt dixerunt inclinati ipsum. D. N. licet absentem me notario infrascripto

pro

pro eo &c.eorum auctoritate ordinaria omnibusq; aliis melioribus modo, via, iure,causa,& forma & effectu quib.melius de iure potuerunt & possunt ex nunc eligerunt fecerunt creauerunt ordinauerunt deputauerunt & receperunt renouareque præsentis instrumenti eligunt faciunt creant ordinant deputant & recipiunt in canonicum & fratrem dictæ ecclesiæ . N . primumq; canonicatum ac iura canonicalia ipsius canonicatus per mortem alterius canonicorum dictæ ecclesiæ vel alitercunq; vacatura sibi assignantes, assignareque & dare promittentes dictum canonicatum vacaturum cum vniuersis iuribus canonicalibus eiusdem ipsi. D. N. absenti me notario &c.cum plenitudine iuris canonici conferentes & sibi prouidentes & illum de eis inuestientes, prout conferunt prouidēt & inuestiunt cum protestationē. tamen in præmissis omnibus repetita & expressa quod per huiusmodi electionem creationem & collationem ac alia supradicta non intendunt domino Ioan.N.canonico iam per eos electo & creato præiudicium aliquod facere minusq; numerum canonicorum præbendatorum & emolumenta percipere solitorum in dicta ecclesia augere. ¶Quæ omnia & singula in præsenti instrumento contenta præfati domini Canonici & Capitulum vt præfertur capitulariter congregati promiserunt dicto. D. N. absenti &c.me notario &c.rata grata &c.non contra facere &c.Sub hypotheca &c. Super quibus actum &c Præsentibus &c.

Instrumentum Emphiteosis.

IN MEA &c.Dominus Cæsar Stella,Dominus & Patronus vt asseruit vnius domus in Ciuitate Mediolani in via N. situatæ cui coherent &c.sponte &c.saluo semper & reseruato sibi eiusq; hæredibus & successoribus omni iure directi Dominii & non alias aliter nec alio modo dedit locauit & concessit in perpetuam emphiteosim Domino Iulio Rosso præsenti pro se suisq; hæredibus & successoribus quibuscunq; stipulanti & recipienti dictam eius domum vt supra situatam & confinatam cū omnibus, & singulis eiusdem domus accessibus,ingressibus,egressibus,superioribus,inferioribus,viis,vsibus,vsantiis,iuribus,pertinentiis terminis,confiniis,aquis,aqueductibus,vniuersis vsq; ad cœlum,& in vias publicas.

¶Item saluo etiam dicto iure directi Dominii vt supra dictum est cessit dedit locauit,& concessit eidem domino Iulio præsenti &c.omnia iura actiones vtiles meras,mixtas &c,ad habendum,tenendum,vsufruandum,meliorādum, & quicquid de re emphiteotica fieri potest faciendum & disponendum.Cum pactis cōuentionibus & conditionibus infrascriptis.

¶In primis dicti domini Cæsar,& Iulius pacto solemni stipulatione præcedente Vallato conuenerunt,quod dictus dn̄s Iulius,eiusq; hæredes,& successores in dicto iure emphiteotico,& eorum quilibet non possint,nec valeāt,vllo vnquam tempore locare sublocare,diuidere,pignorare in solutum dare, donare dictā domum,nec melioramenta in ea pro tempore fienda, nec de eis inter viuos quouis titulo etiam gratuito disponere,minimeq; possessionem illorum trāsferre nisi de consensu dicti domini Cæsaris eiusq; hæredum & successorum.

¶Item conuenerūt simili stipulatione interueniente, quod si quo tēpore dictus dn̄s Iulius eiusq; hæredes,& successores voluerint vendere ius suum emphiteoticum dictāue domum,ac melioramēta vel eorum alterum, quod primo denuntiare, intimare,& notificare teneantur, & debeant ipsi domino Cæsari, eiusque hæredibus,& successoribus. Et ipso eiusque hæredibus,& successoribus emere volentibus dictum ius domum,& melioramenta vendere, & dare teneantur, & debeant eisdem domino Cæsari,illiusq; hæredibus,& successoribus,in dicto directo dominio pro vno Scuto, minus pro prætio,quā alteri personæ, quod si emere recusauerit, vel recusauerint, seu noluerint, tunc, & eo casu vendere possint,cui voluerint, præterquam ecclesiæ, homini seruo, potenti, miserabili personæ

si personæ consortio Societati Collegio vniuersitati. Cuiusq; personæ, qualitercunq; nominetur ex quo conditio dicti dñi Cæsaris eiusq; hæredum, & successorum præfatorum sit seu esse possit deterior quibus nullo modo vẽdere, dare, obligare de eisq;, tam causa mortis, seu vltimæ voluntatis, quam inter viuos in eorũ fauorem nunquam disponere possint habente tamen semper ipso domino Cæsare hæredibus & successoribus, vt supra a quolibet nouo acquisitore Scutũ vnã pro sua honorantia, seu laudemio quo mediante teneantur, & debeãt ipsum nouum acquisitorem inuestire, & in eum istud, ius emphitheoticum confirmare, & si opus fuerit de nouo concedere.

¶ Item conuenerunt eisdem pacto & stipulatione interuenientib. quod dictum ius emphiteoticum, & melioramẽta prædicta nõ possint quouis modo in alterũ transferri neq; alteri vendi acquiri deuolui quouis titulo, tam oneroso, quam gratuito, tam inter viuos quam causa mortis & vltimæ volũtatis, & quod quilibet actus contractus & distractus do eis factus aut in futurũ faciendus sit nullus, & inualidus, nisi persona aliqua fuerit quæ ius emphiteoticum cum melioramentis, seu alterum eorum ad se transferri sibi vendi acquiri deuolui voluerit eisdẽ modo & forma quibus ipse D. Iulius nunc obligatur & conuenit se erga ipsum D. Cæsarem eiusq; hæredes & successores obliget & cum eisdem conueniat ipsosq; in directos dominos recognoscat realiter & cum effectu.

¶ Item simili stipulatione interueniente conuenerunt quod dictus. D. Iulius & ab eo suisq; hæredibus & successoribus quibuscunq; in seu causam habentes & in super dicto iure emphiteotico & aliis præmissis teneantur dictam domini, & illius veros limites iura & pertinentias eidem. D. Cæsari præsenti &c. quolibet biennio si ab ipso. D. Cæsare vel eius hæredibus & successoribus præfatis etiam amicabiliter requisiti fuerint dare, iudicare & demõstrare & ad eorum veram notitiã deducere statim post duos dies a die requisitionis huiusmodi immediate sequentes.

¶ Item eisdem pacto & stipulatione interuenientibus conuenerunt quod dictus D. Iulius & alij præfati teneantur & debeant in dicta domo facere vtilia melioramenta quæ vere ascendant & ab omni de eis perito estimentur valere veram summam Scutorum centum & hoc intra vnum annum proxime venturum ab hodie inchoandum absq; exceptiõ, necnon dictam domum cum suis pertinentijs bene tectam sola ratam & fabricatam tenere & illa bene vti & frui.

¶ Item pariformiter conuenerunt quod dictus D. Iulius eiusq; hæredes & successores ab eoq; ius habituri teneantur de trigesimo in trigesimum annum petere & facere renouationem, recognitionem, & reconductionem dictæ domus cum melioramentis & dictis pertinentijs a dicto D. Cæsare eiusq; hæredibus & in posterum successoribus quibuscunque seu ab eo ius habentibus cum eisdem pactis, & conditionibus in præsenti instrumento contentis, necnon pro huiusmodi renouatione, recognitione, & reconductione dare, & soluere dicto. D, Cæsari, & alias præfatis libram vnam ceræ non recedendo tamen ab infrascripto annuo canone seu responsione quinimmo semper debeat dicta annua responsio firma permanere.

¶ Item conuenerunt dicta stipulatione interueniente, quod in omnem euentum, seu casum finitæ emphiteosis huiusmodi, quod dicta domus cum melioramentis, & toto iure emphiteotico ad dictum dominum Cæsarem, eiusq; hæredes, & successores deuoluantur, & applicentur ipso iure & facto, nec illa alicui personæ in similem emphiteosim, vel alium titulum tradere, dimittere, seu alienare teneantur.

¶ Item simili modo, & forma conuenerunt, quod dictus dominus Iulius, eiusq; hæredes, & successores, ac alij præfati teneantur infrascriptum canonem totum, & simul, & semel vnicoq; contextu, & non aliter soluere etiam, si dicta domus iusq; emphiteoticum præfatũ in duas, seu plures partes diuisum fuerit, ita

quod

quod alio modo. D. Cæsar eiusq; hæredes, & alij præfati canonem huiusmodi recipere non teneantur, immo nisi hoc fiat pro non soluto habeatur.

¶ Item conuenerunt eadem stipulatione interueniente, quod responsio, seu canō infrascriptus, sit libere, ab omni onere decima, & impositione, cogitatis & nō cogitatis etiam in euentū belli, & pestis, ac in omnes alios casus, & euentus etiā fortuitos, & semper debeatur in dictis casibus & euentibus, etiam, si de iure veniret defalcandus, seu de eo remissio fienda foret in toto vel in parte, quauis causa vel occasione etiam supra non expressa, prout dictus dominus Iulius, illum soluere promisit, omnibus & singulis exceptionibus, sine quibus. D. Cæsar, eiusq; hæredes, & alij præfati tenerētur remissionem canonis huiusmodi facere renunciando, prout renuntiat expresse.

¶ Item simili pacto, & stipulatione interuenientibus conuenerunt, quod dicto domino Iulio, eiusue hæredibus, seu successoribus, vel ab eo, seu eis, ius habentibus, tam coniunctim, quam diuisim in præmissis, vt præfertur cōuentis, seu eorum aliquo deficientibus omittentibus, vel contrauenientibus præcipue domū vel melioramenta, seu ius emphiteoticum alienando, obligando, seu de eis aliter, quam supradictum est, contrahendo, vel disponendo, seu deficiendo, vel omittendo, integra solutionem infrascripti canonis, per triennium, quod dictus dominus Iulius, eiusq; hæredes, & successores, & ab eo, vel eis, ius, seu cām habentes cadant ab omni iure emphiteotico, & dicta domus cum melioramentis, iureq; præfato, ipso iure, & facto, sine aliqua sententia, seu iudicis decreto, & declaratione deuoluantur ad dictum dominum Cæsarem, eiusq; hæredes, & successores, & quibus ipse dominus Cæsar cesserit, ita quod vtile dominium cum directo naturaliq; possessio, cum ciuili consolidentur, & consolidata sint, habeanturq; pro consolidatis quodq; in quemcunq; casum, & euentum caducitatis liceat idem dño Cæsari eiusq; hæredibus, & successoribus, aliisq; præfatis dictæ domus, & melioramentorum, ac totius iuris emphiteotici, etiam non vacui, seu pleni realem, corporalem, & actualem, possessionem ingredi apprehendere, & tenere etiam lite pendente, & cōtinuata etiā propria auctoritate, sine iudicis curiæq; decreto, & auctoritate absq; vitio spolii, & attentatorum, & sine sententia, & declaratione in præmissis quomodolibet etiam de iure requisitis quibus ex nūc. idem dominus Iulius expresse renuntiat. Ac eundem dominū Cæsarem, eiusq; hæredes, & successores quoscunque, in casum caducitatis ad capiendum, & tenendum possessionem huiusmodi procuratores irreuocabiles, vt in rem propriam constituendo, & nihilominus semper, idem dominus Iulius teneatur ad Canonem decursum, & non solutum, & ad fructus, seu pensionem domus, & iuris emphiteotici a die caducitatis perceptos, seu decursos, prout dominus Iulius teneri voluit, quæ omnia in præsenti vltimo capitulo contenta censeantur in quolibet Capitulo supra posito, ac in principio medio, & fine præsentis instrumenti repetita, & expressa, prout illa dictæ partes repetunt, & pro repetitis, & expressis haberi, voluerunt, & volunt. Hanc autem dationem, locationem, & concessionem in perpetuam emphiteosim fecit dictus dominus Cæsar pro annuo canone, & responsione Scutorum duorum, quolibet anno soluendorum in festo Sancti Martini, eidem domino Cæsari præsenti &c. absq; exceptione ponens dictus dominus Cæsar, præfatum dominum Iulium præsentem &c. Saluo semper dicto directo dominio, in omne ius &c. nullo iure, &c. nisi præfato, iure directi dominij, ipsi domini Cæsari reseruatis, constituens dictus. D. Cæsar, dominum Iulium procuratorem præsentem &c. vt in rem propriam &c. & donec &c. dans, & concedens &c. confitens dictus dominus Iulius, se esse in possessione dictæ domus vti emphiteota, & nomine dicti domini Cæsaris præsentis &c. Insuper Cæsar promisit facere consentire &c. dictam domum esse suam &c vt in instrumento venditionis cum clausula euictionis &c. Quæ omnia &c. Pro quib. &c. Actum &c. Præsentibus &c.

tio etiam præsentatus, propter doctoratus gradum in ipsis iuribus Canonico, scilicet & Ciuili assumēdum. Idcirco præfatus Reuerend. dñs Archidiaconus antedictus, consyderatis scientia, moribus, virtutibus, & nobilitate, quibus eundem D. Io. altissimus & omnipotens illustrauit, prout in dictis suis examinibus, mirifice demonstrauit, Auctoritate qua fungitur in hac parte, necnon consilio & assensu omniū dñorum doctorum præfati Collegii ibidem existentium, eundem dominum Ioā. sibi præsentatum, dixit, pronunciauit, declarauit, constituit, & fecit doctorem in iure Canonico & Ciuili, Dans atq; tradens ei, tanquam habili sufficienti, & idoneo, licentiam plenissimam, ac liberam, & omnimodā facultatē authoritatē, & potestatē, de cætero & in futurum, in dictis facultatib. iuris Canonici. s. & Ciuilis, legendi, glosandi, docēdi, interpretandi, aduocandi, consulendi, & magistralē Cathedrā ascēdendi, cæterosq; omnes & singulos actus doctorales publice & priuatim, exercendi Bononiæ, & vbiq; locorum, & terrarum, præsentium tenore. Et illico, vt idem D. Ioan. possessionem huiusmodi doctoratus, ab omnibus in posterum noscatur adeptus: Præfatus dominus Alexāder de Paleottis, suo nomine, ac vice & nomine præfati domini Alexādri de Ghisileriis, ipsius domini Alexandri Paleotti Cōpromotoris in iure Canonico, & prænominatus dominus Iacobus Fasaninus, suo nomine, ac vice, ac nomine præfati dñi Alexandri de Maguanis, ipsius Domini Iacobi Compromotoris in iure ciuili, seu vterq; ipsorum iuris Canonici scilicet & Ciuilis, insignia ipsius doctoratus, eidē dñi Ioanni vt sua tersa, luculenta, eleganti, ac erudita oratione petiit, hac forma tradiderunt, & seu tradidit. Nam primo, librū iuris Canonici scilicet, & Ciuilis clausum, mox & apertum eidem in manibus præbuit. Secundo biretum, seu diadema doctorale capiti eiusdem. D. Ioā. imposuit. Ipsumq; tertio annulo aureo, nomine, scientiæ iuris Canonici & Ciuilis, desponsauit, sibi pacis osculum magistrali cum benedictione fœliciter exhibendo. Vt idē. D. Ioan. doctor nouellus, sic laureatus, & insignitus, fœlici coronetur in patria, per eū, qui trinus & vnus regnat Deus, per infinita seculorum secula gloriosus, Mandans dictus dominus Reuerendus Archidiaconus mihi Laurentio & Massimatico notario infrascripto, ac rogās præfatus dominus Ioannes doctor nouiter insignitus, me Notariū prædictum & infrascriptum, vt de prædictis omnibus, publicū in priuilegij forma, conficiam instrumentum, muniendum autentico solito, consueto & ad hoc deputato sigillo præfati D. Archidiaconi Bononieñ. appendeñ.

¶ Datū & Actū Bononiæ, in Sacristia veteris ecclesiæ Cathedralis Bononieñ. die Martis Decimaquarta Mensis Iulij, Sub anno a Natiuitate Domini nostri Iesu Christi. 1523. Indictione vndecima, tempore Pontificatus Sanctissimi Domini nostri, Domini Hadriani, diuina ꝓuidentia Papæ Sexti, anno Secūdo. Præsentibus ibidem nobilibus, & generosis viris domino Camillo. D. Iacobi Soardi Mantuano, artium scholare. Domino Pompilio, domini Antonij Sancta Cruce Romano, legum scholare. Domino Dino Pierangeri Serdini de Luca, legum scholare, & domino Magnifico Gregorio Marci Fridiani, artium & medicinæ doctori Luceñ. &. D. Bonaparte de Ghisileriis de Bononia, & aliis, quampluri-mis & probatissimis viris, testibus omnibus ad prædicta omnia adhibitis, vocatis, & rogatis.

Instrumentum impositionis et uenditionis census.

IN NOMINE Dñi amen. Per hoc præsens publicum &c. Quod Anno &c. In mea notarii &c præsentia &c. Dñs Bernardinus de Marabotis filius domini Iacobi clericus Ciuitatis Montisregalis, Romæ commorans principalis sponte animoq; deliberato & ex eius certa scientia, ac libera & spontanea voluntate non coactus non conuictus circumue ntus, nec per errorem aliquem seductus, aut deceptus, sed pure libere, ac animo

animo deliberato pro se suisq; hæredibus & successoribus, omnibus melioribus modo, vie, iure, causa, & forma quibus de iure fieri potuit, imposuit, constituit, & assignauit vnum perpetuum annuum censum decem Scutorum ad Iulios dece pro quolibet Scuto, liberum & exemptum ab omni onere & impositioñ. in & super domo ipsius domini Bernardini, dictæq; domus fructibus redditib prouentib. iurib. obuentionib. & emolumentis vniuersis quæ domus est sita in dicta ciuitate Montisfregalis, in strata portæ vici, cui ab vno sunt bona domini &c. & alij fines si qui &c. cum iurib. & pertinentijs suis. Quem quidem annuum perpetuum censum decem Scutorum vt supra assignatum, idem dominus Bernardinus vendidit, dedit, cessit, & concessit, transtulit, tradidit, & donauit honorabili viro domino Ioanni Francisco de Qualia, filio domini Bernulphi, ciui dictæ Ciuitatis Mōtisfregalis, præsenti, ac pro se suisq; hæredibus & successoribus, quibuscunq; legitime stipulanti, & recipienti.

¶ Itē similiter titulo venditionis, ac iure ꝓprio & in perpetuū dictus dominus venditor vendidit, dedit, cessit, concessit, transtulit, & donauit dicto dño Ioanni Francisco emptori præsenti, ac pro se, &c. omnia & singula, iura & actiones, reales personales directas, vtiles, hypothecarias in rem scriptas officium iudicis & bñficium iuris quæ quas & quod dictus dñs venditor aliquo vnquā tēpore, habuit seu habet & sibi cōpetiit seu cōpetit, aut cōpetere potuit, seu potest, vel poterit quolibet in futurum, in de & super dicto annuo censu X. Scutorū, ac dicta domo super qua est assignatus hmōi census, ac iurib. supradictis contra quascunq; vniuersitates & loca ad habendū, tenendū, possideñ. seu quasi vtendum, fruendū, fructificandū, vendendū, donañ. pignorandū, & alienañ. ac de eodem cū ipsius cēsus annui iurib. facieñ. & disponendū ad ipsius dñi. N. emptoris libitū & voluntatē. ¶ Ponēs dictus. D. vēditor dictū D. N. emptorē pñtem & vt supra stipulañ. in de & super dicto annuo cēsu, ac iurib. ꝑdictis, vt supra vēditis & cessis in locum ius & priuilegium ipsius dñi. N. venditoris. Ac cōstituens ipsum D. N. emptorē super dictis ꝓcuratorem, vt in rem ꝓpriam, ita quod ex nunc & in posterū dictus. D. emptor pro dictis iurib. & actionib. eius ꝓprio nomiñ, agat petat, exigat, recipiat, & defendat eisq; liber. vtatur fruatur, & experiatur in iudicio & extra iudiciū, vbilibet etiā directis actionib. ad eius voluntatem, vt idem D. N. vēditor agere, petere, & experiri poterat ante venditionem, & alienationem prædictas. ¶ Constituens se idem. D. Venditor tenere & possidere seu quasi dictum annuum censum cum iuribus prædictis, necnon dictā domū prætextu dicti census & illius occasione procuratorio nomine ipsius emptoris donec ipse de eisdem inuestitus fuerit, ac realem, actualem, & corporalem, possessionem, seu quasi, adeptus fuerit. ¶ Dans & concedens nihilominus dictus. D. N. venditor. dicto. D. N. emptori præsenti &c. plenam libertatem & liberam potestatem dicti annui census domus, ac cum iurib. & pertinentijs prædictis possessionem, & quasi propria ipsius dñi. N. emptoris auctoritate absq; alicuius iudicis vel curiæ licentia vel mādato intrādi, capiendi, & apprehendendi, ac de censu iuribus actionib & pertinentiis prædictis faciendi, & disponendi ad ipsius dñi N. emptoris libitū & voluntatem. ¶ Quē censum vt supra assignatum & venditū, idē dñs. N. venditor promisit soluere eidem dño. N. emptori præsenti &c. de semestri in semestre, & in principio cuiuslibet semestris hic in ciuitate. N. libere absq; exceptione aliqua vna cum dānis expensis & interesse per ipsum. D. N. emptorem ob retardationem dicti census quomodolibet patiendis vel incurrendis de quibus dānis expeñ. & interesse dictus dñs. N. stare & credere voluit soli & simplici iuramento dicti. D. N. emptoris absq; aliqua probatioñ. & figura iudicij.

¶ Hanc autem assignationem venditionem dationem cessionem & concessionem, ac omnia & singula supradicta & quæ infra dicentur fecit dictus dominus N. Venditor eidem. D. N. præsenti &c. pro prætio & nomine prætij. N. Scutorum similium quæ Scuta. N. idem. D. N. Venditor ab eodem. D. N. emptore in

prompta

prompta & numerata pecunia in mea &c. præsentia habuit & recepit de quibus &c. exceptioni &c. renunciauit.

¶ Et si plus dicto prætio. N. Scutorum dictus annuus census decem Scutorum similium vt supra venditus cum iuribus & pertinentijs eiusdem valent valerent seu valere possent quomodolibet in futurum totum illud plus etiam vltra dimidium iusti prætij partem dictus. D. N. Venditor dicto domino. N. emptori præsenti &c. & expresso titulo donationis inter viuos ob amorem & dilectionem quem & quam se habere in dictis. D. N emptorem dixit irreuocabiliter, & in perpetuum cessit concessit transtulit & donauit quia sic voluit & sic sibi facere placuit & placet.

¶ Insuper idem. D. N, Vēditor promisit dicto dño. N. emptori præsenti &c ꝙ dicta domus super qua est assignatus census huiusmodi ad ipsum. D. N. Vēditorem spectat, & pertinet pleno iure dominij & nulli alteri est vendita data cessa donata, alienata aut quomodolibet pignorata nec de ea est factus cōtractus, seu districtus in præsentis contractus & dicti domini. N. emptoris præiudicium, quinimmo quod dicta domus comportat dictum censum & quod dictus census est valide assignatus pro dicta summa quodq; dicta domus est libera ab omni impositioñ. & censu seu responsioñ. vel fideicommisso nec alteri data cessa concessa aut quomodolibet hypothecata, præterquam de censu prædicto.

¶ Item promisit dictus dominus. N. venditor dicto domino. N. emptori præsenti, &c. in præsentem Venditionem facere consentire omnem personam adiacentem vel aliquod ius habentem seu quomodolibet habere prætendētem in de & super dicto censu vt supra vendito cum iuribus & pertinentijs eiusdem ad omnem solam & simplicem petitionem requisitionem vel voluntatem dicti domini. N. emptoris eiusq; hæredum vel successorum.

¶ Ac litem super dicto censu eidem domino. N. emptori, & suis non inferre nec inferenti quomodolibet consentire, quinimmo ipsum D. N. emptorem auctorizari & disbrigare ab omni persona capitulo siue loco litem ac differentiam siue controuersiam vel quæstionem quomodolibet pro tempore illatam vel inferendam in iuditio & extra iuditium iudiciumq; in se suscipere & illud prosequi & finire a principio medio vsq; ad finem ipsius domini N. Venditoris sumptibus & expensis cum propriis procuratoribus & aduocatis.

¶ Et voluit dictus dominus. N. Venditor se & suos seu ab eo ius habentes teneri, ac obligatos esse eidem domino. N. emptori præsenti &c. de euictione dicti census ad duplum rei euictæ asserens & affirmans se in ciuitate. N. talem vigere & esse cōsuetudinem approbatam quod ad duplum rei euictæ restituatur emptori & ad refectionem damnorum expensarum & interesse quomodolibet faciendorum patiendorum & incurrendorum occasionibus prædictis in iuditio & extra, de quibus damnis expensis & interesse eorumq; quantitate & numero dictus dominus. N. Venditor stare & credere voluit soli & simplici verbo dicti domini. N. emptoris vel successorum suorum absq; Sacramento & quauis alia probatione in iuditio & extra fienda ex tunc prout ex nunc dictus. D. N. Venditor pro plena & sufficienti probatione habere voluit & vult absq; alio onere probationis iudicis arbitratoris seu arbitri, ac boni viri taxatione ceterisq; exceptionibus & defensionibus iuris & facti quibus se quomodolibet defendere & iuuare posset renunciando expresse & ex eius certa scientia. Pro quibus omnibus & singulis &c. dictus clericus. N. Venditor se &c. ac sua, ac dictorum hæredum & successorum bona &c. & in specie dictam domum super qua est assignatus census, ita tamen quod per spetialem obligationem seu hypothecam generali non derogetur nec econtra in ampliori forma Cameræ apostolicæ &c. obligatioñ &c. super quibus actum &c. Præsentibus &c.

Impositio et assignatio census.

In mea

IN MEA &c. Dominus Coriolanus. N. rector parrochialis Ecclesiæ Sancti. N. loci de, N. N. dioc. sponte &c. Vnum Annuum perpetuum censum Scut. X. auri in auro super vna ipsius domini Coriolani domo quam habet in ciuitate. N. in via. N. cui coherent, &c. necnon super dictæ domus iuribus fructibus reddi. prouen. & emolumentis vniuersis libetum & exemptum ab omni onere & impositione constituit & imposuit, quem censum vt supra constituium & impositum idem dominus Coriolan. assignauit & assignatum deberi voluit dictæ parrochiali ecclesiæ sancti. N. illiusque pro tempore rectori ad vtendum fruendum &c. ponens dictam Eccle. in omne ius &c. Item cessit &c. dictæ eccl. omnia iura &c Item voluit dictum censum quolibet anno rectori dictæ parroch. ecclesiæ, pro tempore existenti tradi & solui per quoscunque dictæ domus dominos Successores vel possessores in festo. S. Martini absque exception. Hanc autem constitutionem impositionẽ & assignationem census fecit & facit, ac facere se dixit medio iuramẽto tactis &c. ipse dominus Coriol. ex & pro eo quia habuit & se habuisse affirmauit. Cõfessusq; fuit & de præsenti confitetur, Videlicet Scuta centum auri in auro ex fructib. redd. & prouen. dictæ parroch. ecclesiæ illaq; in suos proprios vsus & vtilitatem conuertisse, & quia vult dictam ecclesiam recompensare, ac se & animam suam exonerare, & quia sic sibi facere placuit, & placet. Item dict. dominus Coriolan. promisit dictam domum esse suam &c. esse liberam ab omni onere &c. præterquam de dicto censu volens idem. D. Coriol. de euiction. dicti census in ampla forma iuris valide &c. teneri pro quib. &c. se &c. bona &c. & in spetie dictam domum cum iurib. præfatis, ita quod per spetialem hypothecam generalis &c. In ampliori forma cameræ &c. Super quib. &c. actum &c. Præsentibus &c.

Mandatum de Manutenendo in possession. auctoritate ordinaria.

REVERENDO Patri domino Francisco, Dei & apost. sedis gratia Episcopo. N. necnon vniuersis & singulis dominis Abbatibus Prioribus &c. Francisco de Racaneto &c. Noueritis quod nuper pro parte domini Bernardini de Marabotis clerici. N. productis nonnullis iuribus & examinatis quibusdam testibus ad docendum quod ipse dominus Bernardinus possideat parrochialem ecclesiam Sancti. N. loci. N. N. dioc. illiusque possessionem, realem, corporalem, & actualem teneat quibus per nos visis & lectis per ipsum dominum. B. requisiti, & eundem dominum B. in possessione dictæ parochialis ecclesiæ, in qua existit fructuumque, redituum, & prouentuum, eiusdem parrochialis ecclesiæ perception. manuteneri, & defendi, & ipsum desuper non molestari, mandauimus, prout per præsentes mandamus. Mandatumque de manutenendo desuper opportunum decreuimus, prout decernimus, per præsentes. Quæ omnia & singula vobis omnib. & singulis prædictis intimamus, insinuamus, & notificamus, ac ad vestram & cuiuslibet vestrum notitiam deducimus, & deduci volumus per præsentes, Vobisq; nihilominus in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis, aliisque sententiis censuris, & centum Ducat. auri de camera, pœnis præcipiendo mandamus quatenus statim, visis præsentibus eundem dominum Bernardinum seu eius legitimum procuratorem, in possessione dictæ parrochialis ecclesiæ, in qua existit fructuum, redditũm, & prouentuum, eiusdem manuteneatis & defendatis, manuteneriq; & defendi faciatis. Et insuper sub eisdem sententiis, censuris, & pœnis inhibeatis prout nos tenore præsentium, inhibemus quibuscunq; personis ecclesiasticis & secularibus quacunque auctoritate fungentibus & functuris, ne ipsum. D. N. eiusq; procuratorem & agentes in dicta parrochiali ecclesia possessione fructuumq; &c. perceptione molestent, inquietent, aut perturbent, seu molestari, inquietari, aut perturbari permittant.

¶ In quorum fidem &c. Datum &c.

Obligatio

Obligatio in forma Cameræ cum accessione fideiussoris, ac prouisione de illum indemnem releuando.

IN NOMINE DOMINI, Amen. Anno &c. Constitutus vir, dominus Sebastianus de Palma, de regno Neapolitañ. principalis, principaliter pro seipso, sponte & ex certa eius scientia, confessus fuit & recognouit, se esse verum debitorē, discreto viro, domino Ioan. N. Pellipario in Vrbe, præsenti, & pro se, suisq; hæredibus & successoribus, rite, & legitime stipulañ. & recipieñ. in summa & quantitate. XX. Ducatorum auri de camera, ex causa puri, veri, & amicabilis mutui, post quam confessionem D. Ioan. vocauit se bene contentum & quietatum de dictis. XX. Ducat. ac quantum opus esset, renunciauit omni exceptioni, non habitorum, non receptorum, non ponderatorum, & sibi non assignatorum dictorum. XX. Ducatorum, ac spei futuræ numerationis & receptionis, ac exceptioñ doli, mali, vis, metus, fraudis, in factum, conditioni indebitæ, ob cām, vel sine causa, & generaliter omnibus alijs & singulis exceptionibus & defensionib. iuris canonici & ciuilis, ac statutis, priuilegijs, consuetudinibus, quibus contra præmissa, vel præmissorum aliquot, facere, dicere, vel venire posset, & se quomodolibet defendere vel iuuare, renunciauit & refutauit expresse, & ex certa scientia. Quos quidem. XX. Ducatos, idem Sebastianus, promisit eidem Ioan. præsenti, &, vt præfertur, stipulañ. soluere & restituere, hinc ad duos menses proxime futuros, & deinde, ad omnem ipsius Ioan. simplicem petitionem & requisitionem, vna cū omnibus & singulis damnis, expeñ. & interesse, propter tunc non factam solutionem quomodolibet patiendis, sustinendis, & incurrendis. De quibus quidē dānis, expeñ. & interesse, dictus Sebastianus, stare & credere voluit, soli & simplici sacramēto dicti Ioan. quod sacramentū habere voluit, pro plena & sufficiēti probatione, cæteris alijs probationib. expresse renuncian. Et precibus & rogationibus ipsius dñi Sebastiani, discretus vir. D. Simon. N. laicus de dicto regno, Bacalarius, de regione Arenulæ, sciens se ad præmissa non teneri, nec obligatum esse, sed teneri & obligari volens, sponte, & ex eius certa scientia, pœnes dictum Ioā. præsentem & recipieñ. vt supra, fideiussit in forma, pro dicto Sebastiano principali debitore, & promisit, quod ipse soluet dictos. XX. Ducat. vt supradictum est, alias teneri voluit, vt & tanquam principalis debitor, se insolidum, vna cum dicto Sebastiano principali debitore, obligañ. Et nihilominus idem Sebastianus, statim & in continenti, promisit & conuenit ipsum. D. Simonem præsentem pro se, suisq; hæredibus & successoribus stipulañ & recipieñ. a fideiussione, promissione, & obligatione huiusmodi, perpetuo releuare indemnē. ¶ Et pro præmissis omnibus & singulis, plenarie adimplendis & inuiolabiliter obseruādis, tam Sebastianus, quam Simon fideiussor præfati insolidum, seipsos, suosq; hæredes & successores, ac bona mobilia & immobilia, præsentia & futura, vbicunq; existentia, in ampliori forma Cameræ apostolicæ obligarunt & hypothecarunt, & quilibet eorum obligauit & hypothecauit, & curiæ causarum Cameræ Apostolicæ, & aliarum quarumcunq; Curiarum &c.

Processus prothonotariatus super bullis Papæ qui fulminatur per camerarium.

GVIDO ASCANIVS Sfortia miseratione diuina tituli Sanctæ Mariæ in via lata. S. Ro: Ecclesiæ

Ecclesiæ Diaconus Cardinalis de SANCTAFLORA nuncupatus Sanctissimi Domini nostri Papæ & sedis apostolicæ Camerarius. Vniuersis & singulis Reuerēdissimis.& Reuerend.in Christo patrib.& dñis dñis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis & clericis. Quibuscunq; & cuiuslibet ipsorum in spiritualibus & temporalibus Vicarijs seu officialibus generalibus necnō venerabilibus & circūspectis viris dominis Abbatibus prioribus præpositis: decanis: archidiaconis scolasticis cantoribus succentoribus Thesaurarijs, sacristis, archipsbyteris, alijsq; personis in quibuscunq; dignitatibus gradibus vel officijs cōstitutis: ac tā cathedraliū & Metropolitañ. quam collegiatarum Canonicis parochialiumq; ecclesiarum Rectoribus seu locatenentibus, eorundem plebanis, viceplebanis, capellanis, curatis, & non curatis, cæterisque presbyteris, & clericis, ac Monasteriorum, prioratuum & abbatiarum quorumlibet, ordinum exemptorum, & nō exemptorum prælatis Capitulis, & conuentibus, ac officialibus eorundem, necnon inquisitoribus hæreticæ prauitatis, iusticiarijs, Auditoribus officialibus conseruatoribus, subconseruatoribus, capitaneis, alijsq; iudicibus quibuscunq; ordinarijs extraordinarijs, delegatis, subdelegatis, ac omnibus & singulis, alijs clericis notarijs, ac tabellionibus publicis, quibuscunq; per ciuitatem & dioc. N. ac alias vbilibet constitutis quibuscunq; nominibus censeantur, & quacunq; præfulgeant dignitate, Salutem in domino, & præsentibus fidem indubiam adhibere nostrisq; huiusmodi immo verius Apostolicis firmiter obedire mandatis. Noueritis quod nuper Sanctissimus in Christo pater, & dominus noster dominus Paulus, diuina prouidentia Papa IIII. Venerabilem virū dominum. N. familiarem suum continuum, commensalē, & apostolicæ sedis notarium, Ipsum aliorum dictæ sedis notariorum numero & consortio fauorabiliter aggregando per suas literas apostolicas gratiose recepit atq; admisit. Quarumquidem literarum tenor de verbo ad verbum sequitur & est talis.

¶Hic inserantur literæ.

¶QVI præfatus Dominus Noster Papa volens nonnullorum summorum Pontificum prædecessorum suorum vestigijs inherere & eundem Magistrum N. fauore gratioso prosequi. Ipsum omnibus priuilegijs indultis honoribus libertatibus immunitatibus & exemptionibus per prædecessores suos dictæ Sedis notarijs huiusmodi concessis per dictas suas literas etiam gaudere voluit pariter & concessit prout in eisdem literis plenius continetur. Ac nihilominus ordinans, ipse dominus noster Papa & auctoritate apostolica committens, quod tam super præmissis, quam etiam super exemptionibus, ac inhibitionibus dudum per felicis recordationis Ioannem Papam. XXII. & Paulum II Ro. & vniuersalis ecclesiæ summos Pontifices prædecessores suos vniuersis & singulis, tam ordinarijs quam delegatis, alijsq; quibuscunq; personis quacunq; auctoritate fungeñ. auctoritate Apostolica districtius factis, ne ipsi contra eosdem, ac dictæ sedis notarios aliosq; officiales & familiares, ac inhibitiones huiusmodi, seu coram aliquem quauis occasione vel causa absq; eiusdem sedis licentia speciali & suis literis eis concedeñ. & tenorib. literarum earundem plenam mentionem facieñ. procedere valeant, ac in eos aut eorum aliquem excommunicationis suspēsionis vel interdicti, aut alias sentētias cēsuras & pœnas promulgare præsumerent quoquomodo extunc irritum & inane contra inhibitiones huiusmodi contigerit attemptari decreuerunt. Subsequenter etiam voluerūt quod nos Camerarius præfatus, seu quicunque alius dictum Camerariatus officium tenens, seu eius viceregens per se, vel alium, seu alios notarijs, & officialibus huiusmodi inhibitiones speciales vel generales, p nostras literas inuiolabiliter obseruari, necnon omnibus & singulis supradictis dum cōgruum fuerit notificari, & intimari. Omniaq; & singula iuxta suos & suorum prædecessorum scriptas concessiones hmōi plenarie adimpleri faceremus & procuraremus Cōtradictores per censuram ecclesiasticā & alia iuris remedia appellatione postposita cō-

pescendo,

rescendo, inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis, non obstantibus omnibus & singulis quæ præfatus dominus noster Papa, & alii summi Pontifices prælibati in prædictis concessionibus voluerunt non obstare.

CVT AVTEM prænominatus magister. N. prælibati domini nostri Papæ, & Apostolicæ sedis prædictæ notarius, eiusque capellani, seruitores, & familiares, omnibus & singulis priuilegiis, immunitatibus, & exemptionibus, notariis, familiaribus, & aliis officialibus apostolicis, vt præmittitur concessis, vti, & gaudere debeat. Cunque omnium & singulorum huiusmodi Notariorum, & officialium prædictorum, & aliorum quorumcunque præfatæ Sedi, immediate subiectorum correctio, punitio, tuitio, & defensio, necnon omnium eorundem causarum arguitio, & determinatio de antiqua & obseruata consuetudine ad nos Camerarium præfatum, seu alium pro tempore existêtem, seu vicegereñ. ratione dicti Camerariatus officii spectare & pertinere noscantur. In præsentiarumq; prout nostro Camerariatus huiusmodi incumbit officio eidem magistro. N. notario suisq; capellanis familiarib. & seruitoribus opportune prouidere volentes. Idcirco de mãdato domini nostri Papæ, super hoc viuæ vocis oraculo nobis facto auctoritate nostri Camerariatus officii, vos omnes & singulos supradictos quibus præsens noster pceſſus dirigitur tenore præsentium requirimus & monemus primo, secũdo, tertio, & peremptorie cõmuniter vel diuisim, ac vobis & vestrũ cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excõmunicationis, aliisq; infrascriptis sentẽtiarum pœnis districte præcipiẽdo mãdamus, ac inhibemus quatenus exnũc in antea vel saltem infra sex dierũ spaciũ post præsentationem, seu notificationem præsentium, ac requisitionẽ vobis, seu alteri vestrum factas, immediate sequentium quorum sex dierum, duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos, duos dies, vobis vniuersis, & singulis supradictis pro tertio, & peremptorio termino, ac monitione canonica, assignamus, ne præfatum dominum. N. notarium suosq; capellanos familiares, & seruitores contra formam exemptionis, & inhibitionis huiusmodi quauis occasione, siue causa de vestro officio, seu alias quouismodo inquieretis vel molestetis, citando, monendo, excommunicando, molestando, arrestando, seu moueri, citari, excommunicari, arrestari aut molestari faciendo, seu perturbando, iniuriando, aut damnificando. Nec etiam contra eũdem dominum. N. notarium, capellanos, familiares, aut seruitores, & subditos suos aut sua, seu ipsorum capellanorum, familiarium, & seruitorum siue alicuius eorum bona, & beneficia, fructus, quoq; redditus, prouentus, iura obuentiones, & emolumenta quæcunq; ex eisdem beneficiis, & bonis huiusmodi, aut eorum altero prouenientes, & prouenientia quomodolibet, & quacũq; de causa, iure, vel titulo ad eosdem spectantes, & pertinentes, ac spectantia, & pertinentia, in iuditio, vel extra procedere, seu procedi facere, per, se, vel alium, seu alios, publice, vel occulte, directe, vel indirecte; quouis quæsito colore, vel ingenio, præsumatis, vel contra præsentium tenorem, attemptetis: aut procedatis, seu attẽptari, vel procedi mandetis, aut faciatis. Quisnimo, si a die receptionis suæ, ad notariatus officium huiusmodi in aliquo contra eum, eiusque Capellanos, familiares, aut seruitores vel ipsorum, seu alterius eorundem beneficia, res, & bona, ac fructus, redditus, & prouentus, iura, obuentiones, & emolumenta prædicta quæcunque siue eorum propria auctoritate, aut alias processeritis, aliquo modo, seu prædicta feceritis hactenus aut in futurum processeritis, id totum reuocetis cassetis annulletis & aboleatis, ac in pristinum statum, reponatis & reducatis, ac reuocari cassari annullari & aboleri, ac reponi restitui & reduci faciatis & procuretis cum effectu prout nos reuocamus cassamus annullamus & abolemus, necnõ reponimus reducimus & restituimus respectiue præsentiũ per tenorẽ Nõ obstañ. Lateraneñ. concilii cõ de habitũ, & rochetũ deferendo, ac quibusuis iuramẽtis p eũdẽ N. notariũ præstitis & in posterum præstandis, ac omnib. aliis supradictis: Super quib. omnibus & singulis

de

fatas exemptiones immunitates priuilegia, & indulta vt præfertur per præfatos summos Pontifices huiusmodi notarijs & familiaribus sedis Apostolicæ concessa aliaq; omnia & singula in huiusmodi nostro processu cõtenta vobis & vestrũ cuilibet, ac alijs quibus & quoties expediens fuerit intiment, insinuent, & notificent, ac alias fideliter publicare, pcurēt, seu alter eorũ intimari, insinuari, notificari, & fideliter publicari procuret. N õ permitteñ. dictum magistrum. N. notarium eiusq; capellanos familiares, & seruitores per vos vel alium, seu alios, aut aliquem vestrum cõiunctim vel diuisim cõtra prædict. inhibitioñ. decreti & voluntatis formã & effectum pro quibusuis eorum causis & negocijs inquietari vel molestari. Q uinimo contradictores quoslibet & rebelles, seu inobedientes & huiusmodi mandata nostra immonerius apostolica & in eis contenta quæcũq; impedieñ. ac non insinnañ. vel non exequeñ. per censuram ecclesiasticã & alia opportuna iuris remedia ad obseruationem exemptionem priuilegiorum, & indultorum prædictorum appellatione remota compescendo. Ita tamẽ quod in præiudicium dicti magistri. N. notarij in processibus p nos habitis, aut sententijs, p nos latis absoluendo vel suspendendo aliquid immutare non valeãt, in cæteris aũt quæ præfato magistro. N. notario nocere possint vel obesse ipsis subdelegatis ac alijs supradictis potestatem omnimodã denegamus. Volumus aũt literas prædictas, & hunc nostrum processum pœnes eundem dominum. N. notarium seu alium de ipsius mandato, aut voluntate remanere & nõ per vos seu aliquẽ alium contra eius voluntatem detineri. Mandamus tamen copiam fieri de præmissis eam petentibus & habere debentibus petentium quidem sumptibus & expensis. Absolutionẽ vero omnium & singulorũ qui præfatas nostras sententias, aut earum aliquam incurrerint quoquomodo nobis vel superiori nostro tantũ modo reseruamus ¶ I N quorum omnium & singulorum fidem & testimonium præmissorum præsentes literas siue hoc præsens publicum processus instrumentum exinde fieri & per notarium dictæ Cameræ apostolicæ infrascriptum subscribi & publicari mandauimus sigilliq; nostri Camerariatus officij iussimus & fecimus appensione communiri. Dat. & act. Romæ in dicta Camera apostolica, Sub Anno &c. Præsentib. duobus dictæ Cameræ notarijs testibus &c.

Altera forma super bullis Legati siue nuncij.

GVIDO ASCANIVS Sforria &c. Vt in præcedenti forma, vsque noueritis quod nuper Reuerend. in Christo Pater, & Dominus. D. N. Dei & apostolicæ sedis gratia Episcopus. N. tunc ad Illustrissimum Principem & dominum dominum N. Ducem, sedis apostolicæ, nuncius ad hoc sufficienti facultate per Sanctissimum in Christo patrem, & dominum dominum. N. diuina prouidentia Papam. N. suffultus venerabilem virum dominum. N. clericum. N. dioc. in eiusdem Sanctissimi domini nostri Papæ, & sedis apostolicæ notarium, illũ aliorum dictæ sedis notariorum numero, & consortio fauorabiliter, aggregando per suas literas gratiose recepit atque admisit. Quarum quidem literarum tenor de verbo ad verbum sequitur, & est talis. ¶ Inserantur literæ. ¶ DEINDE. Idem R. D. N. Episcopus & nuncius præfatus volens eundem. D. N. notarium fauoribus & gratijs prosequi specialibus ipsum iuxta facultatem sibi per eundem dominum nostrum Papam concessam. Omnibus & singulis priuilegijs immunitatibus exemptionibus libertatibus fauo ibus & gratijs, tam per ipsum dominum. N. Papam. N. quam quoscunq; alios Ro. Pontifices prædecessores suos dictæ sedis notarijs huiusmodi concessis etiam per dictas suas literas gaudere voluit pariter & concessit prout in eisdem plenius continetur. Volens nihilominus & ordinans ipse R. D. N. Legatus prout prælibatus Sanctissimus dominus noster. N. Papa. N. Voluit & ordinauit atq; cõmisit, quod tam super præmissis, quam etiam &c. vt in præcedenti forma mutatis mutandis.

Quietantia quadraginta quinque Scutorum auri, occasione pension annuæ debitorum: facta per procuratorem.

DOMINVS Ioan. Mileti, Gallus, literarum apostolicarum & breuium scriptor, ac procurator. R. P. D. N. Patriarchæ Hierosolymitañ. inter alia ad exigeñ. & recuperandum, ac habuisse, & recepisse confitendũ quascunq; pecuniarum summas, dicto dño Patriarchæ, occasione vnius pẽsionis annuæ Floreñ. ducẽtorũ auri Rheneñ. sibi reseruatæ super fructib. redditib. & proueñ. Præpositurę & custodiæ eccl. Leodieñ. prout de suo pcuratio- nis mãdato fidẽ fecit per instrumentũ publ in papyro receptũ, & publicatũ Romæ, per dñm Nicolañ Durandũ, clericñ Tulleñ. dioc. Archiuij Ro. cu. Scriptorẽ, sub die xx. mensis Septemb. proxime præteriti, anni M. D. &c. quod facto dedit, ac recognosci fecit, & eo nomine procuratorio. In mea notarii publici, & testium &c. præsentia, habuit & recepta præfato domino Gerardo. N. ad instantiam dñi Baptistæ de. N. de ordine, & commissione dñi Germani. L. de Antuerpia, Scuta Quadraginta quinq; auri de Sole, ad Iulios decem pro Scuto, pro valuta Florenorum Sexaginta auri Rheneñ. debitorũ dicto Reuereñ. dño Patriarchæ, pro terminis Natiuitatis D. N. Iesu Christi, & Sancti Io. Baptistæ proxime præteriti, occasione pensionis annuæ Florenorum totidẽ, dicto dño Patriarchæ eius principali, super fructib. &c. dictæ custodiæ eccl. Leodieñ. reseruatæ. De quibus. 45. Scutis, pro dictis duob. terminis debitis, se bene contentum vocauit, & eundem dominum Gerardum. N. licet, vt supra absentem me notario &c. stipulãte, & recipiente, pro eo, quietauit: Promisitq; dicta 45. Scuta sibi esse, & perpetuo fore bene soluta, & præsentem quietantiam esse bonam, & bene factam, & mãdatum suum procuræ, non reuocatum, quod ipse sciat, & pro dictis pecunijs solutis, dictum dominum Gerardum. N. nullo vnquam tẽpore, habiturum molestiam, alias, voluit principalem suum teneri ad restitutionem, & ad omnia dãna, &c. ¶ Pro quibus ita obseruandis, dictum dominum Patriarcham, eius principalem, & ad omnia bona sua &c. ac seipsum, & bona sua &c. in ampliori forma Cameræ apostolicæ obligauit, cum clausulis consuetis.

℣ Iurauit &c. ℣ Super quibus &c. Actum in officio mei notarij. Præsentib. &c. A. &. B. &c. clericis. C. &. D. respectiue dioc. Testibus &c.

Instrumentum ratificationis obligationis prius factæ per tertium.

PERSONALITER Constitutus nobilis vir. D. Lelius de Fabiis, pater dñi Bernardi de. N. habẽs notitiam de supradicta obligatione, modo & forma, quibus supra, facta, per dictum dñm Ber. eius filium de dicto deposito, in fauorem cuiusdã domini Dominici de Iacobatiis, illoq; sibi vulgarizato per nos notarios, in omnibus & per omnia ratificauit, emologauit, & acceptauit, ac suum consensum præstitit, illudq; ratum, gratum, & firmum habuit, & contra non facere, dicere, vel venire aliqua ratione, iure, modo, titulo, siue causa promisit in forma, & conuenit. ¶ Pro quibus præmissis omnibus & singulis, idem dominus Lelius, se, suosq; hæredes & successores, ac bona mobilia, & immobilia, præsentia & futura, vbicunq; existentia, in simili forma cameræ apostolicæ supradicta, cum submissione, renunciañ. constitution procuratorum, iuramento, & aliis clausulis similibus supradictis obligãdo. ℣ Super quibus præmissis omnibus & singulis, idem dominus Lelius, sibi a nobis notariis publicis infrascriptis, vnum vel plura &c. Act &c.

De

De donationibus.

NOTA Quod donatio excedens Quingentos aureos, debet præscindi & donatori insinuari, & fieri coram eo, & a Præside cōfirmari, alias cui fit donatio, non remanet. Nota etiam, quod debet fieri donatio præsente donatore, vel eius ꝓcuratore recipiēte, & ad illud specialiter cōstituto. ¶ Itē quod donatio inter virum & vxorem, patrem & filium, non valet, nisi morte cōfirmaretur, idest quod non possit reuocari etiam quamdiu viueret. ¶ Item nota quod secundum leges, adminus tres testes, cum notario, in instrumento poni debent. Sed in cognitione debiti, quinq; testes sunt necessarij. Sed secundum Canones, duo Testes sufficiant, etiam in vltimis voluntatibus ad pias causas.

Reuocatio procuratorum, cum constitutione aliorum: ad parrochialem Ecclesiam regeñ. et gubernañ. aliaq; facieñ.

PERSONALITER Constitutus, dominus Rol. Ostreh' clericus Ambianeñ. (reuocando prius & ante omnia, dominos. B. A. I. & R. clericos Ambianeñ. & diocef. respectiue, & alios procuratores, pēr eum hactenus, ad infrascripta alias constitutos, & ab ieis, vel eorum altero substitutos, prout reuocat de præsenti. Spōte &c. Constituit procuratores suos, videlicet venerabiles & discretos viros, dños Michaelem de Boylle, clericum Carnoteñ. in artib. magistrum, & in suprema parlamenti Curia inclytæ ciuitatis Parisieñ. Aduocatum, & Iacobum Dumolim, clericum dictæ ciuitatis, in Curia Castelli eiusdem ciuitatis Procuratorē, ac magistrum Vincentium de Sertenas, Bibliopolam, seu librarium dictæ ciuitatis, absentes &c & quemlibet eorum insolidum. Ad ipsius domini R. constituentis nomine, & pro eo, reuocationem prædictam, eidem domino R. & aliis procuratoribus, vt præfertur, reuocatis, & eorum cuilibet, necnon aliis, quibus, & vbi opus fuerit, significandi, & intimādi, eisq; & eorum cuilibet inhibeñ. ne de cætero, in negotiis infrascriptis, nomine dicti constituentis, se quomodolibet intromittant, seu eorum alter intromittat, necnō computa & rationes, de gestis & receptis per eos, nomine dicti constituentis, peteñ & audieñ. necnon parrochialem ecclesiam sancti Georgii de. H. cum illius forsan annexis, Ambianeñ. dioc. super cuius possessorio, lis, seu cōtrouersia, & molestia, corā certis secularibus iudicibus in partibus, & seu corā R. Domino Præposito dictæ curiæ Castelli ciuitatis Parisieñ. inter eundem dñm constituentē, & nonnullos eius aduersarios, pendet indecisa & cuius recidentiā, idem dñs constituens, per eosdem indices adiudicari sibi obtinuit, in spiritualibus & temporalib. regeñ. & gubernañ seu regi & gubernari, ac in diuinis laudabiliter deseruiri facieñ: Vicarium seu Vicarios, in eadem ecclesia poneñ. & prout opus fuerit, amoueñ. Fructus, quoq;, redditus, & prouētus, x eadē parrochiali, & illius forsan annexis, quomodolibet prouenientes, locañ. & rendañ. personæ, seu personis, pro præcio de quibus eisdem. N. ac. I. & V. procuratoribus, vel eorum alteri videbitur, dislocandum, & eosdem fructus, ac quascunq; pecuniarum summas, eidem domino constituenti, ratione dictæ parochialis, & illius forsan annexis, debitas & debendas, a præfatis procuratorib. reuocatis, & aliis quibuscunq; personis exigeñ. leuañ. & recipieñ. Deq; receptis, exactis, & recuperatis, per eosdē M I. & V. vel eorum alterum, quietañ. & absolueñ & quietātias, & alia pub. documēta desuper necessaria facieñ & concedeñ necnō super lite, seu cōtrouersia, vel molestia, super dictæ parrochialis, & illius forsan annexis, pendente, vt præfertur, pro quocunq; alio beneficio ecclesiastico, seu annua pensione, aut alias (prout eisdem procuratoribus vel eorum al

pñti &c seu cui ipse D. Florius cesserit in simili specie statim finita præsenti Societate absq; exceptione & illa duráte facere participẽ D. Floriũ in fructib. ordinarijs & extraordinarijs dicti offitij p rata parte, quã partẽ propter incertitudinem fructuũ dicti offitij & fastidia computorũ quæ desuper oriri & esse posset dictus D. Florius conduxit ab eodẽ D. Petro ad rationẽ Scutorum duodecim si miliũ p quolibet centenario in anno quæ solui debeãt de semestri in semestre, & in principio cuiuslibet semestris & sint libera exempta ab omni onere ordinario, extraordinario decima subsidio impositioñ. quauis auctoritate impositi, & impoteñ. etiam in euentum belli pestis obitus Pontificis concilij etiã ipso dño Petro offitium amittente seu dimittente & in quoscunq; alios casus & euẽtus qui esse possent cum pacto q dicta Scuta duodecim similia semper currant & debeãtur ad eandem rationẽm etiam in omnes dictos euentus, ac post finitam, seu disdictã Societatem vsq; ad integram, & realem dictorum Trecentorum Scutorum restitutionem loco damnorum & interesse quæ ad tantũdem dicti contrahentes estimarunt & taxarunt, Super morte aũt conuẽnerunt quod moriente domino Florio ante dominum Petrum durante Societate huiusmodi morte tamen naturali non violenta non vi ferro, nec veneno, seu alitercunq; inflicta quod dominus Petrus lucretur dicta Scuta trecentum & teneatur tantum ad solutionem fructuũ decursorum non solutorum. In omnes autem alios casus & euentus. Idem dñs Petrus teneatur ad dict. Scut. 300. solutionem & restitutionem, & dominus Florius sponte &c. confessus fuit habuisse dictam ratam partem conductam, seu fructus primi semestris ab eodem domino Petro de quibus &c. ¶ Vlterius conuenerunt quod dictus dñs Florius possit nomĩnare aliam personam, & in eam periculum mortis, ad dicta Scuta trecentorũ cum omni iure quod habet virtute pñtis obligationis, & instrumenti, tam coniunctim, quam diuisim dictasq; pecunias in totum, seu in parte arbitrio suo transferre, & se, in totum, vel in parte excludere, quæ persona possit, & valeat vti præsenti instrumento, & contra quoscunq; illius virtute agere & experiri in iudicio & extra in omnib. & per omnia prout ipse. D. F. posset si illã non nominasset adiecto pacto, quod. D. Florius teneatur eandem nominationem, & trãslationem intimare & viuere per decem dies post factam intimationem quæ etiam valeat domi dimissa copia & idem D. Petrus promisit dare in fideiussores huic Societati qui personaliter & in solidum accedent D. N. &. N. quos licet absentes me notario &c. indemnes pœnitus &c. ita quod &c. ad omne ipsorum fideiussorum beneplacitum releuare promisit, & quod moriente, seu conditionem deteriorante vno seu quolibet ipsorum re aliũ seu alios quæ idoneos qui eodem modo accedant alias voluerunt dicti contrahentes quod ipse D. Petrus teneatur ad restitutionem & solutionem omnium & quorumcunq; ad quæ teneretur si Societas esset finita.

D. N. &c. Certioratus per me notarium de quadam Societate Scut. 300. auri in auro ad rationem duodecim Scutorum auri p centenario in anno inter dominos Petrum. N. notarium Sacri palatii apostolici & D. Florium. N. super dicto officio notariatus cum pacto quod idem D. Florius possit periculum mortis & pecunias in aliam personam transferre, & de aliis in ea contentis sibi per me lectis sciens se, non teneri, sed teneri volens spoñ. &c. eandem Societatem, & omnia in ea contenta pro eodẽ. D. Petro accessit, vt personalis personaliter, & in solidũ se principalẽ debitorẽ constituẽdo p quib. &c.

Proœmium Testamenti Bo. me. Cardinalis de Cæsarinis.

QVVM ea sit mentis humanæ vis, atq; præstantia, vt summi opificis sapientiam suo complexu fouentem omnia, ac conseruantem, non solum contemplari, sed etiam in reb. ad se pertinentib. possit imitari, factum est vt & præsentes rerũ suarum functiones rogat, & quæ futura sunt, lon-

ge ante prospiciat,atq; moderetur.Gaudet enim sapientia mortaliũ, se ad supre
mum illud exemplar formare,& suæ originis,quantum in ea,referre bonitatem,
qua diuinæ prouidẽtiæ imitatione,in rebus humanis, nihil inueniri potest subli
mius;nihil vtilius. Hinc etenim ortum habuerunt rerũ publicarum, priuatarũq;
constitutiones,& artes omnes,& quicquid ad propulsanda iminentia nostræ im
bellicitati pericula,atq; incommoda,& ad ciuilis vitæ cultum , ornatũq; potuit
humana solertia excogitare. Inter quæ,multa,præclare atq; vtiliter,inuenta,il-
lud imprimis memorandum videtur,quo testamentorum,ius ac ratio,cõtinetur,
quum & homines,ad rem familiarem tuendam,hæc potissimum ratio reddide-
rit promptiores,multaq; certarum successionum vtilitates, publice priuateque,
pepererit,& cultum vitæ omnem compositionem,& elegantiorem constituerit,
bonorumq; nostrorum dominos,etiam post obitum nos fecerit,beneq; de ijs me-
rendi,quos amamus,aut quib. debemus,facultatem tribuerit,& nostram demum
vitam,quasi prorogauerit legatorum ad pias causas, fructum nobis , etiam vita
functis,largiendo. Quas ob causas,humano generi,semper visæ sunt,ita piæ su-
premarum harum voluntatum curæ,vt legum maiestatem,non puduerit testa-
toris officium supplere,sententiæq; eius agere interpretem,si quando quis inte-
status,casu aliquo,aut etiam negligentia,decesserit. Vnde factum videmus vt te
stamenta,non solum rerum publicarum & gentium omnium laudibus,vsuq; ce
lebrata,verum etiam sanctissimorum patriarcharum, & legislatoris Mosis, atq;
ipso demum,Domini,ac Dei nostri Iesu Christi exemplo,fuerint approbata, ac
sanctificata. Qui,cum ex hoc mundo,ad patrem esset habiturus,de ijs,quæ post
eius mortem agenda essent,deq; suæ,pacis,& sancti sui Spiritus,deq; cœlestis ci
bi,ac potus,diuina hæreditate,nouo & æterno testamento, supremam volunta-
tem suam,nobis hæredibus testatis reliquit. Huius ergo rei communissimum, ac
certa seculorum omnium experientia celebratum vsum,quum prudentissimum
quemq; sequi viderem,domesticaq; haberem exempla maiorum meorum , Vo-
lens & meorum propinquorum omnium,& bonorum ipsorum , hoc est pagorũ,
& Castrorum,quæ in hæreditatis meæ corpore continẽtur,incolumitati,salutiq;
prospicere,meam voluntatem nunc testari statui,quod,vt fiat,eo quo decet ordi
ne,prius de ijs agam,quæ ad me pertinent,corpusq; meum. Deinde,ad bonorum
meorũ dispositionem descendam ¶ Primum igitur. D. N. Iesum Christum,fle-
xis genibus oro,vt qui mihi,sua benignitate,largitus est,quicquid boni possideo
genus,opes,dignitates,vitam,& supremam hanc suam vocationem,ad Christia
nismum,& ad gradus in ecclesia sua militanti, fere summos Episcopatus , & in
Romana Ecclesia Cardinalatum,ipse idem,secundum magnam misericordiam
suam,dignetur mihi misero peccatori,innumera inter huius peregrinationis erra
ta,dimittere,in quæ mea culpa,tam commissione,quam omissione incidi. Quá
culpam,quia eius munere,& agnosco,& damno , & cum dolore detestor , spero
eum in die sui tremendi aduentus , mecum vsurum multitudine miserationum
suarum,meritisq; sacratissimæ suæ mortis, deleturum Chirographum multorũ,
ac magnorũ debitorũ meorũ. Nam & si dolis antiqui hostis quotidie præoccu-
per,ac supplanter,quia tamen dei dono,sentio me,fide Christo adhærere, mem-
brumq;,licet infirmũ,& infimum corporis eius mystici,esse, Ideo firmiter spero
me participem esse sacratissimi eius sanguinis ꝑ nobis peccatorib. misericordis
sime effusi,extra quem fidei gremiũ,ego nunquã speraui me posse, ex hoc diabo
licarũ insidiarum pelago,ac diluuio,enatare ad salutis portũ, nisi in hac fidei ca-
tholicæ vnica Arca seruarer. Quare oẽs hæreses,tã veteres,quam nouas,ob Ec-
clesiæ catholicæ caput habeñ. Petrũ & successores eius,corpore se audentes ab-
scindere,ego semꝑ Dei munere abominatus sum,tã corde,quam voce. Et nunc
ẽt scriptis his iudicij ac volũtatis meæ,certissimis testib. aperte detestor,qcquid
in hæreticorum dictis,a fidei catholicæ Romanæ , professione demũ reperitur,
Dominumque nostrum Iesum Christum supplex oro , vt benignitate sua, mihi
conce-

concedat in hac fide sua perseuerantiam, vsq; ad animæ meæ discessum ex hoc corpore. Quam animam, quum ego, toto corde, cupiam Deo reddere, a quo eam accepi, filium eius vnigenitum, qui ad illum vnica est via, cum lachrymis obtestor, qui quandocunq; finem vitæ huius meæ esse voluerit, q suū est, sibi sumat, seu quod, mea culpa, ego alienum feci, ille, sua benignitate, soluens, pro me debita mea, atque ab antiqui hostis captiuitate me redimens, suum facere dignetur, quod quum (vt firmiter spero) fecerit, corpusq; hic ego reliquero, sepulturæ locum mihi deligo (si me hic mori contigerit) Monasterio Aræ Cœli, in capella de familia nostra de Cæsarinis.

Libuit superioribus instrumentis, & alias quasdam antiquorum iam absoletas formulas adnectere. Quas inter, instrumenti cuiusdam antiquissimi, de finibus & terminis agro positis, copia, per egregium virum, dominū Benedictum Cipellum Buxetanum, vtriusq; iuris doctor, nobis charissimum, facta est. Huic igitur, vt quasi limes quidam, formulas moderniores, ab antiquiorib. suo propemodum iure, distterminaret, primas in veteranorum acie parteis adscripsimus. ❡ Lector, quicunque es, te eas, haud quaquam pelregisse pœniteat.

EXEMPLVM INSTRVMENTI ROMANI ANTIQVISSIMI, FINES AC TERMINOS AGRI INter Genuenses & Veiturios statuentis, nunc primum typis calcographis fideliter descriptum ex Tabula Aenea venerandæ vetustatis, ad iugi, seu Apennini radices effossa in Valle Liguriæ, quæ vulgo Porcifera dicitur. Anno salutis septimo supra Millesimum Q uingentesimum, Mense februario. Tabula vero ipsa, est longitudinis duorum palmorum, paulo amplius latitudinis sesquipalmi, Literis antiquissimis, & eis, vt appellant, maiusculis, minutis tamen, perscripta, ita vt expeditissime legatur.

Ea Tabella hodie de Templi maioris tholo Ianuæ pēdet, in honorem Antiquitatis. Si quid igitur Lector optime, ipsam sacrosanctam antiquitatem amas, vt sane debes, Tabellam hanc perlege, quæ tibi priscum & Genuinum Romanorum sermonem, eumq; forensem repræsentabit. Q VOD si quid, te forte in ea minus emendatum offenderit, nihil est, cur nostram curam, iudiciumque desideres. Namq; in huiusmodi honorandæ vetustatis Reliquijs repræsentandis nihil satius me facturum existimaui, quam si duorum exemplariorum fidem religiosissime sequermur.

Q. M. MINVCIEIS Q. F. Rufeis de Controuersieis inter Genuateis, & Veiturios, in re præsente cognouerunt. Et coram inter eos controuersias composeiuerunt. Et qua lege agrum possiderent, & qua fineis fierent, dixerunt. Eos finieis facere, terminosque statui iousserunt. Vbei ea facta essent, Romam coram venire iousserunt, Romæ coram sententiam ex Senati Consulto dixerunt Eidib. Decemb. L. Cæcilio. Q. F. Q. Mutio. Q. F. Coss. Qua ager priuatus Castelli Veituriorum est. Quem Agrum eos vēdere, hæredemq; sequi licet Is ager vectigal nei fiet. Languensiū fineis agri priuati, ab riuo infimo, qui oritur ab Fontei in Manicelo, ad Flouiū Edū, ibei termin⁹ stat. Inde Flouio sursū vorsum in Flouiū Lemurini. Inde Flouio Lemuri sursum, vsq; ad Riuom Cōberanæ. Inde Riuo Cōberanea sursum, vsq; ad Conuallem Cæptiemam. Ibei termini duo stant circū viam Postumiā.

tur oportere ante EIDVS Sextilis primas. Sei qui de ea re iniquom videbitur esse, ad nos adeant primo quoq; die, Et ab omnibus controuersieis, & HONO: PVBL. LI. LEG. MOCO METECANIO METICONI. F. PLAVCVS PELIANI PELIONI. F.

AD LECTOREM.

Exemplar alterum, quod meo rogatu iuuenis quidem non indiligens, fideliter ex Archetypo illo æreo Ianuæ describendum curauit, sic alter in locis infra notatis habet.

a Venduplale b Vinelascam c Louentionem d Berigiemam e Pœnicum f f VIE N C C C C. e Pecuniam Tum hoc loco: tum infra h Vituries hic & in erius, i Destuninibus Ibei Sæpius, nunquam Ibi. Veiturios Veturios Viturios variant exemplaria nostra.

Formula testamenti Pagani Romanorum, *Antiquum* L. *Cuspidij*

Testamentum, nunc primum ex impressione repræsentatum.

DEI OPT. Max. numine inuocato, absq; cuius nutu, neq; quicquã rite incohoari, neque recte perfici potest. Hæc est Lucij Cuspidij dispositio, vltimæ voluntatis sententia de eo, quod post mortem suam fieri, cupit, decernitq;, si quid ex hoc morbo, quem nescit, an ferre possit, secus, ac medici promittunt, de se contigerit. Testatus autem, dum mente valeret, sibi testamentum conficere placuisse, vt, sine suorum iniuria, ex hac vita proficiscatur, hæc legat. Domesticam omnem supellectilem: Nonio, qui Apolloniæ Rhetoricam docet, vel si quid de eo accidisset. Nonij filiis. P. & Gn. Cæcilius. Porro, quæ mihi debet Q. AEmilius, Germano AEmilio, liberisq; eius relinquo. Agros, Villasq;, quascunq; Lisij habeo, Domumq; consobrinus, & Lucio præcipue, quod nomen is ferat nostrum, mecumq; diutissime, atq; gratissime sit commoratus, prout decet discipulum, qui filij tenet locum, tuto hæc, & firmiter possidenda censemus Fundum quem in Tusculano colui, cui ab Aquilone, publica via, ab Austro, Templum Iouis Statoris, ab ortu solis, Sex. Pomp. ab occasu Suillus Concinnatus, Attico Auunculo do. Dabit autem Hipparcus Philotimo Historico, Talentum, & Callino grammatico, Drachmas decem. A reliqua debitione liber esto. Nisi Niceæ rationem haberemus, qui nobis aliquan diu fuit perutilis, & nunc suis facultatib. magnam fecit iacturam, ob fratris naufragiũ, profecto, quæ a nobis mutuatus est illius procurator, statim cogeretur reddere. Quoniam vero hoc illi difficile fore animaduerti, volo, vt singulis annis, victum necessarium Collactaneæ Dorphylæ suppeditet, quæ consenuit in virginitate apud Semproniam meam, cuius desiderio mortẽ opto, ꝓpter fidem, probitatem, fortitudinem, incredibilesq; virtutes Vxoris rarissimæ. Vbi Vetula hæc decesserit, absolutus erit debito omni, & cũctis, quas cõtraxerat, stipulationibus. Si quid humanũ Lapridio cõtigerit, priusquã eius liberi ad ætatem perueniãt curæ sint Antiochi rhetori, qui accipiat ex opibus nostris, quæ cũq; illis erũt necessaria, vt liberaliter educentur, instituanturq; Amo nimis, & valde amo puerorum indolem, quos ad bonam frugem natos autumo. Tu Antioche, vt dignũ est, tua erga me, & Lapridiũ volũtate, a pueris mutuo susceptra, fac, vt eos tueare, ne aut ipsorũ ingenia perdãtur, aut tui labores disperdãtur. Hortum, quem emi ab Herennio, & Deabulationem, Aedesq; Nestorianas, quibus a septentrione vicini sunt Cæsariani fratres, Gracchi a Meridie, ab Occidẽtali plaga, mare, ab Oriente sole, Eridanus est cõterminus, amicis lego, literatas literas doctis, Gallo, Fabio, Hirro, Ciuibusq; cũctis, qui voluerint ibi vacare literis, & eloquentiæ ea tũ lege, vt neq; illum commutent, neq; alienent, neq; vt proprium, cuiquam sit licitum possidere: Sed velut sacrum, & commune gymnasium, communiter

ter

re mando cuiuscunq; alterius vltimæ voluntatis, quam pœnitus, & inuiolabiliter obseruari ab omnibus hæredibus, & successoribus meis statuo.

¶ Valete superstites, mortalitatis non immemores.

ROMAE, CAL. MARTII, GN, *Pompilio. & Martio Coss.*

MARCI GRVNNII COROCOCTAE, *Porcelli Testamentum.*

MARCVS Grunnius Corocotta Porcellus, testamentum ita fecit: Quoniam manu mea scribere non potui, scribendum dictaui. Magirus Cocus dixit, veni huc euersor domi, soli vertiator, fugitiue Porcelle, & hodie tibi dirimo vitam. Corocotta Porcellus dixit. Si qua feci, si qua peccaui, si qua vasella pedibus meis confregi, rogo domine Coce, vitam peto, & concede roganti. Magirus Cocus dixit. Transi puer, affer mihi de Coquina cultrum, vt hunc Porcellum faciã cruentũ. Porcellus comprahẽditur a famulis, duct⁹ sub die xvi. Calendas lucerninas, vbi abũdant cymæ, Clybanato, & Piperato Cõsulib. & vt vidit se moriturũ esse, horæ spaciũ petijt, & Cocũ rogauit, vt testamentũ facere posset. Clamauit ad se duos parentes, vt de cibatijs suis aliquid dimitteret eis, qui ait. Patri meo Verrino Lardino, delego dari glandis modios. xxx. & Matri meæ Scrofæ, delego dari Lalluginis modios xl. & sorori meæ Quirinæ, in cuius votũ interesse non potui, delego dari hordei modios xxx. de viscerib. meis, dabo sutorib. setas. Rixorib. capitinas. Surdis auriculas. Causidicis, & verbosis, linguã, Bubalarijs intestina. Eficiarij femora. Mulierib. lũbulos. Pueris vesicã. Puellis caudam. Cinædis musculos. Cursorib. & Venatorib. talos. Latronib. vngulas. Et nec nominando Coco legato, dimitto Popinam, & pistillum, quem mecũ attuleram de tebeste vsq; ad terrestre, liget sibi collum de reste. Et volo mihi fieri Monumentũ ex literis aureis scriptũ. ¶ M. Grunnius Gorocotta Porcellus, vixit annos. DCCCCXCIX. & VI. menses, q; si semis vixisset, Mille annos implesset. Optimi amatores mei, vel Consules vitæ, rogo vos, vt, cũ corpore meo bene faciatis, bene condiatis de bonis condimentis nuclei, piperis, & mellis, vt nomen meum in sempiternum nominetur. Mei dñi, & Consobrini mei, qui in meo testamento interfuistis, iubete signari. Lardius signauit. Offellicus signauit. Cincinatus signauit, Lucanicus signauit. Tergillus signauit. Celsanus signauit, Nuptialicus signauit.

¶ Explicit testamentum Porcelli sub die. xvi. Calendas Lucernarias, Clybano, & Piperato Consulibus.

Contractus uenditionis, antiquis Romanorum temporibus initus. Ex membranis miræ uetustatis nunc primum typis calcographis descriptus.

PASCVTIVS Culita, Pascutij culitæ F. Satnensis Secularius cum Pignatia Nigella, quæ viro suo nunc hic adest, & suo, & vxoris nomine, vendit Segnitio Funestello Accerano. viatori, qui ipse emit, sibi liberis, nepotibus, pronepotibusque suis, cum omni posteritate

Domunculum

Domunculam Sita est Sarnensi in Suburbio,secundum flumen. Tribules,ac vicinos bonos habet,Pilutium,Rufilum,Cocleariū.Sureipionē, itemq; Lardatiū, Farbaronem.Proba est Domūcula tota,proba contignatio, ꝑbus paries, tectum ipsum probe canteriatum, adserulatumq;,quernis etiam scandulis auernatis.Fabriproba cisterna, sine vllo salliculi vitio, aut latrinæ seruitute . Fundamenta quæ facta, volutabrum lutulentum,in quo vicinæ totius desideant. Harula ad solem meridianum exposita,firmiterque quaternata.Vnciolæ tres prætium.Tu Pascuti accepisse argentum omne perpensum prope,& enumeratum fateris. Tibi vero Sengiti ea Domuncula solenni more est a Pascutio euincenda , ab ipsis etiam fundamentis tota cum tecto,adseribus,canterijs,clauiculis, scalis,foribus culinæ,voluptabris,decutsibus,ab infimo solo ad vsq; cœli subsellium , cū ipso etiam cœlo,cunq; terræ imis,atque perimis,infetnisq;.Sistes autem in omni foro,causa,festis,profestisq;,fastisq; diebus.Segnitio,ac Segnitii posteris. Pro quo præstando,prædia,supellectilemq; suam,& cum ea baccein,coffinum,tiscum,ac rete triplumbatum obligatum obligat,seque statutum in prætorio ad iudicem . Tu pascuti fuste illum inuestito.Tu segniti fustē ipsum manucapto. Hæcce,vti vera sunt,sciens,volensq;,suæ spontis,atque ex conuento, vtq; inter viros bonos decet,vterq; agitis,meq;.vt scribam,rogatis,iureq; iurādo cuncta,hæc vlito con firmatis.Testes de more adciti,rogatiq; viri vtiq; probi,Plotias locusta, Fesulanus,Casellio Albanus.Licida Albutius Fregellanus. Hacce sicce cōuenere,his verbis,hisce conditionibus acta & transacta sunt,hisce adsentiente vxore Pignatia,vt par est,viros inter bonos bene agier.

Instrumentum prorogationis termini executionis remissoriæ.

IVLIVS Oradinus &c. vt in instrumento remissoriæ, vsq; ad cōmissionē inclusiue.Cuius quidem cōmissionis prætextu, postquam in causa & causis antedictis,ad nonnullos actus iudiciales, inter partes prædictas,seu verius earundem procuratores,rite processissemus, nōnullas positiones & articulos,ac materias articulatas pro parte.A.principales, data , exhibitas,& productas,in dicta Romana curia primo, & deinde extra ipsam Romanam Curiam,& in partibus,probandas admisimus,literasq; remissorias,desuper opportunas,in forma solita & consueta,decreuimus & concessimus,prout in eisdem literis,a nobis desuper emanatis,& vt verisimiliter credendum est, vobis directis & præsentatis,plenius continetur , & habetur. Tandem nos,quandam aliam commissionis cedulæ &c. ¶ Beatissime Pater &c. Post cuius quidem commissionis cedulæ &c.factas.Nos,ad ꝓuidi viri,magistri Iacobi Huerne,clerici Virdunēn. ac Canonici Meteñ.in Romana curia causarum,& supradicti dñi:A principalis procuratoris instantiam,prouidum virum,magistrum.C.de.N. in eadem Romana curia,etiam causarum,& dicti domini D.exaduerso principalis procuratorem,prout de ipsorum procuratorum hincinde procurationum mandatis,nobis legitime constat,ad dicendū & excipiendū,quicquid &c.volebat, ac ad videndum & audiendū terminū expeditionis remissoriæ,per nos,vt præfertur,vltimo decretæ,& vobis cō[illegible]issæ,iuxta & secundum præmissæ cōmissionis vim formā & tenorē vlterius prorogari,literasq; desuper necessarias & opportunas, in forma solita & cōsueta,decerni & cōcedi,vel dicendū & causam &c.allegandū per quendā dñi nostri Papæ Cursorē,citari mādauimus &c.Quib.aduenientibus,cōparuit iudicialiter corā nobis,magister Iacobus. H. ꝓcurator ꝓdictus, quo supra nomine procuratorio,& dicti magistri.C. exaduerso procuratoris nō comparētis &c.Et in eius contumaciā,terminū ad supradictā remissoriam exequeñ.alias datum & concessum,& in prænarratis literis primo, a nobis desuper vltimo emanatis expressum,vlterius ꝓrogari,lr̃asq; desuper opportunas, (iuxta

dictæ

dictæ vltimo præmissæ cōmissionis vim formā,& tenorē)decerni & cōcedi,p nos debita cum instantia postulauit. Nos tunc Iulius &c. dictum Magistrum C. exaduerso procuratorem non comparentem: reputauimus non immerito &c. Et in eius contumaciam,attendentes postulationem huiusmodi esse iustam &c. consonam rationi,& quod iuxta petenti,non est denegandus assensus, Volentes que præmissam nobis factam & præsentatam cōmissionem, ad effectum debitū deducere,vt tenemur. Idcirco auctoritate apostolica nobis cōmissa & qua fun gimur in hac parte, terminum ad prænarratam remissoriam exequendam, ad duos mēses pxime & immediate sequeñ.a fine termini, in dicta pnarrata vltima remissoria,expressi,computandum, de Dominorum Coauditorum nostrorū consilio & assensu,quibus de prænarratis plenariam relationem fecimus & fide lem,duximus (iuxta dictæ præinsertæ commissionis vim,formam: & tenorem) prorogandum,prout prorogamus,præsentes literas sub sigillo nostro desuper de cernentes & concedentes. ℭ Quæ omnia & singula præmissa, vobis dominis. M.&.N. pro prænarratæ remissoriæ executoribus per nos alias deputatis,& ve strum cuilibet insolidum,intimamus,insinuamus, & notificamus, ac ad vestrā & cuiuslibet vestrum,notitiam,deducimus & deduci volumus præsentiū per te norem. Vos nihilominus requirentes & monentes, ac etiam mandañ. modo & forma,ac sub & cēsuris & pœnis,prout in eisdem prænarratis literis remissoriis, vobis directis,prælibatus dñs Iulius Orodonius,& locumteñ. monuit & requisiuit,ac mandauit,quatenus huiusmodi remissoriæ negotium, vobis,vt pfertur, commissum,in omnibus & per omnia (iuxta & secundū earundem priorum, & præsentium literarum nostrarum formam & tenorem)exequendum,& executio ni debitæ demandandum,terminum pro huiusmodi negocio, tam ad probandum,quam ad reprobandum,debite obseruandum legitime expediatis.

ℭ In quorum omnium & singulorum &c.

Instrumentum antiquum cessionis unius petij uineæ, existeñ. in territorio sutrineñ.

IN NOMINE Domini Dei Saluatoris Iesu Christi,Anno Domini propitio. Pontificatus Domini nostri Ioanni Sanctissimi Quartodecimi Papæ,in sacratissima sede Beati Petri apostoli,pri mo mense Maii. Indictione Duodecima &c. Q ui testum est me Richeri Virine,habitatore intro Ciuitate Sutrina,filius quondā Aloisium nom. Hac die propria,ex spontanea qui mea voluntate cessissem,& cessi,vendidisse,& venundabo vobis Domino Ioāni Gratia dei,humili Monacho,& presbytero, atq; Abb. venerabilis Monasterij sancti Andreæ apostoli, & beati Gregorij, quia clibus tauri,vestrisq; successoribus,in perpetuum. Idest petius de vinea,cum omni Pal mite suo,& introito,& exito suo,& omnibus sibi pertinentib posita territorio Su trino Fundu,quia Serago onianu,q̄ mihi euenit per hæreditaria parentū meorū habentes per omnem longitudo pedi publici,Centum duo: Et per omnem latitu do pedis publici,trigint a. Inter affines,a primo latere,vinea de hæredes Stepha nus Iudice Buccaberta Ab alio latere,Renita pedanea. A tertio latere, vinea de Dominicus. A quarto latere,terra de Petrus. Vnde recepit prætium in argen tos mancosi quatuor de ipsum prætium complettissum. Et ab hodierno die in vestra,vestrisq; successoribus sit potestate,habeas,teneas,possideas, venundare, donare,commutare Scharenouare quicquid exinde facere volueris,liberam tibi tribuo potestatem,& nullum quoquo tempore,nsiquam a me,neque ab hære dib.meis,quæstionis facere,per nullo modis,per nullum ingenium,sed in omni loco,in omni placito,& ab omni insurgente persona,vbi vobis,vestris successorib.necesse,vel opus fuerit,stare mecum hæredib meis, & defendere promitto,si minime fecero,& non defurauero,an promitto Con. p. cum hæredib. meis, ti

bi,

bi,tuls fucceffórib.auris vnciæ tres ebriciæ,& vfu Schã.firma,per mihi fcripta & me Io.Seriũ Tabell.Ciu.Sutrina.Anno,menfe, Indictione fupra Duodecima.

Ego Richeri manui mea fcripfi.

Ego Petrus Tribinacefio venditione togas teftes.

Adelgifius de Tibori Iudex.

Ioannes Tribinaceffio venditione rogatus teftes fubfcripfit.

Romanifehus Binancefio venditione rogatus teftes.

Valdonicis nobile vires inanceffio venditiones rogatus teftes.

Ego Ioannes Serium,& Tabell.Ciuitate Sutrina,complebi,abfoluit.

Inftrumentum pactorum fuper contractu matrimonij.

IN PRAESENTIA &d. Hæc funt fidantiæ,& pacta fponfalitia tractatus,& conuentionis, ac parentelæ,in Dei nomine habita,& folemni,ac legitima ftipulatione firmatæ, inter pro uidum virum dominum Ioan.patrem & legitimam adminiftratorem honeftæ iuuenis Ioanne eius filiæ legitimæ,& naturalis, pro qua fe,eiufque bona,principaliter obligauit,& de rato promifit,fe facturum,& curaturum,ita & taliter, & cum effectu,quod ipfa Ioanna,prædicta & infrafcripta omnia,ratificabit,emologabit,& acceptabit,& contra non faciet,dicet,vel veniet, aliqua ratione,iure,modo,titulo,fiue caufa,ex vna & difcretum iuuenem.G.de.N.partib. ex altera. Hinc eft quod dictus dominus Ioan.pater & legitimus adminiftrator prædictus,promifit & conuenit eidem.G.præfenti & legitime ftipulañ.date & tradere dictam Ioan.in eius legitimam vxorem,iuxta præcepta fanctæ matris ecclefiæ,cum dote & dotis nomine.CCCC. Ducat.de Carl.ad rationem decem Carlenorum pro Ducato,& cum centum aliis fimilib ducatis pro acontio & ornatu,ac rebus iocalib.ipfius Ioannæ exponeñ.de voluntate partium.Et verfa vice præfatus.G promifit & conuenit eidem Ioannæ,licet abfenti,ac præfato Ioan. patri,& mihi notario infrafcripto præfentibus & ftipulañ.pro dicta Ioanna abfente,ac omnibus & fingulis fupradictis,ipfam Ioannam capere & accipere in legitimam vxorem cum dote & accontio prædictis. Quam parentelam,dictæ partes hincinde promiferunt deducere ad effectum, hinc ad octo dies proxime futuros,cum poteftate prorogãdi dictum tempus ad libitum ipfarum partium.

De contractibus focietatum: fuper officijs Romanæ Curiæ, facieñ.

FIDEM Facimus nos infrafcriptæ perfonæ,quod in Rom.cu.vbi funt offic ia,quæ Papa vendit ad vitam,cuiufmodi funt, quæ Scriptoriæ,& quæ Portiones,ac Præfidentatus appellantur,& alia fimilia. Practicatur quoddam genus Contractum fuper dictis officiis, quæ Societates appellantur,in hunc modum.

Eft.A.Scriptor Apoftolicus,vel Portionarius Ripæ,vel Præfidẽs,qui impiget certa pecuniarũ fũma,puta Centũ vel ducentorũ Ducatorũ,vel tot quot funt. Eft.B.Ro.vel Curialis,vel mercator,vel etiam mulier,quæ habet pecuniam,& vellet illam ponere ad aliquod lucrum licitum & honeftum. Conueniunt ergo vt.B.det.A.officiali in Societatem fui officii,eam pecuniã, ad certum tempus, puta ad fex mẽfes,vel annũ,& deinde ad beneplacitũ,cũ difdicta octo vel quindecim dierum,vel menfis,pur placet. Et quia officia funt perfonalia,& cũ perfona extinguntur,folet conueniri,quod fi B.qui pecuniã dedit,deceflerit Societate durante,morte naturali,& non violẽta,illata,ab homine, ferro,vel veneno, quod tũc.A.officialis,lucretur dictã pecuniã.Sed in cafum mortis.A.debitoris qui pecuniã recepit,& finita Societate,in omnes alios cafus,qui poffint interuenire.A.

nire. A. officialis, & eius hæredes ac fideiussores sint obligati restituere. B. pecuniã positã in Societatẽ, & vsq; ad illius restituit. soluere ratã partẽ fructuũ dicti officij, vel de bimestre in bimestri, vel de aliis terminis in alios, prout inter se cõcordanr. Quos fructus, quia plerumq; sunt incerti, & modo plures, modo pauciores, ad euitãdas fraudes, & suspiciones fraudum, & discordias, quæ possent nasci & oriri inter partes. B. qui posuit pecuniã, solet locare, & A. officialis, qui pecuniã accepit, & habuit, solet cõducere cõmunitet ad rationẽ duodecim pro Centenario per annum. Et iste Contractus, quia versatur in eo periculum vitæ dantis pecuniã, habetur in vrbe pro licito & honesto, & non redolente vsurariã prauitatem. Et iudices Ro. cu. aditi pro executione talium Cõtractuum, dãt illorũ executionem creditori, qui pecuniã posuit contra debitorem, & eius hæredes ac fideiussores, non solum pro sorte principali, sed etiam pro fructibus tam durante Societate decursis, quã qui finita Societate decurrerunt & decurrunt, vsq; ad integralem restitutionem sortis & fructuum decursorum suo officio ad sunt. Et ita passim in Romana curia practicatur ab immemorabili tempore citra.

¶ Item practicatur, etiã quod si fideiussor officiales non releuetur, & pro liberatione fidei suæ versuram faciat, recipiẽdo pecuniam, in quã fideiussit ab alio in similem Societatem, sub pari interesse fructuũ, id fit expẽsis principalis vel eius hæredum, donec liberetur. Et si contingat super præmissis iudices Ro. cu. adire, super releuatione condemnant præfati iudices, non solum principalem, qui fideiussori defecit in fide, sed etiam eius hæredes ad restitutionem, non solum sortis principalis & fructuum, quos soluit primo creditori, sed etiam ad restitutionẽ fructuum, quos potest ostendere soluisse secundo creditori, cum quo fecit versuram, necnon ad restitutionem omnium aliorum damnorum, expẽsarum & interesse, in quæ & quas potest ostendere se incurrisse, quia in tempore non fuit liberatus, nulla habita ratione quomodo ei sit defectum a suo principali, vtrum dolo seu culpa, an vero casu, quia forsan morte præuentus non potuit liberari.

¶ Ita practicari vidi, & audiui, ego Iacob. Apocellus, Venerabilis Collegij. D. notarium. R. P. D. Auditoris Cameræ, Decanus.

Commissio examinis testium pro informatione Curiæ.

FRANCISCVS &c. Magnifico dño Prætori seu potestati terræ. N. dioc. Salutẽ in domino & nostris &c. pro parte Magnifici domini Francisci Cultelli Sanctissimi domini nostri Papæ & eius cameræ apostolicæ procuratoris fiscalis fuit nobis quærelanter expositum, quod cum alias de anno & mense per testes examinandos Latius exprimendis dominus Ruffinus de. N. de loco. D. accessisset domum Siluii, & Cæsaris. N. existentem in eadem terra. N. pro gerendis & pertractandis nõnullis eius negotiis, & id ad notitiam quorundam Hectoris & Alexandri. N. de eodem loco deuenisset Hector, & alii prædicti accepto quodã ligno illud Ianuæ domus prædictæ apposuerunt, & ianuam dicto ligno clauserunt, ita quod dictus Ruffinus ex dicta domo discedere, nec exire posset, & tandem cum quidam per viam transiens ipsius Ruffini contemplatione dictam ianuam aperuisset Hector, & Alexander præfati armis hastatis armati eidem aperienti ex eo, quod aperuisset mortem minati sunt parumq; abfuit, quin eum interfecerint, & vlterius eundem Ruffinum inde exeuntem nocte aggressi sunt, qui ab vno eorum in facie vulneratus fuit, & tandem occisus fuisset, nisi se strennue defendisset, & postea ab eorũ insultu, & violentia aufugisset. Quo circa pro eiusdem. D. Procuratoris Fiscalis parte requisiti, ne delictum huiusmodi impunitum remaneat, & delinquentes dicto delicto glorientur, vobis cõmittimus, ac in virtute sanctæ abedientiæ sub excommunicationis pœna districte præcipimus quatenus statim visis & receptis præsentib. & postquam fueritis super hoc legitime requisiti super præmissis, & aliis delictis per Hectorem, & Alexandrum, & eorum quemlibet com

missis,

missis,& perpetratis diligenter inquiratis,necnon quoscunq; testes de præmiss. notitiam habentes medijs eorum iuramentis secrete,etiam Hectore, & Alexandro minime citatis examinetis,seu examinari faciatis,& contra eosdē deponere nolentes per censuras ecclesiasticas,& alias pecuniarias pœnas vsq; ad inuocationem auxilij brachij secularis procedatis,& ad deponeñ. cogatis & compellatis eorumq; depositiones, & dicta ad nos fideliter quanto citius poteritis transmittatis,iustitiam ministraturi. ¶ In quorum quidem &c. Datum Romæ &c.

DECRETVM CAMERAE APOSTOLICAE

In fauorem vrbis Inquilinorum, & subinquilinorum factum, de non augendo pensiones respectu anni sancti,ac de non expellendo Inquilinos,& subinquilinos,durante locatione de forma obligationis fiendæ per Dominos uolentes domos pro suo usu habere, et de subinquilino non gaudente Priuilegio Inquilini finita locatione sui Authoris.

GVI. ASC. SFOR. S. MARIAE IN VIA LATA

Diaconus, Cardinalis de sancta Flora, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerarius.

CVPIENTES Pro vt ex debito nostri,Camerariatus officij tenemur, quod decreta per nos,& Cameram Apostolicam,in fauorem Inquilinorum,& subinquilinorum, facta ad eorum notitiā deueniant,vtscum illis,contra dominos domorum,totiens opus fuerit,se adiuuare possint.Idcirco quoddam decretum,de non augendo pensionem domus,nec de alterando modum soluendi,de non expellendo Inquilinos, vel subinquilinos, durante locatione nisi iuxta formam decreti &c.Imprimēdum,& publice vendendum,nobis necesse videtur. Propterea de mandato San.Do. No. Papæ,viuæ vocis oraculo nobis desuper facto,Tibi Petro de Bizzocchis clerico Pratensi,nullius dioc.Procuratori Rom.cu sequenti,cuius diligentia,decretum supradictum sub die.xxix.Præsentis mensis expeditum fuit,Decretum prædictum imprimendi,in locis publicis,solitis & consuetis,affigendi, ac publice vendere faciendi,tenore præsentium,licentiam concedimus,& impatimur. Inhibentes omnibus & singulis Impressoribus Librarijs, Præterquam Antonio Blado, Cameræ impressori,in executione præsentium nominandis, ne visis præsentibus sub excommunicationis,admissionis decretorum impræssorum,necnon centum Ducatorum auri,in auro,Cameræ apostolicæ pro mediate,& pro alia medietate tibi Petro prædicto applicandorum pœnis,decretum supradictum per sex menses,a data præsentium computandos sine tua,vel deputandi,a te licentia, imprimere,vendere,ac imprimi,& vendi facere quocunq; modo audeant siue præsumant,nec quilibet ipsorum audeat siue præsumat in contrarium facientibus nō obstañ,quibuscūq;.Dat.Romæ in Camera Apost.Die xxix.mēsis aprilis 1558.

Visa F.Soderinus.

O Loco Sigilli.

A. Peregrinus.

GVI. ASC. SFOR. SANCTAE MARIAE in Vialata Diaconus Cardinalis de sancta Flora Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerarius.

NVPER NOBIS In Camera Apostolica non sine animi nostri displicentia pro parte inquilinorum, & subinquilinorum Vrbis querelantium expositum fuit, quod ipsi a dominis Domorum per eos ad pensionem annuam conductarum, respectu Anni sancti, siue Iubilei, tam super augmento pensionis fictos oblatores maiorem pensionem offerentes in lucentib. quam etiam super earum euacuatione, etiam locatione durante asserentib. domos prædictas pro eorum vsu habere velle, quotidie molestantur, & ex domib. per eos conductis contra formã iuris expelluntur. Nihilominus expulsis Inquilinis, siue subinquilinis domos prædictas pro maiori precio in graue dãnum inquilinorum, siue subinquilinorum contra formã decreti cameralis, eorum promissionis, obligationis, & iuramenti alteri locant. Nos vt tenemur ex debito nostri Camerariatus officii et inquillitati curialium inquilinorum, & subinquilinorum, fraudibus, calumniis, litib. controuersiis, quæ inter dños domorum ex vna, inquilinos, & subinquilinos partib. ex altera quotidie exinde oriuntur, quantum possumus prouidere cupientes, ne decretũ aliàs per antecessores nostro, & Camerã apostolicã in fauorem Inquilinorum factum in damnum & præiudicium ipsorum retorqueatur, ideirco de mandato S. D. N. Papæ viuæ vocis oraculo nobis desuper, ac ex decreto in camerã Apostolica matura consideratione facto, statuimus, & ordinamus, quod in futurum respectu Anni Sancti, vel Iubilei quandocunq; huiusmodi annus venerit per annũ antea, & dicto anno sãcto, vel Iubilei inquilinis pensio domus per eos conductæ a dñis ipsius augeri, nec modus soluendi pensionem alterari possit. Insuper pro maiori curialium, inquilinorum, & subinquilinorum quiete & ad lites & controuersias euitandas, vt præfertur, oraculo & decreto similibus declarando decretum in fauorem inquilinorum per antecessores nostros, & per camerã apostolicã alias factum in perpetuum statuimus, & ordinamus, quod ex nunc in posterum durãte locatione inquilini, tã ipse Inquilinus, quam subinquilinus eiusdem ex domo ab eisdẽ conducta, siue subconducta a dño ipsius asserente domum suam pro vso suo habere velle, expelli nõ possit, nisi iuxta formã iuris communis. Finita vero locatione quocunq; modo finiatur, si dñs pro se domum habere intendit, tunc vtroq; casu inquilinus expelli non possit, nisi prius dominus iurauerit, ac sub pœna amissionis pensionis duorum annorũ domus de qua agetur, de non locando alteri domum prædictam, vel partem ipsius, sed eam totam per se ipsum per annum inhabitando, in ampliori forma cameræ Apostolicæ, cũ censuris & mandatis executiuis se obligauerit. Et si dñs contrauenerint, statim in pœnam prædictam incidat, quæ pœna, si non interuenerit accusator, p medietatẽ fisco p pœna periurij, pro alia vero inquilino, vel subinquilino respectiue in casu suo applicanda sit, sed si in dictis casibus interuenerit Accusator, tertia pars pœnæ pdictæ vnicuiq; ipsorum applicetur. Declarãtes quod subinquilinus finita locatione sui authoris, quocunq; mõ finiatur etiã de consensu Domini, & Inquilini, huiusmodi inquilinorum priuilegio non gaudeat, sed domino volẽti teneatur eã liberam & expeditam relaxare, nisi ab ipso domino reconductam habeat. Et si notarius obligationẽ, promissionẽ per dominos domorum fiendam contra formam præsentis nostri, & Cameræ apostolicæ decreti, rogare præsumpserit ad pœnã supradictam teneatur, & statim docto summarie, per duos testes de contrauentione, dñi domorum, vel notarij, tã cõtra eosdem dominos, quam contra notarium censuræ, siue mandatum executiuum,

cros ordines infra annum,& si non fecit se promoueri,post habitam pacificā possessionem,tale beneficium vacat per non promotionem. Sed tamen episcopus, potest secum dispensare ad Septennium causa studii,& alias non,sic tamen,qd infra annum,sit ordinatus in Subdiaconum, Papa autem potest dispensare ad placitum,ex quacunq; causa.

Item cum lis pendet inter duos,vel tres,super vno beneficio vel plurib.dū moritur vnus litigantium,& lis ipsa non sit decisa,beneficia huiusmodi vacant, & sunt reseruata,& surrogatur collitigans in iure defuncti,etiam infra mensem alterius impetrantis,iuxta regulam de surrogandis collitigantibus.

Item per apparentem incorporationem, vt cum religiosi habent collationē ad certa beneficia,quæ clericis secularibus conferenda sunt. Et si ipsi,suis fratribus conferant,ac si ista essent incorporata,etiam vacant.

Item per liberam resignationem,vt si aliquis resignat aliquod beneficium corā notario & testibus,vel in manus habentis potestatem admittendi resignationem huiusmodi,etiam non consensu patroni interueniente,tale beneficium vacat.

Item vacant beneficia per contractum matrimonij,per verba de præsenti.

Item si quis habet beneficium ecclesiasticum,& ingreditur Monasteriū,vel aliquam duxerit vxorem,beneficia sua vacant per ingressum Monasterij, vel religionis,vel contractum Matrimonij.

Itē nullus illegitimus,potest obtinere dignitates,psonatus,vel officia,in cathedrali ecclesia,vel etiam Metropolitanā. Et si quis illegitimus habet tali beneficia absq; dispensatione apostolica,vacant,& sunt sedi apostolicæ reseruata.

Item vacant per irregularitatem,vt si quis iniecit manus violentas in clericum vel in aliquam personam ecclesiasticam,& se postea diuinis immiscuerit.

Item per irregularitatem homicidij,vel non curantis mandata Apostolica executioni demandare.

Itē omniū illorū bñficia vacāt,qui celebrāt in loco interdicto,vel coram excommunicato. Sententialiter tamen,per iudicem declarari debent,alias non vacāt.

Item si quis habet beneficium,cum cura vel sine cura, & postea promouetur in episcopum,vel abbatem,beneficia illius vacāt. Si in episcopum,per munus consecrationis. Si in abbatem,per munus benedictionis.

Item si quis habet beneficium ecclesiasticum,& moritur in Cu. Rom. vel infra duas dietas legales a curia,ipsius beneficia,sunt sedi apostolicæ reseruata.

Item si quis habet beneficium cum cura,vel aliquā dignitatem,& non est xxiiij annorum,suum beneficium vacat,nisi super hoc dispensatione obtenta.

Item per promotionem,vt si quis,promoueatur ad sacros ordines sententia maioris excommunicationis ligatus,ipso facto,beneficia sua vacant.

Item per promotionem,vt si quis promoueretur ad sacros ordines,sententia excommunicationis minoris ligatus,ipso facto sua beneficia vacant,

Item per non ꝓmotionem,vel non residentiam,vt cum beneficiū ex officio,vel fundatione requirit residentiā,aut morā personalem, non habita dispēsatione illius non residētiæ,omnia talia bñficia vacāt. Et ille casus frequēter contingit in bñficijs,quæ sunt de iure patronatus laicorū. Et contingit,qñ ex officio vel fundatione,requirit presbyterum,vel vnum,qui procedere possit infra annum ad sacros ordines. Et collationes conferunt aliqñ illi, qui impetrat dispensationē sub conditione,quod quamprimum venerit ad annos discretionis, promoueatur, & personaliter in beneficio resideat,quod si non fecerit,beneficium vacat.

Item vacant per permutationem,Simoniaca prauitate,vel pacto interueniente.

Item per inhabilitatem,vt si minor.xv. annorum, sine dispensatione obtinebat beneficium,vacat illud de facto.

Item bñficium vacat,si quis in infirmitate constitutus,resignaret aliquod bñficium vbicūq;,in Ro.cu vel extra,si moritur.xx.dies,tunc beneficia resignata vacant per mortem,& non per resignationem,& sunt sedi apostolicæ reseruata.

Item si quis stetit per annũ in excommunicatione, ipsius beneficia vacant. Similiter eius, qui celebrat coram excommunicatis, vel scienter in loco interdicto.
Item vacant beneficia cum cura, & dignitates, personatus, siue per cõstitutionẽ execrabilis fe. re. Ioã. Papæ XXII. hoc modo. s. Si quis habet vnũ beneficium curatum, aut dignitatem, aut personatum, & retinet primum cum secundo per mensem, sine dispensatione, tunc vacat vtrunq;, & perdit iam primum, quã secundum, & efficaciter inhabilis ad illa, & qualiacunq; beneficia ecclesiastica, similia vel dissimilia, obtinenda, tamen simplicia, & alia sine cura, quæ dignitates & personatus, non sunt, per eum prius habita, retinentur.
Item quãq; vacant beneficia, per reuocationem vnionũ & incorporationum.
Item quandoq; per reuocationem commendarum factarum auctoritate apostolica vel ordinaria.
Itẽ si quis acceptat cũ gratia sua expectatiua, & nõ publicat, seu publicari faciat instrumentũ acceptationis & prouisionis, cũ aliis literis, tale bñficium vacat.
¶ Nota q̃ post citationem executam, lis dicitur pendere intantum, quod si alter litigantium moritur in Curia, vel extra, lite indecisa, tunc vnus Papalis non potest illud bñficium acceptare, sed solus Papa habet de illo disponere. Caueat ille litigans, q̃ faciat se in ius defuncti surrogare, ne alter ipsum præueniat, ad minus per mensem, quia litigans habet totum mensem, post impetrantem se surrogari facere in iure collitigantis defuncti. Quæ partica, est multis ignota, & tamen in Rota seruat. Et idem, si litigantes simul concordent lite indecisa, & alter ipsorum moritur, & non renunciet, tunc illud beneficium, iterum cẽsetur Papæ reseruatum, & non cadit sub gratia expectatiua. Et hoc est verum, si lis pendet in Romana curia, secus tamen alibi. Etiam si quis renũciet beneficium in Cur. tunc etiam censetur in dispositione solius Papæ.
Item, si quis impetret aliquod beneficium realiter deuolutum, vel reseruatum, vel alias debito modo in Cu. vacatis, postea impetret aliud beneficium, & non curat prosequi primum, tunc illud primum beneficium stat in dispositione solius Papæ, nec reuertitur potestas prouidendi ad ordinarium.
Item per liberam resignationem, vt si quis resignat aliquod beneficium corã notario & testibus, vel ad manus habentis potestatem admittendi resignationẽ huiusmodi, cum consensu patroni interueniente, beneficium vacat apud collatorẽ, nisi impetratio illa, sit realiter approbata. s. quod impetrãs sit effectualiter adeptus possessionem illius primi beneficij, tunc enim ipsum primum, reuertitur ad suum principium.

De expectatiua in forma pauperum, & speciali.

Item aliquo habente gratiã in communi forma pauperum. Si pro si ante purificationem gratiæ huiusmodi, ordinarius cõfert beneficium vacãs, collatio tenet secundũ aliquos. Aliqui tamen dicunt, quod nõ scilicet dominus Ioan. Gal. qui tenet, quod añ purificationem gratiæ, manus ordinari sint clausæ & ligatæ, dũmodo pauper, eam infra mensem, post vacationem beneficij, purificet & acceptet, & ita fuit alias obseruatum, secus tamen est de gratia speciali. Et istud infra replicatur, vbi de expectatiua in communi forma pauperum, & speciali.
Item hñs gratiam in cõmuni forma pauperum ante acceptationem, tenetur ordinario literas suas insinuare, alias non potest acceptare. Sed habens gratiam in speciali, non tenetur, nõ propter cõcurrentes, & maior ẽ diligentiã impediatur.
¶ Item, si expectantes sunt in diocesi, & vacet beneficium in mense Papæ, ordinarius non potest conferre infra mensem post vacationem, & hoc propter decretum irritans Papæ. Sed si non fuerit acceptatum infra mensem, nunc post mensem conferre potest, & sic valet. Finit modus vacandi beneficiorum.

De executione, seu prosecutione gratiæ expectatiuæ,

PRIMO habitis bullis plumbatis, executor vel iudex, executores siue iudices, si fuerit, vel fuerint in Romana Curia, vel in partibus, vadat, vel vadant cum bullis, & debita cum instantia requirat, seu requirant, & humiliter petat, seu petant, vt procedat, seu procedant ad executionem supradictæ gratiæ secundum eius directam formam & tenorem literarum apostolicarum sibi desuper dicta gratia cōcessarum. Qui executor, siue executores, si pcedere voluerit, vel voluerint, assignet, vel assignent impetranti, certū terminum ad comparendum coram eo, vel coram eis, producendum & docendum de via sua laudabili, & conuersatione honesta, & de omnibus necessariis, faciat plenam fidem, ipsi, vel ipsis, executori, seu executoribus, aut iudici, vel iudicibus.

¶ Habeat notarios & tabelliones publicos, literasq; executoriales, seu pcessus, p dictos executores seu iudices, faciēdos vel sigillādos, vt executores possint in ip sis legere seu pnūciare inhibitiōes, & reseruatiōes, decreta, & mādata in scriptis pferenda. Et ipsis executorialib. & processib. sigillatis, & omnibus aliis præmissis sic peractis, fiat notificatio literarum apostolicarum, & processuum inde secutorum, quanto citius fieri poterit, collatorib. vel collatricibus, in hunc modum.

De insinuatione literarum Apostolicarum, collatori facienda.

IMPETRANS accedat ad collatorem, vel ad collatricem, vel Ecclesiam eorundem, vel ad capitulum cum notario & testibus idoneis, assumptis vna secum delegato executore, vel subdelegatis executoribus, qui hæc specialiter receperunt in mandatis, si eorum copiam vel præsentiam habere possit. Deinde dictas literas apostolicas, & processus inde secutores, collatoribus, vel collatricibus, insinuet simul & semel, notificetque publice, & legat de verbo ad verbum, & copiam auscultatam eis tradat, & requirat notarium super hoc, vt de notificatione, publicatione, insinuatione, lectione, & traditione huiusmodi, sibi conficiat publicum instrumentum.

¶ Si vero collator, vel collatrix, vel collatores, seu collatrices, forte indignati, nollent audire hmōi notificationem, & insinuationem, literarum apostolicarū, & pcessuum inde secutorum pñtationes, quas executores facient eis, vel eorum seu earum præsentiam commode habere, non poterint, vel quia forte habitant in castris, vel propter metum corporum, ex quo dicti subdelegati executores, notarii, testes, & alii, ad hoc necessarii, ad dictos collatores seu dictas collatrices, accedere secure nequeant, ad insinuandum istas literas & processus, saltem fiat in eorum Ecclesiis insinuatio literarum apostolicarum, & processuum prædictorum, & offeratur copia auscultata de verbo ad verbum dictarum literarum, & in summo altari ponatur & sufficit, quia quilibet Prælatus, tenetur in Ecclesia sua habere procuratorem vel officialem de iure.

De prouisione beneficiorum facieñ.

PRIMIS vero per actis, impetrās acceptet sicut postea dicetur Qua acceptatione facta, vadat cum notario & testibus, ad executores subdelegatos, vel ad principales. Et si eorum præsentias habere poterit. Acceptationē hmōi per ipsum factam, & in publicam formam redactam, & ipm instrumētum, notificet & insinuet. Insinuatisq; requirat hmōi executores, debita cum instantia, & humiliter ab eis requirat, vt hmōi beneficium vacans, & per ipsum acceptatum, sibi cum omnibus iuribus & pertineñ. suis, conferant vel assignent, & principaliter inuestiant, in corporalem & realem possessionē ipsius beneficii inducant, & defendant inductum, ac faciant sibi de huiusmodi fructibus prouentibus iuribus, & obuentionibus vniuersis, integre responderi.

¶ Itē si collator, vel collatrix, in præmissis aliquo modo se opponunt, vel ipsum

impetrantem in aliquo,scilicet possessione pacifica,vel fructuū perceptione, vel alias quouis modo,nitantur impedire,extunc,executores præfati,eorū literis, & mādatis,faciāt & mandent monere collatores vel collatrices quoscūq;, vel quasc cunq;,& alios,seu alias,impetrantem ipsum in aliquo impedientes, vt infra certum tempus,post monitionem huiusmodi eis factam,ab huiusmodi impedimētis seu perturbationibus desistant,alioquin in sententiam excōmunicationis,suspen sionis,& interdicti,incidāt,& incidisse denuncientur, in ecclesijs Cathedralibus, Collegiatis,& singulis aliis,publice & manifeste,diebus dominicis & festiuis.

¶ Si vero collator,vel aliquis alius appellauerit, contra processus & mandata, seu monitiones,dictus impetrans protestetur,quod huiusmodi causam committi faciet dñis de Rota decidendam,tractandam,& fine debito terminandam. Postea vero,si collator,vel collatrix,diceret se velle dicto impetrāti, beneficium acceptatum conferre,impetrans non consentiat,sed petat,vt eum admittāt,& sibi sint fauorabiles,& ijdem executores sui,sibi cōferant illud, alioquin,si impetrās consentit in collationem collatorum,statim gratia sua expirauit.

Item caueat impetrans,ne decipiatur,scilicet ne collatores vel collatrices eum decipiant mediañ.promissione aliqua,vel obligatione, sed quicquid cum ipsis placitauerit,de eo faciat sibi fieri sufficientem cautionem, quia dicunt se de iure non teneri,promissiones,nec obligationes factas impetranti.

¶ Item si adepta possessione,impetrans sentiat se grauatū per sententiam sui dioecesani,aut eius officialis,aut collatorū dicētium se habere iurisdictionem ordinariā super ipsum impetrantē,ratione beneficij per eum adepti,statim ipse impetrans a dicto grauamine,cum ad eius notitiam peruenerit, super eo habito maturo consilio iurisperitorum,appellet viua voce coram notario & testibus,& protestetur,quod infra decem dies intendit appellare in scriptis. Et infra illud tēpus, vadat ad executorem,vel executores,& requirat, eum vel eos, debita cū instañ. & petat humiliter,vt ipsi eum defendant & prouideant sibi de remedio opportuno,sicut de iure tenentur. Quod si forte renuerint & contempserint, impetrans præfatus,appellet ad sedem apostolicam in scriptis,contra collatorem vel collatricem ipsum grauantes,vel contra executores iustitiam sibi denegantes,& habeat istam appellationem in charta scriptam, & legat eam in hunc modum

Forma appellandi per aspectañ.

CORAM Vobis notario,& testibus,hic præsentibus & astantibus &c. Ego.N.Canonicus siue rector &c. dico & propono, quod Episcopus,Præpositus,Decanus,& Capitulum talis Ecclesiæ &c.cōtra me tale mandatū emiserunt &c.& mihi destinarūt,Cuius tenor sequitur & est talis &c. In quo quidē mandato,diuersa grauamina indebite mihi contra iustitiam inferuntur,& illata continentur.Super quibus,executores mei,in gratia mihi facta,a sancta sede apostolica,deputati(licet per me,debita cum instantia fuerint requisiti)me defendere,ac de opportuno remedio prouidere, contra iustitiā denegantes,& ideo in omnibus & singulis sentiens me indebite grauatum, timensq; veri similiter amplius posse grauari. Ideo ad sedē apost.in his scriptis prouoco & appello,apostolosq;,& literas dimissorias instanter,instantius,& instantissime,mihi dari peto,siquis mihi dare eos voluerit,aut etiā,poterit. Qui si mihi denegati fuerint,exinde iterato sentiēs me grauatum indebite,& oppressum, iterum prouoco, & appello,submittens me,& mea,omnesq; mihi adhærentes,& adhærere volentes,tuitioni & protectioni dictæ sedis &c.vt moris est in appellationibus fieri. Item impetrans expectet donec sibi vacauerit competens beneficium,nulli alteri de iure debitum,atq; sibi,de huiusmodi vacatione constiterit,& si illud beneficium vacauerit,statim post notificationem literarum,& processuum, collatoribus vel collatricibus factam,illud acceptet sub hac forma.

De acceptatione beneficiorum in specie.

CORAM Notario,& aliis personis ibidem astantibus. Ego. N propono & dico, q X. diebus citra, vel circa, ad meam notitiã peruenit, quod parrochialis eccl. N. ad collationem &c. Reuerendorum Religiosorum, Abbatis,& Conuentus, nunc N. vacauit & vacat ad præsens, per mortem, siue per obitum, vel per liberam resignationem dñi. N. Canonici. Quapropter eandem eccl: parrochialem, siue &c, tanquam mihi,& nulli alteri debitã de iure, cũ omnib. iurib.& pertinẽ. suis vniuersis, in his scriptis accepto,& volo mihi (q̃to citius fieri poterit, de eadem prouideri, vigore & auctoritate gratiæ apostolicæ, dudum mihi Sanctiss. dñm nostrum Papam &c. mihi, & super quamuis aliam dispositionem, coniunctim, vel separatim, talis, vel talis, scilicet qui in tali vel tali diocœsi vacat, vel cum vacauerit in futurum, prout in literis apostolicis, super huiusmodi gratia confectis, plenius continetur. Et protestor nihilominus, quod si mihi dictum beneficium, de iure non debeatur, saluum & illæsum sit,& maneat mihi ius ad aliud beneficium, mihi & nulli alteri, debitum de iure, acceptandum, vigore gratiæ expectatiuæ,& supradicta auctoritate &c. Inuocans super his, testimonium astantium, omnium personarum,& præcipue, tui notarij publici hic præsentis,& requiro te, sub debito officio,& iuramento præstito super his prædictis, vt conficias mihi publicum instrumentum.

De acceptatione beneficiorum in genere.

PRIMO impetrans habet nomina bñficiorum in scriptis in sua collatione,& tempore quo voluerit acceptare, accedat ad notarium, cedulam habens in manu, in qua sunt seu continentur omnia nomina beneficiorum,& præstando dicat. Dñe Notarie. Ecce accepto quodcunq; beneficium, in vim gratiæ meæ expectatiuæ,& literarum apostolicarum, desuper confectarum, & processuum vigore, desuper fulminatorum, mihi debitum, vacãs per mortem aliquorũ (quorum nomina in ista cedula continentur,& cuiuscunq; alterius collationis, sub prestatione solita & consueta, videlicet, si & inquãtum aliquod illorum mihi de iure debetur, alioquin gratia mea salua maneat & illæsa ad quodcunq; aliud beneficium de iure mihi debitum. Et requiro vos, tanquam Subexecutorem, in vim clausulæ Cæterum &c. mihi per principalem Executorem deputatum, quod mihi mõdo, de beneficio sub protestatione præmissa, prouideatis, & prouisione facta, requires ipsum, vt super acceptatione, & puisione sic factis, conficiat vnum vel plura publicum seu publica, instrumentum vel instrumẽta.

¶ De beneficiis litigiosis extra expectatiuas.

¶ Nota, quod post citationẽ executã, lis dicitur pendere, intantum, q si alter litigantium moritur in Curia, vel in partibus, lite indecisa, tunc nullus Papalis põt bñficium acceptare, sed solus Papa habet de isto disponere. Caueat ergo ille collitigans,& faciat se, in iũs illius defuncti surrogare, ne alter ipsum præueniat: Et idem, si collitigantes simul concordant, lite indecisa, & si alter ipsorum moritur,& non renunciat, tunc beneficium censetur Papæ reseruatum, nec cadit sub gratia expectatiua, seu expectantium. Hoc est verum, si lis pendat in Ro. Cu. secus tamen si alibi. ¶ De resignatis. Etiam si quis renunciat in curia beneficiũ, statim censetur Papæ reseruatum in eiusdem dispositione.

¶ De resignatione beneficiorum contra expectantes,

SI QVIS Bñficium libenter vellet resignare, siue renunciare,'& timeat Papales cum gratiis expectatiuis, constituat procuratorem in Rom. Curia, ad renunciandum,& videas, quod tu habeas illud in potesta e tua, tunc potes renũciare, qñ volueris,]& facta renunciatione incontinenti impetret tanquã per resignationem. Aliter tñ potest fieri. Impetrat illa beneficiatur, vnã expectatiuam gratiam, postea impetrabimus beneficium suum per assecutionem,

 nem,

¶ Si quis vigore gratiæ suæ, aliquod acceptet beneficium, & faciat sibi prouideri, seruatis seruandis, ita quod ius sibi debetur in isto beneficio, postea sibi datur intrusus vel alias quomodolibet impeditur vel per perturbatur, & sic de isto beneficio concordant, & ille alter obtinet beneficium, & ipse aliud vult acceptare vigore gratiæ suæ. Quæro vtrum possit. Dico quod non, quia per solam acceptationem gratia sua fuit cassa, quo ad alia beneficia, ex quo sibi debetur ius in primo, alias committeretur fraus in infinitis, quia Papa vult ipsum impetrantem de vno beneficio prouisum esse.

¶ De constitutione Execrabilis.

¶ Itē cadēs in pœnā constitutionis Execrabilis, est inhabilis ad quæcūq; bñficia obtinenda, & nō poterit sine dispensatione speciali, ad aliqua bñficia pmoueri, & omnia alia beneficia, nō simplicia, quæ habet, etiam vltra illa duo curata, possunt impetrari. ¶ Habens bñficium curatum, si assequitur aliud curatū auctoritate ordinaria, & Papales acceptāt illud, & iste prim⁹ retinet ista duo curata per mensem, ita q cadit in pœnā constitutionis Execrabilis. Q uero cui debeatur. Dico, qd acceptāti, semper in literis datur, dummodo nulli sit ius q̄sitū.

¶ De Collectoribus.

¶ Item vbi pluret sunt collectores in diocesi, vel ciuitate, quod beneficia talium non sunt reseruata, & hoc si ambo vtantur officio subcollectoris. Si autem alter eorum vtitur tunc beneficia sunt reseruata, alias non, vt vult regula domini Gregorij Papæ XI. Sed si omne omnes beneficia acceptauerint, licet vnus exerceat, tunc nullius beneficia sunt reseruata.

¶ Quæstio super beneficiis resignatis.

¶ Nota quod lis vertitur inter. A. &. B. super aliquo beneficio, tamen quod. A. renunciat beneficium, & postea moritur B. venit. A. & vult rehabere beneficiū Quæritur, nunquid possit. Distinguitur, aut renunciat libere omnibus iurib. suis aut alias amicabiliter se cum ipso componit. Si libere, aut in manibus ordinarii, aut coram autenticis personis. Si in manibus ordinarii, tunc non potest habere regressum. Si coram autenticis personis, tunc, aut in medio iuramento, tunc tenet renunciatio, alias non tenet, & poterit semper habere regressum scilicet. A. ad beneficium suum.

¶ De Constitutiō. Execrabilis.

¶ Nota quod pœna constitutionis Exacrabilis, est quando aliquis habens beneficium curatum, aliud consequitur curatum, quauis auctoritate, tenetur primum in manibus ordinarii, libere & realiter, infra mensem resignare, alias elapso mense, priuatus est vtroq;, & ambo ipsa beneficia, statim ad Papam deuoluta sunt, & ita quod nullus expectantium de illis potest se intromittere.

¶ De causarum delegatiō.

¶ Nota quod licet generaliter Episcopus vel superior, regulariter causas possit delegare, & ea aliis committere, tamen vbi agitur contra aliquem de schismate vel hæresi cum tales causæ censeantur maiores, non possunt alteri delegare.

¶ Finit modus resignandi beneficia.

De casibus Papalibus.

Casus in quibus Papa solus dispensat.

CVM in ecclesia Catholica Papa sit maximus omnium, & solus habeat plenitudinem potestatis, alii vero Episcopi sint vocati in partem solicitudinis, videlicet pro suabus diocœsibus, nō in plenitudinem potestatis. 3. q. 6. c. multum studeo. cū sequen. c. dudū & abbates similiter in solicitudine suorum Monasteriorū. 8. q. 2. c. nullam, & Presbyteri in adiutorium operationum 21. dis. in. cap. in nouo. in fin. & arg. 16. quæst. 1. cap. generaliter. § vtriq; cum sequen. § & cap. Sicut quædam sunt reseruata tantum ipsi Papæ in signū suæ

singularis præminentiæ, de offic. lega. cap. ꝗ translationē, & de excef prælat. cap. sicut venire & vtrobiq; glo. & extrauagan. Et si Dñici. Pauli 2. de pœn. & remiss. Ita quædā sunt cōmunicata Episcopis tantū, lib. 6. de pœn. & remiss. cap. si episcopus & ibi glo. in verb. reseruantur, & quædā etiam Abbatib. de stat. monach. cap. ad monasteriū versic. quamquam ex indulgentia & ibi glo. Reliqua autē generaliter presbyteris quoq; simplicib. de senten. excōmunica. cap. nuper. Sed quoniā hodie frequentissima materia est absolutionis ac dispensationis, teste experientia rerum magistra. lib. 6 de elect. cap. quam sit. Illa tantummodo hic attingetur, & illius principales casus reseruati. s. Papales, Episcopales, & Abbatiales, merito explicabuntur. arg. vul. l. legaui. ff. de li. leg. & rex. ca. solet. in prin. lib. 6. de senten. excōmunica. Ita & .n. fat comprehendentur cæteri similes reseruati, & alii non reseruati arg. instit. de iis qui sui vel al. iur. sunt. & de tutel. vtrobiq; in prin. Ac primum Papales tanquam omnium maximos inspici oportet, iuxta instit de iure natu. gen. & ciu § fin, & de re. diu. § singulorum.

¶ Primus casus Papalis in illo, qui percutit enormiter clericum, vt probatur 17. q. 4. cap. Si quis suadente. Sed etiam Cardinalis Legatus, potest absoluere talē, de offi. lega. cap. quod translationem. cum cap. pen. & de senten. excommunic. cap. ad eminentiam. Si autem est leuis percussio, Episcopus etiam absoluit, vt in c. peruenit. de sententia excommunica.

¶ Secundus est in eo, qui comburit ecclesias, vel eas infringit, qui postquam denunciatus est eius absolutio pertinet ad solum Papam, vt de sen. excommunica. c. conquesti. Idem est de quocunq; alio incendiario, si forte excommunicetur & publicetur. de sen. excom. c. tua nos. cum glo. st. in fin.

¶ Tertius est in illo, qui falsificat literas. S. D. N. Papæ, vel falsis scienter vtitur. de cri fal c. dura. in fi. cum. c. ad Falsariorum.

¶ Quartus est in illo, qui excommunicatus est a Papa vel eius delegato, qui non potest absolui, nisi per solum Papam vel delegatum Papæ specialem de off. leg. c. studuisti. cum. c. quod translationem. & ibi glo. añ medium, vel intra annum per eundem delegatum excōmunicatorem. de off. deleg. c. quærenti.

¶ Quintus est in illo, qui participat cum excommunicato a Papa, qui nō potest absolui, nisi per Papam, quod intelligitur de participatione in crimine, propter quod talis est excommunicatus, de sen. excommunica. c. nuper. ver. in primo. & c. si concubinæ.

¶ Sextus est in illo, qui participat in osculo, vel aliis, etiam nō criminosis, cum eo, qui excommunicatus est per Papam cum participātib. quoniam iste talis ab illo debet absolui, qui sententiam tulit. de senten. excommunica. c. quod in dubiis. in fi. & c. significauit. cum glo.

¶ Septimus est in clerico, qui secundas nuptias benedixit. de se. nup. c. 1. Sed an iste casus sit Papalis, an Episcopalis, dubitant multi, dictum tamen videtur verius & tutius per literam. d. c. 1.

¶ Octauus est in persecutionib. Cardinalium, qui graues & multas pœnas incurrunt vt habetur lib. 6. de pœnis c fœlicis § præsenti.

¶ Nonus est in eo, qui grauat vel dat licentiam grauandi eos, qui tulerunt, vel obseruant sententiam excommunicationis, suspēsionis, vel interdicti, vel suos, in suis personis, vel bonis, nam talis est excōmunicatus ipso facto, & post bimestre non absoluendus, nisi per Papam. de sen. excom. c. quicunq; lib. vi.

¶ Decimus est in eo, qui corpus defuncti incidit vel decoquit pro ossib. transferendis. in extraua. detestandæ. Boni. 8. de sepult.

¶ Vndecimus est in inquisitorib. hæreticorū, si odio, gratia, amore, vel lucro, contra iustitiā vel conscientiā, omiserint cōtra quēpiam procedere, vel præsumpserint ipsā hæresim alicui imponere, vt hētur in cle. de hæreti c. multorū § verū.

¶ Duodecimus est de religiosis, ꝗ absq; speciali licētia parrochialis præsbyteri, solēnizant matrimonia, aut ministrāt sacramēta, veluti eucharistiæ, aut extremæ

vnctionis

vnctionis. (Sufficit tñ licentia parochialis clerici, etiam si nõdum est sacerdos, similiter etiã licentia illius Vicarii, qui gerit ordinariam curam illius ecclesiæ. Item licentiam diocœsani vt no. Ioan an. in clem. religiosi in verb. presbyteri. de priuile.) Idem est de religiosis qui excommunicatus a quocunq; canone ab soluunt in casib. sibi non expresse concessis, aut absoluunt a sententiis per statuta prouincialia vel synodalia promulgatis, aut absoluunt a pœna & a culpa, vt hæc habentur in dicta clem. religiosi. in prin.

¶ Tertius decimus est de persequutorib. Episcoporum, vel qui eos faciunt exulare, seu procurant ad illos persequendũq;, vel carceri tradẽdum, aut præcipiũt hoc fieri, vel tribuunt auxilium, consilium, vel fauorem, ad hoc faciendum, aut ratificant, vt habetur in clemen. Si quis de pœnis.

¶ Decimus quartus est, de religiosis, vel clericis inducentib. aliquem ad vouendũ vel pmittendũ vel iurandum de eligendo sepulturã apud eos, aut vltimã iã electã vlterius nõ immutãdo, vt habetur in clemẽtina. de pœnis. c. cupiẽtes. § fi.

¶ Decimus quintus est, de his, qui cogunt celebrari sibi in loco interdicto, vel ad audiendum euocant excommunicatos vel interdictos, vel prohibent eis, ne moniti exeant. Et de illis, qui ibidem nominatim moniti non exeunt, vt hæc habentur de sen. excom. c grauis, in clem.

¶ Decimus sextus est de his, qui Sarracenis ferunt ferrum, arma, vel equos, præsertim ad impugnandum Christianos, vel alia necessaria deferunt, vel trasmittunt, vel deferri permittunt, seu galeas, vet naues vendunt, vel in Piraticis Sarracenorum nauib. gubernationem exercent, vel impendunt consilium, vel auxiliũ, in dispendiũ terræ sanctæ, vt habetur de Iudæ. c. Ita quorundam, & c. ad liberandã. Et iste casus est Papalis per extrauagan. Multa Clemen. v. de Iudæis.

¶ Decimus septimus est in Piratis, qui ore papali excommunicantur, vt no. Io. an. de Rapt. in. c. rexcommunicationi.

¶ Decimus octauus est de eo, qui est absolutus pter mortis articulum, vel aliud impedimentum, ab eo, a quo alias absolui non poterat, si enim, cessante impedimento, non se præsentat (cum commode poterit) ei a quo peius absolui debebat, in eandem sententiam, qua ligatus prius erat ab homine, vel alias a iure, reincidit ipso facto, vt in. c. eos. in prin. de sen. excom. lib. vi. Pone exemplum de alio impedimento, videlicet, vt est ægritudo, vel inimicitiæ capitales, vt no. glo. in. c. religioso, de sen. excom. lib. vi. Et ita iste casus est papalis, si talis erat absoluendus a Papa tantum.

¶ Decimus nonus est in absoluto a Papa, vel eius pœnitentiario, de ipsius speciali mandato, qui se debet alicuius cõspectui præsentare. Nam reincidit, si hoc non faciat vt in præcedẽti casu dictum est, & habetur in dicto c. eos. § fi. de sen. ten. excom. lib. vi.

¶ Vigesimus, est, si Imperator, Rex, Princeps, Dux, Marchio, Comes, vel Baro, aut aliquis alius notabilis pminentiæ dignitatis vel potestatis, aut frater, filius, vel nepos ipsorũ, a tẽpus vel in perpetuum (ac quicunq; alius ad plus ãno) nominatur. eligitur vel assumitur in vrbis Romæ Senatorem, vel queuis Rectorẽ, seu officialem quocunq; nomine vocatũ, præter sedis Apostolicæ licentiam cũ literis ipsius sedis expresse obtinendam. Omnes. n. prædicti consentientes nominationi, electioni, vel assumptioni suæ, & eos taliter nominantes, eligentes, vel assumentes, & eis obedientes, ac auxilium, consilium, vel fauorem dantes, sunt excõmunicati ipso facto, & non possunt absolui nisi per Papã, vel de eius obtẽta licẽtia speciali. lib. vi. de elect. c. fundamẽta. § puide. cũ sequi. § quod si secus

¶ Notetur demum, quod solus papa dispẽsat eum quouis Simoniaco. de Simo. c. nobis. & c. pen. Et cum excommunicato vel suspenso celebrante. glo. latissima in. c clerici de cler. excom. De quib. ac de casib. primo, secundo, & tertio prædictis, & de vndecim primi casus exceptionibus apertissimis, per. c. i. ij iij. vj. & c. quod de his, & c. quamuis, cũ aliis de senten. excom. habentur sequentes versus,

¶ Cum

¶ Cum celebrante sacrum, suspenso siue ligato.
Cumq; Simoniaco dispensat Papa, nec alter.
Cleri percussor, Papæ falsarius, vrens.
Edictus, sunt soluendi per brachia Papæ.
Ni fecit impubes, leuis, æger, fœmina pauper,
In claustro degens, contractus, seruus iniquus,
Siue senex, metuens inimicos, ostia seruans. ¶ Vel sic.
¶ Per Papam, clericum feriens, falsarius, vrens.
Soluitur, & quisquis audet cantare ligatus,
Simon qui fuerit, nec fallit regula talis.

¶ Nota tamen, quod omnis percutiens clericum, tenetur ire ad Papam, vt patet per sequentes versus.

¶ Percutiens clericum, Romam petat, excipiuntur
Vt puer, atq; senex, egrotus, fœmina, pauper,
Et claustralis, habens inimicos, & ostia seruans. ¶ Finiũt casus Papales.

De Casibus Episcopalibus.

Casus in quibus habent dispensare Episcopi.

SEQVITVR vt casus Episcopales displiciamus. Itaq; sciendũ est, ꝙ licet Sacerdotes, et simplices, in priuata pœnitentia, ꝑ occultis delictis, regulariter possint imponere pœnitentiam, vt hr̃, in. c. presbyteri, cũ sua glo. in fi. 26. q. 6. Regulare. n. est, ꝙ ipse cognoscere possint de omnib. criminib. occultis, vt in. c. si peccauerit. 2. q. 1. Sunt tñ specialiter certi casus de quib. simplices sacerdotes non pñt cognoscere, sed super talib. criminib. oportet eos necessario remittere confitentes suos ad superiorem Prælatum. i. Ep̃m. Et tales casus dicuntur Episcopales, & sunt isti qui sequuntur, quos etiam enumerat Hostieñ. in sum. de pœnit. & re. § 4. vers. cui confitendum. Notat eos latius specula. in. 4. parte. circa fi. de poe. & re. § 6. vers. priuata autem.

¶ Primus aũt casus Ep̃alis est in illo, qui cognouit carnaliter Monialẽ, cõsecratã, vel non consecratam, virginem, vel non virginem. Aut forte si mulier quæuis coiuit cum religioso, dummodo non fiat in loco sacro, quia tunc esset Papalis.

¶ Secundus est in eo quĩ verberat patrem, vel matrem. s. ex casu. Sed si vrberet ex certa scientia, absolutio spectat ad solum Papam.

¶ Tertius est in eo, qui deflorat virginem fraudulenter. Sed si violenter, vel malitiose, etiam sine vi, absolutio ad solum Papam spectat.

¶ Quartus est in eo, qui mortem coniugis machinatur.

¶ Quintus ẽ in eo, qui abutitur Chrismate, vel Eucharistia, vel alia re sacra, aut facit furtũ in eccl. Et etiam in illo clerico, ex cuius negligentia hoc contingit.

¶ Sextus est in eo, qui baptizauit proprium filium, vel eum ad baptisma, vel cõfirmationem, tenuit.

¶ Septimus est in eo, qui facit votum castitatis, & post votum contrahit matrimonium cum aliqua, vel cum aliquo.]

¶ Octauus, est in ea, qui contrahit matrimonium, & continet, seu religionem de facto intrat in vita vxoris post carnalem copulam.

¶ Nonus est in illo malefico, qui confitetur se credidisse hæreticæ prauitati.

¶ Decimus est in Simoniaco (sub quocunq; genere Simoniæ fuerit Simoniacus) quo ab absolutionem, non quo ad dispensationem, quæ ad solum Papam spectat, vt & notatur supra in fine casuum Papalium.

¶ Vndecimus est in illo, qui excommunicatus vel suspensus, solẽniter celebrat in ecclesia, quo ad absolutionem, non quo ad dispensationem, quæ spectat, ad solum Papam, vt & adnotatum est supra in fine casuum Papalium.

¶ Duodecimus est in illo, qui per saltum est promotus ad sacros ordines.

¶ Tertius

¶ Tertius decim⁹ ẽ in eo, q̃ ordinatur ab alieno Epõ, sine licẽtia sui proprij epi.
¶ Decimus quartus est in homicida, siue verbo, siue cõsensu, vel se defendẽdo, vel dormiẽdo, aut si occidat furẽ vim facientem, aut si homicida fuerit infantis.
¶ Decimus quintus est de secularib: vtrisq; cõmittentib. luxuriam in ecclesia, maxime cõsecrata. De altero saltẽ coeunte religioso, fuit iã supra primus casus.
¶ Decimus sextus est in eo, qui coit cum Iudæa vel Sarracena.
¶ Decimus septimus est in muliere, quæ concepit ex alio viro, quando vir suus credens eum genitum esse suum proprium filium, instituit eundem hæredem, in aliorum præiudicium & grauamen.
¶ Decimus octauus est in illo, vel in illa, qui, vel quæ procurat abortum, vel sterilitatem, siue in se, siue in alia.
¶ Decimus nonus est in eo, qui excommunicatus a Iudice, & ecclesiam exire generaliter monitus, tenuit si diuinum officium impediens. Non tñ est ibidẽ nominatim monitus, quia tunc esset casus papalis, qui supra suo loco ponitur.
¶ Vigesimus est in eo, qui contrahit matrimonium post sponsalia contracta cũ alia, vel iuramentum interpositum de contrahendo cum alia.
¶ XXI. ẽ in eo, qui scienter celebrat in loco loci interdicti, siue publ. siue secreto.
¶ XXII. est in eo, qui est sortilegus, videlicet in illo, qui inuocat dæmones pro furtis, vel mulierib. vel aliis rebus licet aliqui restringant istum casum ad existentes in sacris ordinibus.
¶ Vigesimus tertius est in illo, qui scienter & publice, sepelit corpus alicuius excommunicati in cœmiterio.
¶ Vigesimus quartus est in illo, qui excommunicatus est a Canone, in casibus in quibus ab episcopo potest absolui.
¶ Vigesimus quintus est in eo, qui est irregularis effectus crimine.
¶ Vigesimus sextus est in eo, qui contraxit matrimonium clandestine.
¶ Vigesim⁹ septimus casus ẽ in eo, qui ẽ criminosus public⁹, vel blasphemator.
¶ Vigesimus octauus est, si episcopus audiuit confessionem de aliquo peccato, inferior enim clericus non habet talem confitentem absoluere, sed debet ipsum ad eundem Episcopum remittere.
¶ Xxix. ẽ de illo, vel illa, qui vel q̃, opprimit filios suos studiose, vel negligenter.
¶ XXX. ẽ in eo, qui cõmittit sacrilegiũ, vel incendiũ, nisi incẽdiarius sit iã publi excõicatus, quia tunc casus esset papalis, qui supra suo loco situs est secundus.
¶ XXXI. est in illo, qui committit crimen falsi, siue in literis, siue in testimonio ipsa falsitas sit commissa. Et quod dicitur de literis, intelligitur non papal. quia de illis, casus est papalis, qui in proprio loco antea ponitur tertius.
¶ XXXII. est in eo, qui violat ecclesias, ac libertates & immunitates earum.
¶ XXXIII. est in eo, qui committit peccatum contra naturam, vtputa, si vir virũ cognoscit, vel brutũ, aut si abutitur membro mulieris ad hoc non concesso.
¶ Trigesimus quartus est in illo, qui committit incestum, vt si carnaliter cognoscat consanguineam personam.
¶ Trigesimus quintus est in illo, qui est periurus, licet aliqui tantum velint hoc intelligere de periurio viri, qui est infra sacros ordines.
¶ Trigesimus sextus est de illo clerico, qui cognouit, carnaliter illam, quam baptizauit, vel illam, cuius confessionem audiuit.
¶ Trigesimus septimus est de illo, qui excommunicatus est ab Episcopo, nam ille non potest absolui per aliquem inferiorem clericum.
¶ Trigesimus octauus est in illo, qui est vsurarius publicus.
¶ Trigesimus nonus est in illo, qui celebrat Missam in altari non consecrato, vel celebrat sine indumentis sacris, vel celebrat non ieiunus.
¶ Quadragesimus est in illo, qui non restituit ablata vel subtracta, vel alia illicite acquisita.
¶ Notetur tandem, quod si Episcopus committat alicui sacerdoti vices suas in

casibus

casibus in quibus Episcopus habet potestatem, talis sacerdos potest iurisdictionem carcere in omnibus casibus præter in quinq;,qui sequuntur.

Primus est,vbi pœnitentia solemnis est imponenda.

Secundus est,quia sacerdos non potest absoluere ab excommunicationem in casu quo Episcopus posuit limitationem,nisi specialiter ei committat.

Tertius est, vbicunq; sacerdos inuenerit irregularitatem contractā ab aliquo clerico ex delicto,tunc.n.debet eum remittere ad episcopum suum ordinarium.

Quartus est de incendiarijs.

Quintus est,si de consuetudine eius diocœsis certa crimina remittūtur,de quibus est aliquod occurrens.

DE CASIBVS ABBATIALIBVS.

Superest,vt videamus Casus,in quibus possunt dispensare Abbates.

Primo autem dispensant Abbates cum ingresso religionem,vt (non obstante defectu natalium) ad ordines,in Monasterio,& ecclesijs subiectis Monasterio promoueatur,vt not.do.Goff.de fil.presby c.1.in sua glo.quæ incipit. Ac nota.& in tex.satis probatur in vers.Nisi aut Monachi &c.

Secundo dispensant Abbates cum Monachis sui Monasterij,circa esum carnium,vt de sta.mo.c.cum ad Monasterium,vers.quamquam ex indulgentia,& de conse.di.v.c.carnem.

Tertio dispensant Abbates cum Monacho vel Conuerso professo, constituendo sibi cellam specialem.18.q.2.c.nullus.&.20.q.vlt.c.Monachum.

Quarto dispēsant abbates cū Monacho,qui sacrū ordinē recipit furtiue , vbi excōicato nō erat expssum,aut ab eo nesciebatur lata contra tūc furtiuos ordinum susceptores,nam cum recipiente furtiue ordinem ex certa scientia contra expressam excommunicationem,solus Papa potest dispensare, vt hæc habētur de eo qui ordi.fur.suscep.c.1.cum.2.incip.cum.h.in fi.cum glo.2.& fi.

Quinto dispēsant Abbates,Monachū licentiādo,vt ad aliā maiorē religionē trāseat,de reg.c.licet vel ad æqualem,iusta de causa.Nunquam tū ad minorē, Et ita debet intelligi decretalis,vbi & hæc notantur de regu.c.non est.in glo.

Sexto dispensant Abbates cum Monacho,qui excommunicatus est, pro iniectione manuum in clericum violentā,& nihilominus fecit se ordinari ꝑpter talis facti obliuionem vel iuris imperitiam,Cum excommunicato autem,etiam religioso,ex certa scientia ordinem sacrum recipiente,non posset dispensari,nisi a solo Papa,prout hæc traduntur de sen.excom.c.cum illorum.in fi.cum glo. in verb.in contemptum & de eo qui ord.fur.susc.c.2 .in glo.fin.

Septimo dispensant Abbates cum Monacho,qui mutauit habitum,& fuit ordinatus in alio Monasterio,sine licētia sui proprij Abbatis,vt not.per do.Goff. de tempo.ord.c.ex parte,in sua glo.incip.Ideo &c.ex eo ipso tex.

Finiunt casus Abbatiales.

Sequētia post præmissorū excusionē in manus nostras peruenerūt.

Cōstitutio ad consentiendū res.fructuū et regress.

IN MEA & constitutus D.Flaminius.N.principalis &c. Spoñ. &c. constituit &c.Procuratorem &c.D.I.Antonium de Murus cler.Montis regalis dioc.absentem &c.ad ipsius &c. In euentum in quem sibi per liberam resignationem seu iurium cessionem domini Scipionis. N .rectoris parrochialis ecclesiæ S.Andreæ,loci.N.Papien.dioc.in manib.Sanctiss.D.N. Papæ,aut eius & S.Ro.Eccl.Vicecancellarij vel alterius ad id Ptātem habentis fiendā de ipsa parrochiali cū eius iurib.& pertinentijs. Vniuersis puideatur seu puideri cōcedatur,tūc & eo euēru reseruationi medietatis omniū & singulorū fructuū,redditū,puentuū & emolumentoꝝ dicta parrochialis & iuriū gnentiarum propria ipsius.D. Flaminij auctoritate percipiendorum , & locandorum

dorum, ac si minime resignasset seu cessisset loco pensionis annuæ assignandorum necnon regressui accessui, & ingressui ad dictam parrochialem ecclesiam, & pertinentias prædict. per cessum vel decessum ipsius D. Constituentis seu illius dimissionem vel amissionem. Ita quod dicto domino Flaminio constituente cedente vel decedente seu parrochialem cum pertinentiis prædictis quolibet dimitten. vel amitten. aut illa quouis mõ vacan. etiam apud sedem Apostolicam, aut prouisionem desuper faciendam inualida existente seu effectũ sortiri requeunte liceat eidem D. Ludouico ad dictam parrochialem & pertinentias, tam sui prioris tituli q̃ literarum desuper cõficiendarum vigore libere habere regressum accessum & ingressum, illorũq; realem & corporalem possessionem per se vel aliũ seu alios libere propria auctoritate apprehendere & vt prius retinere, ita qd' nunquam a quoquam desuper molestari possit, necnon literas desuper oppor. conficiendarum expeditioni consentien. consensumq; præstañ. Iurandumq; &c.

Translationis pension. Processuss

IVLIVS N. Dei & apost. Sedis gratia episcopus. N. Iudex & exequutor ad infrascripta per Reuerend. Dñm Rufinum. N. vigore facultatis sibi Reuerendo dño Rufino &c. vt in subinsertis literis Apostolicis cõtinetur desuper cõcesse electus & assũptus Venerabilib. & circunspectis viris dñis singulorum Monasteriorum, prioratuum, parrochialiũ, & aliarum eccl. præstimoniorum, ac reliquorum beneficiorum, omnium & singulorum inferius specificandorum, abbatibus, prioribus, cõmendatarijs, rectorib & possessoribus, omnibusq; aliis & singulis, quorum interest, intererit, aut interesse poterit, quomodolibet in futurum, quibuscunq; nominib censeantur, aut quacũq; præfulgeant dignitate, Salutem in dño, Literas Sanctissimi in Christo patris, & dñi no. ri domini Pauli, diuina prouidentia papæ Quarti, eius vera bulla plumbea cum filis sericeis rubei croceiq; colorum more Ro cu. pendente bullatas sanas, siquidẽ & integras non viciatas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio, & suspitione carentes, vt in eis prima facie apparebat nobis p̃ præfatum Reuerend. D. Rufinum. N. quas in suis manib. tenebat & habebat p̃ñtatas quas nos cũ ea qua decuit reuerentia recepimus hmõi sub tenore. Paulus &c. Post quorum quidem literarum apostolicarum p̃ñtationem, & receptionem nobis, & per nos, vt præmittitur factas præfatus Reuerend. Rufinus in ipsis literis principaliter nominatus, & cui vna sexaginta super parrochialis Eccl sancti. N N. dioc. sub dat. N. ãno pontif fe. re. Iulii papæ secundi, quarto, & alia Mile super sancti. N. de. N. ac sancti. N. de. N. necnon sancti. N. de. N. & q per priorem gubernari cõsueuit de. N. N. ordinis sancti. N. ac aliorum ordinũ. N. seu aliarum Ciuitatum vel dioc Monasteriorum, & seu priorat. sub dat &c. fructib. redditibus & prouentib. pensiones annuæ respectiue reseruatæ existunt, seu reseruari cõcessæ sunt, prout in supplicationib desuper signatis & earum singulis ad quas singula singulis referendo relationem habere voluit plenius & diffusius cõtinetur, & nos Iulium Episcopum præfatum in iudicem & exequutorem negotij infrascripti, vt melius potuit vigore facultatis in dictis Apostolicis literis sibi concessæ eligendum dixit atq; elegit electioneq; huiusmodi in nos facta & recepta, idẽ Reuerend. Rufinus statim in manib. nostris cassationis, & extinctionis reseruationis, cõstitutionis, & assignationis omnium & singulorum pensionum annuarum superius expressarum & designatarum super monasteriorum, prioratuum, parrochialiũ, ecclesiarum, præstimoniorum, singulorumq; beneficiorum eccl. superius expressorum, & designatarum fructibus, redditibus, & prouentibus, eidem Reuerend. Rufino, auctoritate apostolica reseruatorum, constitutarum, & assignatarũ in manibus nostris sponte, & libere consensit dictasq; pensiones cassari, & extingui, ac monasteriorum abbatiæ, prioratus & aliorum beneficiorum superius exp̃sorum, & super quibus pensiones ipsæ reseruatæ, seu reseruari concessæ fuerint,

abbates,

abbates, priores, rectores, seu cõmendatarios, beneficiatos & possessores ad vlteriorẽ dictarũ pensionũ solutionem eidem Reuerend. Rufino vlterius faciẽ. nõ teneri, nec propterea ad aliquas sñtias cẽsuras & pœnas incurrere posse decerni, necnon similes pensiones similium summarum Reuerend. dño Frãcisco. N. quem ipse dñs Rufinus ad hoc expresse nominauit sibi quoaduixerit vel procuratori suo legitimo per ꝓ tempore existentes respectiue Monasteriorum, abbatiarum, prioratus ecclesiarũ, ac singulorũ beneficiorum præfat. possessores, & alias quomodolibet obtinentes vel possidẽtes in locis, & terminis, ac sub sententiis cẽsuris, & pœnis in assignatiõ. earũdem pensionũ appositis, seu alias solitis absq; eorundem abbatum priorũ, & successorũ prædictorũ requirendo præstãdaque consensu integre persoluẽ. per nos reseruari constitui, & assignari debita cũ instantia postulauit. ¶ Nos igitur Iulius eps iudex & executor præfatus atteñdeñ. postulationem hmõi fore iustam, & rationi consonam oẽs & singulas pensiones præfatas & earum quãlibet eidem Reuerendo dño Francisco super Monasteriorum abbatiarum, prioratuum eccl. & aliorum beneficiorum præfatorum fructibus redditibus & prouentibus, vt præfertur reseruatis, seu reseruari concess. de ipsius Reuerendi dñi Rufini expresso accedente consensu cassauimus, & extinximus. Vosq; abbates cõmendatarios priores rectores, & bñficiatos seu possessores præfatos, ac successores vestros Monasteria, & cætera benefic. prædicta ꝑ tempore obtineñ. ad dictarum pensionum solutionem eidem Reuerend. dño Rufino deinceps facieñ non teneri, & ob illarum non solutionem aliquas sententias censuras & pœnas incurrere minime posse decernimus per pñtes., & nihilominus eidem Reuerend. dño Frãcisco vnã sexaginta super parrochialis. N. & aliã mille super sancti. N. de. N. reliquã super. N. N. N. ordinis. N. N. dioc. respectiue fructib. redditib. & prouentib. similes cassatis aliis priorib. pensionib. pensiones annuas per vos dños abbates & aliorum superius expressorum beneficiorũ possessores cum omnib. & singulis exemptionib. facultatib. decretis accessibus ingressibus & clausulis ac aliis decretis in priorib. reseruationib. & assignationibus contentis annis singulis in locis & terminis, ac modo & forma quibus pfato Reuerend. dño Rufino reseruatæ seu reseruari concessæ fuerunt vel procuratori suo legitimo prout quẽlibet ipsorum cõcernunt sub sententijs cẽsuris, & pœnis eccl. in reseruationib. aut assignationib. dictarum pensionum, & earum cuiuslibet contentis ac solitis & consuetis integre persoluẽ. & alias in omnib. & per omnia iuxta & secundum priorum & præfatarum reseruationum constitutionum & assignationum vim formam continentiam & tenorem auctoritate prædicta qua fungimur in hac parte reseruamus constituimus & assignamus. ¶ Quæ omnia & singula ac easdem literas & supplicationes & in eis cõtenta quæcũq;. Vobis omnibus & singulis supradictis communiter vel diuisim & vestrum cuilibet intimamus insinuamus & notificamus ac ad vestrum & cuiuslibet vestrum notitiam deducimus & deduci volumus per præsentes. ¶ In quorum omniũ & singulorum præmissorum fidem & testimonium præsentes literas, siue hmõi ꝓcessus nostri instrumentum exinde fieri & per notarium publicum infrascriptũ subscribi & publicari mandauimus sigilliq; nostri quo in talibus vtimur iussimus & fecimus appensioñ. muniri. Datum & Actum Romæ extra portam. N. sub anno &c. Præsentibus ibidem dominis. N. &. N. testibus &c.

Testamentum factum per Iacobum Apocellum seu illius pars, sub die uigesima secunda Ianuarij.

M. D. L.

IN NOMINE Sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis Patris & filij, & spiritus sancti amen. Per hoc præsens &c. Quod anno &c. Quoniam dominus quo nihil fuit amantius suorum quemq;, nihil la

tuit eorum quæ homini conducunt,in Euangelio iubet suos esse paratos, quia,ne scitis inquit,qua hora filius hominis venturus sit. Non solum ad extremum iudicium,sed etiam ad visitandum singulos per mortem naturalem finem omnium operum mortaliũ facturus,& quamuis dñs hæc Consulens suis proprie non sensit de temporalib.& transitorijs,quorũ ei minima fuit cura,sed de cœlestibus,& æternis vti Magister,& auctor salutis,tñ cum Esaiæ.38.&.3.Reg.20.Necnon.2 Paralipomenon.32.Reperiamus scriptam quod dñs ad Ezechiam regem Iudæ mittens prophetam ad annunciandum ei mortem,iusserit eum disponere domui suæ,quia moriturus esset,& nõ victurus,dictumq; Saluatoris ; Estote parati &c. licet principaliter dictum de statu animæ,accessorie tamen etiam ad facultates terrenas trahi potest spiritus sancti auctoritate,qui in propheta de terrenis loquutus est,qualia Christus in Euangelio de cælestibus. Hoc igitur domini Consiliũ præoculis habens,& illud vti reuera est,& sicut verum decet Christianum plurimi faciens in mea &c.personaliter constitutus

D.Iacobus Apocellus ex vico obstat Spireñ.dioc.filius quondam Martini Apocelli,sanus per Dei gratiam mente sensu & intellectu, licet aliquãtulum egrotus corpore,volens se ad imminentem mortem,qua nihil,est certius, & cuius hora nihil est incertius,quantum in se est parare,& domui suæ prospicere , sponte &c.Condidit,& fecit hoc præsens suum testamentum nuncupatiuum quod dicitur,sine scriptis,in hunc qui sequitur modum.

In primis supplicat illi summæ & æternæ bonitati,vt per suam magnam misericordiam,& secundum multitudinem miserationum suarum, perq; merita passionis vnigeniti filii sui domini nostri Iesu Christi auertere dignetur faciem suã a peccatis suis,& ita in vita dirigere vias suas,vt adueniens reperiat,cum paratum,cum virginib.sapientibus,vt possit cum sponso ad nuptias intrare,hac oratione præmissa propter hæreses,quæ nunc passim obambulant . Declarauit se in dogmatibus fidei aduersari omnem hæresim,& adhærere placitis , & decretis omnibus sanctæ Catholicæ,& apostolicæ Ecclesiæ Romanæ,& in vnione eiusdem sanctæ Matris Ecclesiæ se,& victurum & moriturum.

Postquam autem mortuus fuerit,Cupit vt catholicus Cadauer suum Ecclesiasticæ tradi sepulturæ in Ecclesia sanctæ Mariæ de Anima Theutonicorum de vrbe,in fossa communi,quæ est ad latus dextrum introeuntibus ecclesiam per portam magnam,qua in fossa sepultum est etiam corpus dilectissimi amici sui quondam Theodorici Vafri,& quorundem aliorum amicorum suorum,sed noctis tẽpore,sine vlla pompa funeris,vel cum quam minima &c.

¶ Et quia hæredis institutio est caput & fundamentum totius testamenti propterea, Idem dominus Iacobus testator hæredes suos vniuersales omnium bonorũ omniumq; iurium,& actionum suarum instituit,fecit,& suo ore proprio nominauit honestam D. Apolloniam Apocellam matrem suam p tertia parte,& Martinum Apocellum,quondam Iohannis,& si præmoriatur dictus Martinus ipsi testatori,eiusdem Martini liberos masculos pro alia tertia parte, cũ onere vt solent sorores suas si quas habẽt seu habituri sint ex dicto Martino suo patre &c. Substituendo dictæ D. Apoloniæ matri suæ dictos Martinum, & eiusdem Martini liberos masculos pro dimidia,& filios dictæ quondam Otiliæ ipsius testatoris sororis pro altera dimidia vulgariter pupillariter, & per fideicõmissum, Ipsi quoq; Martino substituendo suos filios masculos, & illos inter se alterum alteri &.N.N.filios quondam Otiliæ inter se alterum alteri vulgariter,pupillariter,& per fideicõmissum. Hanc autem &c.Reuocans &c.super quib.&c. Actum &c.

Codicillvs.

Die XXVI. Ianuarij. M. D. L.

D. IACOBVS Apocellus præfatus. Qui sub die vigesima secunda huius per acta mei notarii suum condidit testamentũ, in quo, tunc breuitatis causa, seu aliis forsan suis respectibus causis. Non omnia quæ facere decreuerat apposuit, & propterea cupiens pro sui, & suorum salute, & quiete, & que decreuerat in scriptis redigere sanus per Dei gratiã mente sensu & intellectu, licet aliquantulum ægrotus corpore saluo & illæso, & in suo robore remanente dicto testamento, & legatis, ac omnibus, in eo contentis codicillando, & dicto testamento addendo, dixit & declarauit. &c.

¶ Executores sui testamẽti & præsentis Codicilli instituit fecit, & deputauit. R. P. D. Ioan. Baptistam Cicada episcopum Albignanensem curiæ causarũ Cameræ apostolicæ generalẽ Auditorem Iacobũ de Puteo sacri palatii apost. causarum Auditorẽ, & Ioan. Baptistam Guidabonum iuris vtriusq; doctorem absenter insolidũ ad ipsius D. Iacobi nomine hæredibus suis, in omnibus, & per omnia fauorabiliter assistendũ, & vt omnia in dicto suo testamẽto, & pñti Codicillo debitæ exequutioni mandent superintẽdendum, Rogans eorũ R. D. omni cũ Reuerentia, & honore, intuitu Dei & immortalitatis, quatenus hoc vltimũ officiũ ꝑ ipsorum benignitate, & sua in illos obseruãtia sibi præstare ne grauentur. Quib. addidit dños Hieronimum Bustidium, Gasparem Hoyer, & Lazarũ Cinnã similiter insolidũ qui ordinãda per eorum reuerentias exequantur, & ipsi. R. D. quantum eorum Reuerentiis parci poterit subleuent a laboribus, cũ potestate calculãdi cum personis quib. cum sibi in dãdo recipiẽdoq;, aut aliter quomodocunq; negocium fuit, & calculos huiusmodi solidand. creditorib, de suis legitimis creditis satisfaciend. a debitorib. satisfactionẽ petend. exigend. & recipiẽn. habuisseq; confitend. & super quibusuis differentiis quo nasci possent, cum quibusuis personis, put ipsis exequutorib. videbitur transigend. concordãd. & pacisceendum, & si eis videbitur, in vnũ vel plures bonos veros compromittẽd & cõpromissa. Necnõ pactiones, & concordias, ac trãsactiones faciẽd. & illas iuramẽto de pœna firmãd. cum aliis clausulis opportunis pro volũtate contrahentium domos locand. & dislocãd. & tam de iis quæ confessi fuerint habuisse quã de illis quæ actu recipient, aut quæ per concordiã remiserint quietand. & de omnib. quascunq; scripturas publ. vel priuatas, Cum clausulis opportunis etiam abundantibus, etiam sub obligatione quacunq; etiam in forma Cameræ cõficiend. & confectat tradend & tandem omnia alia faciend. quæ opus erunt fieri, pro exequutione præsentis testamenti, Cum clausula ad omnes lites & causas motas, & mouendas. Ad agerendum & defendendum cum potestate substituendi, & generaliter ad omnia dicta hæreditatis negotia pro tempore occurrentia, cum plena libera gñali, & omnimoda administratione. Promittens &c. Releuans &c. Volens qđ hæc facultas executionis data executoribus cõpetat eis statim a morte ipsius D. Iacobi etiam hæreditate ipsius testatoris per hæredes, non adita, nec finiatur anno, sed duret vsq; ad plenariam executionem omnium in præsenti Instrumento contentorum & si super dicto suo testamẽto, & præsenti Codicillo nesceretur aliquod dubium voluit illius dubii declarationem, & interpretationem esse pœnes dictos. R. P. D. Auditorem Cameræ, Iacobum Puteum, & Ioannem Baptistam Guidobonum exequutores insolidum.

¶ Exequutores vero in partib fecit & deputauit venerabilẽ Magistrum Ioan. Hartmãni de Vbstat, Custodẽ & canonicũ Sanctorum Germani & Mauritii Spireñ ꝑcuratorem siue negociorum suorum gestorẽ, Stephanũ Martialem & Niluum Hugonium Vicarios Eccl Spireñ. Et quẽlibet ipsorum insolidum quibus dedit facultatẽ & auctoritatẽ dictum suum testamentum, & huiusmodi Codicillũ debitæ executioni demãdandi. Cum eisdẽmet facultatib. dictis executoribus in curia supra deputatis cõcessis, & artibus, & hic si opus fuerit exprimendis & generaliter &c. ¶ Promittens &c ¶ Releuans &c. ¶ Super quibus &c. ¶ Actum Romæ in domo ipsius domini Iacobi, & camera cubiculi eiusdem præsentibus.

Cursus Monetarum secundum stilum Cameræ, & Cancellariæ Apostolicæ.

Libra Turonen. paruorum valet Ducat. 1
Barchimonen. Ducat. 1
Adiacen. Ducat. 1
Valentin. Ducat. 1
Maioren. tres libræ valent duos Ducat.
Tres Franci faciunt. 2. Ducatos.
Turonen. tres in Francia valent 2. Duc. Hodie tamen seruatur contrarium, ita quod duæ libræ huiusmodi valent Ducat. 1
Libr. Meten. valet Duc. 6
In Normannia, tres libræ valent. 2. Scuta antiqua
Libr. Britanniæ valet minus vno Ducat.
Nam decem Britanniæ valent. 8. Ducat. de Came.
Libr. Monetæ Sterlingorum in Scotia valet. 2. Duc. cum dimidio.
Libr. Monetæ vsualis in Scotia valet Duc. 1
& tres libræ huiusmodi valent. 3. Duc. qui sunt vna Sterlingorum.
Libr. Sterlingorum in Anglia valet Ducatos. 6
Marcha Sterlingorum in Hibernia valet. 2. Ducat. cum dimidio.
Marcha argenti valet Ducat. 5
Marcha argenti puri valet Ducat. 6
Floreni auri de Aragonia tres valent. 2. Ducatos.
Floren. auri Rhenen. valet groff. 8. papales.
Et computantur in camera. 4 Floreni similes pro. 3 Ducat.
Vncia valet Ducat. 3. de Cam.
Duo Floreni de Sabaudia cũ dimidio & vnus groff. de Sabaudia valẽt Duc. 1
Florenus in Sabaudia valet baiochos. 32
Salutum valet Duc. 1
Scutum de Francia antiquum valet Ducat. 1
Scutum nouum valet. 1. Ducat. minus grosso vno Papali.

Incipiunt Priuilegia, Statuta, constitutiones, et ordinationes Dominorum Notariorum causarum Sacri Palatij Apostolici.

BVLLA SISTI PAPAE IIII. SVPER *Priuilegijs, Notarijs Rotæ, seu causarum Sacri Palatij Apostolici concess.*

SIXTVS Episcopus, seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Sicut prudens paterfamilias, cuncta, quæ in eius domo sunt, ad illius honorem, & gloriam, prouida moderatione disponit & ordinat, ita nos, qui meritis, licet imparibus, ab ipso supremo patrefamilias, in illius domo, dispensatores effecti sumus, sic circa eius curam, studiosa solicitudine attẽdere conuenit, vt in illa præsertim, quo ad ea, quæ Romanæ Curiæ, illiusq; Officialiũ decorem, & status securitatem, ac personarũ ad eam confluentium vtilitatem, conspiciũt, rectus ordo seruetur. Ipsiq; officiales, noua quadã honoris prærogatiua, ac ad Curiam ipsam pro causis & negocijs tractandis, pro tempore accedentes (sublata impensarum onerosa grauedine) expeditionis votiua lætentur. Sane du

dum,per alias nostras literas Motu proprio,& ex certa nostra scientia, apostolica auctoritate,statuimus,& ordinauimus, quod dilectorum filiorum palatii apostolici causarum, Auditorum,& eorum Locatenen. numerus,qui tunc Quatuordenarius erat.ex tunc deinceps Duodenarius dũtaxat existeret: Quodq;,si qui, supradictum statutum numerum nominatorum Auditorum,& locatenen. tales esse desinerent,Officia huiusmodi,in seipsis extincta poenitus essent,& esse censerentur,Illisq; aggregari,& vltra dictum Duodenarium numerum,in Auditorẽ vel Locumtenen. admitti nemo posset,prout in eisdem literis plenius cõtinetur. Attendentes igitur,quod si quemadmodum Auditorum, & locatenẽtium eorundem,numerus est prouide limitatus,ita notarii causarum eiusdem Palatii,coram eisdem Auditoribus,& Locatenen. scribentes,certo determinato numero eorundem Auditorum,& Locatenen. numero correspondente, includerentur. Ipsiq; notari Collegium facerent,& apostolicæ sedis Officiales essent,ac in processionibus,& aliis actibus,ad quos alii eiusdem sedis Officiales conuocari consueuerunt,interessent,eorumq; officia perpetua existerent,profecto, ex tot proborum & peritorum virorum Collegio,Curia prædicta plurimum illustraretur. Ipsiq; notarii,quandam honoris & dignitatis prærogatiuam, se assecutos fore gauderent,mitioresq; in exigendis debitis,eorum salariis,se litigantibus exhibere valerent,quod hactenus,absq; eorum detrimento, eo quod officia ipsorum, magnis cum impensis,acquisita temporalia,& breui quodam tempore peritura erant,facere non potuerunt,& exinde litigantes ipsi, non modicum reportarent expensarum releuamen. Horum igitur consyderatione inducti,Motu proprio, non ad ipsorum Notariorũ,vel alterius,pro eis,a nobis,super hoc,oblatæ petitionis instantiam,sed ex nostra mera prouidentia (matura super hoc,deliberatione præhabita) & certa scientia,hac irrefragabili & perpetuo valitura Cõstitutione sancimus,statuimus,& etiam ordinamus, quod de cætero, perpetuis futuris temporibus,numerus dictorum Notariorum,sit Quadragintaocto numero,videlicet dictorum Auditorum & Locatenen. merito correspondens. Qui ad instar aliorum sedis prædictæ Officialium,Collegium constituant,ita quod (quemadmodum consuetum coram quolibet ex Auditoribus, vel Locatenen. supradictis) Quatuor Notarii scribant,& scribere debeant. Quodq;,si vltra numerum statutum Auditorum,vel Locatenen.eorundem,per importunitatem, vel alias,aliquis admitteretur,corã eo,Notarii scribentes,de prædicto Collegio,nullatenus censeantur. Prædictiq; Quadragintaocto Notarii, videlicet Quadragintaquatuor ad præsens existentes (quorum nomina & cognomina præsentibus haberi volumus pro expressis)& Quatuor alii ad scribendum, coram recipiendo Auditore, deputandi (cum numerus Auditorum & Locatenen. eorundem, nunc Vndecim duntaxat existat) sedis prædictæ Officiales,& eorum Officia,perpetua sint,hoc modo,videlicet,quod deficiente,vel deficientibus,aliquo vel aliquibus ex Auditoribus vel Locatenen.de Duodenariorum numero huiusmodi, pro tempore existentibus:seu Officium Auditoris,vel Locumtenen.exercere, quolibet desinente,vel desinentibus,Notarii,qui coram tali,vel talibus,scribere consueuerunt,coram primo tunc admittendo Auditore,scribere debeant,illiusq; notarii,eo ipso existant,ita quod Notarii,primo deficientis Auditoris, vel Locumtenen.primi tunc admittendi,Notarij sint. Secundo deficientis,secundo admittendi,& sic successiue,talis ordo perpetuo obseruetur. Ac ipse admittendus Auditor, per eosdem Notarios, vel pro eorum parte requisitus, ipsos & nullos alios, etiam gratis, & absq; aliqua contradictione, & quauis alia solennitate, ad scribendum coram eo, in causis, illico admittere teneatur. Si vero aliquem ex Auditoribus, seu Locatenen. de numero supradicto, per nos, vel successores nostros Romanos Pontifices,extra Romanam Curiam, mitti, aut alias, ipsum ab eadem Curia,cum intentione ad illam redeundi,se absentare contigerit, causarum Cõmissiones nihilominus,sic absenti distribuantur,& alteri Auditori

vel

vel Locũteneñ.in eadem Curia præsenti causæ huiusmodi,pro sic absente,in ordine suo,veluti præsentibus,audiendæ,& terminandæ,committantur. Ipseq; absens,in eius regressu,causas ipsas resumat,& fine debito terminet, vt est moris. Et in talib.causis,Notarij absentis Auditoris,scribere debeant, perinde ac si Auditor ipse præsens esset. Et ne propterea illi, qui de officiis Notariorũ eorundem disponere hactenus consueuerunt:illorum dispositione fraudentur,aut ad quos, Officiorum ipsorum,dispositio pertinere debeat,dubiũ aliquod insurgere valeat in futurum,Motu & scientia similibus,etiam statuimus, & ordinamus, quod ex singulis Quatuor officiis singulorũ quatuor Notariorũ,coram singulis,ex duodecim Auditoribus,vel Locateneñ prædictis,p tempore scribentium: Vnũ Romani Pontificis,& aliud Vicecancellarii,aliud vero Camerarii Sãctæ Romanæ Ecclesiæ,& reliquum Auditoris.Officia appellantur. Quodq; decedentib.aliquibus ex Notariis supradictis,illa ex Officiis Notariorum sic decedẽtium,quæ Romani Pontificis,per Romanum Pontificem,& quæ Vicecancellarii,per Vicecancellarium,quæ vero Auditorum,Officia extiterint,per Auditores prædictos pro tempore existentes,aliis idoneis conferantur. Et vt in hoc, clare & pure, ac absq; difficultate procedatur,volumus quod de cætero præfati Notarii, ex ipsis, vnũ idoneum,probum,& fidelem,singulis Semestribus,eligant,qui Thesaurarius appelletur,& Capellæ dicti Collegii(quam & altare portatile,ad instar Collegii dilectorũ filiorũ Literarum Apostolicarum Scriptorũ,eis habere licere decernimus)curã habeat,teneatq; vnũ librum,in quo nomina & cognomina dictorum Quadragintaocto Notariorum sint descripta, & in ipso libro,sit distincte designatum,ad quem ex Romano Pontifice,Vicecancellario, Camerario,vel Auditore,Officiorum sic descriptorum Notariorum,dispositio pertineat. Et cum aliquem ex dictis Quadragintaocto Notariis decedere contigerit,dictus Thesaurarius,cũ duobus aliis Notariis,ad illũ,ad quem Officii taliter decedentis dispositio pertinuerit,statim accedat,& id ei significet,vt talis,de idoneo successore,vacãti officio,valeat prouidere. Statuimus insuper,& ordinamus,quod de cætero præfati Quadragintaocto Notarii,ad solẽnes pcessiones, & alios actus, ad quos alii dictæ Cur.Officiales cõuocari consueuerunt,conuocentur,& illis intersint, cũ luminaribus,vt moris est,qui collocabũtur in loco, ad hoc,per eos ad quos ptinet ordinando. ¶ Vt autem tam in moribus & vita, quam aliis ad id requisitis, Collegium ipsum fœliciter dirigatur, eisdẽ Notariis collegialiter congregatis, seu illis,ex eis,quib.Collegium ipsum duxerit committendum,pro ipsius Collegii,ac personarũ eiusdem,fœlici statu,& salubriori directione. Quæcunq; ordinationes,& statuta rationabilia,& honesta (quæ ab ipsis debeant inuiolabiliter obseruari)faciẽdi,cõdendi,& ordinãdi,plenam,& liberam,auctoritate & tenore prædictis,concedimus facultatẽ. Mandamus insuper modernis, & pro tempore existentib. Auditorib.& Locateneñ.supradictis,& quibusuis aliis,cuiuscũq; dignitatis,status,gradus,cõditionis,vel præeminẽtiæ fuerint,in virtute sãctæ obedientiæ,& sub excõmunicationis latæ sñiæ pœna,quã quilibet cõtrafacientes, ipso facto,incurrat,& a qua,nisi a Roñ.Pontifice)præterquã in mortis articulo cõstitutus)absolui non possit,vt præmissa omnia & singula,inuiolabiliter obseruent,ipsis,sub eadẽ pœna,districtius inhibentes, ne cõtra eadem præmissa,ac in præsentib.literis contenta,vel eorum aliqua,quauis parte,per se, vel alium, seu alios,directe,vel indirecte,quouis quæsito colore,quicquã facere,vel attemptare quoquomodo præsumãt. Ac decernentes irritum & inane,totum id & quicquid secus sup his,p eosdẽ Auditores,vel Locatenẽtes,aut quoduis alios,quauis auctoritate,scienter vel ignorãter,contigerit attẽptari. Et si forsan inter ipsos notarios,aliquæ difficultates,aut differentiæ emergerent, quæ per Collegiũ ipsorũ terminari & diffiniri non possent,volumus,& decernimus,qđ super talib. difficultatibus,& differẽtiis,Notarii ipsi,stẽt diffinitioni & sentẽtiæ moderni, & pro tempore existentis Sanctæ Romanæ Eccl. Vicecancellarii,qui conditionis,& na

turæ eiusdem Officii, plenã habet notitiam. Cui quidem sententiæ, & diffinitioni, debeant omnino intendere, & parere. Nõ obstañ. Constitutionibus & ordinationib. apostolicis, cæterisq; contrariis quibuscunq;. Nulli ergo omnino hominũ, liceat hanc paginã nostræ sanctionis, statuti, ordinationis, constitutionis, voluntatis, concessionis, & mandati infringere, vel ei ausu temerario cõtraire. Si qs aũt hoc attẽptare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrũ. Anno Incarnationis Dominicæ. Millesimo Quadringentesimo Septuagesimoseptimo. Tertio Cal. Decemb. Pontificatus nostri. Anno septimo.

L. Mancinus.

L. Grifus.

Registrata apud me L. Grifum.

Sequuntur Statuta, siue Constitutiones Officij Dominorum Notariorum Sacri Palatij Apostolici Causarum.

Quod Capellanus ter in hebdomada missam dicere teneatur.

IN PRIMIS siquidem, quoniam secundum Euãgelicam doctrinam, & humanæ naturæ rationem, illud hominũ cordib. insitum esse debet, illudq; precipue obseruandum, Dominum, & Creatorem suum, Deum videlicet, cognoscere, illiq; sibi seruire, & eius Regnum quærere, ac mentem suam, templum Christo efficere gloriosum. necnon cum tota mente, toto corde, totaq; anima adorare, vt exinde cœlestis patriæ dulcedo degustetur, ipsorum notariorum antiquæ consuetudini inhærendo, iidem Notarii, statuerũt, & ordinarunt, vt sacerdotem vnum, vitæ laudabilis, honestæ cõuersationis, deumq; timentem, per ipsos Notarios eligendum, seu deputãdum, & ad eorum nutum amouendum, habeant, qui sacerdos, per se, vel necessitatis causa, per alium, ter in hebdomada, in quacunq; Ecclesia, seu altari, per ipsos Notarios, pro tempore, deputanda, vel deputando, hora debita, in præsentia eorum Notariorum, si interesse voluerint, iuxta ritum & consuetudinem dictæ Curiæ, videlicet Martis pro defunctis, Iouis de Spiritu sancto, & sabbato de Virgine, diebus. In singulis missis, continue, pro Rom. Ecclesia, ac Pontificis, & ipsorum Notariorum statu, specialem Orationem Deo, vt prosperet, facere. Necnõ in singulis Congregationibus, prædictos Notarios, personaliter interesse, & ipsis Congregationibus, per Notarios huiusmodi, gesta conclusa, seu determinata fideliter, & accurate scribere, ac in formam publicam, si opus fuerit, redigere teneatur, & die quinta post festum Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi, Anniuersarium celebretur, quolibet anno, pro animabus defunctorum. Cui quidem Capellano, pro suo salario, dari debeat Ducat. vnum auri de camera in auro, quolibet mense.

Eligantur Officiales, ut infra.

PRAETEREA Quia sicut humanũ corpus, per diuersa maiora, & minora, inuicẽ tñ vnitatẽ hñtia, regitur & gubernatur, ita vt vnũ quodq; Collegiũ, per diuersas illius personas, diuersas dignitates, seu officia, vel administrationes hñtes, fœliciter regitur, & gubernatur, p salubrioribus regimine & gubernatione Collegii Notariorũ hmõi, per quos & quales personas, ipsum Collegium regi & gubernari, necnon quid ad Officiũ vniuscuiusq; personarũ prædictarum, officium pertinere, ac per quantum tempus eorum officia durare, hic prædicti Notarii statuerunt prout infra sequitur.

De

De electione Thesaurarij, & qualis esse debeat.

¶Statuerũt igitur, & ordinauerunt prædicti Notarii, q̃ ad hmõi regimen & gubernationem, singulis semestrib. secundum modum & formam infrascriptos ex ipsis Notariis, fidelis, diligens, lõga experiẽtia, doctus, practicus, & expertus (qui vigesimumquintũ suæ ætatis annũ exegerit, & ad minus per bienniũ Notarius sacri palatii prædicti fuerit) in illorũ Thesaurarium eligatur, & deputetur. Qui quidem, sic electus, & deputatus, antequam officium suum hmõi exercere incipiat, in manib. & præsentia totius Congregationis (iuxta formam de iuramentis per officiales præstandis annotatam) præstare teneatur iuramentum.

Iuramentum Thesaurarij.

¶Ego. N. Thesaurarius, iuro, quod officium Thesaurariæ sacri Palatii Apost. causarum mihi cõmissum, diligenter, & fideliter exercebo, ac Capellam Notariorum exercere, in diuinis (prout hactenus, laudabiliter consuetum fuit deseruiri) solicite faciam, necnon pecunias, res, & bona, iuraq; ad ipsam Capellam & Collegiũ pertinentia, diligenter custodiã, & cõseruabo, rectamq; iustitiam Notariis, & partibus ministrabo Sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei Euangelia.

Quod Thesaurarius faciat singulis mensibus Congregationem, & puniat delinquentes.

¶Præterea, singulis mensibus adminus, videlicet, in illorum præsẽn. & quotiens sibi p̃ dicto Collegio Notariorum, expediens visum fuerit, Collegium Notariorum euocare, ad delinquentes Notarios, iuxta delictorum exigentiam, punire.

De electione Deputatorum, seu Prouisorum, et eorum officio.

¶Et insuper, vt Thesaurarius, eo consultius, & absq; nota aliqua, Officium suũ exerceat, quo plurimorũm, & assistentium consulum, consilio, & auxilio vti poterit, similiter dict. singul. semestr. eligantur, & deputentur duo ex Notariis ipsis, qui peritiores, & aptiores esse videãtur, vt assistant Thesaurario in singulis agendis occurrentib. maxime concernentib. honorem, statum, & conseruationem præfati Collegii, & in supplementum negligentiæ Thesaurarii (si Thesaurarius, per eos desuper requisitus, id facere neglexerit) possint Collegium hmõi conuocare exponere, & notificare occurrentia, & deinde procedere, iuxta maturam & prouidam deliberationem Collegii prælibati, quodq; hmõi deputatio duntaxat, per semestrẽ. tempus duret. In sequenti vero alia deputatione, remaneat vnus ex antiquis, qui nouum deputatum, de singulis occursis & occurrendis, pro vtilitate & commodo Officii, plenius valeat informare, agere, & defendere, & exequi, p̃ut expediens & opportunum, & quod idem Thesaurarius, & Deputati prædicti, computum & rationem de administratis per alios Officiales tunc præteritos, recipere debeant, & eos syndicare, & deinde absoluere.

Iuramentum Prouisorum seu deputatorum,

¶Ego. N. Prouisor, iuro, quod officium, ad assistendum, Thesaurario Sacri palatii apostolici causarum Notariorum, mihi commissum, maxime super concernẽ. honorem, statuta, & conseruationem Collegii Notariorum, diligentia & fideliter exercebo, & in singulis agendis, & occurrentibus eidem Thesaurario assistam, faciendo omnia, & singula, quæ ad meum spectant officium. Sic me deus adiuuet, & hæc sancta Dei Euangelia.

¶Itẽ, quotiens cõtingerit aliquem ex Notariis, ab huiusmodi vita, & seculo migrare, vt funus illius debite honoretur, oẽs & singuli Notarii, ad hoc, ex parte Thesaurarii, p̃ tempore existentis, vocati (sub pœna quinq; Carlenorũ, quá qui-

 libet

libet contrafacientes,ipso facto incurrat) huiusmodi funeri,seu obsequiis,debe-ant interesse,nisi infirmitas,vel alia euidens necessitas,seu legitimũ impedimentum,talem absentem Notarium excusaret.

Quod determinationes,& negotia Notariorum, per fabas fiant, & ad partitum ponantur.

¶Et insuper,pro vniuscuiusq; Collegii fœlici regimine, & conseruatione,illud potissimũ fore dignoscitur,vt in discutiendis,terminãdisq; collegialiter negotiis certi modus & forma seruentur,per quos,singulæ ipsius Collegii personæ, libere,& securæ,omni timore postposito,vota sua,iuxta eorum rectã conscientiã, super agendis,seu terminãdis negotiis hmõi,præstare valeant, statuerũt & ordinarunt,quod inantea,perpetuis futuris temporib.tam electiones Officialium,quã alia quæcunq;,per Collegium hmõi Notariorum tractanda negotia, per fabas sensere,per vnum quemq; Notarium in bussula ponendas,fiant,concludantur, & terminentur,Quodq; omnia & singula duntaxat,quæcunq;,& qualiacũq; fuerint,in Congregationib. Collegii hmõi pro tempore fiendis, huiusmodi proponantur,& ad fabas,seu partitum ponantur,quem verum modum, seu quam formam,dicti Notarii in huiusmodi Congregationibus,in sedendo, proponendo,& vota per fabas scrutando,tam in Officialium electione,quam aliis,per eos collegialiter tractandis,terminandisq; negotiis,necnon ipsos Notarios,ad huiusmodi Congregationes vocando,& non venientes puniendo, & venientes præmiando, necnõ pœnas præsentib.inflictas exigendo,& vt citius, ac realiter exigant, statuendo,in omnibusq; aliis,& singulis,ac circa præmissa necessariis,faciendo.

Forma iuramẽ.D.Notariorum Rotæ.

EGO N.Notarius,& scriba,deputatus,cõmissũ mihi officiũ,solicite, & fideliter,exercebo. A.partib.cãs cadentib.vel habituris, in quib. sũ vel fuero Notari⁹ deputat⁹,vel ab eorũ aliqua,seu a quocũq; alio earũ,nomine, quouis colore,seu mõ quæsitu,nihil recipiã,vltra taxationẽ hacten⁹ recipi consuetã,& p Notarios deputatos super hoc ordinatã. Nullã cãm mihi cõmitti scribendã pcurabo,nec adhibebo instantiã aliquã in hac parte. Nõ ero pmotor in causis,quæ corã Auditore meo,agitari cõtigerit. In causis vero in quib.sum,vel fuero,vt præfertur,Notarius deputatus,omnes actus iudiciales,substãtialiter,in manuali,seu memoriali,in Auditoris mei,seu illius p tẽpore surrogati, pñtia, & etiã partium,si hæc expectare voluerit,conscribã.Et postquã illos conscripsero, eos,necnõ instrumenta,& omnia alia,& singula,in causis producta, vbi requisitus ab Auditore,vel partib.seu earũ aliqua fuero,in Registrum fideliter quantotius redigam,vel redigi faciam,requisitus etiam ab eisdem partib. vel earum aliqua,in singulis terminis successiue,partib.ipsis,copiã dabo,cũ per Auditorẽ decreta fuerit,sine difficultate,& fraude quacũq;,saluo meo iusto salario,per Cõstitutiones Rotæ,seu Thesaurariũ,& Prouisores Officii,p tẽpore moderato.Secreta eiusdẽ Officii,& cãrum,secrete seruabo,& præsertim attestationes testium,& consilia Auditorum. Attestationesq; & sententias,donec publ.& sententiatæ,platæ,& per Auditorem subscriptæ fuerint. Cõstitutiones quoq; Officii hactenus factas,& in posterũ fiẽdas,obseruare,ac mãdatis licitis,& ordinatiõib.iustis,Thesaurarii & Prouisorũ Collegii p tẽpore,parere & obedire, nec vllo vnq̃ tẽpore cõtrauenire,& omnia & singula suprascripta,promitto & iuro attendere, & seruare,omni dolo,& fraude cessañ Sic me Deus adiuuet, & hæc sãcta Dei Euãg.

Sequuntur Constitutiones,& ordinatiõ. dictorum Dominorum Notariorum Rotæ.

Om-

1. OMNIS Commissio præsentata domino Auditori, pro ordinaria habeatur saluis modificatioñ. infrascriptis.

2. ¶ Omnis etiam commissio, occasione cuius Notarius recepit, aut recipere potuit Ducatum vnum auri, vel eius valorem, sit & remaneat ordinaria. Non tamen tenetur quis minus accipere quam debitum.

3. ¶ Omnia insuper commissio causæ, in qua, vsq; ad obseruationem termini ad articulandum inclusiue, processum fuerit, sit & remaneat ordinaria. ¶ Commissiones vero nullitatis, & grauaminis, nulla cogit terminorũ obseruatio quoruncunq;, ordinarias remanere.

4. ¶ Item Commissio, recepta in Turno ordinario, debet per recipientem teneri per dies viginti, diem præsentationis includeñ. Et si habens talem Commissionem, ex ea non recipit, neq; recipere potuit vnum ducatum, vel eius valorem, neque terminus ad articulandũ seruatus fuerit (vt præfertur) potest post diem Vigesimã, vsq; ad Trigesimã diem inclusiue, & non alias, ponere talem commissionem in cõmuni, quandocunq; sibi placuerit. Et eam cum pecunia, si quam inde, citra vnius Ducati valorem, receperit, consignare socio, in communi Turno existeñ. de scitu tamen omnium aliorum sociorum suorum. Et postquam sic posita fuerit, debet loco positæ commissionis huiusmodi, aliam commissionem recipere in proximo suo ordinario turno, sit turnum suum huiusmodi compleuerit, antequam dicta commissio posita fuerit. Sed si in turno ordinario existens, dictam commissionem posuerit, antequam transeat, & compleatur turnus suus ordinarius huiusmodi, habebit eius loco primam præsentandam commissionem.

¶ Ab hac tamen regula, recipiũtur quarumcunq; appellationum, tam in curia, quam extra interpositarum, ordinariæ commissiones, quæ tempore feriarum generalium vel intantum ante ipsum tempus præsentantur, quod ante ipsas ferias non possunt aut necessario non debent, iuxtam præscriptam regulam, in cõmuni poni, quia in positione similium commissionum, possint qui volũt, & quotiẽs volunt, integrum tempus generalium feriarum impune deducere, & solum tempus non feriatum, si quod processit, & quod sequetur ferias huiusmodi, calculare. Non volentes vero hoc indulto gaudere, & integrum tempus dictarum feriarum, vt præfertur, non deducere, habent, & tenentur, tam in feriis, quam extra eas, proxime suprascriptæ regulæ teneri obedire.

¶ Item nulla commissio in communi posita, potest per ponentem ipsam, in communi turno haberi.

¶ Item si præsententur duæ cõmissiones, vel plures, simul vel successiue, super vna & eadem principali re, seu etiam accessori vel dependeñ. ab eadem re principali, vel econtra, etiam si plures essent partes, & diuersæ omnes, post primam, sint dependeñ. & habens primam, habeat & reliquas commissiones sequeñ. Sed si commissiones antedictæ, fuerint super diuersis reb. principalib. quælibet earũ, sit ordinaria, etiam si partes essent eædem, & essent commissiones huiusmodi dependenter signatæ, saluo tamen moderamine proxime infrascripto.

¶ Item si contingat commissionem aliquam præsentari super vna re, & postmodum, per aliam commissionem committatur simul cum dicta re primo, etiã alia diuersa res, a prima cedat commissio huiusmodi secunda habenti primam loco vnius extra ordinariæ, etiam si res adiũcta huiusmodi, commissa foret inter alias diuersas partes, sed hoc pro vna vice duntaxat.

¶ Item omnis causa, seu commissio negotii principalis, ad se dependenter trahere dignoscitur nullitatis, & grauaminis causam, seu commissioñ. Econtra vero, nullitatis, & grauaminis, causa, seu commissio, dependenter attrahit causam seu commissionem negotii principalis.

¶ Item si præsentaretur aliqua cõmissio, quæ tempore præsentationis non esset extraordinaria, iuxta cõstitutiones infrascriptas, sed peteretur cõcedi extraordinarie, & socii nõ possent in hoc cõcordare. Si tunc ex sociis aliquis vellet talem

cõmissionem

cõmissionem recipere in ordinario Turno,hoc sibi licet,nisi socius alius in Turno ordinario existẽs,ipsã etiã vellet in suo Turno ordinario retinere,& similiter eã dare petẽti extraordinarie. Sed hoc fieri habet infra diẽ naturalem , postquã præsentia,& per socios visa fuerit talismodi commissio. Et id idem seruetur in omnib.cuiuscunq; generis commissionib.extraordinariis inferius annotatis.

¶Item si Notariorum aliquis,in aliqua ordinaria commissioñ. præuentus fuerit,tunc docto per commissionem coram duobus suis sociis, quod alteri iudici prius præsentata fuerit,dummodo non receperit , neq; potuerit recipere vnum Ducatum,vel eius valorem,potest illam infra triginta dies,a die præsentationis, quandocunq; tradere socio in communi Turno existeñ.cum pecunia,sub valore dicti Ducati recepta & loco illius,recipere aliam,iuxta tenorem suprascripti capituli de Commissionibus poneñ. in communi.

¶Item,si aliquis,commissioñ.aliquam per præuentioñ. proxime dictam,aut negligentiam poneñ.ipsam debito tempore in communi, aut alias, perdiderit, & postmodum contingat causam,super eadem re,vel dependeñ . ab ipsa, etiam in quacunq; instañ committi,talis Commissio habeatur pro dependeñ.ab primam commissioñ.

¶Item,si super aliqua re fuerit diffinitiue pronunciatum , & postea contingat aliam Commissionem,super eadem re inter partes,inter quas, sic pronunciatum extitit,vel vnam earum,aut etiam inter alias diuersas partes præsentari,talis Cõmissio habetur,& sit ordinaria,nisi sit incidens,dependens,vel emergens,ex tali sententia,seu restitutoria,contra huiusmodi sententiam,ad appellañ. vel in integrum &c. Aut forte vigore commissioñ.huiusmodi in proceden̄.sit inter & contra aliquem,vel aliquos,inter quos,in lite existentes, post huiusmodi pronunciatioñ.res forte integra remansisset.

¶Item,si contingat inter socios super aliqua Commissioñ.dubium oriri,aut contentionem,an ordinaria,an vero dependens esse debeat,talis Commissio pro ordinaria habeatur,& teneatur,donec & quousq;,socii omnes, desuper concordauerint,aut aliter,dubium huiusmodi discussum fuerit.

Sequitur Turnus extraordinarius.

OMNIS Commissio,pro persona Cardinalis,Auditoris, & notarij Rotæ,tempore præsentationis Commissionis familiarijs Viceccãcellarij,& contra ipsos,aut eorum aliquem commissa,sit extraordinaria.

¶Item,omnis commissio causæ,per quoscuuq; Iudices Ro.cu.& vrbis (pter quam per Auditores Rotæ) ad Cancellariam remissa,sit extraordinaria.

¶Item,omnis cõmissio causæ nullitatis,& appellatioñ. a grauamine, per Auditores Rotæ,vel cõmissariũ,in curia illato,in qua nõ est adiunctũ seu cõmissum negocium principale,seu clausula,vna cũ negotio principali &c.n.ti cõtinetur: necnõ etiã appellatioñ.a taxatioñ.expeñ. vel a decreto quarũcunq; literarum, aut a declaratione,vel eius denunciatioñ. vigore literarũ exequutorialiũ factis.

¶Item,& ab Auditore cameræ,Gubernatore,Legati vrbis,pro tempore existeñ Auditore,seu locateneñ.Viceecancellario,Vicario Papæ,tanquam ordinariis,& non delegatis,a Senatore,& iudice appellationum Vrbis,& ab alio quocunq; iudice capitolij,& curiæ de Sabellis,ab arbitrio,seu arbitratore,& a taxatioñ.damnorum interposuit,sic & remaneat extraordinaria.

¶Item,omnis commissio,in qua aliqua partium iurauerit paupertatem , (dum tamen iurauerit infra triginta dies,diem præsentatioñ.includentes , & Ducatos aut valor ipsius,ex ea receptus non fuerit) sit extraordinaria, & Notarius , qui eam in Turno ordinario habuit,recipiat eius loco aliam cõmissionem, iuxta formam dicti capituli,de commissioñ.poneñ.in communi,alias talis commissio remaneat ordinaria.

¶Omnis cõmissio insuper,facta Auditori,de partium consensu,vt Auditori,ve

in qua

In qua vnus Auditor fuerit adiunctus alteri Auditori, sit extraordinaria Notariis vtriusq; Auditoris.

¶ Item, si in aliqua Commissione, dubium oriretur, an pro ordinaria, an vero pro extraordinaria, haberi debeat, ex quo qualitas, ex qua iuxta præmissas Constitutiones, resultare deberet extraordinaria expressa in Commissioñ. minime reperitur, remaneat talis commissio ordinaria, donec sociis omnibus, aut saltim maiori parti eorundem, de huiusmodi qualitate constiterit, aut de ea duobus testes idoneos, aut aliter sufficienter doctum fuerit, & tunc si extraordinaria talis Commissio, dum tamen præmissa fiant infra Triginta dies, postquam Commissio præsentata, & per socios visa fuerit.

¶ Item, si Commissio aliqua recepta in ordinario turno, postmodum efficiatur extraordinaria, modo quocunq;, Notarius qui eam in ordinario turno accipiens, si per ipsam, casu quo ordinaria remaneret, turnum suum ordinatium compleret expectabit turnum suum reuoluendum in recipiendo aliam ordinariam pro ipsa, nisi talis Commissio efficiatur extraordinaria infra diem illam qua præsentatur, & antequam alia commissio ordinaria præsentata fuerit pro socio sequeñ. in eodem ordinario turno.

¶ Item, Commissio ordinaria, effecta extraordinaria, non detur in turno extraordinario Notario, qui eam habuit in ordinario turno, sed alter eorum habeat, cui iuxta ordinarium turnum debebitur, nisi fiat extraordinaria infra illam & eandem diem, qua præsentatur, & antequam scripta fuerit in ordinario turno, quia sic Notarius, qui eã extraordinarie receperat, potest in extraordinario turno existens, ipsam extraordinarie retinere.

¶ Item, nulla Commissio extraordinaria, venit ponenda in communi.

¶ Item, nulli Notariorum, liceat recipere iuramentum paupertatis ab aliquo, nisi adiũcto & assistente sibi adminus vno ex sociis suis, nisi in manibus, aut præsentia Auditoris, præstetur huiusmodi iuramentum.

¶ Item, si auditor receperit duas, vel plures Commissiones simul, & ignorauerit ordinem præsentationis earundem, diuidantur tales Commissiones per sortem inter socios, quos tanget ordo, pro bono pacis & concordiæ.

¶ Item, non liceat alicui Notario particulariter dare extraordinarie Commissionem aliquam a sociis, extraordinarie dari petitam, aut petenti respondere, si socii dederint, ego dabo, sed dicere, volo socios meos consulere, & cum ipsis deliberare, vel similia, nisi de vnanimi omnium sociorum consensu, commissum sibi fuerit aliter respondere.

¶ Deinde, si ad deliberationem procedatur, tunc Notarius talem Commissionem in turno ordinario habens, negotium proponet sociis, qui votent, iuxta ordinem Turni ordinarii, ita vt proponens votet postremus.

¶ Item, si Notarioꝝ aliquis, solicitasse reperiatur Cõmissionem aliquã, aut practicasse, q aut retardando, aut anticipando illius præsentatioñ. eam recipere valeat in Turno suo, aut q sub vmbra Commissionis dependeñ. priori rei addatur aliqua res diuersa, super quo stetur depositioni vnius testis, aut alterius partium relationi, frustretur illa vice suo Turno, & Commissionem sic practicam, socius eam in Turno sequens, accipiat in Turno, quo alter eam habuisset.

¶ Item, non retineat, neq; sibi approprìet quis Cõmissionem aliquam, nisi prius per singulos socios visa fuerit, contrarium faciens, puniatur arbitrio Prouisorum.

¶ Insuper, non liceat alicui Notario, loco Commissioñ. per eum in communi positæ, aut alia quauis de causa, alteri socio consignatæ, vel consignandæ, aliam commissionem, in aliquo Turno recipere, nisi prius pariter, cum tali commissione posita, aut consignata, etiam pecunias illius occasione receptas, impensa tamen legitima, si quæ sit detracta, vna cum omnibus actis indesecutis a tergo cõmissionis, aut alias debite conscriptis, ac etiam iuribus, si quæ producta fuerint, effectualiter traditis atq; consignatis.

¶ Simili-

Similiter non liceat alicui Notario reuelare cuiquam, directe vel indirecte, quis sociorum sit in turno quocunq;, nisi de consensu reliquorum sociorum suorum, contrarium faciens, arbitrio prouisorum punition. subiiciatur.

Item Notarius, in turno existens ordinario, teneat librum commissionum, sed completo turno suo, scripta cõmissione per eum habita, tradat ipsum infra diem naturalem post receptionem huiusmodi commissioñ. socio, in eodem turno sequeñ. sub poena vnius grossi papalis, commuui vsui irremissibiliter applicandi.

Similiter quælibet commissio scribatur infra diem naturalem ab eius receptione sub poena antedicta.

Fuerunt lectæ, & publicatæ, suprascriptæ Constitutiones, per me Ioannem Listghem Notarium. Die Martis Tertiadecima mensis Maij. Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo septimo.

Sequuntur aliæ constitutiones dominorum Notariorum Rotæ, causas remissas concernentes, Aeditæ die 22. Mensis Ianuarij.

1590.

VT Capella Notariorum Sacri palatii causarum apostolici, circa diuinum officium, ornamenta quoq;, & iocalia, ac alia necessaria, nedum seruentur in esse, sed potius votiuum sumant incrementum, ipsiq; Notarii, eo amplius. mutua charitate, foueantur, quo & rerum, & personarum synceriori communione gaudebunt, litigantes quoq; in Rota, expeñ. notabile sentiant releuamen. Thesaurarius, & Notarii antedicti, aut saltem maior & sanior pars eorũ, indulto per fe. re. Sixtum Papam IIII. eis de condendis statutis concesso, insistendo, nõnulla ædiderunt Statuta, & Ordinationes, quæ sequuntur.

Imprimis enim, statuerunt, ꝙ omnes & singulæ causarũ, per dños dictæ Rotæ Auditores, seu Locateneñ. eorũdem, ab hac die Veneris. xxii. Ianuarii 1490. inantea, ad Cancellariã apostol. remittendarum, Cõmissiones, eas maxime, quæ apud Notarios antedictos, in turno, de remissis solitæ sunt describi, vna cum suis emolumentis, cedant, & cedere debeant, Collegio, seu communitati dictorum notariorum ad opus dictæ capellæ, vsq; ad sententiam, in ea instantia, in qua dictæ causæ remittentur, ferendã, & eius executionem si qua sequatur, etiam si interea semel, vel pluries aduocentur, & eisdem, a quibus remissæ fuerint, vel aliis Auditoribus, seu Iudicibus, in Rota committantur, cassantes & annullãtes, præmissorum occasione, alia omnia & singula, ordinationes, & statuta, per notarios ipsos, circa dictas causas, hactenus quomodolibet, facta & ædita, saluo quod Turnus dictarum Commissionum inter dictos Notarios, continuabitur, vt prius.

Item, statuerũt, ꝙ sub poenis, in certo mandato, alias per Sanctiss. dñm nostrũ dñm Innocentium Papam modernum, dictis notariis, Motu proprio facto, contentis. Ipsi notarii, & eorum, qui per seipsos non scribunt, notariorum substituti, quib. dictæ Cõmissiones distribuentur in posterum, infra octo dies, diem præsentationis earundem immediate sequeñ. debeãt dicto notariorũ Thesaurario, diem præsentationis huiusmodi, vna cũ nominib. & cognominib. notariorum, quib. distributæ fuerint dictæ commissiones, intimare ad effectum notandi ea in libro, qui ad hoc, poenes ipsum Thesaurarium reperietur & conseruabitur.

Itẽ, ꝙ dicti notarii, per se, vel substitutos, suos fideliter & legaliter scribere teneantur in dictis remissis, sicuti in propriis suis causis, & pro suis laborib. habeant & retineãt, libere, & absolute, omnes copias, & omnes testes. De instrumentis aũt, & literis aliis, tã in cu. quam extra dãdis & expedieñ. Regestris quoq;, & rubricaturis, testium publicandorũ copiis, nutisq; sententiarũ quarumcunq;, etiã absolu-

absolutionem ab excõmunicatioñ.&c.sententia,& earundẽ absolutionum com missionib.ad partes,seu verius de emolumentis ex præmissis omnib. prouenieñ. deducta prius omni impensa circa copistas,chartas,& sigillũ,tunc facta,fiat qua tuor æquales partes,de quib.vnam,pro laborib. retineant dicti notarii scriben tes in dictis causis.De reliquis vero tribus partibus habeant respondere, & lega lem reddere rationem,ac eas consignare,modo & forma inferius annotatis.

¶ Item statuerunt,quod dicti Notarii,seu substituti,scribẽtes in dictis causis,sub pœnis mandati,de quo supra,teneantur & sint astricti, omnia emolumenta, seu pecunias,quas ex dictis causis receperint,ac etiã alias omnes dictæ capellæ, seu Communitati notariorum debitas,absq; vlla diminutione, ad dictorum notario rum congregationem,quæ circa finem,seu principium cuiuslibet mensis,(prout id commoditas suadebit) habebit de cætero fieri,seceñ portare, & eas dicto The saurario,aut in eius abseñ.Prouisoribus pro tempore existeñ. vel eorum alteri tradere realiter & consignare.

Item,quod dicti Thesaurarius,aut prouisores, dictas eis sic traditas & consigna tas pecunias,detractis inde primitus pro capella,iis quæ videbuntur necessaria mox residuum,æqualiter diuidant,tam inter notarios dictæ congregationi inter esseñ.quam etiam non interessentes,dum tamen non interessentes huiusmodi,pe cunias,si quas tunc receperint,aut habuerint (vt præfertur) ad dictos Thesau rarium,vel Prouisores miserint,& per cedulam propria manu scriptam, in dicta congregatione:per aliquem notarium Rotæ exhibendam,& dictis Thesaurario, seu Prouisorib.dimittendam,se excusauerint,& exhibitori dictæ cedulæ,vigore eiusdem cedulæ facultatem dederint recipiendi pro ipsis partem eos contingen tem,votandiq; & concludendi,ac de rato promitteñ.pro eis,in omnibus,quæ in huiusmodi congregatione tractabuntur,aliter non interessentes huiusmodi , ca reant,sua portione inter alios diuidenda.Cogendi nihilominus erunt, vigore di cti mandati Pontificis ad consignandũ pecunias per eos tũc debitas, dictis The saurario,& Prouisoribus,vt præfertur. Absentes autem curia notarij, similiter cum præsentibus participabunt in præmissis,si sic fecerint,prout supra de nota riis congregationi non interesseñ.est expressum.

¶ Itẽ vt circa rõnem fideliter reddendam de pecuniis,tã ex dictis causis,quam ẽt alias quouis modo,dictæ capellæ,seu Cõmunitati notariorum debitis seu de bendis,& cõsignañ.vt præfertur,fraudis tollatur suspicio,statuerũt,q omnes & singuli notarii,& substituti prædicti, debeant & teneantur regestra causarum,in quib.scripserunt,exhibere,& ostendere Thesaurario, & Prouisorib. antedictis, toties quotiẽs adhoc ab eis fuerint requisiti,& hoc sub pœnis mãdati supratacti.

¶ Item,vt dictorum notariorum substitutis, lex aliqua detur, qua in dictis & a liis causis fideliter scribere,& fraudes cogantur non committere,statuerunt dicti notarii,quod de cætero,nullus eorundem notariorũ,prius,aliquem, ad scribeñ. pro eo in Rota deputet substitutum, quam ipsum in manibus dicti Thesaurarii, & in præsentia capellani dictorum notariorum,ac etiam duorum testium iurare faciat,eam Constitutiones Rotæ,officium notariatus concerneñ. quã etiam has præsentes,& alias dictorum notariorum statuta,& ordinationes,factas & fieñ.fir miter obseruare,notetq; dictus capellanus,diem & annũ præstationis huiusmo di iuramẽti,& pro nota huiusmodi,recipiat a dicto substituto. Carl. vnum Papa lem.Substituti vero nunc deputati per notarios in cu.præsentes, cogãtur per ip sos suos Notarios,qui eos deputarunt,reliqui vero,per absentes notarios depu tati, cogantur a connotariis eorundem absentium Notariorum, per detentio nem, vel subtractionem commissionum eis distribuendarum, aut alio quouis modo, ad præstandum quantoties dictum iuramentum,& hoc sub pœnis man dati supratacti.

Statutum, receptionem nouorum Notariorum, concernens.

Item

¶ Itē, cupieñ. dicti notarii emolumentis dictæ capellæ suæ, quæ adhuc esse exilia dignoscuntur, aliquid adiicere, quo mediāte possit dicta capella, sibi incūbētia onera facilius supportare, Idē notarii, sub die Quinta Mensis aprilis, Anni a Natiuitate Dñi. 1490. in vnum collegialiter congregati, vnanimiter statuerūt, & ordinarūt, quod singuli notarii ex tunc in ātea, officiū Notariatus Rotæ intraturi, debeāt & teneātur quantocitius, corā Thesaurario, & Prouisorib. dicti officii pro tēpore existētibus, cōparere, & dictorum notariorum Constitutiones solemniter iurare, ac pro manutentione dictæ capellæ, eidem Thesaurario decē Ducatos auri in auro de camera, realiter tradere, & cōsignare, quod si non fecerint habebunt, & tenebunt tanto tempore, tā a commissionum in eorum turno præsentandum distributione, quam a communium emolumētorum dicti officij participatione, remanere suspensi, quāto tēpore præmissa distulerint adimplere, sed ad impletis præmissis, mox ad hæc omnia veniūt admittēdi & realiter admittētur, perinde ac si decem annorum spatio fuissent de Collegio dictorum Notariorum.

Statutum, seu conditionale priuilegium, Notarios officia dimittentes, respiciens.

¶ Item, Anno, mense, & die proxime supratactis, dicti notarii, sic (vt præmittitur) congregati, æquū esse consyderantes, quod Notarii dictæ Rotæ, officia sua dimittentes, non omnino destituantur pristinæ fructu prærogatiuæ, statuerunt, quod si contingat in posterum tam præsentium, quam futurorum notariorum, aliquem officium Notariorum, postquam illud Triennio, per se, vel alium, exercuerint, resignare, vel alias quouis modo dimittere, talis notarius poterit (quādiu vixerit) omnes lites, & causas suas in Rota committendas, & suam duntaxat personam concernentes, sub extraordinario salario notariis soluendo, in finem vsque deducere, dum tamē, infra vnius mensis, dictam dimissionem immediate sequentis, spatium, Capellæ dictorum notariorum, vsque in diem dictæ dimissionis debitum soluerit & vltra hoc, pro fœlice suo exitu eidem Capellæ duos ducatos auri in auro de Camera, sua liberalitate donauerit, alioquin nouerit hoc se Priuilegio minime gauisurum.

Moderatio statuti de præmissis.

¶ Proinde consyderantes Notarii causarum Sacri Palatii Apostolici, quod occasione Statutorum suorum concernentium causas, quæ ad apostolicam Cancellariam, per dominos Auditores Rotæ remittuntur, Notariorum, quidam præ cæteris Connotariis sociis suis, particularem hactenus subiere determinatum, quod eo absurdius est, quod euidentius deuiat æquitati. Cupientes igitur dicti notarii, statuta memorata, taliter moderari, quod ex ipsis exulet omnis æqualitas, sub die Martis 14. Octob. Anni. 1494. collegialiter congregati, vnanimiter statuerunt, quod Thesaurarius, seu Prouisores pro tempore existentes Collegii eorundem Notariorum, ex emolumentis causarum prædictarum, tam adhuc debitis, quam debendis, quæ ipsi Thesaurarius, seu Prouisores, vigore Statutorum præfatorum vice & nomine Capellæ, seu Collegii supratacti, exnunc in antea, sunt & erunt recepturi, debeant, & teneantur, tanquam ex ea parte emolumentorum, quæ non erit necessaria Cepellæ, & quam volunt statuta ante tacta, cedere dicto Collegio in communi diuidenda: dare, tradere, & consignare cum effectu, libere & absolute, de tribus videlicet partibus, iuxta formam tertii Capituli dictorum Statutorum, incipientis. ¶ Itē quod dicti Notarii &c. per ipsos recipieñ. integras duas partes notariis illis, quibus dictæ causæ per remissionem supradict ademptæ reperirentur, & reliqua tertia parte disponere, iuxta formam & tenorem dictorum statutorum, quæ, quo ad reliqua contenta in eisdem, voluerunt dicti Notarii inuiolabiliter obseruari, sub pœnis in eisdem positis.

Expliciunt

Expliciunt Priuilegia, Statuta, Constitutiones, & Ordinationes diuersæ, Dominorum Notariorum Rotæ, & a proprio originali olim extractæ.

Incipiunt Taxę ordinariæ Dominorum Notariorū Rotæ ab antiquo seruatæ, et deinceps obseruandę.

IN PRIMIS Videlicet in causis ordinariis.12. foliorum Regestri, boni, & sufficień. pro Duc. 1.

Ita quod.26.vel 27.lineæ, cum dictionibus siue syllabis competeń. in qualibet pagina apponantur, alias arbitrio. D. Thesaurarij, & Prouisorum, moderabantur.

¶ Item, pro Triginta foliis copiarum. Duc. 1.
¶ Item, o. foliis Rubricaturæ factæ extra Regestrum proprium. Duc. 1.
¶ Item, pro Citatione simplici extra Curiam. Duc. 1.
¶ Item, pro citatione cum inhibitione extra Curiam. Duc. 1. $\frac{1}{2}$
¶ Itē p citatione cū inhibitione per edictū extra curiā, vel sub cēsuris Duc. 2.
¶ Item, pro inhibitione simplici facta in Curia. Duc. $\frac{1}{2}$
¶ Item, pro inhibitione simplici extra Curiam sub ceñ. Du. 1. $\frac{1}{2}$
¶ Item, pro citatioñ. ad valuas in Ro. Cu. tempore feriarum. Carl. 2.
¶ Item, pro compulsoria generali extra Cu. Duc. 1.
¶ Item, pro compulsoria speciali extra Cu. Duc. 2.
¶ Item, pro arresto generali ad Regestrum, vel alibi. Carl. 4.
¶ Item, pro instrumento Remissoriæ ad partes. Duc. 2.
¶ Item, pro Rotulo Remissoriæ, extimantur sex fol. Regestri, tam articulorum, quam interrogatoriorum, & fiat Regestrum in totum antequam tradatur Remissoria. Duc. 1.
Reduct. ad. 4. fol. regestri, iuxta constitutioñ. fol. 165. in lib. notar. annotatam.
¶ Item, pro Sequestro grossato. Duc. 2.
¶ Item, pro instrumento relaxatioñ. Sequestri. Duc. 1.
¶ Item, pro Monitorio pœnali, in euentum, citatorio extra Cu. Duc. 2
¶ Et nota, quod debet fieri Regestrum de ijs, quæ fiunt & producuntur, pro verificatione commissionis monitorialis, antequā decernatur Monitorium.
¶ Itē, p litera excōicationis in cu. ob nō solutionē notarii, vel alias. Duc. $\frac{1}{2}$
¶ Item, pro nota sententiæ diffinitiuæ in prima instantia. Duc. 5
¶ Item, in secunda instantia. Duc. 4.
¶ Item, in tertia instantia. Duc. 3.
¶ Item, pro instrumento diffinitiuæ sententiæ. Duc. 2.
¶ Item, pro instrumento diffinitiuæ sententiæ cum taxatioñ. expeñ. Duc. 3.
¶ Item, pro instrumento taxatioñ. expeñ. ad partes. Duc. 1.
¶ Item, pro nota sententiæ interlocutoriæ simpliciter. Duc. 1.
¶ Item, pro nota sententiæ, vim diffinitiuæ habente, medietas illius quod in diffinitiua, in prima, secunda, vel tertia instañ. soluendum esset.
¶ Itē pro literis exequutorialibus, tā ordinarie, quam extraordinarie. Duc. 4.
¶ Item, pro nota sententiæ declaratoriæ, vigore monitorij, vel literarum exequutorialium. Duc. 1.
¶ Item, pro instrumento sententiæ declaratoriæ. Duc. 2.

Ef

Et nota, quod habet extrahere instrumentum, antequam quis possit illius vigore denunciari excommunicatus. Duc. 2.

¶ Item pro instrumento aggrauationis ad partem. Duc. 2.

¶ Item pro instrumento reaggrauationis ad partem. Duc. 2.

¶ Item pro instrumento interdicti ad partem. Duc. 2.

¶ Item pro instrumento brachij secularis, per se, & simpliciter, absque declaratione. Duc. 4.

¶ Et si a casu, nota sententiæ declaratoriæ soluta, & instrumentum eiusdem desu per confectum non fuerit, prout extrahi debet, tunc pro literis brachij secularis inclusiue, nota sñtiæ declaratoriæ, & aliis cēsuris, soluūtur. Duc. 7.

Et omnia registrari debent.

¶ Item pro instrumento absolutionis ab excommunicationis sententia, siue commissionis eiusdem absolutionis, in partibus fiendæ. Duc. 1.

¶ Item, pro nota sententiæ absolutionis, cuiusuis excommunicationis, pro vnica persona, soluitur aliis. Duc. 1.

Et si fuerunt plures personæ absoluēdæ (licet alias, ꝑ qualibet persona, soluere tur vnus Ducatus, deinde ex quadā compositione cum Decano tūc Rotæ, tantū quantum pro Capella dñorum Auditorum cōsuetum sit soluere) nihilominus, nūc mitius cū partib. ageñ. soluatur ꝑ vnica persona. Duc. 1.

Et pro secunda. Duc. ÷

Et pro aliis, si plures fuerint, vsq; ad decem pro qualibet. Car. 3.

Et vltra decem, pro qualibet personā. Car. 1.

Et si aliqua Communitas, absoluenda esset, concordet cum Notario.

Item, pro instrumento cessioñ. iuris, litis, & causæ, siue litis, & causæ duntaxat, si extrahatur, coniunctim, vel separatim. Duc. 1.

Item pro nota instrumenti huiusmodi cess. Duc. ÷

Videlicet quando non extrahitur instrumentum. Sed si extrahatur, tunc in extractione dicti instrumenti, defalcatur talis medius Ducatus.

Item, pro instrumento processus surrogationis in iure cuiusuis. Duc. 2.

Item, pro examine testis in domo Notarii, iurato coram domino. Duc. ÷

Sed quando committitur examen egregiæ, vel infirmi, aut alias, impeditæ personæ, pro examine talis testis, extra domum Notarij, soluatur. Duc. 1.

Et qñ examinatur super pluritate articulorū exceden. summā vigintiquinq;, vel triginta articulorū, attenditur labor Notarij, & soluitur eidem secūdum laborē susceptū, & similiter de interrogatoriis excedentibus. De quibus, Notarii causæ, stare debeant arbitrio prouisorum, & defensorum, & iudicio Thesaurarij (alias Mensarii, & visitatorum, qui hodie ita vocantur, & positi sunt loco suprascriptorum Prouisorum, Defensorum, & Thesaurarij.)

Item pro Copijs testium publicatorum, siue in partibus, siue in curia, per se, vel alium, examinatorum, dentur quindecim fol. copiarum, aut vi. fol. regestri, pro Duc. 1.

Item pro Rubricaturis processuum de partib. rubricatorum, vel etiam extra cumase rubricatorum, adeo quod oporteat aliquid addere, vel corrigere, de Triginta foliis, soluitur. Duc. 1.

Et similiter soluitur de processibus, per alium, quam notarium rubricatis in Curia, nisi quod detrahitur parti tantum, quantum soluisset Notaris causæ, vni Copistæ rubricanti.

Et hoc intelligitur de processib. communibus in communi forma scriptis.

In reliquis vero, vltra solitum compress. vel alias, præter communem formam scriptis, stetur iudicio Dominorum Mensarij, & Visitatorum.

De aliis vero processibus rubricatis in partibus, in quibus in rubricatura nihil est corrigendum, addeñ. vel minueñ. soluitur de Quinquaginta folij, ꝑ reuisione. Duc.

Item, pro quocunque instrumento, siue prorogationis Remissoriæ, siue mutationis iudicium, vel alicuius intimationis, aut alio, quouis actu iudiciali in publicam formam redacto. Duc. 1

Et sic de similibus, simile fiat iudicium.

In causis extraordinarie dari consuetis, & dandis.

Et in primo. Pro XL. & quandoque L. foliis regestri, soluitur. Duc. 1
Item, pro L. foliis copiatis Duc. 1
Item, pro L. foliis rubricaturæ regestri de partibus. Duc. 1
Item, pro citatione simplici. Carl. ÷
Item, pro inhibitione simplici ad partes. Duc. ÷
Item, pro inhibitione in curia alicui Auditori, vel alteri iudic. Carl. 4
Item pro citatioñ ad valuas, tempore vacañ. Car. 2
Item, pro arresto generali, ad regestrum. Carl. 3
Item, pro instrumento remissoriæ ad partes. Duc. 1
Item, pro sequestro. Duc. 1
Item, pro instrumento relaxatioñ. sequestri. Duc. ÷
Item pro monitorio pœnali, in euentum, citatorio, extra cu. Duc. 1
Item, pro litera excommunicationis in curia. Duc. 4
Item, pro processu surrogatioñ. in iure cuiusuis. Duc. 1
Item, pro nota sententiæ diffinitiuæ. Capucium pro notario, causæ, siue loco capucii. Duc. 5
Similiter, pro notis secundæ, & tertiæ instañ. Capucium Notario, seu tantum, quantum pro notis sententiarum ordinariæ, siue diffinitiuæ sententiæ, siue interlocutoriæ, declaratoriæ aut vim diffinitiuæ, siue cuiusuis alterius materiæ existant, soluitur, & solui consueuit. Duc. 2
Pro literis executorialibus. Du. 2
Item, pro instrumento sententiæ declaratoriæ. Duc. 1
Item, pro quibusuis aliis instrumentis, cum aliqua adiunctione, siue diminutione obteñ. citationibus cum inhibitioñ. etiam per edictum compulsorialium specialium inhibitionum, sub ceñ. aggrauatoriæ, reaggrauatoriæ, interdicti, si ad partem leuentur, ac brachij secularis, absolutionis siue Commissionis eiusdem absolutionis, cessionis iuris, litis, & causæ, aut cuiuscunque alterius instrumenti, siue actus in publicam formam redacti & etiam pro copiis testium publicatorum, vbicunque examinatorum, aut aliis rubricaturis processuum, alias quam superius sit expressum, decretis & factis, soluitur medietas eius, quod ordinarie soluere habuisset.
Item de testibus examinatis, cuiuscunque conditionis, & qualitatis, ac quantitatis articulorum, pro examine illorum, soluitur sicuti in ordinariis, quia agitur de mero labore, & sudore notariorum, & attenditur labor.

De Pauperibus beneficiandis.

Item, pro pauperibus beneficiandis in Romana Curia degentibus, quibus, subuenieñ. est, saltim eis, qui neque beneficium, neque patrimonium vllum habent, & qui ad iuramentum paupertatis admissi legitime fuerint, & etiam aliis beneficium, siue pensionem exigui valoris obtineñ. dummodo beneficia, siue pensioñ. valorem. XV. Ducat. non excesserint, aut tales pauperes. L. aureos in effectu non habuerint. Quibus sic habentibus, non licet iurare. Seruetur tamen ritus, & forma, in solutionibus fiendis, qualis in extraordinariis causis seruare consueuit, reseruata tamen laudabili consuetudine, eisdem pauperibus clericis, hactenus seruari solita, sicuti in notis sententiarum, cuiuscunque conditionis existant, &

literarum exequutorialium, ac aliorum quorumcunq; in fauorem mere pauperum introductarum, & obseruatorum, quæ, iuxta eandem laudabilem consuetudinem, obseruentur, & in quibus etiam aliis pro tempore occurrẽtibus, stetur arbitrio. D. Thesaurarij, Prouisorum. & defensorum Officii pro tempore existentium, dummodum ijdem clerici, iurauerint de residuo salarij, quod nõ soluerint (salario huiusmodi liquidato) se velle, pro meliori forma Cameræ obligare, & ad tempus, siue pinguiorem fortunam, satisfacere promiserint, pro meliori forma Cameræ, alias non admittantur.

TAxæ ordinariæ foliorum Regestri pro Notario.

¶Fol.	Iulii.	Quatrini.	Picinni
1		26	2
2	1	13	1
3	2		
4	2	26	2
5	3	13	1
6	4		
7	4	26	2
8	5	13	1
9	6		

¶Fol.	Iulij,	Quatrini.	Picinni
10	6	26	2
20	13	13	1
30	20		
40	26	26	2
50	33	13	1
60	40		
70	46	26	2
80	53	13	1
90	60		
100	66	26	2

Taxæ extraordinariæ Foliorum Regestri pro Notario.

¶Fol.	Iul.	Quatrini	Picinni
1		8	1
2		16	2
3		21	
4		33	
5	1	1	1
6	1	10	
7	1	18	1
8	1	26	
9	1	34	1
10	2	3	1
20	4	6	2
30	6	10	
40	8	13	
50	10	16	1
60	12	20	

70	14	23	1
80	16	26	1
90	18	30	
100	20	33	1

Taxæ Scripturarum substitutorum D. Notariorum.

Pro manuali	Carl. 15
Pro centum foliis boni Regestri.	Iul. 10.
Pro quolibet teste examinato in domo.	Carl. 1.
Extra domum.	Carl. 2
Pro citatione, compulsoriali generali, inhibitioñ. cum charta.	Iul. 1. ÷
Pro sequestro, instrumento Remissoriæ, compulsorialibus specialibus, cum charta, pro quolibet.	Carl. 2.
Pro instrumenro declaratoriæ, cum charta.	Iul. 4. ÷
Pro exequutorialibus vnius sententiæ, cum charta,	Iul. 6.
Pro exequutorialibus duarum, cum charta,	Iul. 7.
Pro exequutorialibus trium, cum charta, & brachio.	Iul. 8.
Pro inhibitione in curia.	Carl. 1.
Pro citatioñ. edict.	Carl. 2.

Concordia inter D. Scriptores literarum Apostolicarum, & D. Rotæ Notarios, super expeditioñ. bullarum, & literarum Apostolicarum, & causarum, ac Taxis, habita, Anno Domini M.D.IX. Indictione 12. die Martis XXVI. Mẽsis Iunij: Pont. S.D. Iulij Papæ II. anno VI, videlicet.

QVOD Scriptores Apostolici, & pro tempore existens Rescribendarius, omnes, & singulas Bullas, & quascunq; literas Apostolicas, cuiuscũq; qualitatis, conditionis, & naturæ fuerint, etiã tam gratiam, quã iustitiam, aut vtramq; mixtim, continẽn. & concernẽn. super quibusuis concessioñ. impetratis, & impetrandis, pro dictis Notariis, præsentibus, & futuris, & cuilibet eorum, ac ipsorum Collegio, pro tempore expediendas, gratis, pro Notario Palatii, dare, scribere, & concedere debeant, & teneantur, prout Abbreuiatoribus, de minori parco, aut Solicitatoribus, vbi illas, pro medietate, vel integre taxare consueuerunt, ita & taliter, quod bullæ huiusmodi eorundem Notariorum, & pro ipsorum Collegio, ab hac die, futuris, perpetuis temporibus expediendæ, tam per eorundem Scriptorum, quam alia officia, & loca, vbi Taxa, per eosdem Scriptores, seu Rescribendarium, in dictis bullis Notariorum, apponi solita & consueta, solui conseruerat, modo, gratis, absq; aliqua pecuniarum solutione, in eisdẽ Officiis, sine contradictione quacunq;, transeat, vadant, & expediãtur. Ad quod gratis, videlicet in aliis Officiis, & locis, vbi Taxa, vt supra, solui consueuit, assequẽn. Scriptores ipsi, vna cum dictis Notariis, omnẽ eorum conatũ, diligentiã, & possibilitatem, facere debeãt, & ad maximum, infra tres mẽses perficere, ac in effectũ, & vsum deducere. Notarii vero prædicti, pñtes, & futuri, deinceps, etiã a data pñtiũ, perpetuis futuris tẽporib. Dñis Scriptorib. & eorũ successorib. Collegioq; ipsorũ, oẽs, & singulas eorũ cãs cuiuscũq; ẽt qualitatis, & cõditionis fuerint, bñficiales, pfanas, ciuiles, criminales, & mixtas, cõmissas, & cõmittendas, extraordinarie dare debeant, & teneant, & omnia alia, prout infra designantur. Et

cum statim Commissiones causarum eorundem Scriptorum, pro eis, vel contra eos præsentatæ fuerint, sint & esse censeantur extraordinariæ, quo ad personas Scriptorum eorumdem, eorumq; Collegio, & in Turno extraordinario, pro Scriptore Apostolico, tanquam ex sua natura, extraordinarie scribi debeant, Et taliter extraordinarie, causas eorum, regestra, instrumenta, & alia soluant, & solutio recipiatur ab ipsis Scriptoribus in causis eorum, & ab ipsis Notarijs antedictis Videlicet modo infrascripto.

Taxæ tã pro dictis. D. Scriptorib. Apost. quam etiam Abbreuiatorib. de maiori.

¶PRO Citatione, cum inhibitioñ. extra curiam.	carl. 5
Pro inhibitione simplici extra curiam.	carl. 5
Pro citatione cum inhibitione per edictum.	carl. 6
Pro citatione cum inhibitione sub censuris.	carl. 6
Pro inhibitione in curia.	carl. 3
Pro. L. folijs Regestri.	carl. 10
Pro. L. folijs copiarum.	carl. 10
Pro. L. folijs rubricaturæ processus de partibus.	carl. 10
Pro examine testis in domo, numerum. 30. articulorum non excedeñ.	carl. 5
Pro examine testis egregij extra domum, similiter numerum non excedeñ. (quia attenditur labor.	carl. 10
Pro instrumento remissoriæ.	carl. 10
Pro instrumento prorogationis remissoriæ.	carl. 10
Pro instrumento cessionis, litis, & causæ.	carl. 3
Pro instrumento exequutorialium in quacunq; instantia.	carl. 20
Pro nota sententiæ declaratoriæ, siue interlocutoriæ.	carl. 10
Pro instrumento brachij secularis.	carl. 20
Pro instrumento absolutionis in curia.	carl. 3
Pro instrumento absolutionis, siue commissionis ad partes.	carl. 8
Pro instrumento sequestri.	carl. 8
Pro instrumento relaxationis sequestri.	carl. 5
Pro Arresto generali.	carl. 2
Pro citatioñ. ad valuas tempore vacañ.	carl. 1
Pro literis excommunicatoriis in curia.	carl. 3
Pro instrumento declarationis.	carl. 10
Pro 18. folijs copiarum publicationis testium.	carl. 10
Pro 15. folij. regestri includeñ. in rotulo remissoriæ.	carl. 10
Pro literis compulsorialibus spetialibus.	carl. 8
Pro literis compulsorialibus generalibus.	carl. 5
Pro instrumento sententiæ.	carl. 8
Pro nota sententiæ primæ diffinitiuæ:	carl 25
Pro nota sententiæ secundæ instañ.	carl. 20
Pro nota sententiæ tertiæ instañ.	carl. 15

Item in supradictis omnibus duplicatis, pro medieta te taxæ supradictæ,

¶Debent quoq; noui Notarij Rotæ, seu Palatii prædicti, pro tempore intrañ. & quilibet eorum nouus notarius huiusmodi intrans, soluere Collegio dictorum Scriptorum, seu Receptori scriptoꝝ eorundum (a die introitus, seu infra quindecim dies, tunc ꝑxime sequeñ.) Ducat auri de Camera decem. Casu autem, quo, infra dictos tres menses, a dat præsentium computañ. præfati Notarij, apud alios Officiales ꝑut Abbreuiatores, in plumbo, & Regestro Bullarum, ac etiam per Cameram expedieñ. dicto gratis, & Priuilegio illius, vti non possint, aut quouis modo, impedirentur, quominus Bulla eorundem Notariorum, gratis, per omnia

nia Officia huiusmodi expedirentur, absq; eorundem Notariorum & eorum Officiorum, damno, detrimento, & iactura: Tunc concordia, & contractus huiusmodi, nullius sint roboris, vel momenti, resq; ipsa, inter eosdem Scriptores, & Notarios, in suum pristinum statum reuertatur, & eo casu, literis apostolicis eis concess renunciant ex nunc, ita videlicet, quod ipsi Scriptores, omnes suas causas, etiam a die dat. præsentium, infra dictos tres menses extraordinariæ scriptas, ac si ordinarie scriptæ forent eorũ dictis Notariis ordinarie litigare, & Notarii ipsi suas bullas, iuxta taxas ordinarias, expedire, aut ipsi Scriptores, bullas dictorum Notariorum, pro medietate taxare, & expedire, & causas suas, pro medietate, vt prius, etiam litigare habeant.

¶ Quæ præmissa omnia & singula, præfatæ partes &c. sub pœna. L. Ducatorum, pro vna Cameræ &c. & parti, & cadi a supradictis respectiue. Dat. & actum Romæ in domo habitationis Domini Petri Fortis Rescribendarii. Præsentibus. D. Nicolao Contio Barba, & Iohanne Ginochonis, clericis Nouarieñ & Lugduneñ. Ciuitatis & dioc.

¶ Ita est Petrus Fortis Rescribeñ. &c. cum aliis subscriptioñ. multorum. D. Notariorum Rotæ.

¶ Qui quidem Notarii, ibidem præsentes, & collegialiter cõgregati, dictam concordiam approbarunt, ac omnes vnanimiter, in eandem, nemine contradicente, consenserunt &c.

Concordia facta inter D. *Abbreuiatores de maiori parco, & Notarios Rotæ An. Dñi 1510. & die 7. Mensis Maij, hoc modo, uidelicet.*

¶ Quod dicti Domini Abbreuiatores de maiori præsidentia, expediãt gratis, omnes literas apostolicas, tam gratiam, quam iustitiam (personas ipsorum Notariorum, & eorum Collegium duntaxat, concerneñ.) quo ad Taxam, ipsis dominis Abbreuiatoribus de maiori præsideñ. tangeñ. dummodo in eisdem literis, gratis, per Rescribendarum pro tempore existentem, ponatur, & quantum ad ipsos Abbreuiatores de maiori præsideñ. pertinet. Contentanturq;, quod supplicationes, pro Collegio dictorum Notariorum, & ipsis Notariis, prout ꝓ aliis, qui gratis R. quiuis &c. distribuantur. Et ipsi Notarii, pro omnibus, & singulis, eorum Officium, & eorum singulis concerneñ. tam Abbreuiatoribus, de maiori præsideñ. modernis, pro persona eorum, & eorum vxoribus, & vna alia persona, per quemlibet ex Abbreuiatoribus de maiori præsideñ. modernis, infra terminum trium mensium proxime futurorum Thesaurario pro tempore existenti dictorum Notariorum, nominañ Et totiens quotiens personam nominatam decedere contingeret, etiam pro alia, vel aliis personis, pro tempore, per quemlibet ex Abbreuiatoribus modernis, infra terminum etiam trium mensium, extunc, a die obitus computañ nominañ. necnon aliis Abbreuiatoribus de maiori præsideñ. pro tempore futuris, ac eorum vxoribus, & vna persona duntaxat, durante Officio suæ Abbreuiatoriæ, infra tamen terminum vnius mensis, a die introitus sui officii computañ. nominanda, & pro Collegio dictorum dominorum Abbreuiatorum, omnes, & singulas quascunq; causas nunc pendeñ. personas dictorum Abbreuiatorum de maiori præsideñ. seu eorum filios, & nepotes, si per eos nominabuntur, & quæ in futurum vti contigerit, personas eorum, & personas nominatas (vt præfertur) concerneñ extraordinarias, in turno inscribi voluerunt, & promiserunt, sub salario, seu mercede taxarum duntaxat, supra annotatarum Quodq;, si Abbreuiatores moderni, & futuri decedant, aut resignant eorum Officium, personas per eos nominata, priuilegio concordiæ huiusmodi careat, nisi filius, vel frater ipsius Abbreuiatoris fuerit, in causis commissis Et alias gñaliter,

vltra præmissa, in omnib. & p omnia, put in omnib. & singulis causis. D. Scriptorũ literarum Apostolicarũ describunt, & tradunt, hoc tñ excepto, quod si Scriptorib. ipsis, aliquid ipsi Notarii, pro eorum ingressu, ad Officiũ Notariatus tradere, in ingressu huiusmodi Abbreuiatorib. de maiori Præsideñ. nihil tradere teneantur. Quod si persona (vt præfertur) nominanda per Abbreuiatores futuros de maiori præsidentia, filius, vel nepos, aut frater ipsius Abbreuiatoris de maiori præsideñ. non fuerit, Notarii præfati, nõ secundum Taxam supra annotatam, vt præfertur, sed personæ extraneæ nominatæ, vt etiam extraordinarius inscribere in turno eorum teneantur, & salaria, vel emolumenta, vt pro causis, extraordinariis inscriptis, & describendis, recipiant, & non vltra recipere possint.

¶ Nota, quod sub die. XI. prædicti mensis Maij, anni. 1510. fuit adhuc habita concordia inter dictos dominos Abbreuiatores de maiori, & pariter de minori, & dictos. D. Rotæ.

Concordia inter D. Secretarios Sanctissimi Domini Nostri Papæ, et Collegium dominorum Notariorum Rotæ, facta, Anno Domini M.D.X. Die XV. mensis Nouembris, super Taxis, ut infra continetur, uidelicet.

¶ Pro Citatione, cum inhibitione.	Carl.	10
Pro Compulsorijs specialibus (ac etiam generalibus.)	Carl.	10
Pro centum folijs, boni & moderni Regestri.	Carl. 50. Cãcel.	

Reliqua uero omnia et singula, soluent ordinarie.

Concordia habita inter D. Solicitatores literarum Apostolicarum et D. Rotæ Notarios, sub Anno, ac die prædict. super Taxis, et sequitur.

¶ Pro Citatione simplici per edictum, aut cum inhibitione, & sub ceñ.	Carl. 10
Pro centum folijs moderni Regestri.	Duc. 4. alias Carl. 60

¶ Reliqua vero omnia & singula, soluent ordinarie.

Concordia cum Abbreuiatoribus de minori, & D. Notarijs Rotæ, habita, super expeditioñ. & taxis, anno Domini 1518. die 7. Maij.

¶ TENOR vero Concordiæ &c. Videlicet, quod ipsi domini Abbreuiatores, debeant, & teneantur, dare & expedire bullas dictorum dominorum Notariorum Rotæ. Ac Collegium, necnon eorum capellam pro tempore, per eundem Officia, omnino gratis &c. Econuerso, ijdem domini Notarij, debeant dare omnes causas commissas & committendas ipsis dominis Abbreuiatoribus, & eorum Collegio, ac capellano pro tempore, prout infra designatur, ac plenius in eodem instrumento continetur. Videlicet.

¶ Pro

❡Pro Citatione, qualibet cũ inhibitioñ. etiam ſub ceñ. & per edictum.	Carl. 10
Pro inhibitione in Curia.	Carl. 3
Pro LX. folijs copiarum iurium producendorum.	Carl. 10
Pro L. folijs proceſſus de partibus rubricati.	Carl. 10
Pro examine vni⁹ teſtis, in domo Notarij, triginta artic. nõ exceden̄.	Carl. 5
Pro examine vnius teſtis egregii, vel impediti extra domum, ſuper totidem articulis.	Carl. 10
Pro inſtrumento remiſſoriæ.	Carl. 10
Pro inſtrumento prorogationis.	Carl. 8
Pro inſtrumento ceſſionis, litis, & cauſæ.	Carl. 5
Pro inſtrumento exequutorialium in quacunq; inſtantia.	Carl. 30
Pro inſtrumento brachij ſecularis cum notis,	Carl. 20
Pro inſtrumento abſolutionis in Curia.	Carl. 3
Pro inſtrumento abſolutionis, ſiue commiſſionis ad partes, cum nota in eodem, pro vna perſona.	Carl. 10
Pro inſtrumento ſequeſtri.	Carl. 12
Pro inſtrumento relaxationis ſequeſtri	Carl. 6
Pro nota ſententiæ declaratoriæ, ſeu interlocutoriæ.	Carl. 10
Pro inſtrumento ſententiæ declaratoriæ.	Carl. 12
Pro arreſto generali.	Carl. 2
Pro inſtrumento abſolutionis in Curia.	Carl. 3
Pro citatioñ. ad valuas tempore feriarum.	Carl. 2
Pro literis excommunicatorijs in Curia.	Carl. 3
Pro 18 folijs copiarum publicationis teſtium.	Carl. 10
Pro 15. folijs regeſtri articulorũ, includendorũ in rotulo remiſſoriæ.	Carl. 12
Pro literis compulſorialibus ſpecialib generalibus, & etiã ſpetialib.	Carl. 8
Pro inſtrumento ſententiæ in quacunq; inſtantia.	Carl. 10
Pro nota primæ ſententiæ.	Carl. 40
Pro nota ſecundæ ſententiæ.	Carl. 30
Pro nota tertiæ ſententiæ.	Carl. 20
Pro centum folijs moderni Regeſtri.	Carl 40. Cancella.

❡Pro omnibus inſtrumentis duplicatis, & regeſtris, pro medietate, & ſoluatur ſigillum & charta. Et omnia ſupradicta intelligantur ad rationem, veteris monetæ, excepto Regeſtro, quod intelligatur ad monetam Cancellariæ.

Expliciunt Taxæ dominorum Notariorum Rotæ, & aliæ diuerſæ, alias, a proprio exemplari excerptæ, et in lucem æditæ.



Gundisaluus de Belmonte principalis &c. Citra &c. Et citatorum prædictorum in quadam citationis audientia pergameni cedula a nobis enarrata de nostrisq; voluntate pariter, & mandato in dicta audientia literarum contradictatum dñi nostri Papæ, posita, lecta, signata, sigillata, & Inhibi debitæ executioni demãdata, per eũ facto realiter, & in scriptis reportata, contentorum non comparẽdum, contumaciam accusauit, ipsosq; contumaces reputari. Et in eorum contumaciam vos dominos prouisorem abbatem, & cantorem, Iudices, & commissarios præfatos ad narrata in commissionem vltimo præsentata exequendi, Iuxta & secundũ dictæ nobis factæ & præsentatæ cõmissionis vim, formam, & tenorem subdelegari. Vosq;, vt præfertur, deputari, literasq; subdelegatorias, & opportunas in forma solita, & consueta, decerni, & concedi, per nos Instanter postulauit. Nos tunc Iacobus Puteus Auditor præfatus, præfatos fratres exaduerso principales non comparentes reputauimus non Immerito, id exigente Iustitia, contumaces. Et in eorum contumaciam vos canonicos, & prouisorem Abbatem, & cantorem pro Iudicibus, & cõmissariis, coram quibus seu altero vestrũ, testes de quibus in præinserta commissione facta merito pro parte dicti domini Gundisalui principalis coram vobis Iudicañ, examinari, & fructus liquidari debeant Iuxta dictæ commissionis vim, formam continentiam, & tenorem, subdelegandum duximus, & deputandum subdelegauimusq; & deputamus per præsentes vices nostras super præmissis, donec eas ad nos duxerimus, reuocandas, & vobis cõsliterit concedimus, literasq; subdelegatorias, & deputatorias huiusmodi desuper necessarias, & opportunas in forma solita, & consueta decernenda, & concernenda. Quæ omnia, & singula præmissa vobis dominis Prouisori, Abbati, & Cantori, Iudicibus, & cõmissariis per nos subdelegatis, & deputatis Intimamus, insinuamus, & notificamus, ac ad vestrum & cuiuslibet vestrum noticiam deduci mus, & deduci volumus per præsentes, vosq; & vestrum quemlibet requirimus, & monemus primo, secundo tertio & peremptorie: Vobisq; & vestrum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ, sub excommunicationis pœna, quam in vos, & vestrum quemlibet in his scriptis (trina tamen Canonica monitione pmissa) ferimus in his scriptis, si ea quæ vobis in hac parte committimus & mãdamus neglexeritis, seu distuleritis, aut recusaueritis, contumaciter adimplere, destricte p cipiendo mandamus quatenus infra sex dierum spatium, post præsentationem seu notificationem præsentium vobis factarum.

¶ Et postquam p parte dicti domini principalis super hoc vigore præsentium fueritis requisiti, Immediate sequendum, quorum sex dierum, duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies pro tertio & perpemptorio termino, ac canonica monitione pmissa assignam⁹, & omnes & singulos fructus, redditus, & puentus, monasterii beatæ Mariæ de Belmonte Oneteñ, diocœsis p annis pro quibus dicti Petrus de Spinaredo, Ferdinãdus de Salmas, Ioãnes de Villa, Garsia & Ioannes de las Dorigas, a die eorum Intrusionis condemnati fuerunt, vt in sententia contra eos lata, latius continetur, liquidetis, & liquidationem debitam faciatis, & desuper omnes, & singulos testes, de quibus in præmissa vltima commissione narratur, & quos pro parte dicti domini Gũdisalui principalis coram vobis produci contingerit infra aliquem certum peremptorium terminum competentem per vos seu alterum vestrum, ad hoc statuendum, pfigendum, & assignandum singulis diebus, lunæ, Mercurii, veneris, & eiusdem tẽporis præfixi horis terriarum vel vesperorum de & super positionibus & articulis coram vobis pro parte dicti domini Gundisalui principalis dandis & procurandis. Cum vos seu alterum vestrum in loco per vos singulariter ad hoc deputando, Pro tribunali sedere contingerit prudenter & fideliter recipere & testes ipsos, mediis eorum Iuramentis, Iuxta & secundum Interrogatoria, coram vobis forsan pro parte eorum fratrum ex aduerso principaliũ exhibenda, alioquin Iuxta prudentiam vestram vobis a domino collatam, & concessam, diligenter examinetis, aut

per

per notarium publicum,qui de legalitate,& fidelitate sua,corporale coram vobis,& in manibus vestris,præstet Iuramentum,diligenter examinari,ac dictorũ fructuum liquidationis,testiũq; attestationis,dicta depositiones, fideliter in scriptis,per notarium fidelem redigi faciatis.

Et postquam liquidatio huiusmodi per vos, vt præfertur, facta fuerit, liquidationem ipsam, per vos, seu alterum vestrum, debitæ executioni, etiam vsque, & totaliter dictæ liquidationis executionem, Inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis, & alias Iuxta, & secundum dictæ vltimo præinsertæ nobis factæ, & præsentatæ commissionis, vim, formam continentiam, & tenorem demandetis, & demandari faciatis. Testes autem, qui nominati fuerunt se se odio, gratia, amore, fauore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam,appellatione postposita,compellatis, veritatis testimonium exhibere: Absolutionem vero omnium &c.

¶ Volumus autem quod si vnus vestrum pro præmissis exequendis personaliter Interesse non posset,quod ex tunc legittima excusatione, vnus præcedente, alij duo,aut vnus vestrum nihilominus exequatur,& libere exequi, valeat. In quorum &c. Datum Romæ &c. Præsentibus &c.

¶ Aduerte, quod forma præcedens, & quando Iudices deputati demandent executioni liquidationi per eos factæ. Sed quando liquidatio est remittenda ad Romanam Curiam, continua vsque ad Crucem,in margine factam,& verbum faciatis inclusiue, deinde continuabis sic omittendo aliam formam,dictorum vero fructuum liquidationem testiumq; dicta, & depositiones fideliter In scriptis redactis vna cum positionibus, & articulis suprascriptis, ac literis, scripturis, Iuribus, & munumentis, siue ipsorum veris transumptis, sub sigillis vestris Inclusiue ad vestram vel forsam Interim locum nostri surrogandi Auditoris, præsentiam, ad dictam Romanam Curiam, quantocitius poteritis cum fideli Nuntio ad hoc in manibus vestris Iurato,transmittatis: significantes nobis, aut surrogando Auditori præfato, quæ & quanta fides ipsis testibus literis, & transumptis fuerit adhibenda. Et quicquid in præmissis feceritis, nobis, vel surrogando Auditori præfato, per vestras præsentes literas,aut Instrumentum publicum,harum seriem siue designationem in se continentem siue cõtinens remissis præsentibus quantocitius poteritis fideliter Intimare curetis. Absolutionem &c. In quorum &c. Præsentibus &c.

Instrumentum liquidationis fructuum per Auditorem in Curia.

PETRVS Vorstius Dei,& Apostolicæ sedis gratia electus Aqueñ. vnius ex sacri palatii apostolici causarum auditoris,locumtenẽs,causæq;,& causis,ac partibus Infrascriptis, ac Sãctissimo domino nostro Papa Iudex specialiter deputatus, Vniuersis & singulis præsentes literas, siue præsens publicum liquidationis fructuum instrumentum visuris, lecturis, pariter & audituris, salutem in domino, & præsentibus fidem Indubiam adhibere Noueritis quod orta dudum,ex commissione apostolica,in Romana curia, coram R. P. D. Iacobo Symonetta,eiusdem gratiæ Episcopo Pisaurieñ. etiam vnius Auditoris locumteneñ.& In locum bonæ memoriæ Petri Andreæ Gambaræ dicti Palatii apostolici causarum auditoris: Primo Inter venerabilem virum dominum Franciscum Gundisalui de Hurones, clericum Legioneñ. actorem ex vna, & quendam Franciscum Alfonsi de Mararuella, assertum Clericum aduersarium Intrusum de & super parochiali ecclesia sancti Stephani oppidi de Caruaial,Legioneñ.diocœsis,rebusq; alijs,in actis latius expressis,& illius occasione, partibus ex altera, quibus in causa, & causis huiusmodi, in, & ad Ro-

ad Romanam Curiam,coram ipso Locumteneñ.surrogato, legittime Introductus, & per eum Inter partes seu earum legittimos procuratores rite, & legittime processo tandem Idem. R. P. D. Iacobus Symoneta Locumtenens surrogatus, seruatis seruandis, formam in scriptis, in fauorem ipsius Domini Francisci Gundisalui de Hurones principalis, tulit, & promulgauit sententiam, quam hic propter eius prolixitatem Inseri omisimus, a qua quidem diffinitiua sententia pro parte dicti Domini Francisci Alfonsi de Mararuella exaduerso principalis ad Sanctissimum Dominum Nostrum Papam appellato & apostolis petitis & reuerentialibus obtentis, sequestrumque super dictæ parochialis ecclesiæ fructibus, auctoritate apostolica, per eundem Dominum Locumtenentem apposito, deinde Idem Dominus Noster Papa causam appellationis huiusmodi committens, quandam aliam commissioñ. siue supplicationis cedulam. R. P. D. Marcello de Crescentijs dicti palatij Apostolici causarum Auditori, per certum suum Cursorem præsentari fecit, quam similiter propter eius prolixitatem hic inseri omissimus,seu similiter in causa & causis huiusmodi coram eo tamen Introductis & Inter partes prædictas similiter rite & legittime processo, & rogatis per eum istius causæ meritis præfatam sententiam diffinitiuam, per dictum Dominum Locumteneñ. surrogatum latam, per suam quam desuper tulit sententiam diffinitiuam, confirmauit: a qua similiter pro parte eiusdem domini Francisci Alfonsi Mararuella exaduerso principalis, ad prælibatum Dominum Nostrum Papam & sedem apostolicã appellato apostolisque petitis & reuerentialibus obtentis, Idem Dominus Noster Papa causam appellationis huiusmodi committens, quandam aliam commissionis cedulam nobis Petro Vorstio Locumteneñ. per certum suum cursorẽ præsentari fecit,huiusmodi sub tenore, Dignetur, huiusmodi commissioñ. prætestu nos in causa & causis prædictis similiter rite & legittime procedentes, seruatis etiã seruandis,nostrã præinsertã præinsertarũ sententiarũ confirmatoriã in scriptis tulimus,& promulgauimus,In hũc qui sequitur modũ.Christi nomine Inuocato.Quæ quidẽ diffinitiua sententia quia tertia & cõformis, a qua appel. non licet,in rẽ transf. Iudicatã.Quamquidẽ sententiã, vt præmittitur,per nos latã,omnib & singulis expensis in huiusmodi causa pro parte ipsius dñi Frãcisci Gundisalui de Hurones principalis In deductioñ. litis & causæ huiusmodi legitime factis,& in quib.sibi dict⁹ Frãciscus Alfonsi de Mararuella exaduerso principalis sñtialiter cõdemnatus existit ad quinquaginta ducatorũ auri de Camera,boni,& iusti põderis,puida moderationis præuia priuatus,taxatus, & moderatus,necnon literis,siue processibus executorialibus in forma solita,& consueta pro parte eiusdem dñi Francisci de Hurones principalis,in vim specialis cõmissionis per nos decretis,& concessis,per quas inter cætera præfatum Franciscum Alfonsi exaduerso principalem,in dicta parochiali eccl. sancti Stephani,loci de Caruazal,Intrusum,quatenus eiusdem ecclesiæ possessionis corporali & actuali cederet,ac dicto dño Francisco de Hurones principali,tanquam Indubitato ipsius ecclesiæ rectori,seu procuratori,suo legittimo,pro ea vacuam,liberam,& expeditam dimitteret,sibiq; de ipsius ecclesiæ fructibus, & redditibus a tẽpore motæ litis,seu a tempore Intrusionis,perceptis,realiter, & in effectu responderet,& restitueret,mandauimus,prout in Instrumentis executorialib. prædictis,per nos decretis,& deinde executis,& corã nobis exhibitis,plenius dignoscitur cõtineri. Nos tũc Petrus Vorstius electus Aqueñ. locumteneñ. præfatus, in causa,& causis huiusmodi,quo ad liquidationẽ fructuum, ex dicta parochiali ecclesia sancti Stephani,loci de Caruaçal,per eundem dominum Franciscum Alfonsi de Mararuella exaduerso principalem,a tempore motæ litis perceptarum, vlterius ritæ,legittime proceden. ad dicti venerabilis viri domini Francisci Gũdisalui de Hurones principalis Instantiam prouidum virum Magistrum Antonium Romero,in Romana curia causarum,& dicti domini Francisci Alfonsi de Mararuella

uella exaduerso principalis procurator prout de ipsius procurationis mandato apud acta causæ huiusmodi legittimis dignoscitur constare documentis ad videndum & audiēdum liquidationem seu moderationem fructuum reddituum et prouentuum per dominum Frãciscum Alfonsi eius principalem a tempore motæ litis ex parochiali sancti Stephani de Caruazal perceptorum per nos fieri & liquidari ac moderari vel dicendum & causam si quam habeat rationabilem quare præmissa fieri non debebant allegandi per vnum ex Domini nostri Papæ Cursoribus citari mandauimus & fecimus ad certum peremptorium terminum competentem videlicet ad diem & horam Infrascriptos quibus quidem die & hora aduenientibus comparuit in Iudicio legittime coram nobis dictus Franciscus de Hurones principalis prædictis principaliter pro se ipso citra tamen quorumcunque procuratorum suorum per eum hactenus quomodolibet constitutorum renouationem. Et dicti Magistri Antonii Romero exaduerso principalis non comparentis contumaciam accusauit ipsumque contumacem reputari, Et in eius contumaciam fructus redditus & prouentus per dominum Franciscum Alfonsi exaduerso principalem ex parochiali Ecclesiæ sancti Stephani de Caruazal a tempore motæ litis (seu a tempore Intrusionis) perceptis & in quib. Idem dominus Franciscus Alfonsi exaduerso principalis per sententias successiue contra eum latas sententialiter condemnatus existit liquidari & moderari per nos Instanter postulauit. Nos tunc Petrus Vorstius auditor præfatus dictum Magistrum Antonium exaduerso procuratorem non comparentem reputauimus non immerito prout erat id exigente Iustitia contumacem & in eius contumatiam dictos fructus redditus per ipsum Franciscum Alfonsi exaduerso principalem a tempore motæ litis seu a tempore intrusionis ex parochiali sancti Stephani de Caruazal perceptis in quibus sententialiter condemnatus existit duximus moderañ. & liquidandos liquidamus & moderauimus prout liquidamus & moderamus per præsentes In hunc qui sequitur modum videlicet. Inseratur cedula liquidationis &c. Quæ omnia &c. Allegare In quorum &c. huiusmodi nostrum liquidatioñ. fructuum in se cõtinentem siue continens exinde fieri & per notarium publicum nostrumque & huiusmodi causæ coram nobis scribam infrafriptum subscribi & publicari mandauimus sigillique nostri Iussimus & fecimus appensione communiri. Liquidati autem fuerunt fructus redditus & prouentus supradicti per nos Petrum Vorstiũ auditorem præfatum Romæ apud sanctum Petrum in palatio &c.

Instrumentum de Manutenendo In Possessione.

IACOBVS de Puteo vtriusq; Iuris doctor &c. deputatus. Vniuersis & singulis dominis abbatibus &c. Noueritis &c. Cuiusquidẽ cõmissionis siue supplicationis vigore citationis legittime vna cum Inhibitione sub censuris & pecuniariis pœnis inserta in Rom. Curia extra causam, & ad partes per edictum publicum In locis circumuicinis contra & aduersus prænominatum Didacum de Cuniga de Funseca cõmendatarium dicti monasterii de paraces, ac fiscum regium exaduerso principalem, in præinserta exaduerso principaliter nominatos omnesq; alios & singulos sua communiter vel diuisim Interesse putantes eorumq; complices & adhærentes per nos in forma solita & cõsueta decreta & cõcessa productis postmodum coram nobis & exhibitis ꝑ parte ipsorũ dominorum Canonicorũ & capituli monasterii beatæ Mariæ de paraces principaliũ nõnullis testib. fidedignis ad informandum animaduertendum de & super eo ꝙ præfati canonici & capitulũ suuñ vigore literarũ apostolicarum eisdẽ & dicto monasterio cõcessarũ pœnitus & omnino exẽpti diuisi

& sepa-

& separari a mensa abbatiali seu commendatarii dicti monasterij & quod nihil commune habeant cum mensa abbatiali sed iuxta statuta & ordinationes dicti monasterii apostolica auctoritate confirmata fructus redditus & prouentus dictæ mẽsæ capitularis Inter ipsos canonicos capitulum distribui & in quotidianis distributionibus diuidi solent & diuidũtur. Ipsosq; canonicos & capitulum in possessione omnium statutorum & ordinationum huiusmodi ac separatioñ. & diuisionem præmissorum & ipsos in eorum domibus separatis in dicto monasterio cum eorum familiaribus & seruitorib existere & habitare & eorum bona & distributiones quotidianas habere tenere, & possidere. Illaq; & illas vti frui & gaudere ipsisq; testibus per nos receptis admissis, & in forma Iuris iuratis & iuramentis eorumq; dictis & depositionem in scriptis fideliter redactis, quare fuimus pro parte ipsorum canonicorũ & capituli dicti monasterii de paraces principaliũ debita cum Instantia requisiti quatenus illis de opportuno remedio prouidere, & qua tractatur de eorum perpetuo præiudicio Instrumẽtum de manutenendo eosdem in possessione & exemptione ac separatioñ. a dicta mensa abbatiali extra Romanam curiam & ad partes in forma solita & consueta decernere & concedere dignaremur. Nos igitur Iacobus de Puteo auditor præfatus attendeñ. requisitionem huiusmodi fore Iustam rationi consonam & volentes Inter partes prædictas æqualitatem seruare vt tenemur. Et quia ex prædictorum testium examinatioñ. eorumq; dicta & depositiones reperimus eosdem Canonicos & capitulũ monasterii beatæ Mariæ de paraces principales distinctos diuisos exemptos & separatos esse a mensa abbatiali & nihil commune cum eadem habere. Ipsosq; in ipsorum domibus in eodem monasterio habere perinde ac si essent Canonici seculares, & nihil commune cum eorum abbate seu eius mensa habere. Idcirco auctoritate apostolica nobis commissa & qua fungimur in hac parte eosdem Canonicos & Capitulum principales & eorum quemlibet insolidum in possessioñ. exemptionis separationis & diuisionis a mensa abbatiali eiusdem monasterij Iuxta dictæ præinsertæ commissionis vim formã continentiam & tenorem defendi & manuteneri mandamus huiusmodi nostras literas manutentioñ. desuper necessarias & opportunas in forma solita & consueta decernendo & concedendo. Quæ omnia &c. per præsentes vosq; omnes & singulos supradictos quibus præsentes nostræ literæ diriguntur & vestrum quemlibet Insolidum tenore præsentium requirimus & monemus primo secundo tertio & peremptorie vobisq; nihilominus & vestrum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ & sub excommunicationis & quingentorum ducatorum auri de camera boni & iusti põderis ipsi cameræ apostolicæ applicandorũ pœnis quas in vos & vestrũ quemlibet canonica monitioñ. præmissa si ea quæ vobis in hac parte committimus & mandamus neglexeritis seu distuleritis contumaciter adimplere ferimus in his scriptis districte præcipiendo mandantes quatenus Infra sex dierum spacium post præsentationem seu notificationem præsentiũ vobis seu alteri vestrũ factas. Et postquam pro parte ipsorum dominorum canonicorum & capituli principalium super hoc fueritis requisiti seu alter vestrum fuerit requisitus Immediate sequeñ. quorum sex dierum duos pro primo duos pro secundo & reliquos duos dies vobis vniuersis & singulis & vestrum cuilibet pro tertio & peremptorio termino ac monitioñ. canonica assignamus, ita tamen quod in his exequendis vnus vestrum alterum non expectet nec vnus pro alio seu per alium se excuset præfatos canonicos & capitulum monasterij de paraces principales & eorum quemlibet Insolidum in possessione exemptionis separationis & diuisionis a mense abbatiali eiusdem monasterii quantum in vobis fuerit vel sit defendatis & manuteneatis & defendi & manuteneri curetis quos non etiam & eorũ quemlibet Iuxta dictæ commissionis vim formam & tenorem defendi & manuteneri mandamus. Absolutionem vero &c. & singulorum &c. In quorum &c. præsentes literas siue præsens Instrumeñ. manuteñ. & defensionis &c. datũ &c.

Mandatum

Mandatum de manutenendo in possessione.

PAVLVS de Capisuchis Dei,& apost.sedis gratia,Episcopus Neocastreñ.vnus &c.& alias prout in citatione vsq; ad cõtinuationem &c.Post cuiusquidem Commissionis siue supplicationis papyri cedulæ præsentationis & Receptionis nobis & per nos vt præmittitur factas fecimus p parte venerabilis viri domini.N.principalis in præinserta nobis vt præmittitur facta,& præsentata commissione principal. nominati debitã cum Instañ.requisiti quatenus supradictum dominum.N. principalem aut aliquem alium eius nomine & pro eo in possessione actualem Realem, & corporalem dictæ parrochialis ecclesiæ.N,vel sic quarundem terrarum & prædiorum aut bonorum de quibus in eadem præinserta commissione fit & habetur metio,in qua de præsenti existit manutenetemus,tuetemus,& manuteneri ac tueri mandaremus literasq; manutentioñ.in possessione huiusmodi desuper necessarias & opportunas,Iuxta & secundum supradictæ præinsertæ nobis factæ & præsentatæ commissionis vim formam continentiam & tenorem in forma solita & cõsueta decernere,& concedere dignatemur.Nos igitur Paulus Capisuchus Episcopus Neocastreñ. Locumtenẽs iudex & commissarius surrogatus præfatus attẽdens Requisitionem huiusmodi fore iustam & rationi consonam volentesq; in causæ & causis huiusmodi ac supradictam præinsertam nobis factam & præsentatã cõmissionem ad effectum debitum deducere, ac inter partes in eadem præinserta commissione cõteñ.& nominatas æqualitatem seruate ac ipsis(dante domino) Iustitiam ministrate, vt tenemur. Idcirco auctoritate apostolica nobis commissa & qua fungimur In hac parte vos omnes & singulos supradictos & vestrum quemlibet insolidum quibus præsentes nostræ literæ diriguntur tenore præsentium Requirimus, & monemus, primo, secundo, tertio, & peremptorie communiter vel diuisim, vobisq; nihilominus & vestrum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ & sub excommunicationis pœna, quam in vos & vestrum quemlibet canonica monitione præmissa si ea quæ nos in hac parte cõmittimus & mandamus neglexeritis seu distuleritis contumaciter adimplere ferimus in his scriptis districte præcipiendo mandantes, quatenus infra sex dierum spatium post præsentationem seu notificatioñ. præsentium vobis seu alteri vestrum factam. Et postquam pro parte supradicti domini.N principalis super hoc vigore præsentium fueritis requisiti seu alter vestrum fuerit Requisitus Immediate sequeñ.quorum sex dierum duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies, vobis vniuersis & singulis supradictis pro tertio & peremptorio termino ac monitione canonica assignamus, eundem dominum. N. principalem vel procuratorem suum legitimum aut alium siue alios eius nomine,& pro eo in & ad corporalem realem & actualẽ possessionem supradictæ parochialis ecclesiæ. N. (aut monasterii siue bonorum & aliarum rerum. N.) diocœsis de qua vt præmittitur in supradicta præinserta commissione fit & habetur mentio ac agitur iuriumq; & pertineñ.omnium eiusdem dũ tamen & quatenus Idem dominus. N. principalis aut alij pro eo & eius nomine In dicta possessione existant & reperiantur manuteneatis defendatis & tuemini ac manuteneri tueri & defendi faciatis procuretis & permittatis prout eos in dicta possessione nos tenore præsentium manutenemus & defendimus ac tuemur necnõ manuteneri tueri & defendi mandamus per præsentes ac denuntiamus manutenendo & defendendo &c.

Moderatio Inhibitionis.

IACOBVS Puteus Iuris vtriusq; doctor Sanctiss.dñi nostri Papæ capellanus & ipsius sacri palatii apostolici causarũ &

huiusmodi

huiuſmodi cauſæ a partibus Infraſcriptis ab eodẽ dño noſtro Papa auditor ſpecialiter deputatus vniuerſis &c. Noueritis &c. Beatiſſime pater &c. Cuiuſquidẽ commiſſionis ſiue ſupplicationis vigore per nos & coram nobis in cauſa & cauſis huiuſmodi ac Inter partes in præinſerta nobis facta & præſentata commiſſione contentas ſeu verius earum legitimos procuratores ad nonnullos actus Iudiciales citra tamen cauſæ concluſionis rite & legitime proceſſos Subſequenter vero nos ad venerabilium virorum dominorum Bernardi & Lucretii de paſchalibus principalium ſiue eorum procuratorum Inſtantiam prouidos viros dominum Laurentium Mariam de Arcellis exaduerſo principalem, necnon Nicolaum Caſola & Iohannem Antonium Scabanum exaduerſo procuratores ad videndum & audiendum prætenſam inhibitionem, ſuperius in huiuſmodi cauſa per nos ad partes decretam & conceſſam Reuocari ſiue moderari ſine præiudicio legittime executionis mandati executiui ſimiliter ſuperius in huiuſmodi cauſa decreti Iuxta & ſecundum ſupradictæ præinſertæ nobis factæ & præſentatæ commiſſionis vim formam continentiam & tenorem vel dicendum & cauſam ſi quam habeant rationabilem quare præmiſſa fieri non debeãt allegandũ per certum domini noſtri Papæ curſorem citari mandauimus & fecimus ad certum peremptorium terminum competentem videlicet, Ad diem & horam Infraſcriptos, quibus adueniente, conſtitutus perſonaliter coram nobis prouidus vir dominus Gabriel Caſalus In Romana Curia cauſarum & ſupradictorum dominorum Bernardi & Lucretij de paſchalibus principalium procurator, prout de ſuæ procurationis mandato apud acta cauſæ huiuſmodi legittimis conſtat documentis. Quid conſenſit quod executio mandati executiui ſuſpenſa remaneat & in illa ſuperſedeatur quo ad ſummam excedentem libras mille quadringentis octuaginta occaſione principalis condemnationis. Ita quod executio de præſenti firma remaneat pro dicta ſumma librarum mille quadringentis octuaginta & pro expenſis de quibus in dicto mandato & hoc ſine præiudicio Iurium ſuorum principalium & donec Reuerendus pater dominus Iacobus Puteus Auditor declarauerit an de Iure dictum mandatum executiuum exequi debeat pro tota ſumma in eo contenta. Ita tamen quod per dictum dominum Iacobum Puteum auditorem moderetur Inhibitio Iuxta formam commiſſionis pro parte ipſius domini Gabrielis In actis præſentatam, quo ad dictam ſummam librarum mille quadringentis octuaginta & expenſis vt ſupra præſentata tamen ad hoc prælibato domino Laurentio Maria de Arcellis ſupradicti acceptandi. In parte tamen & partibus pro ſe parteque ſua & contra partem ſibi In huiuſmodi cauſam aduerſam facientem, & non alias aliter nec alio modo & vltra præfatus dominus Gabriel Caſalus procurator antedictam Inhibitionẽ, vt ſuperius præmittitur In huiuſmodi cauſam decretã & cõceſſam Iuxta & ſecundum ſupradictam nobis factam & præſentatam commiſſionem vim formam continentiam & tenorem quo ad dictã ſummam mille quadringentis octuaginta librarum & expenſis de quibus in ſupradicto mãdato executiuo in huiuſmodi cauſa decreto moderãdum duximus, ac per præſentes moderamur has noſtras literas deſuper decernendas & concernendas præſente ad hoc ſupradicto domino Laurentio Maria de Arcellis dictam moderationẽ Inhibitionem per nos factam non acceptandam nec in ea conſentiendam. Quæ omnia & ſingula &c. In quorum &c.

Repreſaliæ.

IACOBVS Puteus Iuris vtriuſque Doctor Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ Capellanus & ipſius Sacri palatij Apoſtolici cauſarum auditor cauſæque &, cauſis ac partibus Infraſcriptis Iudex & executor ad Infraſcripta ſpecialiter deputatus. Vniuerſis & ſingulis

prouinciæ

prouinciæ Campaniæ ac quarumcunq; prouinciarũ Ciuitatũ terrarũ & locorũ gubernatoribus Locatenentib. Potestatibus Iudicibus officialibus necnon Barisellis Marescallis executoribus & subexecutoribus & cæterisq; Iustitiæ ministris ad quos spectat de quibus præsentes nostræ literæ præsentatæ fuerint Salutẽ in domino & nostris huiusmodi Inmoueritis apostolicis firmiter obedire mãdatis. Noueritis quidem alias vertente lite & causa &c. fiat Narratiua litis. Post quarumquidem Commissionum præsentationem & receptionem nobis & per nos vt præmittitur factas ad diuersas Controuersijs & quæstionib. inter partes prædictas habitis & factis posteri vero cõsyderãtes quod dictus Illustris vicedux auribus obduratis Literas censuras, & mandata executiua exequi non curauit in maximum dicti domini Iohannis de Pileo principalis damnnm, & præiudicium & mandatorum apostolicorum non modicum spretũ volentes (vt par est) quod præfatus dominus Iohãnes de Pileo suum consequi valeat effectum & mandatis apostolicis debita præstetur obedientia prouidere, represalias prædictas executioni demandare ac de nouo relaxando duximus prout per præsentes relaxamus. Idcirco vobis omnibus & singulis supradictis & cuilibet vestrum auctoritate apostolica nobis commissa & qua fungimur in hac parte harum seriein virtute sanctæ obedientiæ & sub excommunicationis pœna præcipimus & mandamus quatenus visis & receptis præsentibus represalias vt præfertur per dictum Reuerendum dñm Campaniæ legatum & per nos relaxatas si & postquam pro parte præfati domini Iohannis de Pileo fueritis requisiti seu aliquis vestrum fuerit requisitus contrahatis omnes & singulos subditos Iurisdictionis Tagliacotii & eiusdem status & alios quoscunq; Illustris domini Ascanij Columna ac illorum res & bona & animalia exequentes & exequamini illos & illa detinendo Capiendo arrestando incarcerando & non relaxando donec & quousq; dictus dominus Ioannes de Pileo dicto domino Dominico principali de dicta summa Mille & quingentorum octo ducatorum de carlinis & carlenos quinq; Monetæ Regni vna cum expensis per nos taxatis & moderatis videlicet nonaginta ducatorum auri de Camera necnon scutorum sex pro expensis præsentium literarum represaliarum satisfactum aut alias secum amicabiliter concordatum fuerit, contrariis non obstantibus quibuscunq;. Absolutionem vero omnium & singulorum qui præfatas nostras excommunicationis sententias aut earum aliquam Incurrerint siue Incurrerit quoquomodo nobis vel superiori nostro tantummodo reseruamus. In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium præmissorum præsentes literas siue præsens publicum Instrumentum huiusmodi nostras literas represalias in se continentes siue continens exinde fieri & per notarium publicum nostrumq; & huiusmodi causæ coram nobis scribam Infrascriptum subscribi & publicari mandauimus, Sigilliq; nostri iussimus & fecimus appensione communiri. Datum & actum Romæ &c.

Mandatum Executiuum Loco executorialium in Curia.

REVERENDISSIMO ac reuerendis in Christo patribus &c. vel ad quos præsentes nostræ literæ peruenerint Iacobus Puteus &c. vide executoriales in curia Noueritis quod nuper Sanctissimus quandam commissionis nobis per certũ cursorem huiusmodi sub tenore. Dignetur &c. Cuiusquidem commissionis per nos & corã nobis in causa & causis huiusmodi & inter partes In eadem præinserta cõmissione contentas, seu verius earum legitimos procuratores aliquo inchoato processu dein in ea & eis rite & legitime producendam nostram in scriptis tulimus & promulgamus sententiam huiusmodi sub tenore. Christi nomine Inuocato

cato &c. quæ quidem diffinitiua sentẽtia, postquam nulla prouocatione suspensa, in rem transiuit Iudicatam. Idem prælibatus dominus noster Papa quãdam aliam commissionis, siue supplicationis dependentis papyri cedulam nobis similiter per certum suum cursorem præsentari fecit, quam nos cum simili qua decuit reuerentia recepimus, huiusmodi sub tenore. Beatissime pater &c. Post Cuiusquidem commissionis, siue supplicationis dependentis papyri cedulam præsentationem, & receptionẽ, nobis, & per nos ad venerabilis domini Guidoni de Arena principalis In præinsertis commissionibus & sententia principaliter nominati, Instañ. prouidum virum magistrum Laurentium de Gãbara in Romana curia causarum, & honorabilis domini Nicolai de Morellis de Fabriano, ex aduerso principalis, in eidẽ præinsertis cõmissionib. & sñtia exaduerso principaliter nominati procuratorem, prout de ipsius procurationis mandato in actis causæ huiusmodi legittimis dignoscitur constare documentis, ad dicendum, & excipiendum quicquid verbo, vel in scriptis, contra vltimo præinsertam cõmissionem dicere, siue excipere volebat necnon ad videndum, & audiendum omnes & singulas expensas pro parte dicti domini Guidoni de Arena principalis in deductione, & prosecutione litis, & causæ huiusmodi, quomodolibet factas: in quibus præfatus Nicolaus de Morellis exaduerso principalis, per insertam sententiam sententialiter condemnatus existit, taxari, & moderari, summamq; præinsertam, & expensarum taxationem huiusmodi exequi, & executioni debitæ demandari, literasq; siue processus executoriales, & seu loco illarum, mandatũ executiuum desuper necessarium, & opportunum In forma solita, & cõsueta decerni, & concedi, vel diceñ. &c. & allegañ. per vnũ ex dictis cursoribus citari mandamus & fecimus ad certum competentem peremptorium terminum, videlicet ad diem & horam Infrascriptos, quibus aduenientibus comparuit in Iudicio legittime coram nobis prædictus dominus Guido de Arena principalis circa &c. & domini Laurentij de Gambara exaduerso procurator non comparentis cõtumaciam accusauit, Ipsumq; contumacem reputari, & in eius contumaciam omnes, & singulas expensas, prout infrascripta executorialiũ, eosq; mãdamus quis statim visis & receptis præsentibus & postquam pro parte prædicti domini Guidonis de Arena principalis super hoc vigore præsenti fuerit requisitus, seu alter vestrum fuerit requisitus, contra prædictum Nicolaum de Morellis exaduerso principalem auctoritate apostolica prædicta, per captionem, Inuasionem, Incarcerationem, & licite Ipsum Nicolaum de Morellis exaduerso principalem Ita & taliter compellatis potenter etiam manifesti, absq; tamen graui læsionis corporis eiusdem, nec & quoq; idem Nicolaus de Morellis possessionem perpetuæ Capellaniæ In præsepio prædictæ cum omnibus Iuribus, & pertinentijs suis prædicto Guidoni de Arena principali vel procuratori suo pro eo, & eius nomine vacuam, liberam, & expeditam dimiserit, necnon de fructibus ex dicta perpetua Capellanias a die motæ litis per eũ citra perceptis, ad ducatorũ summis, auctoritate & dictis eisdem dño Guidoni de Arena principali, vel procuratori pro eo Integre satisfecerit. Vosq; aliud a nobis desuper receperitis in manibus, necnõ eũdem dñm Guidonem de Arena principalẽ, seu procuratorẽ pdictum p eo, & eius nomine, In & ad corporalem, realem, & actualem possessionem perpetuæ Capellaniæ prædictæ, Iuriumq; & pertinentiarum omnium eiusdem ponaris, ac poni, & Induci faciatis, Inductumq; defendatis, amoto exinde dicto Nicolao de Morellis ex aduerso principali, ac Intrusis, & Intrudeñ. quos nos ẽt, & eorũ quẽlibet, in quantum possimus, amonemus, & per præsentes denuntiamus amotos, sibiq; de ipsius perpetuæ Capellaniæ fructibus, redditibus, & prouentibus, vniuersis, plenarie, & integre respondeatis, & faciatis, quãtum in vobis est, vel fuerit, ab alijs responderi, super quib. omnibus & singulis vobis & vestrum cuilibet, licentiam, & liberam concedimus facultatem. Quod si forte vos executores in Curia & in hominibus. Attende ad tenorem sententiæ.

Mandatum de Intimando literas executoriales per edictum alias simpliciter decretum.

VNIVERSIS & singulis Christifidelibus, & præsertim Italicæ Nationis, Iacobus Puteus vtriusq; &c. obedire mandatis. Noueritis quod orta dudum lite & causa in Romana curia corā diuersis sacri palatii apostolici causarum Auditoribus, inter honorabilem virū dominum Didacum de Vesca clericum Onceteñ. diocoesis, ex vna, & quendā Alfonsum Roderici de Camarena assertum clericum aduersarium intrusum, de, & super canonicatu, & præbenda ecclesiæ Placeñ. quos quondam. N. dum viueret obtinebat, dictus Didacus per tres diffinitiuas sententias in Rotæ Auditorio iustitia mediante, reportauerat, literis executorialibus postmodum specialis commissionis nobis præsentatæ, quæ hic causa breuitatis inseri omisimus, vigore ꝑ nos decreti, prout in eisdem latius continetur, & ad plures etiam alios actus processis, subsequenter idem dominus noster Papa quandam aliam commissionis, siue supplicationis cedulam præsentari fecit huiusmodi sub tenore. Beatissime pater &c. Post cuiusquidem commissionis, nobis, & per nos, vt præmittitur, facti ꝑducti primitus, & exhibitis pro parte honorabilis viri domini Didaci de Vesca principalis in preinserta commissione principaliter nominati, nonnullis testibus fidedignis ad informandum animum nostrum, de, & super eo, quod eidem Dño Didaco principali, seu alicui alteri eius nomine, ad quendā Alfonsum Roderici de Camarena exaduerso principalē, in eadē præinserta cōmissione principaliter descriptū, prænarrata, nostris literis executorialib. in eius propria persona exequeñ. tutus non pateat accessus, ipsisq; testibus de mādato nostro receptis, admissis, & in forma iuris iuratis, eorūq; dicta, & depositiones in scriptis fideliter redactis tādem nos ad ꝑuidi viri dñi Ioan. de Castro in Romana curia causarum, & supradicti dñi Didaci de Vesca principalis procuratoris instañ. prouidum virū Magistrum. N. In Romana curia etiam causarum, & dicti domini Alfonsi Roderici de Camarena exaduerso principalis procuratorem, ꝑut de ipsorum hinc inde procuratorum procurationum mandatis nobis legittimis constat documentis, ad dicendum, & excipiendum quicquid, verbo, vel in scriptis contra præinsertam commissionem factam, & præsentatam dicere, siue excipere volebat, necnō ad videndum, & audiendum supradictas literas executoriales, vt præfertur, pro parte eiusdem domini Didaci de Vesca decretas contra præfatū dominum Alfonsum exaduerso principalem per edictum publicum intimari, mandari, literasq;, siue mandatum desuper opportunum, iuxta dictæ præinsertæ cōmissionis vim, formam, & tenorem, in forma solita, & consueta decerni & concedi vel dici eñ. &c. allegandum per vnum ex dictis cursorib. citari mandauimus, & fecimus ad certum peremptorium terminum competeñ. videlicet, ad diem & horam infrascriptos, quibus quidem die & hora aduenieñ comparuit in iudicio legitime coram nobis dictus Magister Ioannes de Castro procurator prædictus, & nomines quo supra procuratorio, Et dicti magistri Ioannis exaduerso ꝑcuratoris non comparentis, contumaciam accusauit, ipsosq; contumaces reputari & in eorum cōtumaciam supradictas nostras literas executoriales supranominato exaduerso principali per edictum publicum intimari mandari, literasq;, siue mandatum desuper opportunū, iuxta dictæ præinsertæ cōmissionis vim, formam, & tenorē decerni, & cōcedi per nos debita cū instañ. postulauit. Nos igitur Iacob⁹ Puteus Auditor præfatus, dictū magistrum. N. exaduerso ꝑcuratorem non cōparētem, reputauimus, nō immerito, prout erat, iustitia suadente, cōtumacē, & in eius contumaciam attendeñ. postulationem huiusmodi fore iustam & rationi cōsonam, volentes inter partes prædictas æqualitatem seruare, ac ipsis, dante Domino, iustitiam ministrare, vt tenemur, & quia per prædictorum testium detractionem,

eorum

eorumq; dicta & positiones repetiinus dicto, N. principali & alicui alteri eius nomine ad dictam dominam N. exaduerso principalem prænarratis nostris literis executorialibus in eius propria persona exequendas & intimandas tutum non patere accessum, idcirco auctoritate apostolica nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, prænarratas nostras literas executoriales contra prædictum Alfonsum exaduerso principalem exequendum, & executioni debitæ demādandum, literasq;, siue mādatum huiusmodi ad eos per edictum publicum exequendum, & intimandum, iuxta præinsertæ cōmissionis vim, formam, & tenorem decernendum, duximus, & concedendum, prout decernimus, atq; concedimus per præsentes &c. Quæ omnia &c.

Instrumentum seu mandatum de manutenendo in possessione.

IACOBVS Puteus exaduerso deputatus &c. Vtriusq; &c. Vniuersis &c. Noueritis &c. huiusmodi sub tenore &c. Præsentata 12. Augusti. Cuiusquidem commissionis vigore per nos & coram &c. Processo tandem nos ad prouidum virum magistrum Thomam Fort in Romana curia causarum & R. P. D. Episcopi Millenitañ. principalis pcuratorem ad dicendum, & excipiendum, quicquid verbo, vel in scriptis, contra præinsertam præsentatam commissionem depeñ. dicendum, siue excipiendum volebat, necnon ad videndum, & audiendum supradictum dominum Antonium Corogna principalem prædictum in possessione dictæ iurisdictis, in qua existit, & in qua sententia, per R. P. D. Ioannem Paulum Tholomeum lata mandat restitui, manutenere, & defendere, mandatumq;, siue literas desuper necessarias, & opportunas, iuxta & secundum dictæ commissionis vim, formam, continentiam, & tenorem decerni, & concedi, vel dicendum, & causam &c. Allegandum per vnum ex domini nostri Papæ cursoribus citari mandauimus & fecimus ad certū &c. videlicet ad diem, & horam infrascriptos, quibusquidē die & hora aduenientibus comparuit legittime coram nobis prouidus vir dominus Andreas de Candia in Romana curia cārum, & honorabilis viri domini Antonii Corogna principalis procurator, prout de ipsorum hinc inde procuratorum &c. nobis legittimis, cōstat documentis, & dicti magistri Thomæ Fort exaduerso pcuratoris nō cōparentis contumatiam accusauit ipsumq; contumacem reputari, & in eius cōtumaciam mandatum de manutenendo in dicta possessione in qua dictus Antonius existit, & in qua sententia per R. P. D. Ioan. Paulum, Andream pfatum mādat restitui, decerni, & cōcedi per nos debita cū instātia postulauit. Nos igitur Iacobus Puteus Auditor præfatus attendeñ. requisitionē hmōi fore iustam, & rationi consonam, quodq; iusta peteñ. non est denegañ. assensus volensq; dictā nobis factam, & præsentatam commissionem ad effectum debitum perducere vt tenemur, idcirco, auctoritate apostolica nobis commissa, & qua fungimur in hac parte præfatum dominum Antonium principalem in possessionem dictæ iurisdictionis & præeminen. quatenus in ea existit, manutenemus, & manuteneri mandamus, has nostras literas desuper decernendas opportunas. Quæ omnia, & singula, vobis omnibus, & singulis supradictis intimamus, insinuamus, & notificamus, & ad vestrum & cuilibet vestrum notitiam deducimus, & deduci volumus per præsentes, vosq; & vestrū quemlibet requirimus, & monemus, primo, secundo, & tertio, & peremptorio, vobisque & vestrum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis, & aliis censuris, & sententiis, ecclesiasticis pœnis, quas in vos, & vestrum quemlibet, si ea quæ vobis in hac parte committimus, & mandamus, neglexeritis, seu distuleritis, contumaciter adimplere, Canonica monitione præmissa, ferimus in his scriptis, districte præcipiendo mandamus, alias infra sex dierum spatium, post præsenta-

tionem,seu notificationem pñtium,vobis seu alteri vestrũm,factas,& postquam pro parte dicti domini Antonij principalis vigore præsentium fueritis requisiti seu alter vestrũ fuerit requisitus,Immediate sequeñ. quorũ sex dierum duos p primo,duos pro secundo,& reliquos duos dies pro tertio & peremptorio termino,ac monitione canonica assignamus , Ita tamen quod in his exequeñ. vnius vestrum alterum non expectet nec vnus pro alio,seu per alium se excuset.acceden.propterea quo fuerit acceden. eundem dominum Antonium principalẽ in possessionem dictarum præemineñ,& Iurisdictionis sub sententijs,censuris , & pœnis,manuteneatis & defendatis,ac manuteneri & defendere faciatis quã nos etiam in simili possessione manutenemus & defendimus ac manuteneri & defendi mandamus per præsentes has nostras literas desuper decerneñ. opportunas.Quæ omnia &c. Absolutionem vero &c. In quouis &c.

Executio extra locum remissoriæ quoad testes Impediti & senio confecti.

IACOBVS Puteus &c. deputatus &c. Venerabilibus viris dominis Iohanni de Scolastico ac licentiato Martino Alfonsi del Bozo,& Ioan.de Castro,necnon domino Didaco Ferdinandi Iudicibus & commissariis &c. Salutem &c.Obedire mandatis. Noueritis quod orta lite,& causa primitus coram bonæ memoriæ Ioan . clerici Episcopo Maceraten.tunc palatij apostolici causarum locumteneñ. Inter Illustrissimum dominum Ioannem Tollemgiron comitem de Vrena ex vna , & Reuerendissimum dominum Archiepiscopum,decanum,canonicos, & capitulum ecclesiæ Ispalen.dc,& super nonnullis decimis in actis specificatis,rebusq; aliis &c.& illorũ occasione In prima vertabatur Instañ . partibus , ex altera per eundem bonæ memoriæ Episcopum Maceraten. lata in causa & causa huiusmodi,& inter seruatis etiam seruandis diffinitiua sententia.In dictorum Archiepiscopi, Decani, canonicorum,& capituli fauorem,literisq; executorialibus desuper in forma solita decretis,a quibus omnibus, & singulis fuit pro parte dicti domini Ioannis Tollemgiron appellato apostolisq; petitis,& obtentis, Idem dominus noster Papa causam appellationis huiusmodi committens , quandam commissionis , siue supplicationis cedulam nobis præsentari fecit, quam hic ad vitandum prolixitatẽ Inseri omissimus obmissionis cuius prætextu literis remissorialibus per nos desuper decretis,& vobis directis,prout in eisdem latius continetur, & Interim Idem dominus noster Papa quandam aliam commissionis &c . huiusmodi sub tenore. Beatissime pater &c.Cuiusquidem commissionis vigore,per nos,& coram nobis ad nullos actus Iudiciales citra tamen causæ conclusionem,etiam rite processo,subsequenter vero nos ad Illustrissimi domini Ioannis comitis Tollemgiron de Vrena principalis in præmissa nobis facta & præsentata cõmissione principaliter nominati principalis,Instañ.prouidum virum Magistrum Andream Roderici exaduerso procuratorem & Reuerendissimi Archiepiscopi, decani, canonicorum & capituli ecclesiæ Ispalen . principalium in eadem nobis facta & præsentata commissione principaliter descripti procuratorem , ad dicendum,& excipiendum quicquid verbo vel in scriptis contra supradictam nobis factam,& præsentatam commissionem dicere , siue excipere volebat, necnon ad videndum, & audiendum vobis Iudicibus, & commissariis præfatis ad executioñ. remissoriæ per nos, vt præfertur , decretæ mandari procedi , Iuxta , & secundum præinsertæ nobis factæ & præsentatæ commissionis vim,formam, continentiam, ac tenorem,dictæ commissionis , vel dicendum & causam allegañ. per vnum &c.quibus aduenieñ. comparuit &c.prouidus vir magister Carolus.N.in Romana curia causarum & prædicti dñi Ioann . Comitis de Vrena principalis procurator,put de ipsorum hincide procuratorum pcurationis mandati

dati apud acta causæ hmōi legittimis cōstat documentis, & dicti magistri Andreæ exaduerso procuratoris nō cōparentis, cōtumatiā accusauit, Ipsumq; &c. reputari, & in eius contumaciam vobis dominis iudicibus, & commissarijs prædictis committi, quatenus vos ad omnia loca inquibus testes impediti senio confecti, & alias valetudinarij super dicta remissoria & illius probationis inducendum degunt, & morantur vos conferri, & ab illis iuramentum, & perhibendum in huiusmodi causa testimonium veritati, necnon super huiusmodi negotio executionis remissorie committi, per nos debita cum instañ. postulauit. Nos tunc Iacobus Auditor dictum magistrum Andream Roderici exaduerso procuratorem &c. contumacem, & in eius contumaciam attendeñ. &c. volentesque dictam præinsertam nobis factam, & præsentatam commissionem, & inter partes &c. vt tenemur. idcirco auctoritate &c. In hac parte vobis dominis iudicibus, & commissariis, electis, & per nos deputatis, committimus, & mandamus, quatenus ad loca in quibus præfati testes impediti, senio confecti, & alias valetudinarij degunt & morantur vos conferatis, & inibi illos ad iurandum de perhibeñ. in huiusmodi causa testimonium veritati admittatis, & fideliter examinatis, aut per notarium, seu per notarios per vos deputañ. sed deputandos receptionem iuramentorum & depositiones eorundem testium impeditorū iuxta & secundum præinsertæ commissionis nobis factæ contineñ & tenorem commisimus & mandauimus, prout per præsentes has nostras literas. Quæ Omnia desuper decerneñ. opportunas &c. vt in præcedeñ. instrumento habito respectu ad materiam &c.

Executoriales quando Repetuntur testes examinati in decreto, Citatioñ. super non tuto accessu.

GLORIOSISSIMO &c. Iacobus Puteus. Noueritis quod nuper Sanctissimus dñs noster Paulus diuina prouidentia Papa Tertius quādam cōmissionis, siue supplicationis papyri cedulam bonæ memoriæ Marco Antonio Mariscotto, dum vixit, coauditori nostro, & in locum Reuerendissimi domini Marcelli de Crescētijs alias palatij apostolici causarum locumteneñ. propter ipsius ad Cardinalatus honorem assumptionem surrogato, per vnum &c. huiusmodi sub tenore. Beatissime Pater &c. Cuiusquidem commissionis vigore in causa, & causis huiusmodi, & inter parte in eadem contentas seu verius earum legitimos Procuratores per eundem bonæ memoriæ Marcum Antonium coauditorem nostrum aliquo infrascripto processu & demum eodem ab humanis exemplo causaque & causis huiusmodi per R. D. P. Ioannem Paulum Tholomeum coauditorem nostrum, & in locum tam dicti Reuerendissimi domini Marcelli, quam etiam bonæ memoriæ Marci Antonij surrogatum, rite & legittime reassumptis idemq; R. P. D. Ioannes Paulus in causa & causis eisdem ad vlteriora procedentis ser uatis seruandis ac cognitis huiusmodi causæ meritis suam in scriptis tulit, & promulgauit sententiam diffinitiuam huiusmodi sub tenore. Christi nomine inuocato &c. a quaquidem diffinitiua sententia pro parte domini Sancij Saez exaduerso principalis prædicti appellato, apostolisq; petitis, & reuerentialibus obtentis idē plibatus dominus noster Papa quādam cōmissionis &c. cedulā R. P. D. Prospero de sancta Cruce coauditori nostro & locū. R. P. D. Fabii Acorōboni etiam coauditoris nostri propter tempus a Ro. curia absentiā surrogato, per vnū ex suis cursorib. pńtari fecit, hmōi sub tenore &c. Dignetur Sanctitatis vestræ &c. commissionis hmōi ptextu per eundem R. P. D. Prosperū coauditorem, & surrogatū in causa & causis huiusmodi, in eisdē statu, & terminis, & inter partes

dictas aliquo inchoato processu & demum R.P.D.Fabio Acorambono ad curiam reuerso idem R.P.D.Fabius causam & causas huiusmodi in eisdem statu & terminis in quibus reperiebantur,resumpsit,ac in ea,& eis,ac inter partes prædictas seu verius earum legittimos procuratores,rite & legittime procedendum suam in scriptis tulit & promulgauit sententiam,tenoris infrascripti. Christi nomine inuocato &c. A qua similiter appellato, apostolisque petitis, & reuerentialibus obtentis idem prælibatus dominus noster Papa quandam commissionis, siue supplicationis papyri cedulam nobis &c. Dignetur &c. In forma vsque ad contumationem &c. Post cuiusquidem &c. & in eius contumatiam primitus coram nobis per eundem Ioannem Martini principalem nonnullis testibus fidedignis,alias de & super nō tuto accessu ipsius domini Ioannis Martini principalis ad dictum Sancium Saez exaduerso principalem pro literis citatoriis & inhibitoriis in principio causæ huiusmodi per prædictum per bonæ memoriæ Marcum Antonium coauditorem decretis, admissis, & in forma iuris iuratis,in eius præsentia,seu persona, exequeñ. & publicandas, pro præsentibus nostris litteris siue processibus executorialibus, vt supra, personaliter intimandis, & exequendis repetitis & nihilominus attendendum requisitionem huiusmodi fore iustam &c.

Liquidatio fructuum tempore uacañ. absque insertione cedulæ liquidationis.

IACOBVS PVTEVS &c. Vniuersis &c. & singulis abbatib. ac &c. Noueritis qd nuper Sanctissimus in Christo pater & dominus noster dominus Paulus diuina puidētia Papa Tertius quādam cōmissionis, siue supplicationis papyri cedulā Reuerendissimo dño Marcello Crescentio tunc electo Marsiaň. ac vnus ex R.P.D.sacri palatii apostolici causarum Auditoribus locumteneñ. Nunc Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali,per certum suum cursorem præsentari fecit, huiusmodi sub tenore. Beatissime pater &c.Cuiusquidem cōmissionis vigore, tam per prædictum Reuerendissimum dominum Marcellum Cardinalem,quā diuersos eiusdem palatii apostol.causarum coauditores,& vltimo per nos,inter partes præinserta commissione contentas,seu verius earum legittimos procuratores,de,& super spoliis parochialis ecclesiæ Sancti Petri de Lordemanos,in eadem præinserta cōmissione specificatæ,rebusq; aliis in actis causæ,& causarum huiusmodi latius deductis,& illorū occasione partib. ex altera, tam præinsertæ quam illarum diuersarū commissioñ.desuper pñtarum vigore, rite & legittime processo,litiq; & causæ huiusmodi pro parte venerabilis domini Petri Matthei exaduerso principalis in eadē præinserta commissione exaduerso principaliter nominati pcesso,randē nos in causæ & causis huiusmodi,& inter partes prædictas rite & legitime procedeñ.seruatis seruandis, nostram in scriptis tulimus & promulgamus sentētiam diffinitiuam huiusmodi sub tenore. Christi nomine inuocato &c.quæ quidem sententia diffinitiua postquam nulla prouocatio suspeñ.in rem transiuit iudicatam,literis executorialib. certæ nobis desuper commissionis præsentatæ vigore decretis, & successiue eodem Petro Mattheo exaduerso principali dictarum literarum executorialium non paritionem sententias,censuras,& pœnas,in eisdem literis executorialibus contentas, incidisse, & incurrisse, delegato, aggrauato, reaggrauato, interdicto quæ & demum contra eundem teatis sic conueuientibus termini expectatis ad inuocatienem auxilii brachii secularis inclusiue processo, Tandem nos ad venerabilis domini Andreæ Diaz priancipalis in præinsertis commissioñ. & sententia principaliter

cipaliter nominati instañ. præfatū Petrum exaduersò principalem, Omnesq; alios,& singulos sua communiter vel diuisim interesse putañ. ad videndum & audiendum omnes & singulos fructus, redditus, & prouentus, in quibus ipse Petrus Matthei exaduerso principalis per præinsertam sententiam sententialiter condemnatus existit, liquidari, literasque desuper necessarias, & opportunas in forma solita, & consueta decerni, & concedi, vel ad dicendum & allegandum per edictum publicum valuis seu portis Cancellariæ Apostolicæ ac aciei Campi Floræ cum propter vacationes, siue ferias generales iam indictas huiusmodi citatio in audientia literarum contradictarum Domini Nostri Papæ legi non potuit, citari mandamus & fecimus ad certum peremptorium terminum competentem, videlicet ad diem & horam infrascriptos, quibus adueniētibus comparuit legittime coram nobis præfatus dominus Andreas Diaz principalis citra &c.& citatorum prædictorum in quadam citationis edictl papyri cedula a nobis emanata de nostriq; voluntate pariter,& mādato in locis prædictis affixa,& publicata,& per nostriq; sigilli impressionē munita aliaq; debite executioni demandanda coram nobis facto realiter & in scriptis exhibita contentorum non compareñ. contumaciam accusauit ipsosque contumaces reputari, & in eorum contumaciam omnes & singulos fructus, redditus, & prouentus ex parochiali huiusmodi perceptos. In quibus prædictus Petrus Matthei exaduerso principalis, per præinsertam sententiam sententialiter condemnatus, existit, liquidare, literasque desuper necessaria, &c. & concedi, per nos debita cum instañ. postulauit. Nos tunc Iacobus Puteus auditor præfatus dictos citatos non comparentes, reputauimus, iustitia suadente, contumaces,& in eorum contumaciam attendeñ. Postulationem huiusmodi fore iustam, & rationi consonam, ad præfati domini Andreæ Diaz principalis instañ. omnes & singulos fructus, redditus,& prouentus prædictos,& ducatos largos auri in auro centum nonaginta duos, vel triginta duos pro quolibet anno, iuxta & secūdum dictæ præinsertæ sententiæ formā, continentiā,& tenorē pñtium liquidandos & liquidauimus,ac tenore pñtium liquidamus per pñtes, has nostras literas desuper decernendas & concedendas Quæ omnia & singula &c. In quorum omnium &c.

Subdelegatio in uim Commissionis.

POST Cuiusquidem commissionis siue supplicationis cedula præsentationem,& receptionē, nobis,& per nos, vt præmittitur, factas. Nos ad honorabilis viri domini Nicolai Caniellas in Romana curia causarum & honorabilis viri domini Francisci Ranis principalis procuratoris, honorabilem etiam virum dominum Andream Rondaninum in eadem Curia causarum & honestæ mulieris dominæ Franciscæ Cariello exaduerso principalis procuratorem ad videndum, & audiendum delegationem, seu subdelegationē iuxta dictæ commissionis formam,& tenorem, per nos fieri & decerni, vel dicendi, & causam rationabilem, quare præmissa fieri non debebant, allegandum, per vnum ex domini nostri Papæ Cursoribus citari mandauimus & fecimus ad certum peremptorium terminum competentem, videlicet ad diem & horam infrascriptos, quibus quidem die, & hora aduenientibus, comparuit legittime coram nobis prouidus vir Magister Nicolaus Caniellas procurator prædictus, de quorum procuratorū procurationum mandatis, in actis causæ huiusmodi, legittimis constat documentis, & dicti domini Andreæ Rondanini exaduerso procuratoris, non comparentis, contumatiam accusauit, ipsumque contumacem reputare,& in eius contumaciam, vos Reuerendissimum dominū Archiepiscopum Callaritañ. seu vestrum vicarium ad prænarrata in dicta commissione exequendum, iuxta,& secundum dictæ commissionis vim, formam, continentiam,& tenorem, in forma solita,& consueta subdelegari, vosq;, vt præfertur, seu vestrum vicariū, deputari, literasq; subdelegatorias desuper necessarias

& opportunas, in forma solita, & consueta decem, & concedi per nos instanter postulauit. Nos tunc Federicus Fantucius Auditor præfatus, dictam magistrũ Andream Rondininum, procuratorem, comparentem, reputauimus, merito contumacem, & in eius contumaciam, vos Reuerendissimum dominum Archiepiscopum Callaritañ. seu vestrum vicarium coram quo, seu alterum vestrum, testes de quibus in præinserta commissione fit mentio, & pro parte domini Francisci Ranis principalis coram vobis induceñ. examinati debeatis, iuxta dictæ commissionis vim, formam, & tenorem, subdelegandum duximus, & deputandum, subdelegamusq; & deputamus, per præsentes, vicesque nostra super præmissis, donec eas ad nos duxerimus reuocandas, concedimus, literasque subdelegatorias, & deputatorias huiusmodi desuper necessarias, & opportunas, in forma solita, & consueta decernendum, & concedendum. Quæ omnia, & singula præmissa vobis Reuerendissimo domino Archiepiscopo, seu vestro Vicario, per nos subdelegato, intimamus, insinuamus, & notificamus, ac ad vestram, & cuiuslibet vestrum notitiam deducimus, & monemus, Primo, secundo, tertio, & peremptorio, vobisque, & vestrum cuilibet, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub interdicti ingressus ecclesiæ, ac excommunicationis, respectiue pœna quam in vos, & vestrum quemlibet, prima canonica monitione præmissa ferimus in his scriptis, si ea, quæ vobis, in hac parte committimus, & mandamus neglexeritis, seu distuleritis contumaciter adimplere, districtæ præcipiendo mandantes, quatenus infra sex dierum spatium, post præsentationem, seu notificationem præsentium, vobis factas, & postquam pro parte supradicti domini Francisci Ranis principalis, super hoc, vigore præsentium, fueritis requisiti, immediate sequentibus, quorum sex dierum duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies pro tertio, & peremptorio termino, ac monitione Canonica assignamus, omnes, & singulos testes, de quibus in præinserta commissione fit mentio, & quos pro parte dicti Domini Francisci principalis, coram vobis producti contingerit, infra aliquem certum peremptorium terminum competentem, per vos, seu alterum vestrum, statuendum, præfigiendum, & assignandum singulis diebus Lunæ, Mercurij & Veneris eiusdem temporis præfixi horis tertiarum, vel vesperorum, de, & super positionibus, & articulis, coram vobis, pro parte dicti domini Francisci Ranis principalis, dandis, & producendis, cum vos, seu alterum vestrum in loco per vos singulariter, ad hæc deputañ. pro tribunali sedere contigerit, prudenter, & fideliter recipere, & testes ipsos, medijs eorum iuramentis, iuxta, & secundum interrogatoria, coram vobis forsam pro parte dictæ dominæ Franciscæ exaduerso principalis, exhibenda, alioquin iuxta prudentiam vestram, vobis a domino collatam, & concessam, diligenter examinetis, aut per notarium publicum, qui de legalitate, & fidelitate sua, corporali coram vobis, & in manibus vestris, præstet iuramentum, diligenter examinari, testiumq; dicta, & depositiones fideliter in scriptis redigi faciatis, illisque redactis, vna cum positione, & articulis supraseriptis, ac literis, scripturis, iuribus, & munimentis, siue ipsorum verionbus transumptis sub sigillis vestris inclusis, ad vestram, vel forsam interim loco nostri, subrogandi Auditoris, præsentiam, ad dictam Romanam curiam quantocitius poteritis, cum fideli nuncio ad hæc in manibus vestris iurato transmittatis, significañ. nobis, aut surrogando Auditori præfato, per vestras pateñ. literas, aut instrumentum publicum, harum seriem, seu designationem in se cõtinentes, remissis præsentibus, quantocitius poteritis, fideliter exequi curetis. Absolutionem vero omnium, & singulorum, qui præfatas nostras sententias aut quomodo nobis, vel superiori nostro tantummodo reseruamus. In quorum &c.

Subdelegatio extra Remissoriam Absoluen. testes admitti &c.

IACOBVS &c. deputatus, venerabilibus, & circumspectis viris dominis Priori collegiatæ ecclesiæ sancti Hippoliti, & eius defectu, recusatione, vel absen. ministro Sanctæ Trinitatis pro parte Solani & Ferdinandi mouerunt prouisori, & in eius defectu recusatione, vel absentia priori Sancti Benedicti de Porcuna ordinis de Calatraua Corduben. pro parte Gabrielis de Gheuara iudicibus, & commissarijs Salutem in domino, & præsentibus fidem indubiam adhibere, & in commissionis diligenter facere, nostrisque huiusmodi, immo verius Apostolicis firmiter obedire mandatis. Noueritis quod nuper Sanctissimus &c. Iulius &c. huiusmodi sub tenore, Beatissime Pater &c. Præsentata 2. Septembris. &c. Post Cuiusquidem commissionis, siue supplicationis cedulæ præsentation. reception. nobis, & per nos, vt præmittitur, factam. Nos ad honorabilis viri domini Ioannis Solani principalis in præinserta nobis facta, & præsentata commissione principaliter nominati, instantiam honorabilem virum dominum Andream Vela in Romana curia causarum & honorabilis viri domini Gabrielis de Gheuara principalis procuratorem ad excipiendum, & exequendum, quicquid verbo vel in scriptis contra supradictam nobis factam, & præsentatam commissionem, facere, siue excipere volebat, necnon ad videndum, & audiendum, vobis dominis iudicibus, & commissarijs prædictis vices nostras quo ad in præinserta commissione narrata, & contenta, iuxta præinsertæ commissionis vim, formam, & tenorem, subdelegare, vel dicendum, & causam, si quam habebat rationabilem, quare præmissa fieri non debebant, allegandi, per vnum ex Sanctissimi Domini nostri Papæ cursoribus citari mandauimus, & fecimus ad certum peremptorium terminum competentem, videlicet ad diem, & horam infrascriptis, quibus quidem die, & hora aduenientib. constitutus legittime coram nobis honorabilis, & prouidis vir magistri Ferdinandus Carsiæ in eadem curia causarum, & supradicti honorabilis viri domini Ioan. Solano principalis procurator, prout de ipsorum procuratorum procurationis mandatum, apud acta causæ huiusmodi, legittimis constat documentis, & dicti domini Andreæ exaduerso procuratoris, non comparentem, contumaciam accusauit, ipsumque contumacem reputari, & in eius contumaciam vobis dominis iudicibus, & commissariis, per nos, vt offertur, pro exequutione remissorie deputatis cuilibet vestrum, quatenus Absolution. quorumcunque testium pro parte Ioannis Solani inducen. a quibuscunque sententijs, censuris, & pœnis, a iure, vel ab homine, etiam apostolica auctoritate latæ, & in flictæ ad cautellam, ad effectum iuramenti, & examinis in huiusmodi causa fien. vobis committi, necnon dominum Gabrielem de Gheuara ab positionibus & articulis pro parte ipsius Solani datis, & transmissis, Et coram vobis dandis, medio eius iuramentis iuramento per verbum credit vel non credit, sufficienter respondendi. ac facultatem & auctoritatem position. & articulos seu materias articulatas coram vobis in partibus pro parte eiusdem Solani producen. exhiben. ad probandum, admitten. necnon reception. iuramentorum, & examen quorumcunque testium impeditorum seniorum, infirmorum, & alias valetudinariorum, examen locum executionis remissoriæ huiusmodi degentium Notario exequutionis eiusdem remissoriæ committi. Vicesque nostras in præmissis iuxta, & secundum præinsertæ nobis factæ, & præsentatæ commissionis, formam, & tenorem vobis committi, & subdelegari per nos instanter postulauit Nos tunc Iacobus Puteus Archiepiscopus & locumtenens præfatus supradictum magistrum Andream exaduerso procuratorem non comparentem reputauimus, merito, id exigente iustitia contumacem, & in eius contumaciam attenden. postulation. huiusmodi fore iustam, & rationi

rationi consonam, volentesque in causa, & causis huiusmodi rite & legittime procedere necnon cōmissionem præinsertam ad effectum debitum deducere, vt tenemur, idcirco auctoritate Apostolica, nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, vobis dominis iudicibus, & commissarijs antedictis, per nos vt præfertur, pro executione dictæ remissoriæ deputatum, & cuilibet vestrum, quatenus, postquam pro parte domini Ioannis Solani requisiti fueritis, seu alter vestrum fuerit requisitus, quoscunque testes pro parte eiusdem Solani corā vobis inducen͂. a quibusuis sententijs, & censuris prænarratis, pro validitate iuramenti, & examinis, de quo in præinserta commissione fit mentio, absoluatis, & absolui faciatis, necnon eundem Gabrielem exaduerso principalem ad singulariter singulis positionibus in articulis, pro parte ipsius Solani datis, & dandis per verbum credit necnon credit, medio eius iuramento, in vestris, seu notarij, exequutionis remissoriæ huiusmodi manibus, responden͂. sub censuris & pœnis ecclesiasticis arbitrio vestro moderando illasque aggrauando, reaggrauando, & interdicendo, auxiliumque brachij secularis si opus fuerit, inuocando, cogatis, & compellatis, necnon positiones, & articulos siue materias articulatas pro parte ipsius Solani, coram vobis forsam dandas & producen͂. admittatis, ac quæcunque iuramenta, quorumcumque testium impeditorum ægregiorum, seniorum & alias impeditorum, valetudinariorum etiam extra locum pro exequutione dictæ remissoriæ deputate per fidum seu fidos notariorum, aut notarios, ad hoc a vobis deputatum seu deputādum recipi, & examinari faciatis, & mandatis, iuxta, & secundum traditam, seu directam vobis formam, & alias, prout in dicta commissione mandatur, nihil de contentis in eadem omittendo, debitæ executioni demandetis, & demandari faciatis prout nos absolutionem eorundem testium & compulsionis eiusdem Gabrielis ad respondendum singulatitet singulis per verbum credit vel non credit positionibus & articulis datis & dandis & admissoriæ articulorum datorum & dandorum ac examen testium infirmorum vel alios vt in præinserta commissione narratur impeditorum extra locum remissorie degentium commisimus & mandamus prout committimus & mandamus per præsentes has nostras literas desuper decernendas opportunas. Quæ omnia & singula præmissa vobis dominis Iudicibus & commissarijs prædictis pro prænartare executionis remissoriæ per nos deputatis & vestrum cuilibet insolidum intimamus insinuamus & notificamus ac ad vestram & cuilibet vestrum notitiam deducimus & deduci volumus præsentium per tenorem vos nihilominus vt in forma protogationis termini remissoriæ.

Mandatum procedendi ad deliberationem & subastationem fructuum.

FEDERICVS deputatus necnon executoribus & sub executoribus Ordinarijs extraordinarijs. Quibuscunque per ciuitatem & dioces. Auinionen͂. ac alias vbilibet constitutis, & coram cuilibet insolide &c. Noueritis quod orta est lis alias & causa & quæstionis materia in partibus coram tunc vicelegato Auinionen͂. & deinde coram certis iudicibus compromissarijs inter honestas mulieres dominas Mariam & Annam quondam Zenobij Martini principales actrices ex vna & honorabilem virum dominum Franciscum Martini exaduerso principalem de & super certis legatis & alijs rebus in actis causæ & causarum huiusmodi latius deductis & illorum occasione partibus ex altera. Et deinde in Romana Curia & coram

Reue-

Reuerendissimo domino Hieronymo, tunc Archiepiscopo Rossaneñ. ac palatii apostolici causarum locumteneñ. qui in causa & causis præfatis, & inter prædictis partes ad vlteriora proceden: dudum sententiam arbitralem, & arbitramentum per iudices compromissarios factam & latam approbauit & exequi mandauit pro illis mandatum exequutiuum decreuit & alias prout in sententia dicti Reuerendissimi Archiepiscopi desuper confecta quæ hic breuitas gratia inseri obmisimus plenius dici contineri, a qua quidem suis & aliis suis grauaminibus vt asseruit eidem illatis fuit pro parte dicti Francisci ad Sanctissimum dominum nostrum Papam appellatum causaque appellationis huiusmodi. R. P. D. Iacobo Puteo tunc palatii Apostolici causarum Auditori commissa, qui similiter in causa huiusmodi proceden. inhibitioñ. ab ipso emanatam moderandi dixit ac moderauit, ac mandatum executiuum contra Franciscum Martini per Reuerendissimum Rossaneñ. decretum exequi mandauit, necnon ad executionem etiam realem, quem eundem Franciscum Martinum exequi & fieri mandauit, aliasque & alia fecit & dixit prout & quemadmodum in actis causæ huiusmodi latius ac plenius continetur, ac interim domina Magdalena vxore & Ioanni Martini filio dicti Francisci ad causam huiusmodi venieñ. & eorum respectiue mandatis in actis causæ & causarum huiusmodi productis interim vero Sanctissimus Dominus noster Dominus Iulius diuina prouidentia papa Tertius quandam commissionis siue supplicationis cedulam copiam alterius in eius capite habentem eidem Reuerendissimo Archiepiscopo Barreñ. per certum suum cursorem &c. huiusmodi sub tenore. Beatissime Pater &c. quarum & aliarum commissionum in huiusmodi causa præsentatarum vigore ad quam plures actus etiam iudiciales processo subsequenter vero Dominus noster Papa quondam commissionis siue supplicationis cedulam nobis per certum suum cursorem præsentari fecit huiusmodi sub tenore. Beatissime Pater &c.

¶Post cuiusquidem commissionis siue supplicationis cedulæ præsentationis & receptionis nobis & per nos vt præmittitur fact. nos ad prouidi viri Domini Ioannis Baptistæ Fuglini in Romana curia causarum & supradicti Mariæ & Annæ principalium procuratoris instañ. honorabilem etiam virum Dominum Franciscum Vacca in eadem curia causarum & supradicti Magdalenæ, & Ioannis Martini principalis procuratorem prout de ipsorum hinc inde procuratorum procurationum mandatis, apud acta causæ huiusmodi legittimis constat documentis ad videndum & audiendum mandatum de exequendo iuxta & secundum vltimo præinsertæ nobis factæ, & præsentatæ commissionis vim, formam, & tenorem, decerni & concedi vel dicendum allegandum &c. Per vnum ex Domini nostri Papæ cursoribus citari mandauimus, & fecimus ad certum peremptorium terminum competentem, videlicet ad diem, & horam infrascriptos, quibus aduenientibus comparuit in iudicio legittime coram nobis prouidus vis Dominus Iohannes Baptista Fuglinus procurator prædictus, & dicti Francisci de Vacca exaduerso procuratoris non comparentis contumatiam accusauit ipsumque contumacem reputari, & in eius contumatiam mandatum de exequendo mandatum alias decretum ac vlterioris executionis subastationis & deliberationis ac consignatioñ. fructuum sequestratorum & illorum consignatioñ. iuxta & secundum præinsertæ commissionis vim, formam, continentiam & tenorem decerni & concedi per nos decerni & concedi debita cum instañ. postulauit. Nos tunc Federicus Fantucius Auditor præfatus dictum Franciscum de Vacca exaduerso procuratorem non comparentem reputauimus, non immerito contumacem, & in eius contumatiam attendentes, requisitionem huiusmodi fore iustam, & rationi

consonam

consonam ac volentes dictam præinsertam commissionem debitæ executioñ.demandare idcirco auctoritate apostolica nobis commissa & qua fungimur in hac parte vobis omnibus & singulis supradictis quibus præsentes nostræ literæ diriguntur mandatum executiuum alias vt præfertur contra dominum Franciscum Martinum exaduerso principalem decretum necnon ad vlteriorem executionem subastationem & deliberationem dictorum bonorum ac fructuum sequestratorum consignationem iuxta & secundum præinsertæ commissionis formam & tenorem procedatis & procedere faciatis ac demandari faciatis mandauimus prout mandamus per præsentes has nostras literas desuper decernendas opportunas. Quæ omnia singula præmissa vobis omnibus & singulis supradictis Intimamus Insinuamus & notificamus, ac ad vestram & cuilibet vestrũ notitiam deducimus & deduci volumus per præsentes,vos nihilominus requirentes ac etiam mandantes quatenus ad vlteriorem executionem in præinserta commissione contentorum & narratorum rerum & bonorum & iuxta eiusdem commissionis formam & tenorem exequatis & debite executioni demandetis super quibus omnibus & singulis licentiam & auctoritatem & facultatem concedimus per præsentes. In quorum datum &c. apud Sanctum Petrum.

Moderatio Inhibitionis.

IACOBVS PVTEVS &c. Vniuersis vti in citatione ad partes &c. Post cuiusquidem Commissionis papyri cedulæ præsentationem & receptionem nobis & per nos vt præmittitur factam. Nos ad prouidi viri Magistri Ioannis Baptistæ Fuglino in Romana curia causarum & honestarum dominarum Mariæ & Annæ de Martinis principalium procuratoris instantiam prouidum virum Magistrum Antonium Vaccà in eadem Romana curia causarum & honorabilis viri domini Francisci de Martinis exaduerso principalis procuratorem prout de ipsorum hinc inde procuratorum procurationum mandatis legittimis constat documentis ad videndum & audiendum inhibitionem vt in præinsertis commissionis deducitur in huiusmodi causa decretam & alias concessam iuxta, & secundum dictum vltimo loco insertæ commissionis vim, formam continentiam & tenorem per nos moderari & illam ad viam iuris reduci vel dicendum & causam rationabilem quare præmissa fieri non debeant allegandum per aliquem ex dicti domini nostri Papæ cursoribus citari mandauimus & fecimus ad aliquem certum peremptorium terminum competeñ. videlicet ad diem & horam infrascriptos. Quibus aduenientibus comparuit in iudicio legittime coram nobis dictus Magister Ioannes Baptista Figlino procurator antedictus nomine quo supra procuratorio & dicti magistri Antonij Vacca exaduerso procuratoris non comparentis contumaciam accusauit ipsumq; contumacem reputari & in eius contumaciam dictam inhibitioñ. alias sit vt præmittitur in huiusmodi causa decretam & concessam siue præiudicio legittimæ executionis iuxta & secundum dictæ vltimæ præinsertæ commissioñ. vim, formam, & tenorem moderari & ad viam iuris reduci per nos instanter postulauit. Nos tunc Iacobus Puteus auditor præfatus dictum Antonium Vaccam exaduerso procuratorem non comparentem reputauimus merito prout erat id exigente iustitia contumacem Et in eius contumaciam attendeñ. postulatioñ. huiusmodi fore iustam rationi consonam Volentesque in causa & causis huiusmodi æqualitatem seruare ac partibus iustitiam ministrare vt tenemur Et per diligentem actorum causæ huiusmodi inspectionem comperimus contenta & narrata in dicta vltima inserta commissione veritate fulciri, idcirco

auctoritate

auctoritate apostolica, nobis commissa, & qua fungimur In hac parte, dictæ Inhibitionis alias, vt præmittitur, In huiusmodi causa decretam, & concessam, sine præiuditio, legittime executionis, Iuxta, & secundum vltimo loco præinsertæ comissionis vim, formam, continentiam, & tenorem, moderandi duximus, & reuocandi, prout moderamur, & reuocamus, præsentium per tenorem, has nostras literas desuper decernendas opportunas. Quæ omnia, & singula præmissa vobis omnibus, & singulis supradictis, Intimamus, Insinuamus, & notificamus, ac ad vestrum, & cuiuslibet vestrum notitiam deducimus, & deduci volumus per præsentes, ne de præmissis, aut eorum aliquo, Ignorantiam aliquam In futurum prætendere valeatis, aut etiam quomodolibet allegare. In quorū &c.

Mandatum de procedendo ad subastatioñ. fructuum sequestratorum.

IACOBVS Puteus &c. deputatus &c. Vniuersis &c. Vti in citatione ad partes &c. Cuiusquidem commissionis vigore, per nos, & coram nobis, & Inter partes In eadem commissione contentas, seu verius earum legittimos procuratores, ad nonnullos actus Iudiciales, citra tamē causæ ipsius conclusionem, rite, & legittime processam subsequēter vero, nos ad honorabilis viri domini Ioannis Baptistæ Figlino In Romana curia causarū, & supradictarum dominarum Mariæ & Annæ de Martinis principalium procuratoris, Instantiam, honorabilem, & prouidum virum magistrum Antonium Vacca In eadem Romana curia causarum, & supradictarum dominarum Ioannes de Martinis & Magdalenæ eius matris, exaduerso principalium procuratorum prout de ipsorum hinc Inde procuratorum procurationum mandatis, apud acta causæ huiusmodi legittimis dignoscitur constare, prout constat documentis, ad videndum, & audiendum mandatum subastationis, & deliberationis, ac vēditionis fructuū sequestratorū, de quib. In præinserta nobis facta & p̄sentia cōmissione fit mentio, necnō personas pœnes quas sequestratio hm̄oi facta extitit, ad cōsignandum fructus hmōi, Iuris facti remedijs, cogi, & compelli, Iuxta, & secundū dictæ præinsertæ nobis factæ, & præsentatæ cōmissionis vim, formam, continentiam, & tenorem, In forma solita, & consueta decerni, & concedi, vel dicendi, & causam, si quam habebat, rationabilem, quare præmissa fieri non debeant, allegandi, per vnum ex domini nostri Papæ cursoribus, citari mandauimus, & fecimus ad certum peremptorium terminum competentem, videlicet ad diem, & horam infrascriptos, quibus aduenientibus comparuit in iudicio legittime coram nobis supradictus magister Ioannes Baptista Figlino, in Romana curia causarum, & supradictæ dominæ Mariæ & Annæ de Martinis principalium procuratos, & dicti domini Antonii Vacca exaduerso procuratoris, non comparentis, contumaciam accusauit, Ipsumq; contumacem reputari, Et in eius contumaciam vobis Reuerendissimo domino Auinioneñ. vicelegato, quatenus vt ad subastationem fructuum, vt prefertur sequestratoram, & illorum venditioñ. procedi, prætiumq; eorundem in loco tuto, & idoneo, partibus non suspecto, deponi, mandatumq; commissionis, venditionis, atq; venditionis fructuum huiusmodi, ac personas, pœnas quas sequestratio huiusmodi facta extitit, iuris & facti remedijs, per censuras ecclesiasticas cogendi, & compellendi, literasque desuper necessarias, & oppotunas, in forma solita, & consueta decerni & concedi per nos instanter postulauit. Nos tunc Iacobus Puteus locumtenens præfatum supradictum magistrum Antonium Vacca exaduerso procuratorem, non comparentem, reputauimus, non Immerito, prout erat, iustitia suadente, contumacem, & in eius contumaciam attendentes, postustalationē huiusmodi fore iustam, & rationi consonam, volentesq; præinsertam nobis factam, & præsentatā cōmissionem ad effectūdebitū deducere, vt tenemur, idcirco auctoritate apostolica.

lica, nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, vobis Reuerendo domino Auinionen. vicelegato & aliis supradictis committimus & mandamus quatenus ne fructus supradictorum bonorum vt præfertur collectorum detrimentum patientur ad eorumdem fructuum ex dictis bonis prouenietium vt præfertur sequestratorum venditionis præciumq; eorumdem pœnes personam idoneam, & partibus non suspectam deponi necnon personas eosdem fructus habētes ad eosdem tradendi & consignandi iuris & facti remediis cogeñ. iuxta & secundū p̄ insertæ nobis factæ & præsentatæ commissionis vim, formam, continētiam & tenorem commisimus & mandamus prout committimus & mandamus per præsentes has nostras literas desuper decernendo opportunas. Quæ omnia & singula præmissa vobis intimamus insinuamus & notificamus ac ad vestram & cuilibet vestrum notitiam deducimus & deduci volumus per præsentes vobisq;, & vestrum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ & sub excommunicationis ac interdicti ingressus ecclesiæ si ea quæ vobis in hac parte committimus & mandamus neglexeritis seu distuleritis contumaciter adimplere ferimus in his scriptis districtæ præcipieñ. mandantes quatenus infra sex dierum spatium post præsentationem seu notificationem præsentium vobis seu alicui vestrum factam & postquam pro parte dictarum Mariæ & Annæ de Martinis principalium fueritis requisiti seu aliquis vestrum fuerit requisitus immediate sequeñ. Quorum sex dierum duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies, pro tertio, & peremptorio termino ac monitione canonica assignamus & subastationem fructuum sequestratorum de quibus in præinserta commissione fit mentio in omnibus & per omnia vt supra narratur iuxta & secundum dictæ commissionis vim, formam, continentiam & tenorem procedatis & procedi faciatis. Absolutionem vero &c.

Deputatio sequestratoris in locum alterius sequestratoris primo deputatis.

FEDERICVS &c. deputatus &c. Venerabili viri domino Nicolao vicecomiti Abbati Sācti Bn̄dicti Barensis Salutē in dn̄o & p̄ntib. fidem indubiam adhiberi & in cōmissis diligētiam facere, nostrisq; hmōi imo verius apostolicis firmiter obedire mandatis. Noueritis quod nuper Sanctissimus dominus noster Iulius Papa tertius, quandam commissionis siue supplicationis cedulæ nobis per certum suum cursorem p̄ntari fecit sub tenore præsentata. 29 Septembris. Beatissime pater &c. Cuiusquidem commissionis vigore ad plures actus iudiciales citra tamen causæ conclusionis rite & legitime processo subsequenter vero nos ad honorabilis viri domini Fabritij Mischetula principalis instantiam honorabilem virum dominum Ludouicum de Scalnighis in Rom. curia causarum, & R. P. D Episcopo Monopolitañ. principalis procuratorem ad concordandum & conueniendum de aliquo sequestratore qui fructus redditus & prouentus ecclesiarum de quibus in præinserta commissione fit mentio & easdem ecclesias in arcto & firmo sequestro teneat litterasq; desuper necessarias & opportunas in forma solita & consueta decerni & concedi vel dicendum & causam si quam habebat rationabilem quare præmissa fieri non debebant allegandum per vnum ex domini nostri Papæ Cursoribus citari mandauimus & fecimus ad certum peremptorium terminum cōpetentem videlicet, Ad diem & horam infrascriptos. Quibus aduenientibus comparuit legittime coram nobis prouidus vir magister Matthæus Anthonianus in eadem Curia causarum & supradicti Domini Fabritij Mischetule principalis procurator prout de ipsorum hinc inde procuratorum procurationum mandatis apud acta causæ huiusmodi legittimis constat documentis

mentis, & dicti Ludouici exaduerso procuratoris non comparentis contumaciam accusauit ipsumque contumacem reputari & in eius contumaciam aliquem sequestrationem ad sequestrandum fructus dictarum ecclesiarum in easdem ecclesias deputari ac literas desuper necessarias decerni & concedi debita cum instantia postulauit. Nos tunc Federicus Fantucius Auditor præfatus dictum Dominum Magistrum Ludouicum exaduerso procuratorem non comparentem reputauimus merito contumacem & in eius contumaciam attenden. postulationem huiusmodi fore iustam & rationi consonam quodque iusta petenti non est denegandus assensus idcirco auctoritate apostolica nobis commissa & qua fungimur in hac parte ad dicti domini Mathæi procuratoris instantiam vos dominum Abbatem sancti Benedicti Barēn. in locum alterius sequestratoris alias deputati ad sequestrandum omnes & singulos fructus redditus & prouentus ex dictis ecclesijs de cætero prouenien. vna cum Archiepiscopo Barensi alias deputato deputandum duximus prout deputamus per præsentes, has nostras literas desuper decernen. opportunas. Quæ omnia & singula vobis domino Abbati antedicto intimamus insinuamus & notificamus ac ad notitiam deducimus, & deduci volumus per præsentes, ac vobis in virtute sanctæ obedientiæ ab sub sententias censuris & pœnis qui in dicto sequestro dicto Archiepiscopo directo contentis mandantes quatenus huiusmodi sequestrationis officium in quibus & per omnia iuxta dicti sequestri tenorem cum dicto Archiepiscopo debitæ executioni demandetis vobis committimus & mandamus per præsentes. In quorum &c.

Sequestrum Personæ.

FEDERICVS &c. deputatus venerabilibus & circumspectis viris dominis &c. Salutem in domino & præsentibus fidem indubiam adhibere & in commissis diligentiam facere nostrisq; &c. mandatis. Noueritis &c. Præsentata prima Septembris. Cuius quidem commissionis vigore per nos & coram nobis & inter partes in dicta commissione contentas ad quam plures actus etiam iudiciales rite & legittime processo Subsequenter vero nos ad honorabilis viri domini Francisci Ranis principalis instañ. prouidum virum Magistrum Andream Rondoninum in Romana curia causarum & honestæ mulieris dominæ Franciscæ Carillo principalis procuratorem ad videndum & audiendum mandatum de sequestrando personam dominæ Franciscæ Carillo principalis ac sequestrum & literas sequestratorias desuper necessarias & opportunas iuxta dictæ præinsertæ commissionis formam, & tenorem decerni & concedi vel dicendum, & causam si quam habebat rationabilem quare præmissa fieri non debebant allegandum per vnum ex domini nostri Papæ Cursoribus, citari mandauimus & fecimus ad certum peremptorium terminum competentem videlicet Ad diem & horam infrascriptos, quibus aduenientibus comparuit in iudicio legittime coram nobis prouidus vir magister Nicolaus Caniellas in eadem Curia causarum & honorabilis Domini Francisci Ranis principalis procurator prout de ipsorum hinc inde procuratorum procurationum mandatis apud acta causæ huiusmodi legittimis constat documentis & dicti Magistri Andreæ Rondinini exaduerso procuratoris non comparentis contumaciam accusauit ipsumq; contumacem reputari & in eius contumaciam mandatum de sequestrando seu in pristinum sequestrum reducendo personam dominæ Franciscæ Carillo principalis ac sequestrum desuper opportunum per nos decerni & cōcedi necnō vos. N. dominos sequestratores antedictos ad sequestrañ.

personam

personam dictæ dominæ Franciscæ Carillo principalis, literasq́ꝫ, seu mãdatum desuper necessarias,& opportunas, Iuxta dictæ commissionis vim, formam, cõtinentiam,& tenorem, in forma solita,& consueta decerni, & concedi per nos instanter postulauit. Nos tunc Federicus Fatucius Auditor præfatus, dictum magistrum Andream, exaduerso procuratorem, non comparentẽ, reputauimus merito, contumacem,& in eius contumaciam attendeñ. requisitionem huiusmodi fore iustã,& rationi consonam, volentesq́ꝫ præinsertam nobis factam,& præsentatam commissionem ad effectum debitum deducere, vt tenemur, idcirco auctoritate apostolica, nobis commissa,& qua fungimur in hac parte, mandatum de sequestrando, seu in pristinum sequestrum reducendo, personam dictæ dominæ Franciscæ Carillo principalis, necnon vos dominos sequestratores antedictos,& vestrum quemlibet iuxta,& secundum prædictæ commissionis vim, formam, cõtinentiam,& tenorem decernimus,& concessimus, ac deputauimus per præsentes, has nostras literas desuper decernendo opportunas. Quæ omnia,& singula, vobis dominis sequestratoribus antedictis,& vestrum cuilibet in solidum, nec non dominæ Franciscæ Carillo principalis, omnisq́ꝫ aliis, & singulis quorũ interest, intererit, aut interesse poterit, quomodolibet in futurum, intimamus insinuamus,& notificamus, ac ad vestram, & cuiuslibet vestrum notitiam deducimus,& deduci volumus per præsentes,& nihilominus primo, secundo, tertio, vobis & vestrum cuilibet, in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub sententias, censuras,& pœnas, arbitrio nostro moderañ.& applicañ.& postquam pro parte dicti domini Francisci Ranis principalis, vigore præsentium fueritis requisiti, seu aliter vestrum fuerit requisitus, prædictam dominam Carillam principalem, auctoritate apostolica & sub sentẽtias, cẽsuras,& pœnas, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis, sequestretis, & sequestrari mandetis, ac in custodia recipiatis,& custodiatis, quousq́ꝫ fuerit vobis per nos, aut alium, de mandato domini nostri Papæ alias mandatum, seu intimatum. Quod si forte vos domini sequestratores interdicti, seu alter vestrum, ac ipsa Francisca principalis, præmissa omnia,& singula non adimpleueritis, aut aliquid in contrarium feceritis, ac ad facieñ. contrarium occasionem, consilium, vel fauorem dederitis, publice, vel occulte, directe, vel indirecte, ac monitionibus, & mandatis nostris, imo uerius apostolicis, non parueritis cum effectu, Nos in vos dominos sequestratores antedictos, ac vestrum quemlibet, ac ipsam dominam Franciscam Carillo, exaduerso principalem,& omnes,& alios supradictos, in præmissis contradictores, & rebelles, ac inobedientes trium dierum canonica monitione præmissa, ad sententias, censuras,& pœnas, etiam pecuniarias, arbitrio nostro moderañ. & applicañ. iuxta præinsertæ commissionis vim, formam, & tenorem procedens, volumus autem &c. Datum Romæ &c.

Mandatum executiuum loco executorialium extra Curiam.

ILLVSTRSSIMO &c. vt in forma executorialium, vsque ad quem executorialem inclusiue. Post cuiusquidem vltimæ commissionis, siue supplicationis cedulæ præsentationem,& receptionem nobis,& per nos, vt præmittitur, factas, nos ad honorabilis viri domini Iacobi Antonij Coigneye principalis, in præinsertis commissionibus,& sententia principaliter nominati, instantiam, honorabilem virum dominum Claudiũ Albericum intrusum molestatorem, exaduerso principales etiam in eisdem commissionibus,& sententia exaduerso principaliter nominatos, omnesq́ꝫ alios,& singulos intrusos, intrudendos, ac sua communiter, vel diuisim interesse putentes, eorumq́ꝫ procuratores, si qui erant in Romana curia, ꝑ eosdẽ, ad dicendum,& excipiendum quicquid verbo vel inscriptis contra,& aduersus

supradictam

ſupradictam nobis vltimo factam,& præſentatam commiſſionem dicere,ſiue ex'cipere volebant,necnon aduidendum,& audiendum omnes & ſingulos expeñ· pro parte dicti domini Iacobi principalis. In deductione, & proſecutione litis, & cauſa huiuſmodi quomodolibet factas,& in quibus prædictus Claudius Albericus Intruſus, & magiſter Claudius etiam Albericus aduerſarij, per ſententiam præinſertam ſententialiter condemnati exiſtunt,taxari,& moderari, ſententiamq; præinſertam & expenſis taxationem huiuſmodi exequi,& executioni debitæ demandari,literaſq; executoriales & illarum loco mandatum executiuum, deſuper neceſſarium,& opportunum,iuxta,& ſecundum dictæ vltimæ præinſertæ commiſſionis vim,formam,& tenorem,in forma ſolita, & conſueta decerni, & concedi,vel dicendum,& cauſam,ſiquam haberent rationabilem,quare præmiſſa fieri non deberent,allegandum,per vnum ex domini noſtri Papæ curſoribus,ac per audientiam publicam literarum contradictarum domini noſtri Papæ reſpectiue citari mandauimus,& fecimus, ad certum peremptorium terminum,competentem,videlicet, Ad diem,& horam infraſcriptos,quibuſquidē die & hora aduenientibus,comparuit in iudicio legittime coram nobis dictus dominus Iacobus principalis,principaliter pro ſe ipſo, citra tamen quorumcunque procuratorum ſuorum,per eum hactenus quomodolibet conſtitutorum, reuocationem,& dicti magiſtri Claudii Alberici intruſi,necnon citatorum prædictorum, in quadam citationis audientiæ pergameni cedula,a nobis emanata,de noſtriſq; voluntate pariter,& mandato in audientia publica literarum contradictarum domini noſtri Papæ poſita, lecta, ſignata, & debitæ executioni demandata, ac præfato realiter,& in ſcriptis reportata,contentorum,non comparentium cōtumaciam accuſauit,ipſaſq; contumaces reputari,& in eorum contumaciam omnes,& ſingulas expeñ. pro parte dicti Iacobi principalis,in hac cauſa, vt pmittitur,factas,& in quibus præſenti Claudius etiam Albericus exaduerſo principales,per præinſertam ſententiam ſententialiter condemnati exiſtunt,taxari,& moderari,necnon ſentētiam præinſertam,& expeñ taxationem huiuſmodi exequi, & executioni debitæ demandari,mandatumq; executiuum,'loco literarum executorialium, deſuper neceſſarium, & opportunum,iuxta,& ſecundum vltimo præinſertæ commiſſionis vim,formam,continentiam,& tenorem,in forma ſolita & conſueta decerni,& concedi per nos debita cum Inſtañ poſtulauit. Nos tūc Fabius Accorambonus Auditor ſurrogatus,& executor prædictus, dictos Claudium Albericum intruſum,necnon prædictos citatos,nō comparentes, reputauimus,merito,prout erant,quo ad actum huiuſmodi,id exigente iuſtitia,contumaces,& in eorum contumaciam attendentes,poſtulationem huiuſmodi fore iuſtā, & rationi conſonam,quodq; parum eſſet ſententias proferre,& expeñ. taxare,niſi debitæ executioni demandaretur, ac volentes dictam nobis vltimo factam, & præſentatam commiſſionem, ad effectum debitum deducere, vt tenemur, idcirco auctoritate Apoſtolica, nobis commiſſa & qua fungimur in hac parte Omnibus,& ſingulis expenſis ſupradictis,vt præmittitur, pro parte domini Iacobi principalis factis,& in quibus pfati Claudius Albericus,& Magiſter Claudius,etiam Albericus exaduerſo principales per nos ſententialiter condemnati exiſtunt,ad Ducatos. N. auri de camera boni,& iuſti ponderis, prouide,moderatione præuia per nos rite taxatis,& moderatis;, iuramento eiuſdem domini Iacobi principalis deſuper legittime ſubſequuto, quod pro huiuſmodi cauſæ ſiue litis proſecutione, tantum, & vltra exponere habuit, ac ſententiam præinſertam,expenſarumque taxationem huiuſmodi exequeñ. & executioni debitæ demandandum,mandatum executiuum,loco literarum executorialium, deſuper neceſſarium,& opportunum,iuxta,& ſecundum dictæ commiſſionis vim, formam,& tenorem,in forma ſolita,& conſueta decerneñ & concedeñ. duximus,& decreuimus,ac decernimus & concedimus per præſentes, has noſtras literas deſuper decernēdo opportunas;. Quæ omnia,& ſingula ſupradicta,vobis

OO omnibus

omnibus,& singulis supradictis, necnon præfato Claudio Alberico intruso, & magistro etiam Alberico exaduerso principalibus, Cæterisque prædictis omnibus, & singulis, quorum interest, inter erit, aut interesse poterit, quomodolibet in futurum intimamus, insinuamus, & notificamus, ac ad vestram & cuiuslibet vestrum notitiam deducimus, & deduci volumus, præsentium per tenorem, vos nihilominus & vestrum quemlibet insolidum, auctoritate prædicta, tenore præsentium requirimus & monemus, primo, secundo, tertio, & peremptorio termino, ac vobis, & vestrum cuilibet insolidum, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna districte præcipiendo mandantes, quatenus infra sex dierum spatium, post præsentationem, seu notificationem præsentium, vobis, seu alicui vestrum factas, & postquam pro parte dicti Iacobi principalis vigore, præsentium fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus, immediate sequen. quorum sex dierum, duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies vobis, & vestrum cuilibet pro tertio,& peremptorio termino, ac monitione Canonica, assignamus, contra præfatos Claudium Albericum, & magistrum Claudium etiam Albericum exaduerso principales, auctoritate prædicta, per captionem, inuasionem, incarcerationem,seu detentionem personarum, corporum eorundem, insurgatis, & alios insurgere faciatis, necnon personas, res, & bona eorundem inuadetis, incarceretis, & in firma ac tuta custodia teneatis, arrestetis, & occupetis, per vos, vel alium, seu alios, ac quilibet vestrum, qui super hoc requisitus fuerit inuadet, incarceret, custodiat, detineat, arrestet, libere, & licite Ipsosque dominos Claudium Albericum, & magistrum Claudium etiam Albericum exaduerso principales, ita, & taliter compellatis, potenter etiam manu forti & absque tamen graui lesione corporum eorundem, donec & quousque idem dominus Claudius Albericus exaduerso principalis (seu de summa, & quantitate scutorum occasione sortis principalis) ac alios quadraginta ducati auri de camera, occasione expensis,in causa huiusmodi,possessionem dictæ parochialis ecclesiæ, cum omnibus iuribus,& pertinentijs suis,prædicto domino Iacobo principali,vel procuratori suo,pro eo,& eius nomine,cum omnibus iuribus,& pertinentijs,vacuam,& expeditam dimiserit. Necnon de fructibus ex dictæ parochiali ecclesiæ die intrusionis dicti Claudij Alberici intrusi, circa perceptis, necnon tam ipse quam præfatus magister Claudius etiam Albericus exaduerso principales,cæterisque omnes,& singuli supradicti,a molestationibus, vexationibus,perturbationibus, & impedimentis eisdem domino Iacobo Antonio,&c,& super etiam parochiali ecclesia,& illius occasione præstitit,& illatis,pœnitus,& omnino destiuerint ac de triginta duos duorum antedictis eidem Iacobo principali,vel procuratori suo,pro eo integre satisfecerint,vosq; aliud a nobis,vel superiori nostro desuper receperitis in mandatis. Necnon eundem dominum Iacobum principalem,vel procuratorem suũ,pro eo,& eius nomine in,& ad corporalem,realem,& actualem possessionem,prædictæ parochialis ecclesiæ,iuriumque, & pertinentiarum omnium,eiusdem,ponaris,& indicatis,ponique & induci faciatis, inductumque defendatis, & manuteneatis amoto exinde dicto Claudio Alberico, exaduerso principali,intruso,ac intrusis,& intrudeñ.quos nos etiam,inquantum possumus, amouemus,Et per præsentes denũciamus,amotos. Super quibus omnibus, & singulis,& vestrum cuilibet licentiam, Et potestatem concedimus per præsentes quod si forte vos. N.N. antedictus executores iustitiæ & præsentis nostri processus transgressores seu neglectores fueritis,'quod tamen vestræ Ducalis Celsitudinis obedieñ.suspicati non sunt, proculdubio iusti iudicis officium amitteretis,& præmiũ alias a vobis a dño deo paratũ amitteretis,licet vos nostris sententijs sic ligari volumus,ob reuerentiam vestri Ducalis celsitudinis non immerito deferentes, intuitu tamen iustitiæ & sanctæ sedis Apostolicæ dicti domini nostri Papæ reuerentiam vestram celsitudinem ducalẽ nos ad præfatã executionem

nem efficaciter adimplendam in domino exhortamus, & generaliter dicti subdelegati nostri omnia, & singula nobis in hac parte cōmissa plenarie exequātur iuxta traditam, seu directam a sede apostolica nobis formam, & dictæ vltimæ commissionis vim, & tenorem, Absolutionem &c. In quorum &c.

Mandatum exequutiuum ob non Restitution. Registri.

DE MANDATO R. P. D. Ioannis Suauis Reomañ. sacri palatij apostolici causarum, & huiusmodi causæ Auditoris, & ad domini Ioannis Fort. principalis instañ. mandatur vobis executoribus Romanæ Curiæ, & vestrum cuilibet insolidum, quatenus statim visis, & receptis præsentibus, debeatis, & quilibet vestrum debeat, registrum cuiusdam causæ intitulatæ Cauanarieñ. pecuniaria pœnes dominum Hieronymum Gilbertum huiusmodi causæ procuratorem existens, & ad effectum videndi eidem Hieronymo datum & consignatum, etiam vi abstulisse, ac de manibus eiusdem Hieronymi abstraxisse, & ad officium mei notarij huiusmodi causæ infrascripti reportasse, & restituisse, & quatenus registrum ipsius causæ pœnes Hieronymum non reperiatur, eundem Hieronymum ad eiusdem. R. P. D. Ioannis Auditoris præsentiam aduxisse, quia Citatus Intimatus & contumax dominus ita mandauit hac die.

Pro domino Francisco Bachodi Guillermus Relion notarius &c.

Facultas capieñ. fructus, seu partem fructuum a manibus sequestratorum, & assignañ. principali.

IACOBVS &c. deputatus, Reuereñ. patri domino Episcopo Cenreñ. & domino Ioanni de Nello inquisitori generali Vlyxboneñ. ac venerabilibus, & circumspectis viris dominis Didaco de Gonea, & Antonio de Acosta Canonicis Vlixboneñ. iudicibus, & commissarijs, per nos, de partium infrascriptorum consensu, specialiter deputatis, Salutem in domino, & præsentibus fidem indubiam adhibere, & in commissis diligentiam facere, nostrisque huiusmodi, imo verius apostolicis, firmiter obedire mandatis. Noueritis quod orta alias lite, & causa, & quæstionis materia in Romana Curia sacro Rotæ Auditorio, inter honorabilem virum dominum Ioannem Lopez de Goyos principalem, actorem ex vna, & contra honorabilem etiam virum dominum Petrum de Miranda reum, & conuentum exaduerso principalem, de, & super decanatu ecclesiæ Elboreñ. & rebus alijs in actis causæ, & causarum huiusmodi latius deductis, & illorum occasione partibus, ex altera, idem dominus Ioannes Lopez de Goyos principalis, duas conformes diffinitiuas in sui fauorem, & contra eundem dominum Petrum de Miranda exaduerso principalem reportauit sententias, prout in actis causæ, & causarum huiusmodi plenius dignoscitur contineri, subsequenter vero Sanctissimus dominus noster dominus Paulus diuina prouidentia Papæ Tertius quandam commissionis, siue supplicationis papyri cedulā nobis per certum suum cursorē præsentari fecit, huiusmodi sub tenore, Beatissime Pater &c. Cuiusquidem cōmissionis vigore, per nos, & coram nobis, & inter partes in præinserta commissione contentas, seu verius eorū legittimos pcuratores aliquali inchoato pcessu, cōsequenter vero nos ad honorabilis viri domini Ioã. Lopez de Goyos principalis instañ. honorabiles viros dños Gasparem Barreros & Gasparē Suarez in Roñ. curia causarum supradicti domini Petri de Mirāda

principales procuratores ad dicendum,& excipiendum quicquid verbo, vel in scriptis contra,& aduersus supradictam nobis factam, & præsentatam commissionem dicere,siue excipere volebant,necnon ad videndum,& audiẽdum vobis dominis iudicibus,& commissarijs præfatis quatenus ex fructibus decanatus ecclesiæ Elboreñ.de quo agitur sequestratus,& pœnes sequæstratores existeñ. Ac nonnullis pecuniarum summis,ex eisdem fructibus,sequestralis iunximus,& antequam dicta remissoria exequatur,& exequi possit,eidem. Ioan. Lopez principali seu eius legittimo procuratori,vsq; ad dictam summam, per nos declarandi responderi,mandatumq;,seu literas desuper necessarias, & opportunas in forma solita,& consueta decerni,& cõcedi,vel dicendum,& causam, si quam habebãt rationabilem,quare præmissa fieri nõ debeant,alleganñ. per vnum ex domini nostri Papæ cursoribus citati mandamus,& fecimus ad certum peremptorium terminum competentem,videlicet Ad diem,& horam infrascriptos, quibus aduenietibus comparuit in iudicio legittime coram nobis prouidus vir magister Tristanus Ferdinandez in eadem curiã causarum, & dicti domini Ioãnis Lopez de Goyos principalis procurator, prout de ipsorum hinc inde procuratorum procurationum mandatis apud acta causæ huiusmodi legittimis constat documentis, & dictorum dominorum Gasparis Bareros, & Gasparis Soarez exaduerso procuratorum non compareñ. contumaciam accusauit, ipsosque contumaces reputari, & in eorum contumaciam vobis dominis iudicibus Antedictis, & vestrum cuilibet insolidum quatenus eidem domino Ioãne Lopez de Goyos principali, siue eius legittimo procuratori, ad hoc sufficienti mandato suffulto, de fructibus,redditibus,& prouentibus decanatus, de quo agitur pœnes sequestratores existeñ. A manibus sequestratorum pœnes vos recipi,& eidem Ioanni Lopez seu eius legittimo procuratori iuxta & secundum præinsertæ commissionis vim,formam,continentiam, & tenorem consignari, & mandari, per nos debita cum instantia postulauit. Nos tunc Iacobus Puteus Auditor præfatus, dictum Gasparem Soarez exaduerso procuratorem nõ comparẽtem reputauimus, merito contumacem,& in eius contumaciam attendentes, postulationem huiusmodi fore iustam,& rationi consonam,ac volentes præinsertam nobis factam, & præsentatam commissionẽ exequi,& exequutioni debitæ demandari,idcirco auctoritate apostolica nobis commissa,& qua fungimus in hac parte, nobis dominis iudicibus,& commissarijs antedictis,& vestrum cuilibet insolidum, tenore præsentium,quatenus eidem Ioan. Lopez de Goyos principali, siue eius procuratori legittimo,ad hoc ab eo specialiter constituto,ex fructibus, redditibus, & prouentibus decanatus,de quo agitur pœnes vos sequestratores existeñ. vsq; ad summam. N. ducatorum auri in auro monetæ Portugalliæ in manibus eorũdẽ sequestratorum recipiatis,& capiatis,& eidem. Ioan. Lopez principali, siue eius procuratori legittimo, vt præfertur, antequam exercitio remissoriæ,per vos exequeñ. inchoatur Realiter & cum effectu,in tanta numerata pecunia cõsignetis,ac consignari mandetis & faciatis iuxta præinsertæ, commissionis vim, formam,continentiam,& tenorem committendi,& mandañ. duximus, prout p̃sentium per tenorem committimus,& mandamus, has nostras literas desuper decernendo opportunas. Quæ omnia,& singula. & huiusmodi præsens publicum instrumentum,& in eis contenta vobis dominis iudicibus, & commissarijs præfatis,& vestrum cuilibet insolidum, intimamus, insinuamus, & notificamus, ac ad vestram, & cuilibet vestrum notitiam deducimus, & deduci, volumus, p̃sentium per tenorem, vosque & quemlibet vestrum requirimus, & monemus primo, secundo, & tertio peremptorie, vobisque & vestrum cuilibet in virtute Sanctæ obedientiæ, & sub suspensioñ. a diuinis excommunicationis pœnis respectiue,quam in vestrum quemlibet, si ea quæ vobis in hac parte committimus,& mãdamus canonica monitione præmissa,ferimus in his scriptis, neglexeritis,seu distuleritis contumaciter adimplere. districte præcipiendum mandãtes, quatenus

quatenus infra sex dierum spatium, post præsentationem, & notificationem præsentium vobis, seu alteri vestrum factas, & postquam pro parte dicti domini Ioannis Lopez de Goyos principalis, vigore præsentium, super hoc fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus, immediate sequeñ. quorum sex dierum, duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies pro tertio, & peremptorio termino ac monitione canonica assignamus, quatenus a manib. prædictorum sequestratorum, fructuum, reddituum, puentuum decanatus, de quo agitur, & ex fructibus eiusdem decanatus prouenień. propria auctoritate, etiam in tãta munerata pecunia, vsq; ad summam, N. ducatorum auri in auro monetæ Portugalliæ capiatis, & recipiatis, & eidem Ioan. Lopez de Goyos principali, seu eius legittimo procuratori, ad hoc specialiter constituto, quacunque contradictione, & rebellione cessante, antequam per vos, seu aliquis vestrum ad executionem remissorię, pro parte dicti Petri de Miranda decretæ, & vobis transiuisse prucedatur, ac iuxta, & secundum præinsertæ nobis factæ, & præsentatæ commissionis vim, formam, & tenorem, consignatis, & tradatis, ac realiter, & cum effectu assignatis, Absolutionem &c. In quorum &c.

Fragmentum Subdelegationis quo ad testes impediti, extra locum remissorie.

IDCIRCO, auctoritate Apostolica, nobis commissa, &c. In hac parte, vobis dominis iudicibus, & commissariis præfatis, per partes præfatas electis, & per nos deputatis per præsentes, quatenus legittime vobis constiterit, de aliquo impedimento senectute, aut infirmitate testium, in huiusmodi causa, pro parte domini Petri de Miranda examinandorum, & producendorum notario actuario per vos pro executioñ. huiusmodi remissorie deputato, receptionem iuramentorum dictorum testium impeditorum, & infirmorum, ex examen eorundem eidem notario, seu notariis, iuxta dictæ præinsertæ commissionis vim, formam, & tenorem committatis, & mãdetis prout nos vobis commisimus & mandauimus ac committimus & mandamus per præsentes &c.

Instrumentum Reintrusionis in censuris.

PEREGRINVS Fabius, dei & apostolicæ sedis gratia, Episcopus Vestañ. vnius ex sacri palatii apostolici causarum auditoribus, locumtenens, causæq; &c. deputatus, vniuersis, & singulis &c. Noueritis, quod orta dudũ lite, & causa, & quæstionis materia introducta, Primo coram diuersis sacri palatij Apostolici causarum Auditoribus &c. Præsentium commissionum vigore inter nobilem Beatricem Margaritã de Requensus ex vna, & priorissam & moniales, ac conuentum Sanctæ Mariæ Catherinæ de Senis, Ciuitatis Valentiñ. de, & super inualiditate prætensæ professioñ. eiusdem Beatrices, rebusq; alijs, in actis causæ & causarũ huiusmodi latius deductis, & illorũ occasioñ. partibus ex altera, dicta Beatrix tres cõformes diffinitiuas pro se, & in sui fauorẽ, & contra dictam priorissam & moniales eiusdem monasterij exaduerso principales reportauit senteñ. literisq; executorialib. desuper spãlis cõmissionis vigore, per nos rite, & legitime decretis, & eisdẽ priorissæ & monialib. exaduerso principalib. legitime intimatis & ob eorũdẽ lrarũ executorialiũ nõ paritioñ declaratiõis aggrauati, reaggrauati, et interdicti, & demũ brachiũ seculare cõtra easdẽ decreti, & quia ex relatu dñæ Beatricis principalis, seu eius procuratoris cum vero Sanctissimi dñi nostri Papæ, & nostrã notitiam deuenit vicarium. R. P. D. Archiepiscopi Valẽtiñ. priorisã, & mon al s exaduerso principalis taliter quadã easdẽ priorisã & moniales Absoluisse quapropter Sãctissimus dñs in Christo &c. Præsentari fecit huiusmodi sub tenore

& opportunas, in forma solita, & consueta decem, & concedi per nos instanter postulauit. Nos tunc Federicus Fantucius Auditor præfatus, dictam magistrũ Andream Rondininum, procuratorem, comparentem, reputauimus, merito contumacem, & in eius contumaciam, vos Reuerendissimum dominum Archiepiscopum Callaritañ. seu vestrum vicarium coram quo, seu alterum vestrum, testes de quibus in præinserta commissione fit mentio, & pro parte domini Francisci Ranis principalis coram vobis induceñ. examinari debeatis, iuxta dictæ commissionis vim, formam, & tenorem, subdelegandum duximus, & deputandum, subdelegamusq; & deputamus, per præsentes, vicesque nostra super præmissis, donec eas ad nos duxerimus reuocandas, concedimus, literasque subdelegatorias, & deputatorias huiusmodi desuper necessarias, & opportunas, in forma solita, & consueta decernendum, & concedendum. Quæ omnia, & singula præmissa vobis Reuerendissimo domino Archiepiscopo, seu vestro Vicario, per nos subdelegato, intimamus, insinuamus, & notificamus, ac ad vestram, & cuiuslibet vestrum notitiam deducimus, & monemus, Primo, secundo, tertio, & peremptorio, vobisque, & vestrum cuilibet, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub interdicti ingressus ecclesiæ, ac excommunicationis, respectiue pœna quam in vos, & vestrum quemlibet, prima canonica monitione præmissa ferimus in his scriptis, si ea, quæ vobis, in hac parte committimus, & mandamus neglexeritis, seu distuleritis contumaciter adimplere, districtæ præcipiendo mandantes, quatenus infra sex dierum spatium, post præsentationem, seu notificationem præsentium, vobis factas, & postquam pro parte supradicti domini Francisci Ranis principalis, super hoc, vigore præsentium, fueritis requisiti, immediate sequentibus, quorum sex dierum duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies pro tertio, & peremptorio termino, ac monitione Canonica assignamus, omnes, & singulos testes, de quibus in præinserta commissione fit mentio, & quos pro parte dicti Domini Francisci principalis, coram vobis producti contingerit, infra aliquem certum peremptorium terminum competentem, per vos, seu alterum vestrum, statuendum, præfigiendum, & assignandum singulis diebus Lunæ, Mercurij & Veneris eiusdem temporis præfixi horis tertiarum, vel vesperorum, de, & super positionibus, & articulis, coram vobis, pro parte dicti domini Francisci Ranis principalis, dandis, & producendis, cum vos, seu alterum vestrum in loco per vos singulariter, ad hæc deputañ. pro tribunali sedere contigerit, prudenter, & fideliter recipere, & testes ipsos, medijs eorum iuramentis, iuxta, & secundum interrogatoria, coram vobis forsam pro parte dictæ dominæ Franciscæ exaduerso principalis, exhibenda, alioquin iuxta prudentiam vestram, vobis a domino collatam, & concessam, diligenter examinetis, aut per notarium publicum, qui de legalitate, & fidelitate sua, corporali coram vobis, & in manibus vestris, præstet iuramentum, diligenter examinari, testiumq; dicta, & depositiones fideliter in scriptis redigi faciatis, illisque redactis, vna cum positione, & articulis suprascriptis, ac literis, scripturis, iuribus, & munimentis, siue ipsorum veriotibus transumptis sub sigillis vestris inclusis, ad vestram, vel forsam interim loco nostri, subrogandi Auditoris, præsentiam, ad dictam Romanam curiam quantocitius poteritis, cum fideli nuncio ad hæc in manibus vestris iurato transmittatis, significañ. nobis, aut surrogando Auditori præfato, per vestras pateñ. literas, aut instrumentum publicum, harum seriem, seu designationem in se cõtinentes, remissis præsentibus, quantocitius poteritis, fideliter exequi curetis. Absolutionem vero omnium, & singulorum, qui præfatas nostras sententias aut quomodo nobis, vel superiori nostro tantummodo reseruamus. In quorum &c.

Subde-

Subdelegatio extra Remissoriam Absoluen. testes admitti &c.

IACOBVS &c. deputatus, venerabilibus, & circumspectis viris dominis Priori collegiatæ ecclesiæ sancti Hippoliti, & eius defectu, recusatione, vel absen. ministro Sanctæ Trinitatis pro parte Solani & Ferdinandi mouerunt prouisori, & in eius defectu recusatione, vel absentia priori Sancti Benedicti de Porcuna ordinis de Calatraua Cordubeñ. pro parte Gabrielis de Gheuara iudicibus, & commissarijs Salutem in domino, & præsentibus fidem indubiam adhibere, & in commissionis diligenter facere, nostrisque huiusmodi, immo verius Apostolicis firmiter obedire mandatis. Noueritis quod nuper Sanctissimus &c. Iulius &c. huiusmodi sub tenore, Beatissime Pater &c. Præsentata 2. Septembris. &c. Post Cuiusquidem commissionis, siue supplicationis cedulæ præsentationẽ. receptionẽ. nobis, & per nos, vt præmittitur, factam. Nos ad honorabilis viri domini Ioannis Solani principalis in præinserta nobis facta, & præsentata commissione principaliter nominati, instantiam honorabilem virum dominum Andream Vela in Romana curia causarum & honorabilis viri domini Gabrielis de Gheuara principalis procuratorem ad excipiẽdum, & exequendũ, quicquid verbo vel in scriptis contra supradictam nobis factam, & præsentatã commissionem, facere, siue excipere volebat, necnõ ad videndum, & audiẽdum, vobis dominis iudicibus, & commissarijs prædictis vices nostras quo ad in præinserta cõmissione narrata, & cõtenta, iuxta pinsertæ cõmissionis vim, formam, & tenorem, subdelegare, vel dicendum, & causam, si quam habebat rationabilẽ, quare præmissa fieri non debebant, allegandi, per vnum ex Sanctissimi Domini nostri Papæ cursoribus citari mandauimus, & fecimus ad certum peremptorium terminum competentem, videlicet ad diem, & horam infrascriptis, quibus quidem die, & hora aduenientib. constitutus legittime coram nobis honorabilis, & prouidis vir magistri Ferdinandus Carsiæ in eadem curia causarum, & supradicti honorabilis viri domini Ioan. Solano principalis procurator, prout de ipsorum procuratorum procurationis mandatum, apud acta causæ huiusmodi, legittimis constat documentis, & dicti domini Andreæ exaduerso procuratoris, non comparentem, contumaciam accusauit, ipsumq; contumacem reputari, & in eius contumaciam vobis dominis iudicibus, & commissariis, per nos, vt pfertur, pro exequutione remissorie deputatis cuilibet vestrum, quatenus Absolutionẽ. quorũcunq; testium pro parte Ioannis Solani induceñ. a quibuscunq; sentẽtijs, censuris, & pœnis, a iure, vel ab homine, etiam apostolica auctoritate latæ, & inflictæ ad cautellam, ad effectum iuramẽti, & examinis in huiusmodi causa fieñ. vobis committi, necnon dominum Gabrielem de Gheuara ab positionibus & articulis pro parte ipsius Solani datis, & transmissis, Et coram vobis dandis, medio eius iuramentis iuramento per verbum credit vel non credit, sufficienter respondeñ. ac facultatẽ & auctoritatem positionẽ. & articulos seu materias articulatas coram vobis in partibus pro parte eiusdem Solani produceñ. exhibeñ. ad probandum, admitteñ. necnõ receptionẽ. iuramentorum, & examen quorumcunq; testium impeditorum seniorũ, infirmorũ, & alias valetudinariorum, examen locũ executionis remissoriæ huiusmodi degentium Notario exequutionis eiusdem remissoriæ committi. Vicesq; nostras in præmissis iuxta, & secundum præinsertæ nobis factæ, & præsentatæ commissionis, formam, & tenorem vobis committi, & subdelegari per nos instanter postulauit Nos tunc Iacobus Puteus Archiepiscopus & locũtenens præfatus supradictum magistrum Andreã exaduerso procuratorem non comparentem reputauimus, merito, id exigente iustitia contumacem, & in eius contumaciam attendeñ. postulationẽ huiusmodi fore iustam, &

rationi consonam, volentesque in causa, & causis huiusmodi rite & legittime procedere necnon cōmissionem præinsertam ad effectum debitum deducere, vt tenemur, idcirco auctoritate Apostolica, nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, vobis dominis iudicibus, & commissarijs antedictis, per nos vt præfertur, pro executione dictæ remissoriæ deputatum, & cuilibet vestrum, quatenus, postquam pro parte domini Ioannis Solani requisiti fueritis, seu alter vestrum fuerit requisitus, quoscunque testes pro parte eiusdem Solani corā vobis inducen̄. a quibusuis sententijs, & censuris prænarratis, pro validitate iuramenti, & examinis, de quo in præinserta commissione fit mentio, absoluatis, & absolui faciatis, necnon eundem Gabrielem exaduerso principalem ad singulariter singulis positionibus in articulis, pro parte ipsius Solani datis, & dandis per verbum credit necnon credit, medio eius iuramento, in vestris, seu notarij, exequutionis remissoriæ huiusmodi manibus, responden̄. sub censuris & pœnis ecclesiasticis arbitrio vestro moderando illasque aggrauando, reaggrauando, & interdicendo, auxiliumque brachij secularis si opus fuerit, inuocando, cogatis, & compellatis, necnon positiones, & articulos siue materias articulatas pro parte ipsius Solani, coram vobis forsam dandas & producen̄. admittatis, ac quæcunque iuramenta, quorumcumque testium impeditorum ægregiorum, seniorum & alias impeditorum, valetudinariorum etiam extra locum pro exequutione dictæ remissoriæ deputate per fidum seu fidos notariorum, aut notarios, ad hoc a vobis deputatum seu deputādum recipi, & examinari faciatis, & mandatis, iuxta, & secundum traditam, seu directam vobis formam, & alias, prout in dicta commissione mandatur, nihil de contentis in eadem omittendo, debitæ executioni demandetis, & demandari faciatis prout nos absolutionem eorundem testium & compulsionis eiusdem Gabrielis ad respondendum singulariter singulis per verbum credit vel non credit positionibus & articulis datis & dandis & admissoriæ articulorum datorum & dandorum ac examen testium infirmorum vel alios vt in præinserta commissione narratur impeditorum extra locum remissorie degentium commisimus & mandamus prout committimus & mandamus per præsentes has nostras literas desuper decernendas opportunas. Quæ omnia & singula præmissa vobis dominis Iudicibus & commissarijs prædictis pro prænarrate executionis remissorie per nos deputatis & vestrum cuilibet insolidum intimamus insinuamus & notificamus ac ad vestram & cuilibet vestrum notitiam deducimus & deduci volumus præsentium per tenorem vos nihilominus vt in forma prorogationis termini remissoriæ.

Mandatum procedendi ad deliberationem & subastationem fructuum.

FEDERICVS deputatus necnon executoribus & sub executoribus Ordinarijs extraordinarijs. Quibuscunque per ciuitatem & diocef. Auinionen̄. ac alias vbilibet constitutis, & coram cuilibet insolide &c. Noueritis quod orta est lis alias & causa & quæstionis materia in partibus coram tunc vicelegato Auinionen̄. & deinde coram certis iudicibus compromissarijs inter honestas mulieres dominas Mariam & Annam quondam Zenobij Martini principales actrices ex vna & honorabilem virum dominum Franciscum Martini exaduerso principalem de & super certis legatis & alijs rebus in actis causæ & causarum huiusmodi latius deductis & illorum occasione partibus ex altera. Et deinde in Romana Curia & coram

Reuerendissimo domino Hieronymo, tunc Archiepiscopo Rossanen̄. ac pa latii apostolici causarum locumtenen̄. qui in causa & causis præfatis, & inter prædictis partes ad vlteriora proceden̄: dudum sententiam arbitralem, & arbitramentum per iudices compromissarios factam & latam approbauit & exequi mandauit pro illis mandatum exequutiuum decreuit & alias prout in sententia dicti Reuerendissimi Archiepiscopi desuper confecta quæ hic breuitas gratia inseri obmiscimus plenius dici contineri, a qua quidem suis & aliis suis grauaminibus vt asseruit eidem illatis fuit pro parte dicti Francisci ad Sanctissimum dominum nostrum Papam appellatum causaque appellationis huiusmodi. R. P. D. Iacobo Puteo tunc palatii Apostolici causarum Auditori commissa, qui similiter in causa huiusmodi proceden̄. inhibition̄. ab ipso emanatam moderandi dixit ac moderauit, at mandatum executiuum contra Franciscum Martini per Reuerendissimum Rossanen̄. decretum exequi mandauit, necnon ad executionem etiam realem, quem eundem Franciscum Martinum exequi & fieri mandauit, aliasque & alia fecit & dixit prout & quemadmodum in actis causæ huiusmodi latius ac plenius continetur, ac interim domina Magdalena vxore & Ioanni Martini filio dicti Francisci ad causam huiusmodi venien̄. & eorum respectiue mandatis in actis causæ & causarum huiusmodi productis interim vero Sanctissimus Dominus noster Dominus Iulius diuina prouidentia papa Tertius quandam commissionis siue supplicationis cedulam copiam alterius in eius capite habentem eidem Reuerendissimo Archiepiscopo Barren̄. per certum suum cursorem &c. huiusmodi sub tenore. Beatissime Pater &c. quarum & aliarum commissionum in huiusmodi causa præsentatarum vigore ad quam plures actus etiam iudiciales processo subsequenter vero Dominus noster Papa quondam commissionis siue supplicationis cedulam nobis per certum suum cursorem præsentari fecit huiusmodi sub tenore. Beatissime Pater &c.

¶Post cuiusquidem commissionis siue supplicationis cedulæ præsentationis & receptionis nobis & per nos vt præmittitur fact. nos ad prouidi viri Domini Ioannis Baptistæ Fuglini in Romana curia causarum & supradicti Mariæ & Annæ principalium procuratoris instan̄. honorabilem etiam virum Dominum Franciscum Vacca in eadem curia causarum & supradicti Magdalenæ, & Ioannis Martini principalis procuratorem prout de ipsorum hinc inde procuratorum procurationum mandatis, apud acta causæ huiusmodi legittimis constat documentis ad videndum & audiendum mandatum de exequendo iuxta & secundum vltimo præinsertæ nobis factæ, & præsentatæ commissionis vim, formam, & tenorem, decerni & concedi vel dicendum allegandum &c. Per vnum ex Domini nostri Papæ cursoribus citari mandauimus, & fecimus ad certum peremptorium terminum competentem, videlicet ad diem, & horam infrascriptos, quibus aduenientibus comparuit in iudicio legittime coram nobis prouidus vis Dominus Iohannes Baptista Fuglinus procurator prædictus, & dicti Francisci de Vacca exaduerso procuratoris non comparentis contumatiam accusauit ipsumque contumacem reputari, & in eius contumatiam mandatum de exequendo mandatum alias decretum ac vlterioris executionis subastationis & deliberationis ac consignation̄. fructuum sequestratorum & illorum consignation̄. iuxta & secundum præinsertæ commissionis vim, formam, continentiam & tenorem decerni & concedi per nos decerni & concedi debita cum instan̄. postulauit. Nos tunc Federicus Fantucius Auditor præfatus dictum Franciscum de Vacca exaduerso procuratorem non comparentem reputauimus, non immerito contumacem, & in eius contumatiam attendentes, requisitionem huiusmodi fore iustam, & rationi

consonam

consonam ac volentes dictam præinsertam commissionem debitæ executioñ. demandare idcirco auctoritate apostolica nobis commissa & qua fungimur in hac parte vobis omnibus & singulis supradictis quibus præsentes nostræ literæ diriguntur mandatum executiuum alias vt præfertur contra dominum Franciscum Martinum exaduerso principalem decretum necnon ad vlteriorem executionem subastationem & deliberationem dictorum bonorum ac fructuum sequestratorum consignationem iuxta & secundum præinsertæ commissionis formam & tenorem procedatis & procedere faciatis ac demandari faciatis mandauimus prout mandamus per præsentes has nostras literas desuper decernendas opportunas. Quæ omnia singula præmissa vobis omnibus & singulis supradictis Intimamus. Insinuamus & notificamus, ac ad vestram & cuilibet vestrũ notitiam deducimus & deduci volumus per præsentes, vos nihilominus requirentes ac etiam mandantes quatenus ad vlteriorem executionem in præinserta commissione contentorum & narratorum rerum & bonorum & iuxta eiusdem commissionis formam & tenorem exequatis & debite executioni demandetis super quibus omnibus & singulis licentiam & auctoritatem & facultatem concedimus per præsentes. In quorum datum &c. apud Sanctum Petrum.

Moderatio Inhibitionis.

IACOBVS PVTEVS &c. Vniuersis vti in citatione ad partes &c. Post cuiusquidem Commissionis papyri cedulæ præsentationem & receptionem nobis & per nos vt præmittitur factam. Nos ad prouidi viri Magistri Ioannis Baptistæ Fuglino in Romana curia causarum & honestarum dominarum Mariæ & Annæ de Martinis principalium procuratoris instantiam prouidum virum Magistrum Antonium Vaccà in eadem Romana curia causarum & honorabilis viri domini Francisci de Martinis exaduerso principalis procuratorem prout de ipsorum hinc inde procuratorum procurationum mandatis legitimis constat documentis ad videndum & audiendum inhibitionem vt in præinsertis commissionis deducitur in huiusmodi causa decretam & alias concessam iuxta, & secundum dictum vltimo loco insertæ commissionis vim, formam continentiam & tenorem per nos moderari & illam ad viam iuris reduci vel dicendum & causam rationabilem quare præmissa fieri non debeant allegandum per aliquem ex dicti domini nostri Papæ cursoribus citari mandauimus & fecimus ad aliquem certum peremptorium terminum competeñ. videlicet ad diem & horam infrascriptos. Quibus aduenientibus comparuit in iudicio legittime coram nobis dictus Magister Ioannes Baptista Figlino procurator antedictus nomine quo supra procuratorio & dicti magistri Antonij Vacca exaduerso procuratoris non comparentis contumaciam accusauit ipsumq; contumacem reputari & in eius contumaciam dictam inhibitioñ. alias sit vt præmittitur in huiusmodi causa decretam & concessam siue præiudicio legittimæ executionis iuxta & secundum dictæ vltimæ præinsertæ commissioñ. vim, formam, & tenorem moderari & ad viam iuris reduci per nos instanter postulauit. Nos tunc Iacobus Puteus auditor præfatus dictum Antonium Vaccam exaduerso procuratorem non comparentem reputauimus merito prout erat id exigente iustitia contumacem Et in eius contumaciam attendeñ. postulatioñ. huiusmodi fore iustam rationi consonam Volentesque in causa & causis huiusmodi æqualitatem seruare ac partibus iustitiam ministrare vt tenemur Et per diligentem actorum causæ huiusmodi inspectionem comperimus contenta & narrata in dicta vltima inserta commissione veritate fulciri, idcirco

auctoritate

auctoritate apostolica,nobis commissa,& qua fungimur In hac parte, dictæ Inhibitionis alias,vt præmittitur,In huiusmodi causa decretam,& concessam,sine præiuditio,legittime executionis, Iuxta, & secundum vltimo loco præinsertæ commissionis vim, formam,continentiam,& tenorem,moderandi duximus, & reuocandi, prout moderamur, & reuocamus, præsentium per tenorem, has nostras literas desuper decernendas opportunas. Quæ omnia, & singula præmissa vobis omnibus,& singulis supradictis,Intimamus,Insinuamus,& notificamus,ac ad vestrum,& cuiuslibet vestrum notitiam deducimus, & deduci volumus per præsentes,ne de præmissis,aut eorum aliquo,Ignorantiam aliquam In futurum prætendere valeatis,aut etiam quomodolibet allegare. In quorũ &c.

Mandatum de procedendo ad subastation. fructuum sequestratorum.

IACOBVS Puteus &c. deputatus &c. Vniuersis &c. Vti in citatione ad partes &c. Cuiusquidem commissionis vigore,per nos,& coram nobis,& Inter partes In eadem commissione contentas,seu verius earum legittimos procuratores,ad nonnullos actus Iudiciales,citra tamẽ causæ ipsius conclusionem,rite,& legittime processam subsequẽtes vero,nos ad honorabilis viri domini Ioannis Baptistæ Figlino In Romana curia causarũ, & supradictarum dominarum Mariæ & Annæ de Martinis principalium procuratoris,Instantiam, honorabilem, & prouidum virum magistrum Antonium Vacca In eadem Romana curia causarum, & supradictarum dominarum Ioannes de Martinis & Magdalenæ eius matris,exaduerso principalium procuratorum prout de ipsorum hinc Inde procuratorum procurationum mandatis, apud acta causæ huiusmodi legittimis dignoscitur constare, prout constat documentis,ad videndum,& audiendum mandatum subastationis, & deliberationis,ac vẽditionis fructuũ sequestratorũ,de quib. In præinserta nobis facta & præsentia cõmissione fit mentio,necnõ personas pœnes quas sequestratio hmỡi facta extitit,ad cõsignandum fructus hmõi,Iuris facti remedijs,cogi, & compelli, Iuxta,& secundũ dictæ præinsertæ nobis factæ,& præsentatæ cõmissionis vim, formam,continentiam,& tenorem, In forma solita, & consueta decerni,& concedi,vel dicendi,& causam,si quam habebat,rationabilem, quare præmissa fieri non debeant,allegandi,per vnum ex domini nostri Papæ cursoribus, citari mandauimus,& fecimus ad certum peremptorium terminum competentem, videlicet ad diem,& horam infrascriptos, quibus aduenientibus comparuit in iudicio legittime coram nobis supradictus magister Ioannes Baptista Figlino,in Romana curia causarum,& supradictæ dominæ Mariæ & Annæ de Martinis principalium procuratos,& dicti domini Antonii Vacca exaduerso procuratoris,non comparentis,contumaciam accusauit, Ipsumq; contumacem reputari, Et in eius contumaciam vobis Reuerendissimo domino Auinionen. vicelegato,quatenus vt ad subastatiõem fructuum,vt præfertur sequestratoram,& illorum venditioñ. procedi,prætiumq; eorundem in loco tuto,& idoneo,partibus non suspecto, deponi, mandatumq; commissionis, atq; venditionis fructuum huiusmodi,ac personas, pœnas quas sequestratio huiusmodi facta extitit, iuris & facti remedijs, per censuras ecclesiasticas cogendi,& compellendi, literasque desuper necessarias, & opportunas, in forma solita,& consueta decerni & concedi per nos instanter postulauit. Nos tunc Iacobus Puteus locumtenens præfatum supradictum magistrum Antonium Vacca exaduerso procuratorem,non comparentem, reputauimus,non Immerito, prout erat, iustitia suadente, contumacem, & in eius contumaciam attendentes,postustalationẽ huiusmodi fore iustam,& rationi consonam,volentesq; præinsertam nobis factam,& præsentatã cõmissionem ad effectũ debitũ deducere,vt tenemur,idcirco auctoritate apostolica.

lita, nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, vobis Reuerendo domino Auinioneñ. vicelegato & aliis supradictis committimus & mandamus quatenus ne fructus supradictorum bonorum vt præferrur collectorum detrimentum patientur ad eorumdem fructuum ex dictis bonis prouenietium vt præfertur sequestratorum venditionis præciumq; eorumdem pœnes personam idoneam, & partibus non suspectam deponi necnon personas eosdem fructus habẽtes ad eosdem tradendi & consignandi iuris & facti remediis cogeñ. iuxta & secundũ ꝑ insertæ nobis factæ & præsentatæ commissionis vim, formam, continẽtiam & tenorem commisimus & mandauimus prout committimus & mandamus per præsentes has nostras literas desuper decernendo opportunas. Quæ omnia & singula præmissa vobis intimamus insinuamus & notificamus ac ad vestram & cuilibet vestrum notitiam deducimus & deduci volumus per præsentes vobisq;, & vestrum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ & sub excommunicationis ac interdicti ingressus ecclesiæ si ea quæ vobis in hac parte committimus & mandamus neglexeritis seu distuleritis contumaciter adimplere ferimus in his scriptis districtæ præcipieñ. mandantes quatenus infra sex dierum spatium post præsentationem seu notificationem præsentium vobis seu alicui vestrum factam & postquam pro parte dictarum Mariæ & Annæ de Martinis principalium fueritis requisiti seu aliquis vestrum fuerit requisitus immediate sequeñ. Quorum sex dierum duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies, pro tertio, & peremptorio termino ac monitione canonica assignamus & subastationem fructuum sequestratorum de quibus in præinserta commissione fit mentio in omnibus & per omnia vt supra narratur iuxta & secundum dictæ commissionis vim, formam, continentiam & tenorem procedatis & procedi faciatis. Absolutionem vero &c.

Deputatio sequestratoris in locum alterius sequestratoris primo deputatis.

FEDERICVS &c. deputatus &c. Venerabili viri domino Nicolao vicecomiti Abbati Sãcti Bñdicti Bareñsis Salutẽ in dñ̃o & pñtib. fidem indubiam adhiberi & in cõmissis diligẽtiam facere, nostrisq; hm̃oi imo verius apostolicis firmiter obedire mandatis. Noueritis quod nuper Sanctissimus dominus noster Iulius Papa tertius, quandam commissionis siue supplicationis cedulæ nobis per certum suum cursorem pñtari fecit sub tenore præsentata. 29 Septembris. Beatissime pater &c. Cuiusquidem commissionis vigore ad plures actus iudiciales citra tamen causæ conclusionis rite & legittime processo subsequenter vero nos ad honorabilis viri domini Fabritij Mischetula principalis instantiam honorabilem virum dominum Ludouicum de Scalnighis in Rom. curia causarum, & R.P.D. Episcopo Monopolitañ. principalis procuratorem ad concordandum & conueniendum de aliquo sequestratore qui fructus redditus & prouentus ecclesiarum de quibus in præinserta commissione fit mentio & easdem ecclesias in arcto & firmo sequestro teneat litterasq; desuper necessarias & opportunas in forma solita & consueta decerni & concedi vel dicendum & causam si quam habebat rationabilem quare præmissa fieri non debebant allegandum per vnum ex domini nostri Papæ Cursoribus citari mandauimus & fecimus ad certum peremptorium terminum cõpetentem videlicet, Ad diem & horam infrascriptos. Quibus aduenientibus comparuit legittime coram nobis prouidus vir magister Matthæus Anthonianus in eadem Curia causarum & supradicti Domini Fabritij Mischetule principalis procurator prout de ipsorum hinc inde procuratorum procurationum mandatis apud acta causæ huiusmodi legittimis constat docu-

mentis

mentis, & dicti Ludouici exaduerso procuratoris non comparentis contumaciam accusauit ipsumque contumacem reputari & in eius contumaciam aliquem sequestrationem ad sequestrandum fructus dictarum ecclesiarum in easdem ecclesias deputari ac literas desuper necessarias decerni & concedi debita cum instantia postulauit. Nos tunc Federicus Fantucius Auditor praefatus dictum Dominum Magistrum Ludouicum exaduerso procuratorem non comparentem reputauimus merito contumacem & in eius contumaciam attenden. postulationem huiusmodi fore iustam & rationi consonam quodque iusta petenti non est denegandus assensus idcirco auctoritate apostolica nobis commissa & qua fungimur in hac parte ad dicti domini Matthaei procuratoris instantiam vos dominum Abbatem sancti Benedicti Baren. in locum alterius sequestratoris alias deputati ad sequestrandum omnes & singulos fructus redditus & prouentus ex dictis ecclesijs de caetero prouenien. vna cum Archiepiscopo Barensi alias deputato deputandum duximus prout deputamus per praesentes, has nostras literas desuper decernen. opportunas. Quae omnia & singula vobis domino Abbati antedicto intimamus insinuamus & notificamus ac ad notitiam deducimus, & deduci volumus per praesentes, ac vobis in virtute sanctae obedientiae ab sub sententias censuris & poenis qui in dicto sequestro dicto Archiepiscopo directo contentis mandantes quatenus huiusmodi sequestrationis officium in quibus & per omnia iuxta dicti sequestri tenorem cum dicto Archiepiscopo debitae executioni demandetis vobis committimus & mandamus per praesentes. In quorum &c.

Sequestrum Personae.

FEDERICVS &c. deputatus venerabilibus & circumspectis viris dominis &c. Salutem in domino & praesentibus fidem indubiam adhibere & in commissis diligentiam facere nostrisque &c. mandatis. Noueritis &c. Praesentata prima Septembris. Cuius quidem commissionis vigore per nos & coram nobis & inter partes in dicta commissione contentas ad quam plures actus etiam iudiciales rite & legittime processo Subsequenter vero nos ad honorabilis viri domini Francisci Ranis principalis instan. prouidum virum Magistrum Andream Rondoninum in Romana curia causarum & honestae mulieris dominae Franciscae Carillo principalis procuratorem ad videndum & audiendum mandatum de sequestrando personam dominae Franciscae Carillo principalis ac sequestrum & literas sequestratorias desuper necessarias & opportunas iuxta dictae praeinsertae commissionis formam, & tenorem decerni & concedi vel dicendum, & causam si quam habebat rationabilem quare praemissa fieri non debebant allegandum per vnum ex domini nostri Papae Cursoribus, citari mandauimus & fecimus ad certum peremptorium terminum competentem videlicet Ad diem & horam infrascriptos, quibus aduenientibus comparuit in iudicio legittime coram nobis prouidus vir magister Nicolaus Caniellas in eadem Curia causarum & honorabilis Domini Francisci Ranis principalis procurator prout de ipsorum hinc inde procuratorum procurationum mandatis apud acta causae huiusmodi legittimis constat documentis & dicti Magistri Andreae Rondinini exaduerso procuratoris non comparentis contumaciam accusauit ipsumque contumacem reputari & in eius contumaciam mandatum de sequestrando seu in pristinum sequestrum reducendo personam dominae Franciscae Carillo principalis ac sequestrum desuper opportunum per nos decerni & concedi necnon vos N. dominos sequestratores antedictos ad sequestran.

personam dictæ dominæ Franciscæ Carillo principalis, literasq;, seu mādatum desuper necessarias,& opportunas, Iuxta dictæ commissionis vim, formam, cōtinentiam,& tenorem, in forma solita,& consueta decerni, & concedi per nos instanter postulauit. Nos tunc Federicus Fātucius Auditor præfatus, dictum magistrum Andream, exaduerso procuratorem, non comparentē, reputauimus merito, contumacem,& in eius contumaciam attendeñ. requisitionem huiusmodi fore iustā,& rationi consonam, volentesq; præinsertam nobis factam,& præsentatam commissionem ad effectum debitum deducere, vt tenemur, idcirco auctoritate apostolica, nobis commissa,& qua fungimur in hac parte, mandatum de sequestrando, seu in pristinum sequestrum reducendo, personam dictæ dominæ Franciscæ Carillo principalis, necnon vos dominos sequestratores antedictos,& vestrum quemlibet iuxta,& secundum prædictæ commissionis vim, formam, cō tinentiam,& tenorem decernimus,& concessimus, ac deputauimus per præsentes, has nostras literas desuper decernendo opportunas. Quæ omnia,& singula, vobis dominis sequestratoribus antedictis,& vestrum cuilibet insolidum, nec non dominæ Franciscæ Carillo principalis, omnisq; aliis, & singulis quorū intereſt, interetit, aut intereſſe poterit, quomodolibet in futurum, intimamus insinuamus,& notificamus, ac ad vestram,& cuiuslibet vestrum notitiam deducimus,& deduci volumus per præsentes,& nihilominus primo, secundo, tertio, vobis & vestrum cuilibet, in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub sententias, censuras,& pœnas, arbitrio nostro moderañ.& applicañ.& postquam pro parte dicti domini Francisci Ranis principalis, vigore præsentium fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus, prædictam dominam Carillam principalem, auctoritate apostolica & sub sentētias, cēsuras,& pœnas, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis, sequestretis, & sequestrari mandetis, ac in custodia recipiatis,& custodiatis, quousq; fuerit vobis per nos, aut alium, de mandato domini nostri Papæ alias mandatum, seu intimatum. Quod si forte vos domini sequestratores interdicti, seu alter vestrum, ac ipsa Francisca principalis, præmissa omnia,& singula non adimpleueritis, aut aliquid in contrarium feceritis, ac ad faciẽ. contrarium occasionem, consilium, vel fauorem dederitis, publice, vel occulte, directe, vel indirecte, ac monitionibus, & mandatis nostris, imo uerius apostolicis, non parueritis cum effectu, Nos in vos dominos sequestratores antedictos, ac vestrum quemlibet, ac ipsam dominam Franciscam Carillo, ex aduerso principalem,& omnes,& alios supradictos, in præmissis contradictores, & rebelles, ac inobedientes trium dierum canonica monitione præmissa, ad sententias, censuras,& pœnas, etiam pecuniarias, arbitrio nostro moderañ. & applicañ. iuxta præinsertæ commissionis vim, formam, & tenorem procedens, volumus autem &c. Datum Romæ &c.

Mandatum executiuum loco executorialium extra Curiam.

ILLVSTRSSIMO &c. vt in forma executorialium, vsque ad quem executorialem inclusiue. Post cuiusquidem vltimæ commissionis, siue supplicationis cedulæ præsentationem,& receptionem nobis,& per nos, vt præmittitur, factas, nos ad honorabilis viri domini Iacobi Antonij Coigneye principalis, in præinsertis commissionibus,& sententia principaliter nominati, instantiam, honorabilem virum dominum Claudiā Albericum intrusum molestatorem, exaduerso principales etiam in eisdem commissionibus,& sententia exaduerso principaliter nominatos, omnesq; alios,& singulos intrusos, intrudendos, ac sua communiter, vel diuisim intereſſe putentes, eorumq; procuratores, si qui erant in Romana curia, p eosdē, ad dicendum,& excipiendum quicquid verbo vel inscriptis contra,& aduersus

supradictam nobis vltimo factam,& præsentatam commissionem dicere,siue ex' cipere volebant,necnon aduidendum,& audiendum omnes & singulos expeñ· pro parte dicti domini Iacobi principalis. In deductione, & prosecutione litis, & causa huiusmodi quomodolibet factas,& in quibus prædictus Claudius Albe ricus Intrusus, & magister Claudius etiam Albericus aduersarij, per senten tiam præinsertam sententialiter condemnati existunt,taxari,& moderari, senten tiamq; præinsertam & expensis taxationem huiusmodi exequi,& executioni de bitæ demandari,literasq; executoriales & illarum loco mandatum executiuum, desuper necessarium,& opportunum,iuxta,& secundum dictæ vltimæ præinser tæ commissionis vim,formam,& tenorem,in forma solita, & consueta decerni, & concedi,vel dicendum,& causam,siquam haberent rationabilem,quare præ missa fieri non deberent,allegandum,per vnum ex domini nostri Papæ cursori bus,ac per audientiam publicam literarum contradictarum domini nostri Pa pæ respectiue citari mandauimus,& fecimus, ad certum peremptorium termi num,competentem,videlicet, Ad diem,& horam infrascriptos,quibusquidē die & hora aduenienribus,comparuit in iudicio legittime coram nobis dictus domi nus Iacobus principalis,principaliter pro se ipso, citra tamen quorumcunque procuratorum suorum,per eum hactenus quomodolibet constitutorum, reuoca tionem,& dicti magistri Claudii Alberici intrusi,necnon citatorum prædictoℛ, in quadam citationis audientiæ pergameni cedula,a nobis emanata,de nostrisq; voluntate pariter,& mandato in audientia publica literarum contradictarum domini nostri Papæ posita, lecta, signata, & debitæ executioni demandata, ac præfato realiter,& in scriptis reportata,contentorum,non comparentium cōtu maciam accusauit,ipsasq; contumaces reputari,& in eorum contumaciam om nes,& singulas expeñ.pro parte dicti Iacobi principalis,in hac causa, vt ꝑmit titur,factas,& in quibus præsenti Claudius etiam Albericus exaduerso principa les,per præinsertam sententiam sententialiter condemnati existunt,taxari,& mo derari,necnon sentētiam præinsertam,& expeñ taxationem huiusmodi exequi, & executioni debitæ demandari,mandatumq; executiuum,'loco literarum exe cutorialium, desuper necessarium, & opportunum,iuxta,& secundum vltimo præinsertæ commissionis vim,formam,continentiam,& tenorem,in forma solita & consueta decerni,& concedi per nos debita cum Instañ postulauit. Nos tūc Fabius Accorambonus Auditor surrogatus,& executor prædictus, dictos Clau dium Albericum intrusum,necnon prædictos citatos,nō comparentes, reputaui mus,merito,prout erant,quo ad actum huiusmodi,id exigente iustitia,contuma ces,& in eorum contumaciam attendentes,postulationem huiusmodi fore iustā, & rationi consonam,quodq; parum esset sententias proferre,& expeñ.taxare,ni si debitæ executioni demandaretur, ac volentes dictam nobis vltimo factam, & præsentatam commissionem, ad effectum debitum deducere, vt tenemur, id circo auctoritate Apostolica, nobis commissa & qua fungimur in hac parte Omnibus,& singulis expensis supradictis,vt præmittitur, pro parte domini Ia cobi principalis factis,& in quibus pfati Claudius Albericus,& Magister Clau dius,etiam Albericus exaduerso principales per nos sententialiter condemna ti existunt,ad Ducatos. N. auri de camera boni,& iusti ponderis, prouide,mo deratione præuia per nos rite taxatis,& moderatis, iuramento eiusdem domini Iacobi principalis desuper legittime subsequuto, quod pro huiusmodi causæ siue litis prosecutione, tantum, & vltra exponere habuit, ac sententiam præ insertam,expensarumque taxationem huiusmodi exequeñ. & executioni debi tæ demandandum,mandatum executiuum,loco literarum executorialium, de super necessarium,& opportunum,iuxta,& secundum dictæ commissionis vim, formam,& tenorem,in forma solita,& consueta decerneñ & concedeñ. duxi mus,& decreuimus,ac decernimus & concedimus per præsentes, has nostras li teras desuper decernēdo opportunas. Quæ omnia,& singula supradicta,vobis

omnibus,& singulis supradictis, necnon præfato Claudio Alberico intruso, & magistro etiam Alberico exaduerso principalibus, Cæterisque prædictis omnibus, & singulis, quorum interest, inter erit, aut interesse poterit, quomodolibet in futurum intimamus, insinuamus, & notificamus, ac ad vestram & cuiuslibet vestrum notitiam deducimus, & deduci volumus, præsentium per tenorem, vos nihilominus & vestrum quemlibet insolidum, auctoritate prædicta, tenore præsentium requirimus & monemus, primo, secundo, tertio, & peremptorio termino, ac vobis, & vestrum cuilibet insolidum, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna districte præcipiendo mandantes, quatenus infra sex dierum spatium, post præsentationem, seu notificationem præsentium, vobis, seu alicui vestrum factas, & postquam pro parte dicti Iacobi principalis vigore, præsentium fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus, immediate sequeñ. quorum sex dierum, duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies vobis, & vestrum cuilibet pro tertio, & peremptorio termino, ac monitione Canonica, assignamus, contra præfatos Claudium Albericum, & magistrum Claudium etiam Albericum exaduerso principales, auctoritate prædicta, per captionem, inuasionem, incarcerationem, seu detentionem personarum, corporum eorundem, insurgatis, & alios insurgere faciatis, necnon personas, res, & bona eorundem inuadetis, incarceretis, & in firma ac tuta custodia teneatis, arrestetis, & occupetis, per vos, vel alium, seu alios, ac quilibet vestrum, qui super hoc requisitus fuerit inuadet, incarceret, custodiat, detineat, arrestet, libere, & licite Ipsosque dominos Claudium Albericum, & magistrum Claudium etiam Albericum exaduerso principales, ita, & taliter compellatis, potenter etiam manu forti & absque tamen graui lesione corporum eorundem, donec & quousque idem dominus Claudius Albericus exaduerso principalis (seu de summa, & quantitate scutorum occasione sortis principalis) ac alios quadraginta ducati auri de camera, occasione expensis, in causa huiusmodi, possessionem dictæ parochialis ecclesiæ, cum omnibus iuribus, & pertinentijs suis, prædicto domino Iacobo principali, vel procuratori suo, pro eo, & eius nomine, cum omnibus iuribus, & pertinentijs, vacuam, & expeditam dimiserit. Necnon de fructibus ex dictæ parochiali ecclesiæ die intrusionis dicti Claudij Alberici intrusi, circa perceptis, necnon tam ipse quam præfatus magister Claudius etiam Albericus exaduerso principales, cæterisque omnes, & singuli supradicti, a molestationibus, vexationibus, perturbationibus, & impedimentis eisdem domino Iacobo Antonio, de, & super etiam parochiali ecclesia, & illius occasione præstitit, & illatis, pœnitus, & omnino destituerint ac de triginta duos duorum antedictis eidem Iacobo principali, vel procuratori suo, pro eo integre satisfecerint, vosq; aliud a nobis, vel superiori nostro desuper receperitis in mandatis. Necnon eundem dominum Iacobum principalem, vel procuratorem suũ, pro eo, & eius nomine in, & ad corporalem, realem, & actualem possessionem, prædictæ parochialis ecclesiæ, iuriumque, & pertinentiarum omnium, eiusdem, ponatis, & indicatis, ponique & induci faciatis, inductumque defendatis, & manuteneatis amoto exinde dicto Claudio Alberico, exaduerso principali, intruso, ac intrusis, & intrudeñ. quos nos etiam, inquantum possumus, amouemus, Et per præsentes denũciamus, amotos. Super quibus omnibus, & singulis, & vestrum cuilibet licentiam, Et potestatem concedimus per præsentes quod si forte vos. N. N. antedictus executores iustitiæ & præsentis nostri processus transgressores seu neglectores fueritis, quod tamen vestræ Ducalis Celsitudinis obedieñ. suspicati non sunt, proculdubio iusti iudicis officium amitteretis, & præmiũ alias a vobis a dño deo paratũ amitteretis, licet vos nostris sententijs sic ligari volumus, ob reuerentiam vestri Ducalis celsitudinis non immerito deferentes, intuitu tamen iustitiæ & sanctæ sedis Apostolicæ dicti domini nostri Papæ reuerentiam vestram celsitudinem ducalẽ nos ad præfatã executionem

nem efficaciter adimplendam in domino exhortamus, & generaliter dicti subdelegati nostri omnia,& singula nobis in hac parte cōmissa plenarie exequātur iuxta traditam, seu directam a sede apostolica nobis formam, & dictæ vltimæ commissionis vim,& tenorem, Absolutionem &c. In quorum &c.

Mandatum exequutiuum ob non Restitution. Registri.

DE MANDATO R. P. D. Ioannis Suauis Romañ sacri palatij apostolici causarum, & huiusmodi causæ Auditoris,& ad domini Ioannis Fott. principalis instañ. mandatur vobis executoribus Romanæ Curiæ,& vestrum cuilibet insolidum, quatenus statim visis,& receptis præsentibus, debeatis, & quilibet vestrum debeat, registrum cuiusdam causæ intitulatæ Cauanarieñ. pecuniaria pœnes dominum Hieronymum Gilbertum huiusmodi causæ procuratorem existens, & ad effectum videndi eidem Hieronymo datum & consignatum, etiam vi abstulisse, ac de manibus eiusdem Hieronymi abstraxisse, & ad officium mei notarij huiusmodi causæ infrascripti reportasse, & restituisse, & quatenus registrum ipsius causæ pœnes Hieronymum non reperiatur, eundem Hieronymum ad eius dem. R. P. D. Ioannis Auditoris præsentiam aduxisse, quia Citatus Intimatus & contumax dominus ita mandauit hac die.

Pro domino Francisco Bachodi Guillermus Relion notarius &c.

Facultas capieñ. fructus, seu partem fructuum a manibus sequestratorum, & assignañ. principali.

IACOBVS &c. deputatus, Reuereñ. patri domino Episcopo tori generali Vlyxboneñ. ac venerabilibus, & circumspectis viris dominis Didaco de Gonea,& Antonio de Acosta Canonicis Vlixboneñ. iudicibus,& commissarijs, per nos, de partium infrascriptorum consensu, specialiter deputatis, Salutem in domino, & præsentibus fidem indubiam adhibere, & in commissis diligentiam facere, nostrisque huiusmodi, imo verius apostolicis, firmiter obedire mandatis. Noueritis quod orta alias lite, & causa, & quæstionis materia in Romana Curia sacro Rotæ Auditorio, inter honorabilem virum dominum Ioannem Lopez de Goyos principalem, actorem ex vna, & contra honorabilem etiam virum dominum Petrum de Miranda reum, & conuentum exaduerso principalem, de, & super decanatu ecclesiæ Elboreñ. & rebus alijs in actis causæ, & causarum huiusmodi latius deductis, & illorum occasione partibus, ex altera, idem dominus Ioannes Lopez de Goyos principalis, duas conformes diffinitiuas in sui fauorem, & contra eundem dominum Petrum de Miranda exaduerso principalem reportauit sententias, prout in actis causæ, & causarum huiusmodi plenius dignoscitur contineri, subsequenter vero Sanctissimus dominus noster dominus Paulus diuina prouidentia Papæ Tertius quandam commissionis, siue supplicationis papyri cedulā nobis per certum suum cursorē præsentari fecit, huiusmodi sub tenore, Beatissime Pater &c. Cuiusquidem cōmissionis vigore, per nos,& coram nobis, & inter partes in præinserta commissione contentas, seu verius eorū legittimos pcuratores aliquali inchoato pcessu, cōsequenter vero nos ad honorabilis viri domini Ioā. Lopez de Goyos principalis instañ. honorabiles viros dños Gasparem Barreros & Gaspare Suarez in Rom. curia causarum supradicti domini Petri de Mirāda

quatenus infra sex dierum spatium, post præsentationem, & notificationem præsentium vobis, seu alteri vestrum factas, & postquam pro parte dicti domini Ioannis Lopez de Goyos principalis, vigore præsentium, super hoc fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus, immediate sequen. quorum sex dierum, duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies pro tertio, & peremptorio termino ac monitione canonica assignamus, quatenus a manib. prædictorum sequestratorum, fructuum, redditituum, prouentuum decanatus, de quo agitur, & ex fructibus eiusdem decanatus prouenien. propria auctoritate, etiam in tãta numerata pecunia, vsque ad summam. N. ducatorum auri in auro monetæ Portugalliæ capiatis, & recipiatis, & eidem Ioan. Lopez de Goyos principali, seu eius legittimo procuratori, ad hoc specialiter constituto, quacunque contradictione, & rebellione cessante, antequam per vos, seu aliquis vestrum ad executionem remissoriæ, pro parte dicti Petri de Miranda decretæ, & vobis transmisse procedatur, ac iuxta, & secundum præinsertæ nobis factæ, & præsentatæ commissionis vim, formam, & tenorem, consignatis, & tradatis, ac realiter, & cum effectu assignatis, Absolutionem &c. In quorum &c.

Fragmentum Subdelegationis quo ad testes impediti, extra locum remissoriæ.

IDCIRCO, auctoritate Apostolica, nobis commissa, &c. In hac parte, vobis dominis iudicibus, & commissariis præfatis, per partes præfatas electis, & per nos deputatis per præsentes, quatenus legittime vobis constiterit, de aliquo impedimento senectute, aut infirmitate testium, in huiusmodi causa, pro parte domini Petri de Miranda examinandorum, & producendorum notario actuario per vos pro executioñ. huiusmodi remissoriæ deputato, receptionem iuramentorum dictorum testium impeditorum, & infirmorum, ex examen eorundem eidem notario, seu notariis, iuxta dictæ præinsertæ commissionis vim, formam, & tenorem committatis, & mãdetis prout nos vobis commisimus & mandauimus ac committimus & mandamus per præsentes &c.

Instrumentum Reintrusionis in censuris.

PEREGRINVS Fabius, dei & apostolicæ sedis gratia, Episcopus Vestañ. vnius ex sacri palatii apostolici causarum auditoribus, locumtenens, causæq; &c. deputatus, vniuersis, & singulis &c. Noueritis, quod orta dudũ lite, & causa, & quæstionis materia introducta, Primo coram diuersis sacri palatij Apostolici causarum Auditoribus &c. Præsentium commissionum vigore inter nobilem Beatricem Margaritã de Requensus ex vna, & priorissam & moniales, ac conuentum Sanctæ Mariæ Catherinæ de Senis, Ciuitatis Valentiñ. de, & super inualiditate prætensæ professioñ. eiusdem Beatrices, rebusq; alijs, in actis causæ & causarũ huiusmodi latius deductis, & illorũ occasioñ. partibus ex altera, dicta Beatrix tres cõformes diffinitiuas pro se, & in sui fauorẽ, & contra dictam priorissam & moniales eiusdem monasterij exaduerso principales reportauit senteñ. literisq; executorialib. desuper spẽlis cõmissionis vigore, per nos rite, & legitime decretis, & eisdẽ priorissæ & monialib. exaduerso principalib. legitime intimatis & ob eorũdẽ literarũ executorialiũ nõ paritioñ declaratiõis aggrauati, reaggrauati, et interdicti, & de mũ brachiũ seculare cõtra easdẽ decreti, & quia ex relatu dñæ Beatricis principalis, seu eius procuratoris cum vero Sanctissimi dñi nostri Papæ, & nostrã notitiam deuenit vicarium. R. P. D. Archiepiscopi Valẽtiñ. priorissã, & mon al s exaduerso principalis taliter quadã easdẽ priorissã & moniales Absoluisse qua propter Sãctissimus dñs in Christo &c. Præsentati fecit huiusmodi sub tenore

Beatissime pater &c. Cuiusquidem commissionis vigore, per nos, & coram nobis ad nonnullos actus iudiciales, per nos, & coram nobis. Inter partes pdictos seu verius earum legittimos procuratores processum fuit, subsequenter vero nos ad honorabilis viri domini Bartholomei Crespo in Romana curia causarum & dictæ dominæ Beatricis Margariti de requesens principales procurator, honorabilem virum dominum Paulum Pla in eadem curia causarum, & venerabiliū priorissæ & monialium Sanctæ Catherinæ de Senis exaduerso principalium procuratorem, ad dicendum, & excipiendum quicquid verbo, vel in scriptis contra, & aduersus suprascriptam præinsertam nobis factam & præsentatam commissionem dicere, siue excipere volebat, necnon ad videndum, & audiendum easdem priorissam & moniales exaduerso principales, in pristinis sententijs, cen suris, & pœnis, in quibus ante præsentium Absolutionem, de qua in præinserta commissione fit mentio, innodatæ erant, reintrudi, necnon literas reintrusioñ. in censuris prædictis, & mandatum de exequeñ. brachium seculare cōtra easdem priorissam, & moniales, vt præfertur, decretum iuxta, & secundum vltimo nobis factæ, & forma solita, & consueta decerni, & concedi, vel dicendum, & causam, si quam habeat rationabilem, quare &c. Allegandum &c. per vnum ex domini nostri Papæ Cursoribus citari mandauimus, &c. Ad diem & horam infrascriptos, quibus aduenientibus, comparuit in iudicio legittime coram nobis Magister Bartholomeus Crespo procurator pdictus, & nomine, quo supra procuratorio, & dicti domini Pauli Pla exaduerso procuratoris, nō cōparen. contumaciam eccusauit, ipsumq; contumacem reputari, & in eius cōtumaciam prædictas priorissam, & moniales, exaduerso principales, in pristinis cēsuris, sententijs, & pœnis, in quibus ante absolutionem, de qua in dicta præinserta commissione fit mentio, innodatæ, & censuratæ erant, reintrudi, necnon literas reintrusionis, & mandatum de exequeñ. brachiū seculare, dicta Absolutione nō obstañ. decerni, & cōcedi per nos instanter postulauit. Nos tunc Peregrinus Fabius electus, & locūtenens præfatus dictum dñm Paulum Pla exaduerso procuratorem, non cōparentem, reputauimus nō immerito, id exigeñ. iustitia, cōtumacē, & in eius contumaciā attendeñ. pñrationem hmōi fore iustam, & rationi cōsonam, quodq; parum pdesset sententias, & res iudicatas, ac executoriales, & brachium seculare reportare, nisi debitæ executioni demanderetur. Idcirco auctoritate apostolica, nobis cōmissa, & qua fungimur in hac parte, Priorissam, & moniales Sanctæ Catherinæ de Senis, exaduerso principales, præfatas in pristinas sententias, censuras, & pœnas in quibus Ante absolutionem in præinsertam commissionem narratam, reintrudendas fore, & esse, prout reintrudimus, necnon dictum brachium seculare, contra præfatas priorissam, & moniales, & conuentum exequeñ. fore, & esse, ac exequi mandamus, literasq; reintrusionis, & mandatum de exequeñ. dictum brachium seculare iuxta, & secundum præinsertæ nobis factæ, & præsentatæ commissionis vim, formam, continentiam, & tenorem decerneñ. fore, & esse, & exequeñ. prout decernimus, & exequi mandauimus dictam absolutionem, & inhibitioñ. de quibus in præinserta commissione fit mentio, executio impetrati non obstañ. respectiue, per præsentes, has nostras literas desuper decernendo opportunas. Quare omnia & singula vobis omnibus, & singulis supradictis, & vestrum quemlibet insolidum intimamus insinuamus, & notificamus, ac ad vestram & cuilibet vestrum notitiam deducimus, & deduci volumus per præsentes, vos & quemlibet vestrum requirimus, & monemus, primo, secundo, tertio, & peremptorio termino, vobisq; & vestrum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna, quam in vestrum quemlibet, si ea quæ vobis in hac parte commimus, & mandamus, Canonica monitione præmissa, ferimus in his scriptis, neglexeritis, seu distuleritis contumaciter adimplere, districte præcipieñ. mandantes, quatenus infra sex dierum spatium, post præsentationem seu notificationē,

tificationem,præsentium,vobis,seu alteri vestrum,factas, & postquam pro parte dictæ dominæ Beatricis Margaritæ de Requesens principalis &c.vigore præsentium fueritis requisiti,seu alter vestrum fuerit requisitus,immediate sequen. quorum sex dierum,duos,pro primo,duos pro secundo, & reliquos duos dies pro tertio,& peremptorio termino,ac monitione canonica assignamus,priorissã, moniales,& cõuentũ sãctæ Catherinæ de Senis ciuitatis Valentiñ. exaduerso principales præfatas in pristinis sententijs censuris & pœnis, in quibus erant,innodatæ ante dictam absolutionem,in præinsertam cõmissionem narratã,per nos vt præfertur, in eadem ceñ.reintrusas,per vos,vel alium, seu alios,in vestris Ecclesijs,monasterijs,& capellis,singulis diebus dominicis,& festiuis,infra missarũ solemnia,publicetis,& nunciare faciatis,donec aliud a nobis,vel superiori nostro desuper recepetitis in mandatis. In quorum &c.

Mandatum examinandi testes extra locum Remissoriæ.

FABIVS &c. A Sanctissimo domino nostro Papa. In locũ Reuerẽdissimi in Christo patris, & domini domini Iacobi miseratione diuina tituli Sancti Symeonis S.R.E. Cardinalis de Puteo vulgariter nuncupati,propter ipsius.R.D.Cardinalis promotionem certæ generalis nobis desuper factæ,& præsentatæ cõmissionis Auditor surrogatus, specialiter deputatus,venerabilibus,& circumspectis viris dominis Antonio de torres scholastico Granateñ.& fratri Ioannis Guriquez commendatori monasterij de la mercede,extra muros Granateñ.Nunc vero,vt asseritur monasterij beatæ Mariæ extra muros Cordubeñ.p parte illustrissimi domini Marchionis de Camerasa ac officiali Sogobieñ.& Antonio de Villegas Canonico Gieneñ. p parte Archiepiscopi,iudicibus & commissarijs Salutem in domino, & præsentibus fidem indubiam adhibere,& in commissis diligentiam facere, nostrisq; huiusmodi,imo verius apostolicis,firmiter obedire mãdatis. Noueritis &c Paulus Papa Quartus quandam commissionis &c. Beatissime pater &c. Cuiusq̃uidẽ commissionis vigore,in causa,& causis huiusmodi procedere volentes, nos ad honorabilis viri domini Alfonsi de Hamagna in Romana curia causarum procuratoris instantiam,honorabilem dominum Bartholomeum Crespo in eadem Romañ.curia causarum,& Reuerẽdissimi domini Archiepiscopi Tolletañ.principalis procuratorẽ,ad dicendũ,& excipiendũ quicquid verbo,vel in scriptis cõtra supradictã nobis factã,& pñtatam cõmissionẽ dicere,siue excipere voluerit, Necnõ ad videndũ,& audiendũ vobis dñis iudicibus,& cõmissarijs p̃dictis pro executioni remissorie deputatis,facultatẽ,licentiã,& auctoritatẽ,decanũ canonicos,& Cap.eccl.Tolletañ.vt executionis remissoriæ intersint, & assistent,nec nõ p examinatione testium seniorum,aut impeditorũ, vel infirmorũ extra locũ remissoriæ,notariũ,seu notarios,ẽt extra locũ remissorie,ad recipiendũ eorũ iuramẽta,& examina,iuxta dictæ cõmissionis vim, formã, & tenorẽ subdelegari, vel dicendũ,& cãm,si q̃ habebant rõnalem,quare p̃missa fieri nõ debebãt, allegañ.per vnũ ex dñi nostri Papæ cursorib.citari mãdauimus,& fecimus,ad certũ peremptoriũ terminũ cõpetentẽ videlicet Ad diem,& horã infrascriptos q̃bus aduenientib.cõparuit legittime corã nobis, p̃uidus vir Magister Alfonsus Hamagna,p̃curator p̃dictus,put de ipsorũ hincinde p̃curatorũ p̃curationũ mãdatis apud acta causæ hm̃oi legittimis cõstat documentis, & dicti dñi Bartholomei exaduerso procuratoris,nõ cõparentis,cõtumaciam accusauit,ipsumq; cõtumacem reputari,& in eius cõtumaciam vobis dominis iudicib.& cõmissarijs prædictis,pro executione dictæ remissoriæ per nos deputatis,facultatem, & auctoritatẽ,receptionẽ iuramentorũ,& examẽ quorũcunq; testium impeditorũ vel seniorũ,aut infirmorum,& alias valetudinariorum,extra locum executionis

remissorie huiusmodi, degeñ. notarium, seu notarios causæ ad iuramenta, & examina recipieñ. cõmitti, necnon similem auctoritatem, & facultatẽ decanũ, canonicos & capitulũ, eccl. Tolletañ. vt executioni hmõi remissorie interfuăt & assister, citationẽ, & monitionem videlicet nostras in præmissis cõcedendi, & subdelegãdi per nos debita cũ instantia postulauit. Nos tunc Fabius auditor surrogatus præfatus, dictum dominum Magistrum Bartholomeum exaduerso procuratorem, non comparentem Reputauimus, merito contumacem, & in eius cõtumaciam attendentes, requisitionem huiusmodi fore iustam, & rationi consonam, volentesq; præinsertam nobis factam, & præsentatam commissionem, ad effectum debitum deducere, vt tenemur. Idcirco auctoritate apostolica, nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, vobis dominis iudicibus, & commissarijs prædictis & pro executione remissorie, per nos, vt præmittitur, deputatis, quatenus decanus, canonicus & capitulum ecclesiæ Tolletañ. vt executioni huiusmodi remissorie interfuit citati debeatis, necnon iuramenta quorumcunque testium egregiorum, impeditorum, vel infirmorum, & alias valetudinariorum extra locum executionis remissorie degeñ. per fidum, seu fidos notarios, seu notarios, ad hac a vobis deputandos recipi, & constito de eorundem testium infirmitatem, per assertionem medio eorum iuramento in actis præstito examinari faciatis, & mandetis, iuxtam, & secundum traditam, & directam in vim dictæ commissionis, formam, & alias, prout in eadem mandatur eandem debitæ executioni demandando, prout nos Citationem contra decanum, Canonicos, & capitulum interfint executioni remissorie, ac iuramenta, & examina testium impeditorum, & infirmorum, & valetudinariorum, extra locum remissorie degentium, commisimus, mandauimus, subdelegauimus, prout nos tenore præsentium committimus, mandamus, & subdelegamus, per præsentes, has nostras literas desuper decernendo opportunas. Quæ omnia &c. Vobis dominis iudicibus, & commissarijs antedictis, & vestrum cuilibet intimamus, insinuamus, & notificamus, ac ad vestram, & cuilibet vestrum notitiam deducimus, & deduci volumus, præsentium per tenorem, vos nihilominus requirentes, & monentes, ac etiam mandañ. modo, & forma, ac sub censuris, & pœnis pro ut, in eisdem literis remissorijs, vobis directis, monuimus, & requisiuimus ac mandauimus, quatenus huiusmodi remissorie negotium, vobis, vt præfertur, commissum, in omnibus, & etiam iuxta, & secundum earumdem priorum, & præsentium literarum, nostrarum formam, & tenorem exequeñ. & executioñ. debitæ demandañ. terminum pro huiusmodi negotio tam ad probañ. quam ad reprobañ. debite obseruañ. In quorum &c.

Terminus ad interesseñ. executioni Compulsorialium.

PROCVRATORIS *&c.* & eo quo supra nomine pcuratorio &c. Ad interessendum executioni quarũdam literarum cõpulsorialium gñalium, p parte sua in hmõi cã decretarum, & ad partes, videlicet in ciuitate Florentiñ. concessarum, necnõ ad faciendum, dicendum, gerẽdum, & exercẽdum & pcurandũ in illis partibus, omnia, & singula, in causa, & causis hmõi voluentibus inter dictum honorabilem virum dominum Franciscũ Martinũ principalem ex vna, & quẽdam Annam, & Mariam de Martinis exaduerso principales, omnesq; alios & singulos sua cõmuniter vel diuisim interesse putantes, de, & super quibusdam pecuniarum summis, ac laudo, rebusq; alijs in actis causæ huiusmodi latius designatis, & deducendis, & illarum occasione partibus ex altera, pro dicto domino

domino Francisco Martini principali & quæ ipsemet substituens vigore dicti mandati sui, pro eodem facere, gerere, & exercere, & procurare posset, in causa, & causis antedictis prædicto domino, quæ circa huiusmodi executionem erunt necessaria, transferens, & transfundes in eosdem suos procuratores, substitutos, & eorum quemlibet, & omnimodam sibi in causa, & causis huiusmodi prædicti sui mandati vigore, a dicto suo principali quomodolibet attributam, traditam, & concessam præsentantem, donec, & quousque eam ad se expresse duxerit reuocandam, protestans nihilominus idem dominus substituens, quod per quemcunq; actum suum, quamcunque comparitionem, quod, seu quam ipsum in huiusmodi causa, & iudicio, vel extrahi facere contigerit, non intendit propterea dictos suos procuratores substitutos, in aliquo reuocare nisi de reuocatione huiusmodi specialem, & expressam fecerit mentionem, aliasque & alia facies, pro vt, & quemadmodum in quodam substitutionis procuratorum, apud acta causæ huiusmodi publico instrumento per me præsentis causæ notarium, atque scribam prædictus einde in notam recepto, & inferius apud acta causæ huiusmodi registrato, plenius continetur, & habetur. Præsentibus ibidem discretis viris magistris, dominis &c.

Instrumentum ad interessen̄. execution̄. literarum compulsorialium generalium.

IN NOMINE Domini amē. Anno a natiuitate Domini Millesimo quingētesimo quadragesimo octauo, indictione. N. die vero. N. mensis. N. Pontificatus Sanctissimi &c. in mei præsentis causæ notarij atque scribæ prædicti, & testimonium infrascriptorum ad hæc specialiter vocatorum, & rogatorum præsentia, præsens, & personaliter constitutus honorabilis vir dominus Antonius Vacca in Romana curia causarum, & honorabilis & discreti viri domini Francisci Martini principalis procurator prædictus prout de suæ procurationis mandato &c. Asserens se nomine quo supra procuratoriæ huiusmodi siue procurationis mandati, ac potestatis, & auctoritatis sibi eadem mediante, mandato per dictum dominum Franciscum Martinum principalem sibi attributam, & concessam, vigore pariter, & prætextu vnum vel plures procuratorem seu p̄curatores loco sui substituendi, eumque, vel eos reuocandi, ac omne mandatum siue officium procurationis huiusmodi in se reassumendi, totiens quotiens sibi opus fuerit, & sibi visum fuerit, expedire. Inter cætera in eodem mandato suo contenta, & expressa a dicto suo principali potestatem habere specialiter, & expresse in manibus, idcirco sponte, & ex eius certa scientia omnibus melioribus modo, via, iure, causa, & forma, quibus melius, tutius, securius, & efficacius potuit, & debuit apud acta causæ huiusmodi loco sui posuit, & eos nominauit, ac deputauit, videlicet prouidos viros dominos. N. &. N. &. N. &c. absentes & eorum quemlibet, ita tamen quod non sit melior conditio primitus occupantis, nec deterior subsequentis, sed quod per vnum ipsorum incæptum fuerit, id alter eorum prosequi mediare terminareque valeat, cum effectu, ad interessendum executioni quarumdam literarum compulsorialium generalium pro parte sua in Ciuitate Florentin̄. decretarum, necnon ad faciendum, dicendum, gerendum, & exercendum, atque procurandum omnia, & singula in causa, & causis huiusmodi vertentibus, inter partes prædictas pro dicto domino suo principali, circa huiusmodi executionem necessaria fuerunt, facere, gerere, exercere, & procurare posset, transferens, & transfundens in eosdem suos procuratores substitutos, & eorum quemlibet, totam & omnimodam sibi in causa, & causis huiusmodi, prædicti mandati sui vigore, a dicto suo principali quomodolibet attributam, & concessam potestatem, donec, & quousque eam ad se duxerit reuocandum, protestan-

protestans nihilominus. Idem dominus substituens, quod per quemcunq; suum actum quācūq; comparationem, quem, seu quam ipsum in huiusmodi causa in iudicio, vel extra facere contigerit, non intendit propterea dictos suos procuratores substitutos, in aliquo reuocare, nisi de reuocatione huiusmodi specialem, & expressam fecerit mentionem, de, & super quibus omnibus, & singulis præmissis idem dominus substituens a me præsentis causæ notario atq; scriba præ dicto fieri, atq; confici petijt vnum, vel plura, publicum, seu publica instrumentum, & instrumēta Acta fuerunt hæc Romæ in officio mei præsentis causæ notarij, atq; scribæ pñti, sub anno &c. Indictione &c. mense &c. pontificatu &c.

Instrumentum Absolutionis ab reatu homicidij.

IN NOMINE Domini amē. Nouerint vniuersi præsens publicum instrumentum inspecturi, visuri, lecturi, pariter & audituri, quod alias Sāctissimus in Christo pater & dominus noster dominus Iulius diuina prouidentia Papa Tertius causam, & causas, de quibus in infrascripta sententia fit mentio, Reuerēdissimis & Illustrissimis Iacobo Puteo Fabio, Mignanello, & Ioannis Baptistæ sancti Clementis, ac Petro Pacceco Sāctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus suæ Beatitudini in eadē infrascripta sententia asserit commisit, ac post commissionem huiusmodi idem dominus noster Papa quasdā suas in forma breuis literas ad R.P.D. Hieronymū Martinengū suum apud Serenissimum, & Illustrissimum Principem, & dominam dominū Ferdinandum diuina fauente clementia Romanorum & Hungariæ Regē orationem dirrexit, quæ hic breuitatis causa inseri omisimus. Quarum quidem literarum vigore, idem R.P.D. Hieronymum Martinengus orator præfatus ad receptionem iuramentorum ac productionem, & examen testium in dictis partib. Hungariæ existentium Rite & legittime procedendum duxit, atq; processit, ac quæcunque acta dictarum literarum vigore, in eisdem partibus Hungariæ habita, & facta ad Romanam curiam legittime transportañ. duxit, & transportauit, dictisq; processibus ac literis, scripturis, fideliter redactis, & trausmissis, ac Reuerendissimos & Illustrissimos dominos dominos Iacobum Cardinalem Puteum Fabium Cardinalem Mignanellum, & Io. Baptistā Cardinalem. S. Clementis visis, intellectis, & mature ac diligentea cōsideratis, ad relationem supradictorū Reuerendissimorum & Illustrissimorum dominorum Cardinalium, idem Sanctissimus in Christo pater, & dominus noster dominus Iulius diuina puidentia Papa Tertius in causa, & causis, de quib. in infrascripta sententia fit mētio, ad vlteriora procedendo, suam diffinitiuam in scriptis tulit, & promulgauit sñtiam; sub hac verborū serie, videlicet. Saluatoris &c. facta lecta &c. Romæ &c.

Declaratoria quando fit Renuntiationi appellationi.

IACOBVS Puteus &c. Vniuersis &c. Noueritis quod nuper Sanctissimus in Christo pater, & dominus noster domin' Paulus diuina prouidentia Papa Tertius quandam commissionis siue supplicationis papyri Cedulam Reuerendissimo domino Marcello Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali Crescentio nuncupato, tūc electo Marsicano, ac vnius ex sacri Palatii apostolici causarum Auditoribus Locumtenentem, per certum suum cursorem præsentari fecit, huiusmodi sub tenore. Beatissime pater &c. Cuiusq dem commissionis, siue supplicationis vigore, Idem Reuerēdissimus Cardinalis præ locumteneñ. In causa, & causis huiusmodi, ac inter partes in præinserta com-

in commissione contentas, seu verius earum legittimos procuratores rite & legittime proceden. seruatis seruandis, ac rogatis huiusmodi causæ merit. suā in scriptis tulit, & promulgauit sententiam diffinitiuam, sub hac verborum serie, Christi nomine &c. A qua pro parte venerabilis domini Ferdinandi de Villa vitiosa exaduerso principalis in præinsertis commissionibus, & sententia exaduerso principaliter nominati, appellato, apostolisque petitis, reuerentialibus obtentis, causa appellationis huius R ei bo. me. Raynaldo Petrucio dum vixit palatii prædicti causarum Auditori, & in locum etiam bo. me. Nicolai Aragoniæ prædecessores nostri surrogato, commissa fuit, qua postquam ad aliquos actus, citra causæ conclusionem processum fuerat, pro parte dicti Ferdinandi aduersarij appellationi, vt præmittitur, interpositæ & commission. obtentæ renunciatum fuit, tandem idem prælibatus. S. Dominus noster Papa quandam aliam commissionis, siue supplicationis depen. papyri cedulam nobis, per vnum ex suis cursoribus, præsentari fecit, huiusmodi sub tenore. Beatissime pater &c. Cuiusquidem etiam posterioris commissionis vigore, literis executorialibus, per nos decretis, eisdemque prædicto Ferdinandi aduersario legittime interuallis, nos in causa, & causis huiusmodi, & inter partes prædictas ad vlteriorem executionem proceden. seruatis seruandis, eundem Ferdinandum aduersarium ob dictarum literarum executorialium non paritionem, ex causa, & alias sententias, censuras, & pœnas in eisdem literis executorialibus contentas, damnabiliter incidisse, & incurrisse, per nostram, quam desuper tulimus, & promulgamus, aut declaramus sententiam declaratoriam huiusmodi sub tenore. De dominorum &c.

NOVELLAE OBLIGATIONIS FORMVLA,

In qua clausulæ semicirculis inclusæ, omnes sunt nouiter additæ.

PRO quibus omnibus & singulis tenendis, cōplendis, & inuiolabiliter obseruādis, idem A. debitor se ipsum, & suos in posterum hæredes, & successores, ac omnia & singula sua, & suorum prædictorum bona mobilia, & immobilia, præsentia, & futura (actionesq; & iura quæcunq;, vbicunq; existentia) dicto B præsenti, & pro suisq; hæredibus, & successoribus quibuscunq; stipulanti, & recipienti obligauit & hypothecauit, ac (tam Reuerendi Patris Domini Episcopi huius ciuitatis. N. & sui Vicarij, seu officialis) quam etiam Curiæ causarum Cameræ Domini N. Papæ, eiusq; Auditoris, & illius Locūtenentis, ac omnium & singularū aliarum curialium ecclesiasticarum, & secularium (quarumcunq; aliarum ciuitatum, & locorum) vbilibet existentium (etiam ipsa Romana Curia distantiorum) iurisdictionibus, coertionibus, compulsionibus, iuribus, rigoribus, solis, & meris examinibus supposuit, & submisit (promisitq; dictam summam soluere tēporibus & modis suprascriptis, & si cessauerit seu defecerit, voluit contra eum, suaq; bona, iura, hæredes & successores posse procedi tam in hac ciuitate N. & Venetijs, Romæ, & vbiq; locorum, etiā, vt præfertur, distantiorū, siue ibidem ipse A. aut sui hæredes & successores reperiantur, etiā si reperiantur itinerantes, aut nauigantes, vel quid simile facientes, & etiam si possent allegare formidinē loci nō tuti propter potētiam aduersarij, seu alicujus alterius inimici, aut alicuius iudicis auctātem Siue ibidē nō reperiantur. Et renunciauit omnibus, & singulis legibus, exceptionibus, & speciali priuilegio fori, & reuocādi domū, alijsq; prouisionibus, priuilegijs, saluis cōductibus, & gratijs tam factis, quam faciendis. Et promittit in contrarium aliquam moratoriam, saluum conductum, inhibitionem, significationē,

gnificationem, Priuilegium, vel gratiã quamcũq; non impetrare, neq; illis, aut illorum aliqua seu aliquo, etiam si Motu pprio Principis, seu alias quomodolibet cõcessis vti, Et ppterea) per curias pdictas, & earum quamlibet in solidum tam cõiunctim, quã diuisim voluit, & expresse cõsensit se, & suos prædictos posse, & debere cogi, cõpelli, cõstringi, moueri, excommonicari, aggrauari, reaggrauari, & ad brachiũ seculare deponi, arrestari, capi, incarcerari, & detineri vno, & eodẽ tempore, vel diuersis temporibus, & per diuersorum temporum interualla, vsq; ad plenariam, & integram dictorum tot ducatorum ac damnorum, interesse, & expensarum occasione præmissorum, forsan, vt supra dictum est, faciendorum, patiendorũ, & sustinendorum satisfactionẽ. Ita tamen (quod processus etiam ordinaria via, seu executiue, in vna ex curijs prædictis inchoatus, quomin' in eadẽ vel altera ex dictis curijs, ẽt executiue, & simili, vel diuersa aut diuersis vijs executiuis pcedi possit) nõ impediat nec retardet, iure dicente, quod vbi iudicium incœptum est, ibi finẽ accipere debet (& quod causarũ cõtinentiæ non diuidantur. Et quod quis teneatur in ea actione, quã intẽtauit vsq; ad finem litis persistere) & qualibet alia iuris, & facti exceptione in contrarium faciente, non obstante, cum pacto nihilominus apposito, & solenni stipulatione vallato, quod adueniente tẽpore faciendæ solutionis prædictæ, & per ipsum A. debitorem ex parte sua pmissis nõ adimpletis, liceat eidem B. creditori, suisq; hæredibus, & successoribus, & quibus ipse dederit, vel illi dederint, si & put eis, & eorũ cuilibet placuerit, dicta, bona, iura, & actiones, vt supra obligata & hypothecata, & q̃libet illorũ sua ppria auctãte, & sine alicuius curiæ, vel iudicis licentia, seu decreto, & sine citatione, seu vacatione, ẽt si sibi aliquam resistentiã per dictũ A. debitorẽ, & suos prædictos, aut alios quoscunq; fieri contingeret, atq; etiam antefactam liquidationem, seu declarationem summæ, occasione præmissorum, tunc debendæ, & postea liquidandæ, etiam si opus erit, manu armata ingredi, capere, tenere, possidere & vsufructare, ac quicquid sibi, & suis pdictis deinceps placuerit facere, donec eidem B. de dicta summa tot ducatorum, damnisq;, expensis, & interesse prædictis fuerit integraliter satisfactum, cui B. creditori, & suis prædictis, idem A. debitor etiam ex nunc, prout extunc, & cõtra, cõcessit, vt bona, iura, & actiones hmõi, vsq; ad concurrentem quantitatem summæ debitæ, ac damnorũ, expensarum, & interesse prædictorum possint, si eis placuerit, habere insolutũ, cum pactis, & clausulis in similib. dationibus in solutum apponi cõsuetis, Volẽs ẽt, quod eo casu possint B. creditor, & sui prædicti, bona, iura, & actiones huiusmodi vsq; ad concurrentẽ quantitatẽ prædictam, seu pœnes se tanquã in solutum data retinere, seu aliis personis vẽdere, donare, & alienare, ac de illis, tã quã de rebus suis propriis pro libito suæ volũtatis disponere, etiã si interim bona, iura, & actiones pdictæ in toto vel in parte ad alienas manus, & ipsius A. debitoris vniuersales, aut particulares, etiam ex causa onerosa successores, & tertios possessores quoscunque transierunt, lege canone, iure, vsu, consuetudine, & statuto quocunq; in contrarium faciente non obstante, quia sic fuit conuentum inter dictas partes, renuntiando expresse omnibus, & singulis obstantibus prædictis, & interim idem A. debitor constituit se, & suos prædictos omnia & singula, bona, iura, & actiones prædictas præcario nomine dicti B. creditoris, & suorum prædictorũ tenere, & possidere, quod precariũ licet ipsi B. creditori, & suis prædictis quandocunq; voluerint propria eorum auctoritate, & pro suæ libro voluntatis, p se vel aliũ, seu alios reuocare. Promisitq; insuper dictus A. debitor bona, iura, & actiones pdictas nõ alienare, neq; de illis aliquẽ cõtractum, distractum, seu aliũ actum facere, ex quo possit huic obligationi, & cõtentis in ea piudiciũ aliq generari (Et si aliquid tale fieri cõtingat, id sit omnino irritum, & nullum) Renuntiauit insuper idẽ A. debitor exceptioni doli, mali, vis, metus, fraudis, læsionis, & machinationis, & dictæ summæ per eũ, vt præfertur non habitæ, nõ receptæ, & nõ numeratæ, speiq; futuræ habitionis, receptiõis, & numeratiõis illi',

pñtis

præsentis cõtractus,non sic,vt pmittitur facti,celebrati,& inlti,& aliter,aut plus vel minus fuisse actum,vel dictum,quam recitatum,& scriptũ,& econtra,omnibusq;,& singulis alijs exceptionibus,& cautelis,quibus mediantib. A.debitor,& sui prædicti contra præmissa,vel eorum aliqua dicere,facere,venire,aut se tueri, quouis modo possent, & specialiter iuri dicenti generalem renuntiationem nõ valere,nisi præcesserit specialis,& expressa. Et ibidem statim,& incontinenti dicti. B. creditoris gratis,& sponte omnibus melioribus,modo,via, iure,causa,& forma,quibus melius,& efficacius potuit,& debuit,fecit,constituit, creauit,& solemniter ordinauit suos veros,certos,legittimos, & indubitatos pcuratores, factores,negotiorumq; suorum infrascriptorum gestores,& nuntios speciales,& generales:ita tamẽ,quod specialitas generalitati nõ deroget, neque contra (etiam irreuocabiles & firmiter,etiam post ipsius Domini constituentis mortem duraturos,quos per aliquam aliam procuratorum constitutionem, aut status proprij ipsius domini constituentis,& suorum prædictorum mutationem,aut alium quẽcunque actum,vel modum,qui alias forsan de iure tacitam, vel expressam reuocationem importaret,reuocari posse noluit,nec suspendi) videlicet prouidos vi ros. N. N. & . N . Ciues & notarios huius ciuitatis . N . & . N . N.Ro.Curiæ causarum procuratores,ac.N.& . N. dictæ curiæ causarum Cam.Apostolicæ Notarios,omnesque alios,& singulos procuratores,& notarios,qui nũc sunt & pro tempore futuro erunt,tam in hac ciuitate. N . quam in Rom.Curia,quorum nomina,& cognomina haberi voluit pro expressis absentes,tanquam præsentes,& quemlibet eorum insolidum: ita tamen,quod non sit melior cõditio primitus occupantis,nec deterior subsequentis, sed quod vnus incœperit, alter eorum id prosequi terminare,mediare valeat,& finire,ac ad effectum,finemque debitum perducere (etiam post mortem ipsius A. constituentis,& tam eius hæreditate adita,quam illa non adita,sed iacente,aut etiam ab omnibus repudiata) scilicet specialiter,& expresse ad ipsius Domini A. constituentis (suæ ve iacentis aut repudiatæ hæreditatis,aut hæredum futurorum respectiue) nominibus, & pro eis omni tempore,& singulis diebus feriatis,& non feriatis,in termino solutionis prædictorum tot ducatorum auri,& post ipsum terminum,& quotiens p dicto B.creditori,ac suis videbitur,& placuerit,coram prædicto Auditore , & eius locumtenente,& aliarum curiarum prædictarum officialibus,iudicibus,seu eorum locumtenentibus,comparendum,Ac ipsum debitum ducatorum, auri,ad partem,& ex parte ipsius,semel & pluries confitendum, & recognoscendum, Et ad petendum,audiendum , & recipiendum dicti Domini constituentis nomine omne præceptum,omnemq; monitionem,condemnationem, sententiam , atque mandatum,quæ,quod,& quas, præfati Domini N. & alii iudices , & officiales seu ipsorum locumtenentes , & eorum quilibet, contra prædictum Dominum constituentem, eiusq; hæredes,& successores,ac bona prædicta facere, ferre, & promulgare voluerint,seu voluerit,& eis sponte acquiescendum,necnon submittendum,& resubmittendum propterea ipsum Dominum constituentem , pro p. missis firmiter obseruandis,iurisdictioni curiarum prædictarum,& cuilibet earũ, & ad volendum,& consentiendum,quod ipsi Domini, Auditor,& locumtenens, & alij iudices,officiales prædicti in ipsum A.debitorem constitutum excommunicationis sententiam ferant,proferant,promulgent,aggrauent, reaggrauent, aliosque processus reales , & personales gerant, & faciant , quos voluerint,& dicto.B . creditori placuerit , & visum fuerit expedire , quousque de dicto debito tot ducatorum , & expensarum prædictarum sibi fuerit plenarie , & integre , ac realiter satisfactum, iuxta præsentis publici instrumenti seriem , & tenorem , & generaliter omnia,& singula faciendum, dicendum, gerendum, exercendum & procurandum,quæ in præmissis,& circa ea necessaria fuerint,seu etiã quomodolibet opportuna. Promittẽs mihi notario publ.infrascripto,vt cõmuni,& publicæ personæ præsenti,stipulãti,& recipiẽti,vice,& nomine omniũ, & singulorũ,

quorum

quorum interest, intererit, aut interesse poterit, quomodolibet in futurum, se (suosque hæredes, & successores quoscunque) omni tempore ratum, gratum, & firmum perpetuo habituros totum id, & quicquid per dictos procuratores suos, & eorum quemlibet actum, dictum, factum, gestumve fuerit, & alias quomodolibet procuratum in præmissis. Releuans nihilominus, & releuare volens procuratores prædictos, & quemlibet ipsorum ab omni onere satisdandi, iudici sisti, & iudicatum solui, cum suis clausulis necessarijs, & opportunis, sub expressa hypotheca, & obligatione omnium, & singulorum bonorum mobilium, immobilium, actionumque & iurium suorum quocunque præsentium, & futurorum, ac sub omni iuris & facti renunciatione ad hæc necessaria pariter & cautela. Et præmissa omnia, & singula in præsenti instrumento contenta (quæ partes prædictæ, & ipsarum quælibet respectiue vera fuisse, & esse medio iuramento tactis in manibus mei Notarij scripturis sacrosanctis affirmauerunt) tenere, attendere, complere, ac inuiolabiliter obseruare, & contra ea, seu eorum aliqua non dicere, facere, vel venire de iure, vel de facto, quouis quæsito colore, dictosque procuratores per eum, vt præmittitur constitutos, aut eorum aliquem, quousque præfato. B. creditori de dicta summa tot ducatorum auri, vna cum damnis expensis, & interesse prædictis realiter, plenarie, & integre satisfactum fuerit, & præmissa omnia & singula obseruata, & adimpleta fuerint (neque per se, neque hæredes, & successores suos prædictos) esse reuocando promisit, & conuenit. Ac ad & super sancta Dei Euangelia tactis similiter saceosanctis scripturis, iurauit. De & super quibus omnibus & singulis, &c.

Attendatur, quod hæc formula composita est, vt inseruiat omnium locorum Notarijs, & propterea Notarij Romanæ Curiæ, qui ea vti volent in instrumentis contractuum, qui fient in ipsa Curia, vt in eadem Curia sint adimplendi, poterunt omnes illas clausulas prætermittere, quæ de alijs locis faciunt mentionem. Præterea si obligatio recipiatur in Curia per Notarios aliorum tribunalium, de quibus dictum est in prima quæstione ad secundam obligationis particulam, in eadem secunda obligationis particula poterit poni submissio etiam illi tribunali facta.



SEQVVNTVR BVLLAE DIVERSORVM FACVLTATVM, PER NONNVLLOS ROMANOS PONTIFICES. R.P.D. *Cameræ Apostolicæ Auditoribus generalibus, concessarum.*



LEO EPISCOPVS Seruus Seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Iniunctum nobis, licet immeriti, desuper Apostolicæ seruitutis officium mentem nostram continua pulsat instantia, vt circa statum officialiũ quorumlibet Rom. Curiæ, illorum præsertim, qui iurisdictione, & iuris prærogatiua alios præcellunt, ac dictæ Curiæ decori, & ornamento existunt, prospere diligendum sublatis eorum dispendiis, iuribus suis libere vtantur fauorabiliter intendamus. Dudum siquidem officio generalis Auditoriatus, seu Audientiæ Cameræ Apost. quod dilectus filius noster Antonius. tt. S. Vitalis presbyter Card tunc in minoribus constitutus Archiepiscopus Sipontiñ. exercebat certo modo vacante fe. re. Iulius Papa I I. prædecessor noster illud sic vacans dilecto filio Hieronymo de Chinutijs Electo Asculañ. tunc Canonico Seneñ. dictarum causarum Auditori concessit, & assignauit, eiq; vt de omnibus delictis per quoscunq; Curiales Rom. Curiam sequentes commissis, & quibusuis causis tam ciuilibus, quam criminalibus, spiritualibus, ecclesiasticis, & profanis, eosdem Curiales quomodolibet concernentibus cognoscere, pluraq; alia facere, gerere, ac exercere posset, & valeret, facultatem concessit, prout in literis ipsius Iulij prædecessoris desuper confectis plenius continetur. Cum aũt (sicut accepimus) nonnulli iudices, & aliæ personæ in præmissis, & alijs facultatibus eidem Hieronymo Auditori, tam ex priuilegio aut literis prædictis, quam etiam de iure concessis se intromittere non vereantur, & ex eo quod in obligationib. in forma Cameræ procedunt, non modicum officio prædicto cuius fructus, redditus, & prouentus ab ipsis obligationibus pro maiori parte dependent, inferunt detrimentum, Nos quorum mẽtis semper fuit, prout est, iura sua vnicuiq; tribuere, & conseruare attendentes æquum, aut decens non esse, vt officio huiusmodi quo nullum aliud saltem in præfata Curia, & antiquius, & nobilius existit in iurisdictione, authoritate, aut emolumẽtis detrahatur, seu iactura aliqua inferatur, dictarum literarum tenores nobis notos pro expressis habentes Motu proprio non ad ipsius Hieronymi Auditoris, vel alterius pro eo nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, ac ex certa nostra scientia, statuimus, & ordinamus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus nullus iudex, aut alia persona quacunque dignitate, aut priuilegio suffultus in facultatibus eidem Hieronymo, & pro tempore existenti dictarum causarum Auditori, tam ex priuilegio, & literis Apostolicis, quam etiam de iure concessis, & concedendis & præsertim in superius narratis, ac obligationibus in forma Cameræ quouis modo, aut quæsito colore, directe, vel indirecte se intromittere, aut in eis procedere possit, aut valeat, districtius inhibentes sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda dilectis filiis nunc, & pro tempore existentibus Gubernatori seu Vicecamerario, Senatori, Vicario, ac Marescallo Vrbis, eorũq; Locateneñ. & Auditoribus, necnon quibuscunq; aliis iudicibus, & personis quocunq; nomine nũcupentur, ac quocunq; priuilegio sint muniti, in facultatibus eidem Hieronymo, & pro tempore existenti earundẽ causarum Auditori: tam ex priuilegio, aut literis Apostolicis, quam etiam de iure concessis, & concedeñ. & præsertim in superius narratis: ac in obligationibus in forma Cameræ, se intromittere,

no Senatori Vrbis,&c.Monendo,requirendo,ac alia necessaria faciendo, Facta fuerunt Romæ personaliter compertis,per me.F.Vaca.Sanctiss.D.N.Papæ cur sorem,& dedi copiam collationatam cum originali.

Pro Magistro Eurardus Dubibier Cursor.

Anno domini.1515.Indict.III.Pont.Sanct.D.N.D.Leonis Papæ.x. Anno eius III.Die vero II.mensis Iulij.Retroscriptæ literæ Apostolicæ fuerūt præ sentatæ,intimatæ,insinuatæ,& notificatæ R. P. D. Gubernatori Vrbis & dño Vicario Vrbis offerendo eis copias,vt moris est,per Iacobū Nexieri Cursor.

Pro Magistro.M.Guillieti Cursor.

Anno a Natiuitate Domini 1529.Indict.II.Die vero 14.Mensis Maij, Pont. Sanctiss in Christo patris,& D.N.D.Clementis,diuina prouidētia,Papæ VII. Anno VI.Retroscriptæ literæ apostolicæ intimatæ,insinuatæ,& notificatæ fuerunt D.Augustino Iudici Curiæ de Sabellis Romæ personaliter inuento,reperto,& apprehenso,ipsum sub sententijs,censuris, & pœnis in eisdem literis contentis,vt eisdem literis pareat,& obedire deberet,ac alias iuxta earundem literarum vim,formam,continentiam,& tenorem,monendo,& requirendo,omniaque alia in similibus fieri solita facta fuerunt per me Petrum Craseti prælibati D. N. Papæ Cursorem.

Desiderius Magister Cursorum.

LEO Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.Ministerio sacri apostolatus,licet immeriti,præsidentes ex incumbente nobis solicitudinis officio circa regimen,& statum Rom. Curiæ, & illius officialium feliciter, & prospere dirigendum continuo solliciti ad ea per quæ officiales ipsi,sublatis quibusuis dispendijs,cum decentia & tranquillitate eorum officia possint exercere,libenter intendimus, ac his quæ propterea ab Apostolica Sede concessa sunt,firmiora persistant, Apostolici muniminis præsidium propensius impartimur,& alias desuper prouidemus,prout in dño conspicimus,salubriter expedire Accepimus siquidem,(non sine animi nostri molestia) q̄ nōnulli nimia curiositate,vel liuore ducti,venerabilem fratrem nostrum Hieronymum Episcopum Asculañ.modernum Curiæ causarum Cameræ Apost. Generalem Auditorem,& dilectos filios Notarios eiusdem Curiæ super iurisdictionibus,& facultatib.officio Auditoriatus Curiæ causarum Cameræ huiusmodi, tam ex diuersis priuilegijs per nos,& Ro.Pōtifices prædecessores nostros eis cōcessis,quam ex consuetudine,etiam tempore prædecessorum in ipso Auditoriatus officio præfati Hieronymi episcopi moderni Auditoris incōcusse obseruatis spectantibus,& pertinētibus sub diuersis prætextibus diuersimode molestare,& perturbare indies non cessant,quo fit, vt Auditor, & Notarij prædicti tempus quod in eorum officijs exercendis consumpturi essent in eorum iurisdictione defendenda conterere cogantur in ipsorum officiorum,ac totius Ro.Curiæ, & Cameræ prædictæ detrimentum, & iacturam. Nos igitur ad quos pertinet officia, & officiales curiæ nostræ,dante domino,gubernare,& quæ in eorum iurisdictione procedunt ad debitum rationis reducere volentes super his,vt debemus,prouidere debite,Motu proprio,non ad ipsorū Hieronymi Episcopi,& Auditoris,ac notariorum,vel aliorum nobis pro eis super hoc oblatæ petitionis instantiā, sed de nostra mera deliberatione,& ex certa sciētia omnia,& singula facultates,priuilegia,& indulta,ac quascunq; literas Apostolicas etiam in forma Breuis, tam præfato Hieronymo Episcopo moderno,q̄ immediate,& alijs etiā mediatis eius prædecessorib Curiæ causarum Cameræ huiusmodi Auditoribus circa obligationes in forma Cameræ,& alias quomodolibet concessa,ac etiam circa limitationē,& moderationem aliorum Almæ Vrbis nostræ tribunalium, etiam in moderno Lateraneñ.Concilio,tam per nos,q̄ per eosdem prædecessores statuta,& ordinata,quorum omnium,& singulorum tenores,ac si de verbo ad verbum, & nihil omisso insererentur, præsentibus pro expressis haberi volumus, auctoritate

ritate Apostolica tenore præsentium approbamus,& cōfirmamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtineri,ac per quoscunq; quauis auctoritate, dignitate,aut priuilegio suffultos,etiam Palatii Apostolici Causarum Auditores, & S. R. E. Card.inuiolabiliter obseruari,ac executiones obligationum in forma dictæ Cameræ Apost.& alias iurisdictionē ipsius Auditoris illæsam ei remanere debere decernimus,& declaramus.Et nihilominus ꝑ potioti cautela præmissa omnia, & singula de nouo,ac ꝙ præfatus Hieronymus Episcopus,modernus, & ꝑ tēpore Curiæ causarum cameræ huiusmodi Auditor omnia,& singula quæ bo.me. Petrus Episcopus Cesenaten̄.dum viueret,& dilectus filius noster Antonius.tt. S. Praxedis ꝑsbyter Cardinal.dum in minoribus constitutus esset,eiusdem Curiæ Auditores eorum respectiuis temporibus faciebant,exercebant, & decernebant,etiam circa pensiones,seu solutiones,& solutionum recusationes pensionū super fructibus beneficiorum ecclesiasticorum assignatarum,& absolutiones, etiam in foro fori,a censuris,ordinaria,& delegata auctoritate,a quibusuis iudicibus,etiam in dicta Ro.Cu inflictis concernen̄. prout alii Auditores præfati facere consueuerunt,facere exercere, & decernere, ac monitoria contra huiusmodi pensiones fructibus beneficiorum ecclesiasticorum assignatas, quarum solutio in eadem Rom. Cur. vel in partibus, tacite vel expresse destinata esset, soluere debentes,etiam si obtinentes beneficia ecclesiastica super quibus pensiones huiusmodi assignatæ sunt,vel alias quomodolibet illas debentes in dicta Ro.Cur. præsentes non fuerint,sed etiam extra terras Rom.Ecclesiæ mediatæ, vel immediate subiectas extiterit,etiā ordinaria auctoritate decernere,& vigore monitoriorum huiusmodi,etiam extra eandem Rom. Cu. vt præfertur,executioni mandatorum,etiam vsq; ad sententiam,seu declarationem,& alias censuras, & pœnas,etiam vsq; ad brachii secularis inuocationem inclusiue, eadem auctoritate alias iuxta stylum contra non soluentes pensiones in præfata Rom.Cu.soluendas,& in dicta Curia existentes in eius tribunali seruari solitum procedere. Nec non vigore literarum fe.re. Eugenii Papæ IIII. prædecessoris nostri quæ incipiunt,Diuina imminentis Sedis Apost.&c.Nedum contra Iudices, sed etiam contra quascunq; particulares personas,vel collegia,aut communitates,seu vniuersitates per se,vel alium præsentes in Curia molestantes, aut molestantib.auxilium,consilium, vel fauorem præstantes,etiam similia monitoria, etiam extra loca ipsius Ro.Ecclesiæ,vt præfertur,decernere,& ob non paritionem monitoriorum huiusmodi, etiam extra dicta loca executioni demandatorum, ac idem Auditor ad cuius officium id spectat,solus,& nullus alius, (exceptis Causarum Palatii Apost. Auditoribus) qui id eo modo quo hactenus fecerunt,facere possint,ac declarationem incursus censurarum in monitoriis huiusmodi, & literis executorialibus in Ro.cu.& præsertim in Rotæ auditorio decretarum respectiue contentarum illarum vigore procedere,ipseq; Auditor,& eius Locūtenen̄.ꝑ tempore existens in processibus,seu iusticiis,& causis coram eo vigore obligationū in forma Cameræ introductis,etiam vbi in initio, vel in prosecutione litis rescripta,seu commissiones Apost.interuenerint absolutionibus a iuramento nec non dilationibus,seu moratoriis,etiam ad modicum tempus,etiam illis,quas salinarias vocant,& quibusuis aliis concessionibus,etiam super cessione bonorum seu quinquennali dilatione, aut beneficio capituli odoardus, vel capituli peruenit,a quibuscunq; quacunq; dignitate, etiam Cardinalatus honore, & officio fungentibus,etiam per specialia rescripta,seu priuilegia,& indulta,etiam in forma saluic oductus,etiā motu,& scientia similibus in quorumcunq; etiā quātumcunq; inopum fauorem,etiam cū præsentium expressa, & speciali derogatione concessionis, necnon quibusuis inhibitionibus,seu mandatis,etiam cum quarūuis censurarum, & aliarum pœnarum,etiam ipso facto incurrendarum comminatione emanatis,etiā si rescripta,priuilegia,aut indulta huiusmodi a nobis,vel successoribus nostris emanauerint,quæ eo ipso quod tam ea,quam inhibitiones,

seu man-

seu mādata huiusmodi emanauerint, reuocata, cassata, & annullata, & si in illis debita Ripæ, & Ripettæ dictæ Vrbis, ac inde factæ obligationes quomodolibet omissa, vel excepta fuerint, simili modo obligationes in forma Cameræ quantūcunq; in eis expresse, & comprehensæ, obmissæ, & exceptæ respectiue sint, & esse censeantur, ac pro infectis habeantur, prout exnunc, prout extunc reuocamus, cassamus, & annullamus, ac pro infectis habemus, nequaquam obstañ. tam contra personas, quam bona in huiusmodi forma obligatorium vsq; ad effectualē solutionem ipsorum creditorum in omnibus & per omnia perinde ac si præmissa non emanassent, necnon contra quoscūq; obligatos in huiusmodi forma Cameræ, Et dūmodo de maiori summa Viginti Duc. nō agatur, etiā contra aliter obligatos per citationes ad valuas domorū habitationis ipsorum debitorū personaliter nō citatorū per cursores ab ortu vsq; ad occasum Solis affigendas, quas in huiusmodi casibus perinde ac si contra personas proprias ipsorum debitorū executioni demādatæ essent, validas, & efficaces esse, & ipsos citatos arctare volumus, & decernimus, etiam vsq; ad condemnationem, & executionem inclusiue, & alias iuxta Curiæ ipsius Auditoris Cameræ stylum, iustitia tñ mediante. Quodq; Auditor Cameræ, & eius locumtenens pro tempore existentes præfati in ciuilibus causis in quibus idem Auditor Cameræ iuxta facultatem sibi concessam alias pcedere possit, præsertim super debitis in curia cōtractis si de minori summa, seu rei valore Quinquaginta iuxta eius facultatem nullis, si vero de maiori summa, aut rei valore ipsorum Quinquaginta Ducat. auri de Camera agatur illis, qui in dicto Rotæ Auditorio in summariis bñficialibus seruari soliti sunt, seruatis terminis etiam contra absentes a dicta Curia, necnō cōtra quoscunq; in terris dictæ Rom. Ecclesiæ degentes, ad quorumuis instantiam super quibusuis rebus, & summis eisdem terminis iuxta quantitatem de qua agetur respectiue seruatis eadem ordinaria auctoritate. Ac similiter contra quoscūq; Curiales ecclesiasticos seculares, vel reguleres: etiam ab eadē Cu. absentes ad quorumuis etiam absentium instañ. & ad ipsorum curialium etiam absentium instañ. contra quosuis alios clericos seculares, & regulares, etiam absentes, monitorijs, & citationibus respectiue præuiis procedere, necnō quoscūq; de quibuslibet dilectis suspectos cōtra quos si in dicta Curia essent quomodolibet pcedere posset, etiam extra eandem Curiam existentes, ratione delicti in dicta Curia commissi sub cēsuris, & pecuniariis, ac priuationis beneficiorum, & officiorum suorum, & aliis eius arbitrio infligendis pœnis monere, & contra sic monitos forsan contumaces, & non parentes, etiam ob non paritionem seruatis quatuor terminis ad docendum de paritione primo, secundo, tertio, & quarto, alias iuxta stylum prædictum ēt vsq; ad brachii secularis inuocationem inclusiue procedere. Quodq; idem Auditor, vel eius Locumtenens monitoria, seu citationes, tam præsentium literarum vigore, quam alias iuxta facultatem sibi per alias literas apostolicas, vel ex cōsuetudine attributam, etiam sine ipsarum insertione decernere, & ea sic etiam in omnibus, & singulis supradictis casibus, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, seu mixtis, decreta, & decretæ, etiam per ædictum publicum, constito sibi summarie, & extra iudicialiter de nō tuto accessu similiter decernere, & exequi mandare, necnon ad vlteriora perinde ac si executio huiusmodi in propriis monitorum, seu citatorum personis facta esset, etiam vsq; ad declarationem, & aliarum censurarum fulminationem, etiam vsq; ad dicti brachii inuocationem procedere possit, & debeat. Ac omnes & singulæ appellationes a quibusuis ordinariis tribunalibus in dicta Vrbe interpositæ Gubernatoris, Senatoris, & Vicario Vrbis tribunalibus, & aliis Iudicibus (Capitolii duntaxat exceptis) ad tribunal dicti Auditoris ipso iure absq; alia speciali commissione deuoluantur, & dictus Auditor illarū iudex ordinarius existat, & esse censeatur. Nec in aliquibus concessionibus, aut literis per eum etiam vigore præsentiū; etiam extra dictam Curiam facieñ. Apostolicas super hmōi facultatibus confecta in

in toto vel in parte inseri facere teneatur Apostolica auctoritate prædicta earundem tenore præsentium concedimus,ac statuimus,& ordinamus. Decernen. quãlibet præsentium literarũ patiẽ,seu clausulam,cui plenam fidem in iudicio & extra adhiberi volumus,& decernimus,vbi opus fuerit,etiam omissis alijs extrahi,& dare posse,ac eisdem præsentibus per quamcunq; commissionem, vel impetrationem nullatenus derogari posse,nec derogatum censeri,nisi commissiones,& impetrationes ipse manu propria nostra, seu successorum nostrorum Romañ. Pontificum per fiat motu proprio signatæ fuerint,& sint per quoscunque iudices,& commissarios quauis auctoritate fungentes sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter interpretañ. facultate,& auctoritate sentẽtiari,iudicari,& diffiniri debere,irritum quoq;,& inane quicquid secus super his per quoscunq; quauis auctoritate fungentes,scienter,vel ignoranter contigerit attentari. Quo circa dilectis filijs nostris moderno,& pro tempore existenti Camerario,& Antonio sanctæ Praxedis, ac Petro sancti Eusebij, necnon Laurentio sanctorum Quatuor Coronatorum,tt. Presbyteris Cardinal. per Apostolica scripta eodem motu mandamus,quatenus ipsi,vel duo, aut vnus eorum, per se,vel alium, seu alios,præsentes literas,& in eis contenta quæcunq; vbi,& quando opus fuerit, ac quotiens pro parte Auditoris,& Locumteneñ. ac Notariorum pro tempore existentium prædictorum,seu alicuius eorum desuper fuerint requisiti solemniter publicantes,eisq; in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciãt auctoritate nostra facultates,literas,priuilegia,indulta,statutum, ordinationem, & concessionem huiusmodi firmiter obseruari,ac singulos,quos præsentes concernunt,illis pacifice gaudere,non permittentes eos desuper per quoscunq; quauis auctoritate fungentes quomodolibet molestari,perturbari, seu impediri,contradictores quoslibet,ac molestatores,& rebelles per censuras,& pœnas ecclesiasticas appellatione postposita compescen. inuocato etiam ad hoc,si opus fuerit, auxilio brachij secularis,non obstañ. præmissis,ac constitutionibus,& ordinationibus Apostolicis,necnon statutis,& consuetudinibus, iuramento cõfirmatione Apostolica,vel quauis firmitate alia roboratis,ac omnibus illis,quæ in singulis literis prædictis volumus non obstare, cæterisq; contrarijs quibuscunque, aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit sede indultum,quod interdici,suspendi,seu excõmunicari non possint,per literas Apostolicas non facientes plenam,& expressam,ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, cõfirmationis, declarationis, reuocationis,cassationis,annullationis,statuti,ordinationis,decreti, voluntati, & mandati, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri,& Pauli Apostolorum eius,se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ. M. D. XIX. Sexto Idus Martij,Pontificatus nostri, Anno VII.

F. Vigorosi

PAVLVS Episcopus Seruus seruorum Dei,ad futuram rei memoriam Dilecto filio Magistro Io. Baptistæ Cicada Clerico Ianueñ. Curiæ causarum Cameræ apostolicæ Generali Auditori, V.I.D. Notario,& familiari nostro,salutem,& Apostolicam benedictionem, Ad eximiæ deuotionis affectum,quem cum fidei constantia,& sinceritate mentis ad nos, & Romanam Ecclesiam gerere comprobaris,necnon literarum excellentiam, vitæq; decorem & morum honestatem,longæuamq;, & solertem rerum experientiam in exequendis mandatis indefessam constantiam,& integritatem singularẽ ac probitatis,& plurimarũ virtutum merita,quibus personã tuam,etiam fidedignorum testimonijs,iuuari percepimus,nostræ dirigentes considerationis intuitum,ac propterea indubiam spem gerentes,quod ea quæ tibi committẽda duxerimus,summa cum prouidentia,& exacta diligẽtia laudabiliter exequeris,dignũ

quin potius debitū arbitramur, Vt eadem personam tuam condignis honoribus & gratijs prosequamur. Cum itaq; officium generalis Auditoriatus seu Audientiæ Curiæ Causarū Cameræ Apostolicæ, quod dilectus filius noster Petrus Paulus. tt. S. Balbynæ præsbyter Cardin. Parisius nuncapatus tempore assumptionis per nos nuper de persona sua ad Cardinalatus honorem factæ obtineat, ex eo quod nos officium ipsum per assumptionē huiusmodi duntaxat harum serie vacare decernimus, vacet ad præsens Nos post longam super hoc habitam discussionem, & maturam deliberationem in te nostræ considerationis intuitū direximus, ac de tuis probitatis scientia, & singulari prouidentia, alijsq; virtutibus quas te diuina propagauit clementia, sumentes in dño fiduciam specialem, ac sperantes, q tu qui Referendarius noster, ac literarum Apostolicarum de maiori præsidentia Abbreuiator, & in illarū expeditione pro tēpore existenti. S. R. E. Vicecancellario assistens, existis officium audientiæ causarum curiæ huiusmodi scies, voles, & poteris per te fideliter, & laudabiliter exercere, teq; a qbusuis excommunicationis, suspensioñ. & interdicti, aliisq; ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a iure, vel ab homine, quauis occasione, vel cā latis, si quibus quomodolibet innodatus existis ad effectum præsentium duntaxat consequeñ. harum serie absoluentes, & absolutum fore cēsentes Motu proprio non ad tuā, vel alterius p te nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, & ex certa nostra scientia officium Audientiæ, seu Auditoris Curiæ causarum Cam. huiusmodi, siue (vt præmittitur) siue per liberā resignationē eiusdem Petri Pauli Cardinal. de illo q tūc obtinebat in manibus nostris sponte factam, & per nos admissam, seu alias vacet, cum officio correctione Archiuii Romanæ Curiæ aliisq; illi annexis, necnō omnibus, & singulis illius honorib. & oneri b. priuilegiis, iuribus, & emolumentis consuetis, ac facultatibus, & indultis ac decretis etiam in ordine, & modo procedendi in causis eidē Petro Paulo Cardinal. & aliis qui pro tempore fuerint causarum curiæ huiusmodi generalibus Auditoribus etiam per fel. reco. Iulium II. Leonem Decimum, Clementē VII & alios quoscunq; Ro. Pont. prædecessores nostros, ac ēt per nos, & Sedem Apostolicam, sub quibuscunq; tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis, tā sub plumbo, quā in forma breuis, & alias quomodolibet, Etiā super executiōe obligationum in forma Cameræ cōcessis, approbatis, & innouatis, & quas, & prout dictus Petrus Paulus Card & sui in officio huiusmodi Auditoriatus prædecessores, tam per literas eis expresse concessas, quam hactenus de obseruata consuetudine habuerunt, ac quibus vsi fuerunt, vel vti potuerūt, tibi auctoritate Apostol. tenore præsentium concedimus, & assignamus, Teq; nostrum, & dilecti filii nostri Guidonis Ascanii Sfortiæ, Sanctorum Viti, & Modesti Diaconi Cardinalis moderni, ac pro tempore existentis Camerarii nostri, ac causarum Curiæ huiusmodi Generalem Auditorem cum honoribus, oneribus, priuilegiis, iuribus, emolumenti, & facultatibus, ac decretis prædictis constituimus, & deputamus, teq; in locum dicti Petri Pauli Cardin. quoad huiusmodi Auditoriatus officium, eiusq; exercitium quoad vixeris constituimus, & subrogamus, tibiq; per te, vel alium, seu alios, idoneū, seu idoneos Locumteñ. seu locumtenentes, ac Vicegerētes tuos, quos p tpe, quotiēs tibi placuerit, duxeris assumendos, vel deputandos de omnib. & singulis criminibus, & excessibus, & delictis in Ro. Cur. vel extra eā per quoscūq;, tā Officiales Sedis Apo. ac alios Rom. Curiā sequeñ. quam a iurisdictione Ordinariorū exemptos, & Sedi Apo. subiectos, cuiuscūq; dignitatis ecclesiasticæ, vel mūdanæ, stat⁹, grad⁹, ordinis, vel cōditionis, fuerint, perpetratis, vel perpetrādis, tā ad Fisci nři p tēpore existētis pcuratorib denunciationē, & pmotionē, q̄ ēt partium accusationem, & ex mero officio inquirēdi, & super illis tā per inquisitionē hmōi, q̄ accusationē, seu denūtiationē pcedendi, ac repertos culpabiles iuxta excessuū perpetratorū exigentiā, & qualitatē, puniendi Necnō omnes, & singulas tam ciuiles, quam criminales, & mixtas, spiri-

tuales, ecclesiasticas,& pfanas,ac alias quascũq; et cõmissarias eãs cõiunctim, vel diuisim, quocũq;,vel qualitercũq; in eadem cu.motas,& mouendas,seu quolibet nũc, & in posterum inter quascunq; partes,etiam per viam inquisitionis, aut ex officio pendentes,& quæ sine per appellationem interiectam a grauaminib.illatis,& inferri comminatis,& sententiis etiam diffinitiuis a quibusuis ordinariis iudicib & arbitratorib.in dicta Vrbe Gubernatore,Vicario Vrbis,& Senatore,ac Iudicib.(Capitolii duntaxat exceptis) latis,& promulgatis,& per alios quoscũq; Iudices ordinarios,vel delegatos,seu arbitros,vel arbitratores, ac etiã Sedis pdictæ nũc,& p tpe Legatos,ac Vicelegatos in terris eidẽ Ro.Ec.mediate,vel immediate subiectis,& qbusuis feudũ,vl' vicariatũ, aut alias cõcessis,aut alias ad sedẽ apo. et p viã reclamatiõis iudicialis,vl' extraiudicialis,seu alias p viã nullitatis delate sint,vel in posterũ deferent,eas,vcz,in quib.nõ ageret d sũma centũ Florcñ.auri de Cam.aut re illius sũmæ verũ valorẽ excedente,put pfatus Petrus Paulus Card.vigore quarũdã nrarũ lrarũ in forma Breuis sibi concessarũ,& alii sui pdecessores vsq; ad summã,seu valorẽ duc.quinquaginta potere.Necnõ illas inter,& cõtra mercatores dictæ curiæ.p negotiis tñ & reb.mercãtilib.corã eo vsq; ad q̃cũq; summã p tpe vertentes sũmarie, simpliciter, & de plano,ac sine strepitu,& figura iudicii,sed sola rei,& facti veritate inspecta, et manu Regia,nullisq; terminis seruatis,etiã qui de stylo,seu ordinatione palatii apost.aut alias seruari soliti sunt,alias vero dictã summã centũ,seu valorem illius excedentes,more solito audiendas,cognoscendas,& decidendas,Necnõ pte, & dictos Locũtenentes,& Vicegerentes tuarũ,& aliarũ quacũq; in eadem Cu.p quoscũq; iudices,etiã sacri Palatii apost. Auditores,ac alios delegatos, & subdelegatos,necnõ quorũcunq; pcessuum gñalium,tã in die Cœnæ Dñi, q̃ alias cũ censurarũ & pœnarũ ecclesia.fulminatione fieri solitarũ,ac etiã quarũcũq; aliarum,tã p nos q̃ p Ro.Põt.pro tpe existentes,siue in specie,siue in gñe, aut alias q̃uolibet latarũ,& ferendarũ sñtiarũ executiones,quas etiã si delegatis ipsis,aut subdelegatis,seu aliis quibuscunq; spetialiter forsan per nos,& sedem prædictã cõmissæ forent,aut cõmitterentur pro tempore accumulatiue quo ad te tuosq; Locumteñ.pfatos,nõ aũt priuatiue cõcessas fore decernimus, & declaramus faciendi,illasq; debitæ executioni,etiã cũ inuocatione brachii secularis auxilii, si opus fuerit,demãdandi,ac pdictas,et alias,etiã extra dictã cu degentes,tuæ tñ iurisdictioni rõne salarii in eadem cu.p quoscunq; debiti,vel expensarum,aut mutui,siue cõtractus in eadem curia initi,aut alias quouis mõ,sponte,seu alias submissas & submittendas,vniuersitates,Collegia,& personas cuiuscũq; status,gradus,dignitatis,ordinis,vel cõditionis,etiã Pont.præeminentiæ, & alias in dicta curia degentes personas ad instantiam quorum interfuerit,etiam pro expeñ.damnis,& interesse in causis in quibuscunq; contractis,aliisq; causis pro quib.præfatus Petrus Paulus Card.& alii sui in officio hmõi pdecessores potuerunt,& cõsueuerunt quotiens expedierit,moneñ.citandi,requirẽdi,suspendendi, & specialiter interdicendi,excõmunicãdi,ac iteratis vicib.aggrauandi,illasq;.put expedierit,arrestañ incarcerandi,& dimittendi,pœnas,& mulctas p delictorũ,& excessuum ac criminum qualitate eis (citra tñ mortem,& membri mutilationem) infligendi,& imponendi,& ipsas,ac earum quamlibet a nemine etiam de partium consensu, & ad id specialiter delegato ad amputandas collusiones, præterquam abs te,tuisq; Locumtenentibus absolui posse decernimus ab ipsis sententiis,pœnis,& mulctis spiritualibus,& temporalibus absolueñ. & relaxandi, & generaliter omnia alia,& singula gerendi,statuendi, dispenendi præcipiendi, mandandi,exequendi,& exercendi, quæ ad huiusmodi Auditoriatus officium de iure,vel ex priuilegio,aut literis,& consuetudinib.prædictis,quas præsentib. pro expressis habentes approbamus, innouamus, & quatenus opus sit de nouo concedimus,quomodolibet pertinent,& quæ Auditores causarum dictæ curiæ, qui pro tempore fuerunt,& ex concessis eis a præfata sede facultatibus facere,

gerere, statuere, & disponere, pcipere, & mandare, exercere, & ordinare, ac exeq quolibet potuerūt, seu ēt debuerūt, aut soliti sunt, faciēdi, gerēdi, statuēdi, dispo neñ. pcipiendi, mādandi, & exercēdi, ordinādi, & exequēdi, ac vnum, vel plures ad præmissa omnia, ipsumq; Auditoriatus cārum curiæ officium exercendum quotiēs tibi placuerit loco tui substituēdi, & substitutos reuocādi, ac illos, vel alios iterum substituendi, & deputañ. plenam, & liberam dicta Apost. auctoritate cōcedimus facultatem, ac ēt ptātem habituri, processusq;, & sententiās, quos & quas tu, & substituti pdicti statueritis, & tuleritis in cōtradictores quoslibet, & rebelles, gratas, & ratas, illasq; facturi, auctore dño, vsq; ad satisfactionem cōdignā inuiolabiliter obseruari, Nō obstantib. cōstitutionib. & ordinationibus apost. ac statutis, & cōsuetudinib. ēt iuramēto cōfirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoq; indultis, & literis apostolicis, quibusuis cōmunitatib. vniuersitatib. eidē Sedi mediate, vel immediate subiectis, ac quibusuis aliis quacūq; dignitate, ēt Card. honore fungentib. personis, ac ēt nřis, & sedis pdictæ Nūcijs, & legatis ēt de latere p nos, ac pdecessores nostros Ro Pont. sub quibuscūq; tenorib. & formis, ēt motu simili cōcessis, quib. etiā si de illis specialis, specifica, & expressa mentio hñda foret, illorumq; tenores pñtib. pro expssis habentes hac vice duntaxat harum serie motu, & scientia similibus derogamus, ac derogatum esse decernimus, cæterisq; contrarijs quibuscunq;. Volumus autem, quod antequam officium Auditoriatus Causarum Cur. huiusmodi exercere incœpis de ipso fideliter exercēdo in manib. pfati Camerarij nostri, seu ei' Locumteñ præstes solitum iuramentum. Tu igitur prædictum Auditoriatus cārum curiæ officium prompta deuotione exequaris, vt tua opera ad laudē, & gloriam earundem Ecclesiæ, & curiæ vocem publicam, priuatorumq; commoditatem, & exēplum laudabile reddat, teq; apud nos p amplius cōmendent, vt speramus. Dat. Romæ apud sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ. M.D.XXXIX. Octauo Id. Martii. Pontificatus nostri, Anno Sexto.

F. de Ribera.

IVLIVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad futurā rei memoriā. Dilecto filio Magistro Frācisco de Albericis Clerico Racanateñ. cur. Cārum cameræ apostolicæ generali Auditori, V. I. D. Notario, & familiari nostro, salutem, & Apostolicam benedictionem. Ad eximiæ deuotionis affectum, quem cum fidei constantia, & sinceritate mētis ad nos & Romam Eccl. gerere comprobaris, necnon literarū eccellentiam, vitæque decorem, & morum honestatem, longeuamq;, & solertem rerum experientiam, in exequendis mādatis indefessam constantiam, & integritatem singularem, ac probitatis, & plurima rū virtutum merita, quib. personam tuam, etiam fidedignorum testimonijs, iuuari pcipimus, nostræ dirigentes cōsiderationis intuitum, ac propterea indubiā spē gerentes, quod ea, quæ tibi committenda duxerimus, summa cū prouidentia, & exacta diligentia laudabiliter exequeris, dignum quin potius debitum arbitramus, vt eandem personam tuam condignis honoribus, & gratijs prosequamur. Cum itaq; officium generalis Auditoriatus, seu Audientiæ curiæ causarum cameræ apost. quod dilectus filius noster Io. Baptista Cicada tt. S. Clemētis præsbyter Card. tempore assumptionis p nos nuper psona sua ad Card. honorem factæ obtinebat, ex eo quod nos officium ipsum per assumptionem hmōi duntaxat harum serie vacare decernimus, vacet ad præsens. Nos post longam super hoc habitam discussionem, & maturā deliberationē in te nostræ cōsiderationis intuitum direximus, ac de tuis probitatis scientia, & singulari prouidētia, alijsq; virtutibus, quas in te diuina propagauit clementia, sumentes in domino fiduciā specialem, ac sperātes, q tu qui Referendarius noster, ac literarum apostolicarū corrector, & Cancellariæ Apostolicæ regens existis officium audientiæ cārum curiæ huiusmodi scies, voles, & poteris per te fideliter, & laudabiliter exercere,

teq; a quibusuis excommunicationis, suspēsion. & interdicti aliisq; ecclesiasticis sentērijs, censuris, & poenis, a iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, si quib. quolibet innodatus existis ad effectum præsentium duntaxat consequen. harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes Motu proprio non ad tuā, vel alterius pro te nobis super hoc oblatæ petitionis instantiā, sed de nostra mera liberalitate, & ex certa nostra sciētia officiū Audiētiæ, seu Auditoris Cam. hmōi, siue (vt præmittitur, siue per liberam resignationem eiusdem Io. Baptistæ. Card. de illo quod tunc, obtinebat in manibus nostris sponte factā, & per nos admissam, seu alias vacet, cum officio correctoriæ Archiuij Rom. Curiæ aliisq; illi annexis, necnon omnibus, & singulis illius honoribus, & oneribus, priuilegiis, iuribus, & emolumentis cōsuetis, ac facultatibus, & indultis, ac decretis ēt in ordine, & modo ꝓcedēdi in causis eidem Io. Baptistæ Card. & aliis qui ꝑ tēpore fuerunt causarum curiæ huiusmodi generalibus Auditoribus etiam per fe. re. Iulium, II. Leonem X. Clemētem VII. Paulum III. & alios quoscunq; Ro. Pont. prædecessores nostros, ac ēt per nos, & Sedem Apo. sub quibuscūq; tenorib. & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis, tā sub plumbo, q̄ in forma Breuis, & alias quomodolibet ēt super executione obligationū in forma Cameræ cōcessis, approbatis, & innouatis, & quas, & prout dictus Ioan. Baptista Card. & sui in officio hmōi Auditoriatus prædecessores tam per literas eis expresse cōcessas, quā hactenus de obseruata cōsuetudine habuerūt, ac quibus vsi fuerunt, vel vti potuerunt, tibi auctoritate Apostolica tenore pñtium concedimus, & assignamus, teq; nostrū, & dilecti filii nostri Guidonis Ascanii Sfortiæ S. Eustachii Diaconi Card. moderni, ac ꝑ tēpore existētis Camerarii nostri, ac cāarum curiæ hmōi Generalem Auditorem cū honoribus, onerib. priuilegiis, iuribus, emolumentis, & facultatib. ac decretis prædictis cōstituimus, & deputamus teq; in locū dicti Io. Baptistæ Card. quoad hmōi Auditoriatus officium, eiusq; exercitiū quoad vixeris cōstituimus, & subrogamus, Tibiq; per te, vel aliū, seu alios, idoneū, seu idoneos locūtenentē, seu locūtenētes, ac Vicegerētes tuos, quos ꝑ tpe, quotiēs tibi placuerit, duxeris assumēdos, vel deputādos de omnib & singulis criminib. & excessib & delictis in Ro. Cu. vel extra eā per quoscūq;, tam Officiales Sedis Apostolicæ, ac alios Ro. cu. sequen. q̄ a iurisdictione Ordinariorū exēptos, & Sedi Apost. subiectos, cuiuscunq; dignitatis ecclesiasticæ, vel mūdanæ, status, gradus, ordinis, vel cōditionis, fuerint, perpetratis, vel perpetrandis, tā ad Fisci nri ꝑ tpe existentis ꝓcuratoris denuntiationē, & ꝓmotionē q̄ ēt partiū accusationem, & ex mero offici inquirendi, & super illis tā per inquisitionē hmōi, q̄ accusationē, seu denūtiationem ꝓcedēdi, ac repertos culpabiles iuxta excessuū perpetratorū exigentiā, & qualitatem puniendi, Necnon oēs, & singulas tā ciuiles, q̄ criminales, & mixtas, spūales, ecclesiasticas, et pfanas, ac alias quascūq; ēt cōmissarias cās cōiunctim, vel diuisim, qūocūq;, vel qualitercūq; in eadē Cu. motas, & mouendas, seu qūolibet nūc, & in posterū inter quascūq; partes, ēt ꝑ viā inqsitionis, aut ex officio pēdentes, & q̄ siue per appellationē interiectā a grauaminib. illatis, & inferri cōminatis, ac sntiis etiā diffinitiuis a quibusuis ordinariis iudicib & arbitratorib. in dicta Vrbe Gubernatore, Vicario Vrbis, & Senatore, ac iudicib. (capitolii dūtaxat exceptis) latis, et ꝓmulgatis, & ꝑ alios quoscūq; iudices ordinarios, vel delegatos, seu arbitros, vel arbitratores, ac etiam Sedis pdictū nūc, & ꝑ tēpore legatos, ac Vicelegatos, seu Gubernatores in terris eidem Ro. Ec. mediate, vel immediate subiectis, & quibusuis in feudū, vel vicariatū, aut alias cōcessis, aut alias ad Sedem Apo. etiā per viā reclamationis iudicialis, vel extraiudicialis, seu alias ꝑ viā nullitatis delatæ sint, vel in posterū deferentur, Eas, videlicet, in quib. nō ageretur de sūma Centū Florenorum auri de Camera, aut re illius summæ verum valorem excedente, put præfatus Io Baptista Card. Necnon illas inter, & contra Mercatores dictæ Cur. pro negotijs tamen & rebus mercantilibus coram eo vsq; ad quamcunq; summā pro tempore

vertentes

vertentes summarie, simpliciter, & de plano, ac sine strepitu, & figura iudicij sed sola rei, & facti veritate inspecta, etiã manu Regia, nullisq; terminis seruatis, etiã qui de stylo, seu ordinatione Palatii Apostolici, aut alias seruari soliti sunt, alias vero dictam summam centum, seu valorem illius excedentes, more solito audiendas, cognoscendas, & decidendas, Necnõ per te, & dictos Locumtenentes, & Vicegerentes tuarum, & aliarum quarumcunq; in eadem Curia per quoscũq; iudices, etiam Sacri Palatii Apostolici Auditores, ac alios delegatos, & subdelegatos, necnon quorũcunq; processuũ gñalium, tam in die Cœnæ Dñi, quam alias cũ censurarũ, & pœnarũ ecclesiasticarũ fulminatione fieri solitarũ, ac etiã quarũcunq; aliarũ, tã per nos, q̃ per Ro. Pont pro tempore existente, siue in specie, siue in gñe, aut alias quõlibet latarũ, & ferendarũ sñtiarum executiones, quas etiã si delegatis ipsis, aut subdelegatis, seu aliis quibuscũq; spãliter forsan per nos & Sedem pdictã cõmissæ forent, aut cõmitterentur pro tempore accumulatiue quo ad te, tuosq; Locũteñ pfatos, nõ aũt priuatiue cõcessas fore decernimus, & declaramus faciendi, illasq; debitæ executioni, etiã cũ inuocatione brachii secularis auxilii (si opus fuerit) demãdandi, ac pdictas, & alias, etiã extra dictã Cu. degentes, tuæ tñ iurisdictioni rõne salarii in eadem Cur. per quoscũq; debiti, vel expensarũ, aut mutui, siue cõtractus in eadem Cu. initi, aut alias quouis mõ, spõte, seu alias submissas, & submittendas, Vniuersitates, Collegia, & personas cuiuscunq; status, gradus, dignitatis, ordinis, vel cõditionis, etiã Põtificalis peminentiæ, & alias in dicta cur. degentes personas ad instantiam quorũ interfuerit, etiã p expeñ. dãnis, & interesse in causis in quibuscũq; cõtractib. passis p quib. pfatus Io Baptista Card. & alii sui in officio hmõi pdecessores potuerũt, & cõsueuerũt quotiens expedierit, moneñ citandi, requirendi, suspendendi, & specialiter interdicendi, excõmunicandi, ac iteratis vicib. aggrauandi illasq;, put expedierit, arrestañ. incarcerãdi, & dimittendi, pœnas, & mulctas pro delictorum, & excessuum, ac criminũ qualitate eis (citra tñ mortem, & membri mutitationem) infligendi, & imponendi, & ipsas, ac earũ quãlibet a nemine etiã de partiũ consensu, & ad id spãliter delegato ad amputãdas collusiones pterq̃ abs te, tuisq; locũteñ. absolui posse decernimus ab ipsis sententiis, pœnis, & mulctis spũalib. & temporalib. absolueñ & relaxandi, & gñaliter omnia alia, & singula gerendi, statuendi, disponendi, percipiendi, mandãdi, exequendi, & exercendi, quæ ad hmõi Auditoriatus officium de iure, vel ex priuilegio, aut literis, & consuetudinib. pdictis, quas præsentib. pro expressis habentes approbamus, innouamus, & quatenus opus sit de nouo cõcedimus, quomodolibet pertinent, & quæ auditores causarum dictæ curiæ qui pro tempore fuerunt, & ex concessis eis a præfata sede facultatibus facere, gerere, statuere, & disponere, præcipere, & mandare, exercere, & ordinare, ac exequi quõlibet potuerunt, seu etiam debuerunt, aut soliti sunt, faciendi, gerendi, statuendi, disponeñ. præcipiendi, mandandi, exercendi, ordinandi, & exequendi, ac vnũ, vel plures ad pmissa omnia, ipsumq; Auditoriatus cãræ curiæ officium exercendum quotiens tibi placuerit loco tui substitueñ. & substitutos reuocandi, ac illos, vel alios iterum substituendi, & deputañ. plenã, & liberam dicta Apostolica auctoritate cõcedimus facultatem, ac etiam potestatem habituri, processusq;, & sententias, quos & quas tu, & substituti prædicti statueritis, & tuleritis in contradictores quoslibet, & rebelles, gratas, & ratas, illasq; facturi, auctore dño, vsq; ad satisfactionem condignam inuiolabiliter obseruari. Nõ obstantibus constitutionibus, & ordinationib Apostolicis, ac statutis, & cõsuetudinib. etiam iuramento cõfirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegiis quoq; indultis, & literis Apostolicis, quibusuis cõmunitatib. vniuersitatib. eidem Sedi mediate, vel immediate subiectis, ac quibusuis aliis quacunq; dignitate, etiam Cardinalatus honore fungentibus personis, ac etiam nostris, & Sedis pdictæ Nunciis, & Legatis etiã de latere per nos, ac pdecessores nostros Ro. Pont. sub quibuscũq; tenorib. & formis, etiam Motu simili concessis, quibus

fis,quibus etiam si de illis specialis,specifica,& expressa mentio habenda foret,illorumq; tenores præsentibus pro expressis habentes hac vice dũtaxat harum serie Motu,et scientia similib.derogam⁹,ac derogatum esse decernim⁹,cæterisq; cõtrariis quibuscunq;. Volum⁹ autem,quod antequã officium Auditoriatus cã rum Cu.hmõi exercere inceperis de ipso fideliter exercendo in manib. pfati Camerarii nostri,seu eius Locumteneñ pstes solitum iuramentum. Tu igitur pdictum Auditoriatus Causarum Curiæ officium prompta deuotione exequaris, vt tua opera ad laudem,& gloriam earundem Ecclesiæ,& Curiæ vocem pu blicã,priuatorumq; cõmoditatem,& exemplum laudabile reddat,teq; apud nos p amplius cõmendent,vt speramus. Nulli ergo &c. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ. M.D.L I. Pridie Noñ. Decemb. Pontificatus nostri, Anno Secundo.

S.Grolleti.

Decretum Camerale, siue constitutio antiqua, In fauorem Inquilinorum fact. cum confirmatione, ac attestatioñ.eiusdem.

RAPHAEL Episcopus Portueñ.Card.S.Georgij.S.D.N.Papæ Camerarius. ¶ Cupientes tranquillitati curialium q̃,vt plurimum alienas domos,sub ãnua pensione,in vrbe incolunt,ne ab earundem domorum Inquilini,p alios expelli possint,simul atq; litib.& cõtrouersijs,q̃ ppea suboriuntur,submoneñ.quantum possumus,opportune prouidere. ¶ Hinc est quod cum in libris cameræ apostolicæ,reperta fuerit attestatio cõstitutioñ.huiusmodi sub tenore. ¶ De mandato R. P. D. Vianesij. Protonotarij Bononieñ. S. D. N. Papæ Vicecamerarij,& reliquorum Dominorum Cameræ Apostolicæ. Intimetur R. in Christo Patri,& Domino, Domino Honofrio,episcopo Tricariceñ Commissario,& Iudici causæ Romañ.domus,inter quosdam Simonem de Luca,mercatorem ex vna, & Marianum de Senis Inquilinum, ex alia partibus Verteñ. Qualiter in camera apostolica,reperitur Constitutio quædam,cuius effectus est,quod nemo curialis Inquilinus eij possit de conducta domo,nisi propter factam locatæ domus venditionem. Aut domino domus, volen.ipsam domum locatam,per se ipsum & non per alium quemcunq;,inhabitare. Et eo etiam casu,nisi satisdato prius,de in habitando huiusmodi domum per seipsum,ad minus per vnum annum. Aut Inquilinus requisitus debito tempore, recuset soluere conuentam pensionem. Et quod de hoc est etiam in Romana curia,publica vox & fama,ac vniuersalis obseruantia, tam in iudicijs Cameræ apostolicæ,quam in quibuscunq; alijs iudiciis eiusdem curiæ. ¶ Datum Romæ in camera apostolica,sub eiusdem sigilli impssione. Anno Domini Millesimo Quadringentesimo, Septuagesimo. Die xxvi. mensis Octobris. Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris,& Domini nostri Domini Pauli,diuina prouidentia Papæ Secundi, Anno Septimo.

Caspar Blondus.

¶ Propterea,eandem attestationem,& dispositionem,cum omnib. & singulis in eis cõtentis. De mãdato S. D. N. Papæ, viuæ vocis oraculo, nobis desuper,ac ex decreto in camera apost facto,cum omnium et singulorum suppletioñ. defectuum tã iuris,quã facti,quicunq; sint,innouamus,legisq; gñalis in perpetuum, vim, & effectum habere,nec ad eius probationẽ,in iudicijs & extra,alicuius,quã vnius ex Notarijs Cameræ apost.de præsenti innouatione, & ordinatione, ac statuto Transumptum requiri,sed idẽ Trãsumptum tãtum,plene sufficere decernimus, & ordina-

& ordinamus. Et nihilominus, pro maiori dictorum Inquilinorũ satisfactione, & ad lites, & cõtrouersias euitandas, vt præfertur oraculo, & decreto similib. etiam in perpetuum statuimus, & ordinamus, quod exnunc in posterum, nullæ locationes, etiam ad longum seu longissimum tempus, seu etiam ad tertiam generationem, nec etiam venditionem de eis domib. siue alteri locatis, seu etiam quiuis alii contractus quomodocunque, etiam cum iuramento, & in quauis forma, etiam cameræ apostolicæ, seu alias quomodocunque excogitari possit, etiam sub prætextu, quod vtiles, eisdem locatorib. dominis existant, per earundem domorum dominos, siue eorundem domorum domini Romani sint, siue curiales, etiã si alias, pupilli, siue vigintiquinque annis, vel etiam mulieres, laici, vel clerici, seu etiam Religiosi, vel alias, ecclesiarum quarumuis Rectores, vel etiam alias, earundem domorum, iure quorumuis beneficiorum per eos obtentorum, ius, seu dominium habeñ. & pro eo, quauis causa, seu necessitate, valeãt, seu alicuius momenti sint, nisi primitus & ante omnia iidem domini, earundem domorũ Inquilinis, per authentica instrumenta, & in præsentia Notarii, & testium fidedignorum bis, & cum interuallo. X. dierum requisitis, si pro iustis cõditionib. seu pactis, vel aliis considerationib. easdem domos, in eandem locationem, vel emptionem, vel alios huiusmodi contractus, habere velint, alias dictæ locationes & venditiones, alijsque contractus quiuis, desuper facti, ex tunc, etiam si alias præsens cõstitutio ignoraretur, nullius roboris vel momenti fore intelligãtur, & omnino pro infectis habeãtur. Ac ex tũc, idem locare, vel vendere, seu alias cõtrahere volens censeatur ad eãdem locationem, seu venditionem, vel alium cõtractum cum eodem Inquilino facieñ. præcise astrictus, perinde ac si per pub. instrumentũ idem dominus, se, ad eandem locationem, seu venditionem, seu alium contractum, eidem Inquilino obligasset, super quo etiã, sola facti veritate inspecta, ius & iustitiam ministrari volumus, & mandamus, in contrarium facieñ. non obstañ. omnium hic exprimendorum tenores, pro sufficienter expressis habentes.

vide sup. concord. fol. 27

NOTANDVM hic venit, quod die Vndecima mensis octobr. anni Millesimi Quingentesimi, Decimi. Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & domini nostri, domini Iulii, diuina prouidentia Papæ II. Anno Septimo. Præfatum Decretum factum, & constitutio antiqua, cõfirmata fuit, per Reuereñ. D. Vicecamerarium, Præsideñ. & clericos cameræ apostolicæ, præsentib. Romæ, in camera apostolica, venerabilib. viris, Dominis Ioãne Baptista Brocco Commissario apostolico, & Laurentio de Amerino, cameræ apostolicæ Notario, & me Melchiore de Cãpanea, eiusdem cameræ apostolicæ Notario rogato.

IVLIVS PAPA II.

CVM de mandato, viuæ vocis oraculo, a nobis habito in camera apostolica, statutum, & ordinatum fuerit, prout in Statuto, & ordinationñ de verbo ad verbum inferius continetur.

¶ Raphael &c. ¶ Cupientes &c. vt supra, vsque pro expressis habentes. Et deinde vt infra.

NOS ita mandasse Motu proprio, & ex certa nrã scientia attestañ. innouationñ. ordinationñ. & statutum prædictum, cum omnib. & singulis in eis conteñ. ad perpetuam rei memoriam, Motu, & scientia similib. (quatenus opus sit) cum omnium & singulorum suppletionñ. defectuũ, quicunque sint, approbamus, & cõfirmam⁹, ac pro potiori cautela, totũ id quod in eo statuto, seu ordinationñ cõtinetur, eisdem Motu, & scientia, de nouo statuimus, & ordinamus. Decerneñ ita debere iudicari in iudiciis quibuscunque, ac quicquid ex nunc, etiam per nos, seu nostras cõcessiones, seu cõfirmationes contractuum, aliter hucusque in cõtrarium, dum tñ alias inualide fact. rum, etiã Motu, & scientia similibus, etiã cum præsentium expressa derogatione fieri cõtigerit, irritũ & inane mandañ pia scientia

tem confirmation͞.& approbation͞.suppletion͞.& de nouo statutū,& ordination͞. ac decretum in camera Apostolica registrari. Transumptoq; desuper ex dicta Camera,in iudiciis,& extra,plenam fidem adhiben͞. in contrarium non obstan͞. quibuscunque.

Placet D.N.Papæ,et ita Motu proprio mandat.L.Card.Agennen͞.

¶Die Decimooctauo mensis Octob.1510. D. Præsidentes, & Clerici Cameræ Apostolicæ,mandarunt mihi Notario suscripto,prædictum Statutum, siue Cō stitution͞.cōfirmation͞.& Decretum,in libris Cameræ Apostolicæ, ad perpetuā rei memoriam, & in testimonium veritatis,describi,vt petitā de eo, plena fides dari possit.

Collationata M.de Campanea.

¶Collationata cum Regestro,in Camera Apostolica libro quarto diuersorum Domini Iulii Papæ II.fol 120.& concordat.

Petrus paulus Arditius, eiusdem Cameræ Apostolicæ Notarius subscripsit.

¶Venit insuper hic notandum,quod tempore Pont.fe.re.Leonis Papæ X. fuit adhuc de decreto,seu constitution͞. præmiss.facta attestatio tenoris infrascripti, videlicet.

RAPHAEL Episcopus Ostien͞.Cardinalis sācti Georgii.S.D.N Papæ Camerarius. ¶Vniuersis & singulis,p̄sentes literas inspecturis,visuris,pariter & audituris,Salutem in dn̄o,& p̄ntib.fidē indubiam adhibere,Quoniam pium,et rationi congruum est,veritati testimonium perhibere.Idcirco ad Vniuersitatis vestræ,& cuiuslibet vestrum,notitiam deducimus,& tenore præsentium attestamur,quod inter alios libros registri cameræ Apostolicæ,est vnus liber Contractum diuers.Iulii Papæ II. intitulatus, seu nuncupatus,in cuius,folio 120.reperitur quædam Cōstitutio sumpti instrumenti,aut per eius patentes literæ huiusmodi sub tenore.

¶Raphael episcopus Portuen͞.Cardinalis sancti Georgij &c. (vt in præmissa Constitutione de verbo ad verbum vsq; Iulius Papa II.)Et deinde(subsequentibus omissis) sequebatur infrascripta attestatio tenoris infrascripti,videlicet.

¶Et ne contingat cuiq; de præmissis hæsitari,has præsentes literas testimoniales fieri,& per eiusdem Cameræ apostolicæ Notarium infrascriptum subscribi, sigilliq; nostri Camerariatus officii,iussimus & fecimus appensione communiri. Datum Romæ in Camera Apostolica,sub An.a natiuitate Dn̄i.M.D.XIII. Indictione prima.Die vigesima Iunii.Pontific. S.in Christo Patris, & Domini Leonis,diuina prouidentia Papæ Decimi.Anno primo.Præsentibus ibidem venerabilibus viris.D.Laurentio Amerino,& Francisco de Attauantis, eiusdē Cameræ Apostolicæ Notariis, testibus ad præmissa habitis, vocatis specialiter, atque rogatis.

Visa Laurentius puccius.

Hypolitus de Cæsis, Notarius cameræ Apostolicæ,
Do. de Iuuenibus, Cameræ Apostolicæ Notarius.

Motus

Incipiunt Statuta, siue Constitutiones Notariorum curiæ Reueren. Patris D. Auditoris Cameræ.

De Officio Decani.

DECANVS Teneatur, de scripturis pœnes se existentibus facere inuentarium in libro de pergameno, in quo regestrentur bullæ facultatum Collegij, & in alio libro, admissiones Notariorum, quæ fient pro tempore, cum supplicationi & mandatis.

De Mensario.

ITEM quod Mēsarius teneatur facere distributiones fideliter, secūdum formam infrascriptam, & mensariare quascunq; expeditiones, & Regestra. Et in fine mensis reddere bonum computum, & soluere vnicuiq; partem suam, & vt possit reddere rationem, faciat sibi satisfieri in mensariando, alias in fine mensis soluat de suo. Nec liceat alicui alteri Notario mēsariare aliquas expeditiones, nec regestra, nisi de consensu eiusdem Mensarij.

¶ITEM, quod nisi Mensarius intra triduum reddiderit rationem, & soluerit, cui reperietur debere dare, priuetur suo salario. Et Mensarius pro tempore, nec aliquis pro eo eo, possit aliquas eius expeditiones, seu regestra mensariare, nec teneatur ei quicquam distribuere, quoad reddiderit computum prædictum, & soluerit.

¶ITEM, quod nullus audeat deferre aliquas expeditiones taxandas, aut regestra ad Dominum, nisi prius ipsis mēsariatis, sub pœna Quatuor Ducatorum auri: Cameræ, pro qualibet vice, per mensarium, super Massa, contrafacien. retinendorū, & Archihospitali Sancti Iacobi in Augusta, siue sancti Antonij, per soluendorum, absq; aliqua alia declaratione, seu remissione. Et si mensarius contrafecerit, teneatur ad eandem pœnam ipse.

¶ITEM, quod Mēsarius habeat salariū consuetū, videlicet. Carl. 30. Cancell.

De Substitutis.

ITEM quod aliquis Notarius, se, de copistis, & substitutis alterius non impediat illos auertenō a seruitijs eius cū quo stat, & alliciendo ad seruitia sua, nec recipiēdo illos ad se, si nō discesserint notario, ad cuius seruitia fuerint prius, cū bona licētia talis notarij, vel saltem steterint per vnum annum extra Tribunal. Et si cōtingat aliquē notariū contrauenire præsenti statuto. Siquidē, cōtrauenit in substituto, priuetur turno cōmissionum ordinariorū p annū. Si in copista, priuetur turno appellationū ordinariorū per sex mēses Et nihilominus teneatur dimittere talē Copistā vel substitutū ab eius officio. Et si requisitus, non expellit, priuetur, & ex tunc priuatus existat omnib. turnis per annum. Et mensarij pro tempore, distribuentes talib. cōmissionem aliquam, suo salario priuati existant, & crescat pœna, tam ipsius Mensarij, quam dicti Notarij contrafacientis, pro contumacia, quam fieri contingit arbitrio sociorum.

De Causis.

NVLLVS Notariorum,se intromittat in causis alterius notarii,sub poena priuationis vnius turni Commissioñ.vel appellatioñ.prout erit causa de qua se intromisit. Et quatenus inaduertenter contingeret, quod aliquis se intromitteret, quod teneatur illico restituere, & referre originaliter, & non per regestrum, vel extractum, cum fructibus perceptis, retenta mercede,iuxta ordinem infra dandum,sub poena simili.

De differentijs & controuersijs circa causas.

SI CONTINGAT nasci super aliqua causa,differentiã inter duos vel plures tunc adeatur Mẽsarius p tempore,qui teneatur eadem die,per Substitutũ cui credatur in scriptis,requirere Notarium delatum,ad exhibendum & iustificandum corã se contrarium,vel super quo erit differentia,infra duos dies.Quod si Mensarius requisitus,non fecerit,priuetur suo salario.Et si Notarius requisitus,infra biduum nõ exhibuerit,& iustificauerit causa super qua orietur differentia, intelligatur adiudicata quærelanti,& delatus,teneatur causam dare deferenti infra quatuor dies cum mercede subsequuta,sub poena priuationis turni Cõmissionum trium mensium. Et Mensarius,infra alios tres dies,teneatur talem differentiam terminare. Et quatenus differentia sit talis,quæ per Mensarium decidi non possit,possit & debeat Mẽsarius vocare vnum,vel plures,arbitrio suo,& cum illorum votis,talem causam determinare,hoc facere infra dies tres,postquam ad eum fuerint deportata iura partium,sub prædicta poena,& teneatur Notarius contra quem adiudicata fuerit,parere ordinationi,& parito ordinationi, liceat reclamare ad collegium,& nisi procurauerit in prima Cõgregatione causam terminari,stetur primæ sententiæ Mensarii & Collegii. Et si deferens intra biduũ iuta sua non porrexit,non audiatur amplius contra delatum.

De Notarijs allegatis suspectis.

SI CONTINGAT aliquẽ ex Notariis allegari suspectũ in aliqua causa,quod tunc extrahatur per sortẽ alius loco istius,qui habeat mercedẽ Notarii,videlicet X.carlenos regestri xv p Centenario extractus,& Iuliũ vnum pro examine testis examinati in domo,& tres pro teste examinato extra domum,si causa fuerit ciuilis.

SI VERO causa erit criminalis,habeat pro Cẽtenario regestri,Ducatum vnũ aureũ,& p foliis Cẽtum copiæ indiciorũ, Ducatos duos similes,& duplum causæ ciuilis,circa examina testium.Pro mandato de relaxando,dimidium eius,quod haberi poterit. Mercedes stipulationũ integre sint illius deputati.Reliquum sit Notarii causæ,sine quo,notarius deputatus,nõ possit cũ partib cõcordare de salario,alioquin teneatur de suo pro gratia,si quam fecerit,non communicato cum notario causæ.Et requisitus pro computo & restitutione pecuniarum receptarum,si non reddiderit cõputum, & persoluerit pecunias intra triduum,a die requisitionis(vt præfertur)inscriptis fiendæ,ex nunc omnib.turnis priuatus existat,vsq ad obseruationem præmissorum & talis distributio fiat notario,cuius erat causa.Et Mensarius qui contrauenerit præmissis,amittat salarium suum,& priuetur vno turno ordinario,& altero extraordinario, tam Commissionum quam appellationum . Quæ dentur dicto notario,cuius erat causa.

De distributionibus.

QVOD seruentur Turni iuxta stylum,& secundum illum fiant distributiones commissionum , & appellationum , videlicet duo Turni

Turni ordinarius,& extraordinarius.Et quod nemo possit capere, nec commissiones,nec appellationes,nisi distributas, sub pœna priuationis vnius Turni, ac Ducarorum quatuor,pro singula vice.Et commissiones a valore Duc. L. auri Cameræ,supra distribuantur in Turno ordinario de illa summa,& infra,in turno extraordinario. Dilationes vero in turno,sine fructu.Et fiat nouus turnus ad partem commissionum alternatiuarum,& beneficii.c. Odo. Si autem duæ vel plures,commissiones,& appellationes concurrant, & nesciatur quæ prior, & quæ posterior,iaciatur sors super illis.

De appellationibus.

APPELLATIONES extra curiā,sint ordinariæ. In curia autē,sint extraordinariæ.Declarando quod appellationes extraordinariæ, intelligantur interpositæ a iudicibus,a quibus appellantur ordinarie ad Curiam nostram, videlicet a Curia de Sabellis A curia Turris Nonæ.Et a curia iudicis Burgi.

ITEM ad reprimendum,ne aliquis priuetur in turno suo ordinario appellationum.Si contingat appellari in curia corā Domino Locumteneñ.tanquam egregia persona,a grauaminibus, illatis in partib. tertarum ecclesiæ immediate subiectarum Talis appellatio,non possit distribui, nisi solicitata. Et Mensarius teneatur partes solicitates cum appellatione mittere ad Notarium,cui fit distributio.

De dependentijs.

AD cognoscendum Commissiones,& appellationes dependentes & primitias, Declaratur quod primitiæ Commissiones dicantur illæ, quæ nec veram, nec fictam habent dependentiam in officio. Dependentes vero, quæ aut veram, aut fictam habent dependentiam. Vera autem dependentia intelligatur,quæ in contradictorio inter partes in Tribunali domini Auditoris reperitur,& tunc talis Commissio detur habenti dependentiam siue exprimatur,siue non.Ficta autem dicatur productio iurium & aliorum similium, dummodo fit mentio in Commissione.Et re vera iura sint producta apud Notarium & quatenus apud vnum esset,dependentia vero,apud alium vero ficta, & tunc vera præualeat fictæ.

¶ Notandum est super præmisso statuto,quod iura,vt faciant depēdentiam, debent esse concernentia causæ,& simplex copia authentica,quia producta,non facit dependentiam. Et ita fuit sæpius iudicatum.

Sequuntur Taxæ regestrorum, & Extractum, ac aliarum expeditionum Curiæ R. P. D. Auditoris Cameræ, per Notarios dictæ Curiæ obseruañ.

DE REGESTRIS.

QVOD in causis ordinariis a. L.infra,partes nō possint cogi ad facieñ Regestra,sed expediantur per Extractus,excepto in causis appellationū In illis n.fiat Regestrum,si in prima instañ. fuerit factum Regestrū, vel processus de partib. Si tamen de volunrate partium,etiam in ordinariis fiant Regestra,mensarientur. In causis vero,a. L.supra,siue per via monitorii,siue aliter inceptis si in causa datur processus summarius,prout in bñficialib. vel alias, ad obseruationē terminorum substantiali ū nō informetur,nisi confecto & mensariato,Regestro.Et si dabitur processus exequutiuus,seruetur partiū volumus.

¶ De præ-

De precio foliorum Regestri.

ITEM quod non extorqueantur a partibus plusquam Carleni. L. de Cancellaria, pro centenario foliorum Regestri, in causis Ciuilibus & Ducat. Sex auri pro Centenario Regestri, in causis criminalibus iuxta antiquam & obseruatam consuetudinem. Et Regestra prædicta, fiant in bona & legibili litera, ac bona charta, ac habeant lineas Vigintiquatuor in qualibet facie, seu pagina quarum singula, sit octo syllabarum ad minus.


De Processibus, & Copijs indiciorum.

ITEM quod in processibus, & copiis indiciorum, non extorqueatur plus quam Iulius vnus pro folio, & tale folium habeat lineas. XXVI ad minus. Et syllabas Decem pro linea. Et scribatur ad modum extractus. Et ibi non extendantur aliqua instrumenta rogata per notarium, nisi producta, & quæ faciunt indicium.

De Extractibus.

ITEM quod in extractibus, non exigatur, nisi Carlenus antiquus vnus pro folio, & sit literarum. 26. & syllabarum Decem pro linea, & scribatur in charta plicata, prout plicatur, si in ea scribatur instrumentum. Et non extendantur instrumenta rogata in actis maxime circa clausulas.

F I N I S.



CONSTITVTIONES QVAE ANNIS SINGULIS, Kl. Octobris, in Sacro Rotæ Auditorio leguntur.

ORDINATIONES FACTAE PER FE. RE. D. IOannem PP. XXII. circa reformationem Auditorum, & Notariorum Palatii Apostolici.

IOANNES episcopus seruus seruorum Dei Ad perpetuã rei memoriam. Ratio iuris exigit, debitum honestatis exposcit, & pietatis consideratio persuadet, vt in cunctis dirigendis iudiciis, & iustitia ministranda, sint, quo ad Præsidentes, vigilantia studiosa, venusta modestia, cordium puritas, munditia manuum, & consiliorum sanitas, requirendæ, In personis quoq; ad conscribendum acta iudicialia, deputatis, sufficientia operosa, fidelitas comprobata vita honestatis, decentia commendanda, mercedis exactio moderata; Benignitas ad pauperes compassiua, sint merito exigendæ. Igitur in Romana Curia communi. quidem patria vbi est summum Tribunal Iudicii diuinitus constitutũ, & vbi lux & forma iustitiæ præeminent & prælucent hæc oportet necessario reperiri. Quare nos, qui, licet immeriti, sumus beati Petri successores, & vice Christi fungimur super terram, Cupientes vt in Apostolico palatio audientiæ causarum, ac in personis ad examinationem & conscriptionem illarum pro tempore ordinatis, habeatur ordinatio limitata, congrua, & salubris, circa earundem causarum Auditores, Ipsorumq; notarios scribentes in causis huiusmodi, suadẽtibus rationabilibus causis, Statuta & ordinamenta, quæ particulariter, & seriatum præsentibus adnotantur, autoritate Apostolica edimus, & ea precipimus perpetuo futuris temporibus obseruari.

¶ Statuimus igitur & ordinamus ꝙ Auditores earundem causarum palatii sint in audiendis & decidendis causis, eis commissis & committendis, diligentes.

¶ Item quod Auditores prædicti bona hora diebus iuridicis ad palatium conueniant.

¶ Item ꝙ Auditores per se vel alium seu alios a partibus coram eis causas habentibus seu a suis Notariis scribentibus coram ipsis, vel aliis ꝓ eisdem seu eorum nomine, nihil nec rem, nec obligationem vel promissionem recipiãt. Et ꝙ consilia Coauditorum secretè data, secretè tenere debeant, Contrarium vero facientes, per vnum mensem ab ingressu eiusdem palatii suspendantur. Si autem iterato in eandem culpam inciderint, priuentur perpetuo eorum officio audientiæ causarum palatii prælibati.

¶ Item statuimus & ordinamus ꝙ Auditores eisdem palatii a tempore suæ receptionis antiquior primitus incipiat referre suis Coauditoribus, & causas, quas audit si ad hoc paratus existat Inter eos in relationibus ponat vt est moris Sicq; per consequens alii dicti palatii Auditores successiue secundum gradum receptionum eorum cuiuslibet, similiter referant & causas quas audiunt in relationibus ponant si ad hoc etiam sint parati. Et ꝙ postq; vna causa in relationibus huiusmodi posita fuerit alia non ponatur quousq; partes allegauerint quæ voluerint allegare non tamen Auditores ipsi audire allegationes superfluas astringantur.

¶ Item ꝙ Auditor referens, facta relatione Coauditoribus suis, consilia eorundem diligenter quærat & eisdem consiliis habitis dictas causas finire & terminate celeriter teneatur.

¶ Item ꝙ quilibet dictorum Auditorum notarios intelligentes fideles, & honestos habeat. Ita ꝙ quatuor Notariorum numerum non excedat. Qui quidem Notarii per se, & non per alios coram Auditoribus ipsis in causis scribant, Nec dicti Auditores committant scribendas alicui alteri Notario causas commissas eisdē Nec aliquis dictorum Auditorum quemquam in Notarium recipiat qui sit alterius Auditoris Notarius.

¶ Item ꝙ præfati Auditores prouideant diligenter, ꝙ dicti Notarii super ipsorū receptione salarii non excedant, nec aliquid vltra recipiant nisi prout est descriptum taxatum, & etiam ordinatum.

¶ Item ꝙ si aliqui sint vel fuerint qui ob paupertatem nequeant acta redimere suæ causæ Auditores suos compellant Notarios scribentes in actis eisdem ad restituendum gratis huiusmodi actorum copiam parti soluere (vt præmittitur) nequeunti si Auditori causæ illius paupertas notabilis videatur.

¶ Item ꝙ nullus eorundem Auditorum in causis quæ sunt in dicto palatio vel in breui sperantur existere, consilium, nec per se, nec per interpositam personam partibus præbeat, nec aliquid patrocinium præstet nisi causæ propriæ vel suorum vsq; ad tertium gradum consanguinitatis vel dominorum aut familiarum suorum, seu ecclesiarum in quibus bnficiatus foret existerent, Et in præmissis vltimis casibus ad Coauditorum suorum consilia minime admittatur ꝙq; hoc reuelare teneatur si existeret id occultum.

¶ Item quòd nullus Auditorum ipsorum causam recipiat audiendam si committatur eidem in qua consilium dederit, sed ad Cancellariam ipsam incontinenti remittat alteri committendam.

¶ Item ꝙ d. Notarii omnem modestiam, & honestatem in omnibus studeant obseruare, Quòdq; nullus eorundem Notariorum qui per aliquem dictorum Auditorum in Notarium receptus extiterit, alterius Auditoris Notarius esse valeat quandiu erit primi Auditoris Notarius.

¶ Item ꝙ præfati Notarii promotores seu procuratores in causis quæ coram Auditore suo agitantur in dicto palatio, non existant.

¶ Item ꝙ nullus Notarius alicuius Auditoris deinceps audeat scribere vel præsumat in causa si alterius partium dictæ causæ. In audientia literarum contradictarum vel in palatio apostolico seu in Romana curia procurator vel promotor negotiorum seu pensionarius quoquomodo fuerit vel existat. Sed si ex ignorantia contingeret Auditorem aliquam vel aliquas causam seu causas alicui tali Notario committere ad scribendum statim Notarius huiusmodi causam seu commissionem in manibus dicti Auditoris restituat contrarium faciens per annum ab officio Notariatus in palatio exercendo sit eo ipso priuatus.

¶ Item præfati Registrum cuiuscunque causæ in qua Notarii deputati existūt cum manuali suo, & productis originalibus antequàm Registrum Auditori exhibeant, & copias in publicam formam seu in simplicem scripturam redactas cum eodem Regestro antequàm partibus tradant diligenter auscultent, & alias sic perfectæ videant, & corrigant diligenter ꝙ per eorum incuriam negligentiam vel alias nihil de substātialibus omittatur seu damnum aliquod patiatur aliqua partium earundem, nec in fauorem vel præiudicium vnius partium præmissa complere differant vel postponant.

¶ Item quòd iam dicti Notarii omnes actus iudiciarios clare distincte & substantialiter in manuali seu memoriali in Auditoris causæ in qua scribunt præsentia & partium si expectare voluerint conscribere non postponant Et postquàm illos conscripserint in Regestrum fideliter redigant vel redigi faciant, & requisiti ab ipsis partibus vel earum aliqua in singulis terminis partibus eisdem copiam cū per dictum Auditorem decretā fuerit sine difficultate, & fraude quacunq; faciant saluo suo iusto salario inferius moderato.

¶ Item quòd iidem Notarii in Regestro illius causæ in qua scribūt vt pdicitur

omnes

omnes sententias diffinitiuas,& interloquutorias,ac inhibitiones,necnon intimationes,& appellationes verbo vel in scriptis emissas ex integro de verbo ad verbum conscribant cum per partem vel partes seu Auditorem ipsius causæ fuerint requisiti.

¶Item quod Instrumenta,& alia per partes producta. diligenter registrent vel registrari faciant notarii memorati, acta vero in partibus habita minime registrentur sed conseruentur per illius causæ Notarium diligenter nisi partes vel earum altera illa peterent registrari pars vero hæc petens de registro satifacere teneatur.

¶Caueant tamen Notarii memorati quod propter præmissas modificationes scripturas prolixiores nequaquam efficiant, neq; ponant superflua In eisdem nisi prout necessarium fuerit,& est hactenus fieri consuetum nec malitiose differant vel differre procurent scripturas partibus assignare contrarium vero facientes duplum restituant.Et si super hoc frequētauerint excessum ab Auditorio sui Auditoris,& prædicto palatio expellantur.

Ordinationes factæ per fel.rec. Dominum Benedictum XII. circa reformationē Aduocatorum, & Procuratorum causarum palatii Apostolici.

BENEDICTVS Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Decens & necessariū existimamus vt patroni causarum qui in Romana curia officium Aduocationis assumunt deinceps discreto & optimo ordine dirigantur.

¶Sit aūt cāæ patronus in pponendo efficax atq; ptinētia duntaxat ad negotiū de quo agitur recitans supflua,& impertinētia nō admittēs nec vltra q̄ cāæ exposcit vtilitas in licentiam conuiciandi,& maledicendi temeritatem prorumpat pponentem aut causidicū scd'm ordinē plibatū q̄diu sibi audientiā concedit alii patienter audiāt,& expectent,nec verba ipsius vllatenus interrūpant,caueant tñ Aduocati pdicti,ne de cāis paupum pdictorū(quas p illos q̄ eas pponere volūt gratis pponi volumus) quicq̄ omnino recipiāt ēt de ipsorū paupum pmpta instātia liberalitatis oblatū.Qui āt ab eis aliqd receperint nequaq̄ dñium ei' acquirant,sed ad restitutionē dupli eius quod receperint sic eos teneri volumus & astringi vt nihil p dictos paupes remitti possit eisdē ad quā qdē restitutionem p Vicecancellariū q erit p tpe p censurā ecclesiasticam cōpellantur. Ne vero (quod absit) cupiditatis ardor incitet Aduocatū p immoderato lucro captādo ad suscipiendū cāræ multitudinē ad quarū procinuū nō sufficit,nō absq; ipsarū detrimento cāræ & clientulorū suorū irreparabili piuditio,& iactura.omnib. Aduocatis eiusdē Ro.curiæ pñib.& futuris districtius inhibemus, ne qsq̄ eorū tot cās suscipiat q eis oportūitatē necessarii studii,& solertiā debitā in pseqndis seu dirigēdis eisdē nequeāt exhibere cū melius sit bñ pauca attēdere quā multa suscipe piculosè.Qd si forte cōtra inhibitionē hmōi tot cās recepint vt eisdē singulis nō possint debitū studiū,& necessitatē solitā adhibere,& ab hoc dictas cās vel earū aliquā perire vel minus dispēdiosè differri cōtingat ad restaurationē expēsarū dānorū,& interesse partis si talis sit cā quæ extimationē recipiat vel de cui' interesse possit satisfieri integraliter teneātur aliogn vltra expēsas easdē p eiusdē Vicecācellarii in cāis cōsistorialib. In cāis vo aliis quas apd sedē apost. agitari contigerit p Auditorū ipsarū cārū siue Auditores ipsi sint S.R.E.Cardinales siue alii q apud sedē pdictā hmōi cās audierint arbitrio puniantur.

¶ Rursus quilibet Aduocatus anteꝗ causam proponendam & dirigendam suscipiat factum clientuli cuius erit negotium cum principali si poterit vel cum procuratore seu promotore causæ ipsius, & quæ imunimenta. qualesq; probationes super dicto negotio clientulus habeat & habere poterit examinet diligenter. Et si ex informatione huiusmodi reperiat iustã rationabilem & probabilem eius causam (quam informationem in scriptis redactam sibi faciat exhiberi) causam assumere poterit suo patrocinio adiuuandam. Si vero iniustam, & improbam ex dicta informatione repererit eam non assumat sed a patrocinio suo repellat, partiq; repulsæ consulat ꝙ dictam causam dimittat, nec in prosecutione ipsius se, & alteram partem vexet laboribus, & expensis.

¶ Postremo eisdem Aduocatis, & Procuratoribus causarum iniungimus vt præmissa inuiolabiliter studeant obseruare, Caueant autem ꝙ vltra conuentum salarium nihil omnino lite pendente recipiant quantumcunq; gratis oblatum nec cum clientulis vel aliis pro eis ineant, nec aliquem faciant pactionem alioquin ad restitutionem dupli illius quod receperint vltra dictam conuentionem teneantur nulla remissione partis in hoc profutura & contractus huiusmodi viribus non subsistant, & alias per eundem Vicecancellariam in causis consistorialibus in aliis vero causis per Auditores earum prout visum fuerit puniantur. Præmissis quoq; adiiciendo prouidemus, vt si dicti Aduocati vel Procuratores minus fideliter vel negligenter causas assumptas duxisse vel dixisse vel scienter malam causam vel improbam assumpsisse inuenti fuerint per præfatos Vicecancellarium in causis consistorii, & per Auditores in causis quas audient ad emendationem damnorum, & expensarum quæ & quas ob hoc partes incurrent omni appellatione cessantes, censura simili astringantur. Et si eisdem Vicecancellario vel Auditoribus forsitan videatur ex qualitate vel frequentia dictorum excessuum vel defectuum dictos Aduocatos vel Procuratores fore grauius puniendos possint ad tempus vel in perpetuum eis interdicere officia prælibata, Deniq; periculosum posset esse partibus si patroni causaq; quos aut meritum peritiores fecerit aut vetustas pro vna parte consistant, sicq; partem aliam necesse sit a rudibus atq; tironibus sustineri. Statuimus vt si partes hoc statuerint caufidicorum distributio prout melius fieri poterit fiat, & singulorum exequetur partibus auxilium ac huiusmodi æqua diuisio in causis quæ tractantur in consistorio per Vicecancellarium, In aliis vero per Auditores ipsarum causarum fiat, ac duobus Aduocatis duntaxat pars quelibet sit contenta, nec plures valeat obtinere. Nulli ergo &c. Dat. Auinioñ. Sexto Kl. Nouembris, Pontificatus nostri Anno Sexto.

Ordinationes factæ per fe.re. Dominum Martinum Papam Quartum super reformatioñ, Curiæ Romanæ.



Artinus Episcopus Seruus Seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. In Apostolicæ dignitatis specula super gregem Dominicum licet immeriti constituti Iniũctum nobis desuper apostolatus officium debite. (Vt tenemur) exeq coadiuuante domino cupientes ad ea libenter nostræ dirigamus considerationis intuitum, & diligẽter prospicimus quæ reipublicæ vtilitatem respiciũt, & commodum vt per nostræ prouisionis auxilium euellantur vitia plantentur virtutes, destruantur iniqua, & reędificentur honesta, & praua transeant in directa; & sublatis deformibus reuiceant debitæ reformationis decor, & pulchritudo, ac totius equitatis, & iustitiæ exinde proueniant incrementa.

¶ Statuimus

¶Statuimus etiam & ordinamus q nullus deinceps causarum palatii apostoli ci in Auditorem recipiatur nisi doctor fuerit iuris famosus, Sicq commendatus de vitæ ac morum honestatē aliisq virtutibus ac ab omni munera sint mundo manus eius & bonum habeat testimonium habeatq ad minus siue in beneficiis siue in bonis temporalibus ducētos florenos auri de camera ānuatim in portatis de quibus valeat in dicta curia.residendo sustentari. Quodq postquām fuerit concessum per papam aliquem in Auditorem causarum dicti palatii admitti an tequām vlterius ad ipsius admissionem procedatur Decanus Auditorum prædictorum de præmissis facere teneatur Inquisitionem diligentem & quicquid p eam repererit fideliter referat.

¶Si vero per informationem huiusmodi ipsum constiterit famosum doctorem aliaq præmissa fore vera. Idem Vicecancellarius vocatis quatuor ex dictis Auditoribus si canonista decretalem si vero Legista legem quam infra vnius mensis spatium a die sibi assignata computandum in dicti Vicecancellarii aut eius Locumtenentis præsentia & ad hoc vocatis omnibus dictæ Sedis Notariis & p dictis Auditoribus ac Consistorialibus Aduocatis tunc in eadem curia præsentibus inuitatis ad id etiam Prælatis & aliis famosis & literatis viris qui tunc in eadem curia extiterint repetere teneatur.

¶Quodq vltimi ex Auditoribus & vltimi ex Aduocatis prædictis tunc præsentes arguere sint astricti Quod si idem repetens in huiusmodi repetitione taliter se habuerit q sit merito commendatus, dictus Vicecancellarius secundum relationem maioris partis Auditorum ad eius admissionem in Auditorem vlterius procedat Si vero secundum relationem prædictam repertus fuerit diminute sci entiæ vel iudicii relatione super hoc per dictum Vicecancellarium Papæ facta ab huiusmodi admissione repellatur.

¶Insuper statuimus & etiam ordinamus consimiliter Aduocatum nullatenus admitti nisi primitus seruauerit quæ in Auditoribus seruari statuuntur.

¶Præterea statuimus & ordinamus q nullus ad publicum procurationis officium in eadem curia de cætero admittatur nisi in eodem officio & in eadem curia sit exercitatus & practicus aut in iure graduatus & de diligentia fidelitate & probitate commendatus & super his & aliis ad huiusmodi exercitium necessariis fuerit diligenter examinatus & repertus idoneus. ¶Et præterea statuimus & etiam ordinamus q nullus ex dictis Procuratorib. sit iniuriosus verbo in causarum patrocinio Nec causas quas nouerit iniustas seu iniquas vel alias desperatas recipiat Nec pro causarum defensione ad eas diutius maliciose protrahendas materias subiungat admissibiles quas non veras esse sciat nec credat esse p babiles per partem suam quod præsumi poterit Videlicet si pars per quam c u sa ducitur debilem aut minus plenam informationem dederit aut miserit super ea Quōd si quis Procuratorum prædictorum in hoc culpabilis repertus fuerit per causæ Auditorem vel Iudicem qui hoc nouerit aut in altero præmissorum cum deprehenderit seu si hoc neglexerit per vicecancellarium seu eius Locumtenentem quando sibi de hoc constiterit perpetuo vel ad tempus a procurationis officio in dicta curia suspendatur & alias secundum casus exigentiam per prædictum Vicecancellarium vel eius Locumteneñ. puniatur. Idem volumus si procurator per aliam malitiam in causis quas defendendas susceperit & eas scienter vel per eius negligentiam perdiderit in lesionem suæ partis, obseruari quo casu ad quæcunq damna & expensas vltra prædicta eidem parti restitnende teneatur Similiter in procuratores qui postquām pro vna parte causam direxerint eam contra Ipsam & pro eius aduersa parte defendunt & ducunt.

Quodq si quis ex procuratoribus prædictis vel aliis post appellationem interpositam in dicta curia huiusmodi appellationis causam finxerit esse commissam vt partes aduersas decipiat & etiam ad dicendum contra huiusmodi commissionem citari fecerit in viginti florenis cameræ puniatur in pauperum opem p ma

nium elemosinarii Apostolici conuertendis Et φ huiusmodi procuratores qui vt lites diutius durare faciant fictis appellationibus & commissionibus vtuntur, nisi probauerint causas appellationum & commissionum huiusmodi veras esse & ipsas releuantes & ad iuris sui declarationem Iudicis vel Viceecancellarii, seu psidentis prædictorum arbitrio puniantur & parti aduerse quam indebite vexauerint de damno & interesse quæ propter ea incurrerit teneantur.

¶ Verum cum dicti procuratores grauia gerant negotia similiter in moribus graues in gestu habitu, & conuersatione honesti debent esse præfati procuratores in habitu decenti & honeste ac statu clericali & conuenienti intendant.

¶ Præterea statuimus & etiam ordinamus φ tam Notarii causarum dicti palatii quã m etiam Procuratores & Aduocati pauperibus clericis in dicta curia sup quibusuis beneficiis ecclesiasticis litigantibus qui iurauerint se pro suis causis defendendis pecunias non habere gratis in huiusmodi causis scribant scripturas tradãt eisq; procurationis & aduocationis officium patrocinium & fauorem etiam gratis impendant ad quæ facienda eos per Auditorem coram quo causa pendebit compelli posse volumus remediis opportunis.

¶ Cæterum cum sepe contingat φ in omnibus diebus vnius hebdomade quibus teneri solet audientia & aliquando in duabus coniunctis hebdomadis ferie celebrantur vnde lites prorogari contingit. Statuimus & etiam ordinamus vt quotiescunq; in vna hebdomada tres illi dies quibus teneri solet audientia quomodolibet sint feriati præterquã in Octauis Natiuitatis & resurrectionis Domini nostri Iesu Christi videlicet per septem dies ante & sept̃e post die Iouis in hebdomada tali si illa dies feriata non fuerit alioquin die Sabbati Audientia teneatur. Nulli ergo &c. Dat. Romæ apud sanctum Petrum &c.

Pacta Sponsalitia.

IN NOMINE DOMINI Amen &c. In mei &c. D.N. pater & legitim adminiftrator discrete Iuuenis Mariæ eius filiæ ex vna Et D.N. ex altera partibus, Sponte &c. Dei nomine Inuocato contraxerunt adinuicem fidantias parentelam & pacta Sponsalitia vt infra Promisit enim dictus N. dare dictam N. eius filiam in sponsam & legitimam vxorem dicto N. ibidem præsenti &c. Cum dote & dotis nomine Scutorum Mille auri in auro soluendorum quãprimũ idẽ N. dict. N. suam futuram sponsam ad eius domum traducet Et econuerso dict. D.N. promisit similiter dict. D.N. capere in eius legitimam vxorem & cum ea iuxta ritũ Sanctæ Matris Ecclesiæ matrimoniũ contrahere per verba de pñti ad ipsius D.N. beneplacitum & cum ea cohabitare Maritalesq; affectus & effectus præstare Et dictam dotem tenere & cõseruare, & super ipsius dotis lucro restitutione ac donatione propter nuptias quæ iuxta laudabiles consuetudines debetur. & quam ex nunc Idem N. dicte sue future sponse facit dicti contrahẽtes submiserunt se statutis & nouis reformationibus vrbis quam dotem Idem N. ex nunc cautelauit & assecurauit cautamq; & securam fecit de & super omnibus & singulis eius bonis mobilibus & immobilibus præsentibus & futuris vbiuis existen. quæ bona omnia pro dicta dote obnoxia esse voluit & vult Proq̃bus &c dicti contrahentes sese &c. & eorũ bona &c. in ampliori forma cameræ apostolicæ obligarunt &c. Iurarunt &c. Act. &c. Præsentibus &c.

Matrimonium.

PAVLO post dict. D.N. & D.N. sponte &c. ad interrogationẽ mei Notarii & ipsorum responsionem congrue respectiue factam contraxerunt ad inuicem matrimonium per verba de præsenti vis volo, & Idem D. N. dict. D. N. anulo desponsationis subarrauit & se ad inuicem deosculati sunt. Præsentibus quibus supra.

Taxæ expeditionum ordinarium ac ciuilium Curiæ, R. P. D. Auditoris cameræ.

A.	M.	S.		
Carl.	Carl.	Carl.	MONITORIA specialia ad partes, taxantur ad vi. & precium est.	carl.10
2.	2.	2.		
2.	2.	2.	Monitoria specialia per edictum, ad vi. & præcium.	carl.15
2.	2.	2.	Monitoria in vim bullæ Eugeñ. ad vi. & præciũ est.	carl.15
2.	2.	2.	Eugeniana per edictum, ad vi. & præcium est.	carl.20
2.	2.	2.	Monitoꝝ. in vim bullæ cœnæ dñi, ad vi. & p̄cium est.	carl.15
2.	2.	2.	Transumptum simplex bullæ, seu vnius instrumenti, aut vnius cedulæ, seu sumpti, taxantur ad vi. & præcium est.	carl.15
4.	4.	4.	Transumptum duorum, seu plurium instrumentorum, aut priuilegiorum, tax. ad 12, & præcium est.	carl.30
			Et nota quod circa transumpta, habetur respectus ad scripturam, quo ad mercedem Notarii, vltra taxam.	
2.	2.	2.	Citatio vigoꝝ. appell. ex cu. tax. ad vi. & præcium est.	carl.10
2.	2.	2.	Cõpulsoriæ, & Remissoriæ, taxā. ad vi. & præciũ est.	carl.15
2.	2.	2.	Sequestra, taxan. ad vi. & præcium est.	carl.10
2.	2.	2.	Inhiƀa litispendentiæ extra cu. tax. ad sex, & p̄cium est.	carl.10
			Pro litera legalitatis, alias exigebantur.	carl.10
2.	2.	2.	Instrumentum attestationis Remissoriæ, taxatur ad	carl.10
2.	2.	2.	Absolutio pro vno, taxatur ad vi. & præcium est.	carl.10
4.	4.	4.	Pro duobus, taxatur ad 12. & præcium est.	carl.20
			Et nota, ꝙ augetur taxa, habito respectu ad numerũ p̄sonarũ.	
2.	2.	2.	Cõmissio absolutionis, p̄ vno, tax. ad vi. & p̄ciũ est.	carl.10
4.	4.	4.	Pro duobus, taxatur ad 12. & præcium est.	carl.20
			Et sic consequenter augentur carl. x. pro qualibet persona.	
27.	24.	18.	Absolutio Cap. aut vniuersitatis, q̄ tax. ad 27. p̄ciũ ẽ.	carl.144
2.	2.	2.	Mandatum de exequendo, taxat̄ ad vi. & p̄cium est.	carl.10
			In criminalibus, non exigatur vltra duplum.	

Circa parua mandata.

De mandato suspitionis fugæ. carl. 5

De mandato in causis ciuilibus loco literarum, pro parua summa. carl. 5

De mandato de capiendo in causa criminali. carl. 5

De mandato & relaxando, pro debito ciuili. carl. 5

Et criminali. carl.10

Pro mandato de consignañ. pignoꝝ. aut deliberañ. carl. 5

Pro significationibus. carl. 5

In criminalibus non exigatur vltra duplum.

De notis sententiarum ciuilium.

Pro diffinitiua sententia, seu nota diffinitiuæ sententiæ:

In prima instantia. carl.50

In secunda instañ. carl.40

In tertia instañ. carl.30

Pro absolutoria, ab obseruatione iudicii, in ciuilibus. carl.20

Pro interlocutoria in scriptis. carl.20
Pro declaratoria. carl.10
In criminalibus, non exigatur vltra duplum, in quacunq; instantia.

De Testibus.

Pro teste in domo. carl. 5
Extra domum. carl.10
Pro teste Cardinali carl.20
Pro teste egregio. carl.10

Et pro materiis excessiuis, duplum, habito semper respectu, si in domo vel extra, & an Cardinalis, seu egregius, vel non &c. vt supra.

In criminalibus non exigatur vltra duplum.

De iuramento paupertatis.

Iuramentum, seu beneficium paupertatis, prodest in Regestris, & Notis sentẽtiarum, & non in extractibus, nec in instrumentis, seu aliis.

Taxæ excommunicationum, aggrauatoriarum & censurarum
Quæ taxantur ad Carlenos Cancellariæ,

De excommunicationibus.

	Ta.	Carl.	Iul.	A.	M.	S.	N.
Excõmunicationes, ob nõ paritionem monitorii in cu. possunt expediri in papyro, & non tax. sed pro eis debeñ.	6	praecium. 5	4.9.7.	1	1	0	3
Si fiant in pergameno, taxatur ad		10	8÷	2	2	2	4
Excommunicationes, vsq; ad summam. X Ducat. de Carleñ. exclusiue, in papyro expediri possunt. & non taxantur, sed pro eis debeñ. vt supra, videlicet.		5	4.9.7.	1	1	0	3
Si fiant in pergameno, taxantur etiam, vt supra videlicet ad	6	10	8÷	2	2	3	4
A.X. Duc. de carleñ. inclusiue, vsque ad XV. Ducat inclusiue, fiunt in pergameno, & præcium est vt supra, videlicet.	6	10	7÷	2	2	2	4
Ad.XV. Ducat. inclusiue, vsq; ad .500. exclusiue, taxañ. ad	12	15	12÷	4÷	3	3	4÷
A.500. Ducat. inclusiue, vsque ad. 10000. exclusiue.	24	40	33÷	9	9	6	16
A.1000. supra inclusiue, vsq; ad quãcunq; summam.	36	55÷	46	13÷	12	9	21

De aggrauatoriis.

	Ta.	Carl.	Iul.	A.	M.	S.	N.
Quarum excommunicationes expediuntur in papyro, earum aggrauatoriæ, expedidiri possunt in papyro, & peciũ ca℞ est.	10	8÷		2	2	0	6
Si vero in pergameno expediantur, vt supra taxañ. vt in proxime sequeñ.							
A.X. Ducat de Carleñ. inclusiue, vsq; ad XV. exclusiue.	12	12	18	4÷	3	3	11÷
A.xv. duc. inclusiue, vsq; ad. 500. exclusiue	24	40	33÷	9	9	6	16
A.500. Ducat. inclusiue, vsq; ad. 1000. exclusiue.	48	81	67÷	18	18	12	33
A.1000. supra, vsq; ad quamcunq; summã.	73	144	120	27	24	18	75

	Ta.	Carl.	Iul.	A.	M.	S.	N.
Vsq; ad X. ducat. de Carleñ. exclusiue pos sunt expediri in papyro, & præcium earundem est.		15	12÷	3÷	3	0	9
A. X. Ducat. inclusiue, vsque ad XV. exclusiue.	18	30	25	6÷	5	5	13÷
A. XV. Ducat. inclusiue, vsque ad. 50. exclusiue.	36	55	46	13÷	12	9	21
A. 500. Ducat. supra, vsque ad quamcunq; summam.	72	144	120	27	24	18	75

Taxæ de Mercedibus Instrumentorum, in commissariis, in ciuilibus, pro quibus soluuntur Carleni Cancellariæ, vt infra.

A: Carl.	M. Carl.		
2.	2.	Pro citatione vigore Commissionis, absq; inhibitione.	Carl. 10
2.	2.	Pro citatione cum inhibitione simplici	carl. 15
2.	2.	Pro citatione cum inhibitione sub censuris.	carl. 20
2.	2.	Pro citatione, cum inhibitione sub ceñ. per edictum.	carl. 25
		Et si iuramentũ perhorrescentiæ interuenerit, augeatur in carl. 5. respectiue.	
2.	2.	Pro Compulsorialibus generalibus, siue specialibus.	carl. 15
2.	2.	Pro remissoriis, videlicet pro instrumento remissoriæ.	carl. 20
		Pro palmo rotuli, videlicet p quolibet palmo rotuli remis.	car. 10
2.	2.	Pro instr̃o Declaratoriæ vigore cõmissionis, & ẽt auctãte or.	car. 20
4÷	4.	Pro executorialibus.	carl. 40
4÷	4.	Pro brachio seculari, ob nõ paritionẽ monitorii, aut lr̃arum apostolicarum, vel executorialium, etiam auctoritate ordinaria.	carl. 40
2.	2.	Pro instrumento sententiæ vltra notam si extrahatur.	carl. 20
2.	2.	Pro interdicto speciali.	carl. 20
2.	2.	Pro monitorio speciali vigore commissionis.	carl. 20
2.	2.	Pro instrumento absolutionis.	carl. 20
2.	2.	Pro instrumento relaxationis interdicti.	carl. 20
2.	2.	Pro instrumento litispendeñ. extra curiam.	carl. 10
1.	1.	Pro inhibitione in curia vigore commissionis.	carl. 5
1.	1.	Pro instrumento litispendeñ. in curia.	carl. 5
2.	2.	Pro inhibitione simplici extra curiam.	carl. 10
2.	2.	Pro inhibitione extra curiam sub ceñ.	carl. 15
2.	2.	Pro mandato de exequeñ. vigore commissionis.	carl. 20
4÷	3÷	Pro monitorio generali.	carl. 15
2.	2.	Pro Sequestro.	carl. 20

Sequitur valor Carlenorum cancellariæ Apostolicæ, ad quos nunc taxantur expeditiones Cur. R. P. D. Auditoris Cameræ.

¶Et nota, quod singuli. 12. Carleni de Cancellaria, constituunt.
Scutum vnum auri, in auro.

Carl.	Iul.	Quatrini.	Carl.	Iul.	Quatrini.
1	0	33÷			
2	1	27	56	4	27
3	2	20			
4	3	14	57	47	20
5	4	7			
6	5	0	58	48	14
7	5	33÷			
8	6	27	59	49	7
9	7	20			
01	8	14	60	50	0
11	9	7			
12	10	0	61	50	33÷
13	0	33÷			
14	11	27	62	51	27
15	12	20			
16	13	14	63	52	20
17	14	7	64	53	14
18	15	0	65	54	7
19	15	33÷	66	55	0
20	16	27	67	55	33÷
21	17	21	68	56	27
22	18	14	69	57	20
23	19	7	70	58	14
24	20	0	71	59	7
25	20	33÷	72	60	0
26	21	27	73	60	33÷
27	22	20	74	61	27
28	23	14	75	62	20
29	24	7	75	63	14
30	25	0	77	64	7
31	25	33÷	78	65	0
32	26	27	79	65	33÷
33	27	20	80	66	27
34	28	14	81	67	20
35	29	7	82	68	14
36	30	0	83	69	7
37	30	33÷	84	70	0
38	31	27	85	70	33÷
39	32	20	86	71	27
40	33	14	87	72	20
41	34	7	88	73	14
42	35	0	89	74	7
43	35	33÷	90	75	0
44	36	27	91	75	33÷
45	37	20	92	76	27
46	38	14	93	77	20

Carl.	Iul.	Quatrini	Carl.	Iul.	Quatrini.
47	39	7	94	78	14
48	40	0	95	79	7
49	40	33÷	96	80	0
50	41	27	97	80	33÷
51	42	20	98	81	27
52	43	14	99	82	20
53	44	7	100	83	14
54	45	0	101	84	7
55	45	33÷	102	85	0
103	85	33÷	112	93	14
104	86	27	113	94	7
105	87	20	114	95	0
106	88	14	115	95	33÷
107	89	7	116	96	27
108	90	0	117	97	20
109	90	33÷	118	98	14
110	91	27	119	99	7
111	92	20	120	100	0

¶ ET vt præmissa obseruarentur,alias voluerãt.R.P.D.Hieronymũ de Chinucijs Epm Vvigornieñ.tunc modernũ auditorem Cameræ apostolicæ,& R. P.D Nicolaũ de Piccolominibus præpositum Seneñ.tunc etiam eius modernum Locumteñ præmissa exequi posse mandare,ad cuiusuis Notariorum instantiam, manu regia, & prout eisdem,seu alteri eorum videretur,absq; processu,seu tela iudiciaria.

Sequuntur Festa Palatij Apostolici.

¶ Ianuarius habet dies 31
Circuncisio Domini. 1
vsq; ad crastinum Epiphaniæ eiusdem Domini exclusiue.
Antonii abbatis,& confessoris. 17
Fabiani & Sebastiani martyrum. 20
Agnetis virginis,& martyris. 21
Vincentii,& Anastasij martyrum. 22
Conuersionis sancti Pauli. 25

¶ Februarius,habet dies 28
& si fuerit bisextus 29
Purificationis beatæ Mariæ virginis. 2
Blasij episcopi,& martyris. 3
Agathæ virginis & martyris. 5
Cathedræ Petri Apostoli. 22
Matthiæ Apostoli.24.vel in bisesto. 25

¶ Martius habet dies. 31
Thomæ de Aquino confessoris. 7
Gregorii Papæ,& confessoris. 12
Benedicti abbatis,& confessoris. 21
Annunciationis beatæ Mariæ. 25

¶ Aprilis habet dies 30
Iulii Papæ primi. 12
Georgii martyris. 23
Marci Euangelistæ. 25

¶ Maius,habet dies 31
Philippi,& Iacobi Apostolorum 1
Inuentionis sanctæ Crucis 3
Ioannis ante portam latinam. 6
Apparitionis sancti Michaelis. 8
Iuonis aduocati pauperum. 19
Dies Penthecostes, cum duobus diebus sequentibus.

¶ Iunius,habet dies. 30
Barnabæ apostoli. 11
Ioannis Baptistæ. 24
Petri & Pauli Apostolorum. 29
Commemorationñ.S.Pauli apostoli 30

¶ Iulius,habet dies 31
Visitationis beatæ Mariæ. 2
Translationis Sancti Thomæ Cantauarieñ. 7
Mariæ Magdalenæ. 22
Iacobi Apostoli. 25

¶ Augustus,habet dies 31
Petri ad vincula. 1
Festum Niui.,& Dominici cõfessoris. 5
Laurentii martyris. 10
Assumptionis Beatæ Mariæ. 15
Rochi confessoris. 16

Ludo-

Ludouici episcopi,& confessoris. 19.
Bartholomæi Apostoli. 25
Augustini episcopi & confessoris 28
Decollationis S.Ioan.Baptistæ 29

¶September,habet dies 30

Natiuitas beatæ Mariæ 8
Exaltationis sanctæ Crucis. 14
Matthæi apostoli & euangelistæ: 21
Michaelis Archangeli 29
Hieronymi presbyteri & confessoris. 30

¶October habet dies 31

Francisci confessoris. 4
Lucæ Euangelistæ. 18
Simonis,& Iudæ Apostolorum. 28
Vigilia omnium Sãctorum, in qua fit mutatio capparum. 31

¶Nouember,habet dies 30

Omnium Sanctornm. 1
Commemorationũ.animarum,seu defunctorum. 2
Dedicationis Basilicæ S. Saluatoris. 9
Martini Episcopi,& confessoris. 11
Dedicationũ. Basilicæ Petri & Pauli apostolorum. 18
Ceciliæ virginis,& martyris. 22
Clementis papæ,& martyris. 23
Catherinæ virginis & martyris. 25
Andreæ apostoli. 30

¶December,habet dies 31

Nicolai episcopi & confessoris. 6
Ambrosij Episcopi & confessoris. 7
Conceptionis beatæ Mariæ. 8
Luciæ virginis,& martyris. 13
Thomæ apostoli 21
Vigil.Nati.Dñi.cum omnib.dieb.vsque ad crastinum Epiphan. Dñi.exclusi.

¶MOBILIA

¶Dies Lunæ, ante Carnispriuium, ac dies Carnispriuii.
¶Dies Cinerum.
¶A die Lunæ hebdomadæ sanctæ, vsque ad octauam Paschæ exclusiue.
¶Vigilia Ascensionis Domini, in qua est alia mutatio capparum, & dies eiusdem.
¶Dies Penthecostes, cum duobus dieb. sequeñ.
¶Dies Corporis Christi
¶Dies creationis,& coronationũ. Pontificis viuentis

¶INCERTA.

¶Quando est Consistorium publicum.
¶Quando aliquis Legatus de latere, ad vrbem reuertitur.
¶Quando noui Card.publicantur.
¶Qñ aliquis Card. qui nunquam fuit in vrbe,in illam prima vice intrat.
¶Exequiæ Cardinalium.
¶Quando intrat aliquis Orator,ad præstandum obedientiam.
¶Quando Pontifex equitat.
¶Item festa principalia illius loci, vbi Papa cum sua Ro.cu.resederit.

FINIS.

Festa Capitolina,in quibus non redditur ius in Capitolio Romanorum.

¶In Ianuario.

Circuncisio Domini. 1
Epiphaniæ Domini. 6
Antonii abbatis & confessoris. 17
Fabiani,& Sebastiani martyrum. 20
Agnetis virginis & martyris. 21
Conuersionis Pauli Apostoli. 25
Indulgentiæ aquæ saluiæ. 28

¶In Februario.

Purificationis beatæ Mariæ 2
Blasij confessoris. 3
Agathæ virginis & martyris. 5
Cathedræ Petri Apostoli. 22
Matthiæ apostoli, 24.sed in bisexto. 25

¶In Martio.

Beatæ Franciscæ nobilis Romanæ,nondum canonizatæ. 9
Gregorii papæ & confessoris. 12
Annunciationis beatæ Mariæ. 25

¶In Aprili.

Introitus Officialium Populi Romani. 1
Natalis vrbis. 21
Georgii martyris. 23
Marci Euangelistæ. 25

¶In Maio.

Philippi,& Iacobi apostolorum. 1
Inuentionis S.Crucis. 3
Ioannis ante portam latinam. 4

Apparitionis

Appparitionis Michaelis archangeli. 8
Rogationes, siue Lætaniæ. 15
Assumptionis Domini nostri IESV Christi 18
Bernardini confessoris. 20

¶ In Iunio.

Barnabæ apostoli. 11
Antonii de Padua confessoris. 13
Natiuitas Ioannis Baptistæ. 24
Petri & Pauli apostolorum. 29
Commemoratiō. Pauli apostoli 30

¶ Item nota, q̄ a die 14. Iunii inclusiue, vsq; ad Octauam beatæ Mariæ mensis Augusti exclusiue, ligantur feriæ messium.

In Iulio.

Introitus Officialium populi Rom. 1
Visitatio beatæ Mariæ. 2
Alexii confessoris. 17
Mariæ Magdalenæ. 22
Iacobi apostoli. 25

In Augusto.

Sancti Petri ad vincula. 1
Festum Niuis, & Dominici cōfessoris. 5
Laurentii martyris 10
Vigiliæ Assumptionis. 14
Assumptionis beatæ Mariæ. 15
Rochi confessoris. 16
Bartholomæi Apostoli. 25
Augustini episcopi & confessoris. 28
Decolationis S. Ioan. Baptistæ. 29
A vigilia, assump. beatæ Virginis, vsque ad octauam exclusiue, sunt feriati in omnibus causis.

¶ In Septembri.

Egidij abbatis. 1
Natiuitas beatæ Mariæ. 8
Exaltationis sanctæ Crucis. 14
Matthæi apostoli & Euangelistæ. 21
Cosmæ, & Damiani. 27
Michaelis Archangeli. 29
Hieronymi præsbyteri & confessoris. 30
A festo beatæ Mariæ mēsis Septem. vsq; ad 15. octob. sunt feriæ vindemiarū.

¶ In Octobri.

Introitus officialium populi Romani 1
Francisci confessoris. 4
Lucæ Euangelicæ. 18
Simonis, & Iudæ Apostolorum. 28

¶ In Nouembri.

Omnium Sanctorum. 1
Commemoratiō. animarum, seu defunctorum. 2
Leonardi confessoris. 6
Dedicationis Basilicæ sancti Saluat. 9
Martini Episcopi, & confessoris. 11
Præsentatiō. beatæ Mariæ. 12
Dedicatiō. Basilicæ Petri & Pauli apostolorum. 18
Ceciliæ virginis, & martyris. 22
Clementis Papæ, & martyris. 23
Chrysogoni martyris. 24
Catherinæ virginis & martyris. 25
Andreæ apostoli. 30

¶ In Decembri.

Nicolai episcopi & confessoris. 6
Ambrosij episcopi & confessoris. 7
Conceptionis beatæ Mariæ virginis 8
Luciæ virginis, & martyris. 13
Thomæ apostoli. 21
Vigiliæ Natiuitatis Domini, cum omnibus diebus vsque ad crastinū Epipha. Domini exclusiue omnes dies sunt feriati.

¶ MOBILIA

Decem dies ante diem Cinerum, p̄pter ludorum publicorum spectacula sunt feriati.
Dies stationis S. Marci Euangelistæ.
Quatuor, vel. V. dies veneris mensis Martij.
Prima dies Quadragesimæ.
Septem dies Dominicæ passionis.
Septem dies Dominicæ resurrectionis.
Ascensionis Domini.
¶ Dies Penthecostes, cum duobus dieb. sequeñ.
Festum Corporis Christi, & dies Octauæ eiusdem,
Omnes dies Dominicæ totius anni.
Dies creationis, & coronationis Pontificis viuentis.

¶ INCERTA.

¶ Quando fit consilium, vel Parlamentum generale, non redditur ius in ciuili.

Expliciunt Festa Capitolina.

Tabula

Tabula, & repertorium, ac index omnium Formularum, & materiarum in hoc operæ aureo contētarum per ordinem Alphabeti incipit.

¶ Aduertat prudens lector, quia multi numeri in foliorū serie errati sunt, ne ad ipsorum seriem recurrat, sed ad numeros ipsos qualescunq; inuenerit impressos, quos nos in præsenti indice, vt facilius errores cognoscantur, ✠ signo annotauimus.

collatio

D

Inibitio

¶ De consti-

Index priuilegiorũ D. Notariorũ Rotæ seu cãrũ Sacri Palatii apostolici.

Finis Indicis.

Explicit Tabula, ac Repertorium, & Index huius libri.

Registrum huius Operis.

✱ ✠ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y.

AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP QQ RR.

Omnes sunt Quaterni, praeter ✱ ✠ qui sunt Duerni.



Romae apud Antonium Bladum Impressorem Cameralem. Anno Domini M. D. LXI.